quens non obstat dicta lex, sunt personæ. cum alijs
allegatis superius. ¶Nec obstat cum dicit dominus
Abbas in dicto suo consilio, quòd collectæ, angariæ,
& perangariæ sunt introductæ propter publicam vti
litatem & defensionem reipublicę, in qua cōphen
ditur vtilitas clericorum & ecclesiarum: tamē ab ip
sis collectis, angarijs, & perangarijs, ecclesię & clerici
sunt exempti. c. j. de immunitate ecclesiarum. lib. 6.
c. quanquam. de censi. eo. lib. l. placet. C. de sacrosan.
ecclesi. l. 2. C. de epi. & cleri. c. fina. de vita & honesta
cler. quæ iura eximunt ecclesias, & eorum bona ab
omnibus collectis, gabellis, exactionibus, & simili-
bus. quia respondeo, quòd procedunt illa iura quo-
ad ea bona, quę libera transiuerunt in ecclesias & in
ecclesiasticas personas, quo casu illa bona sunt libe-
ra a talibus exactionibus: sed iste casus est alienus a
casu nostro, vt superius amplissimè demōstraui. Cū
ergo simus extra casum nostrum, sequitur, quòd ex
separatis & diuersis non infertur. l. eum actum. ff. de
nego. gest. cum similibus. Item illa iura porcedunt,
quando non est collecta ordinaria & realis, vt supe-
rius est dictū, maximè per illud, quod voluit Ricar-
dus de Saliceto in repeti. dictę l. j. C. de sacrosanc. ec-
cle. Bal. in dicto suo consilio, & Angelus. Item illa iu-
ra procedūt, nisi veniret causa vrgens de nouo, quo
casu possent apprehendi bona non solum patrimo-
nialia clericorum, sed etiam ipsarum ecclesiarum
vt voluit Bart. in dicta lege nullus. C. de cur. publ. lib.
12. quo casu episcopi & clerici debent consentire, ar
gumento. d. c. non minus. Et ita est in casu nostro: qa
inclitus Rex Alfonsus maximis sumptibus, & præiu-
dicio suorum regnorum liberauit illud regnum ab
hostibus, & reduxit ad quietem & pacem, & vt pax il
la conseruaretur, fuit ordinariè introducta præfata
collecta, quo casu episcopi & clerici omnes verisimi
liter consensissent, vt tenerētur pro sua rata, ecclesiæ
& clerici. l. ad soluendum dictam collectam: cū esset
publica vtilitas cōcernens ipsos laicos & ecclesias &
clericos simul: qa talis collecta est magna, & ardua
satis & onerosa nimis ipsis laicis, quo casu epi clerici
debent cōtribuere, arg. d. c. non minus. vt voluit do
minus Petrus in d. ca. j. de immu. eclce. li. 6. Et si Ro-
manus Pontifex de hoc cogitasset, idem statuisset,
argumēto eius, quod voluit gl. in l. tale pactū. § fi. ff.
de pact. gl. cle. j. de rescrip. gloss. capit. 2. de confes. li.
6. glo. c. diaconi. 27. distin. ergo perinde est, ac si idem
statuisset: quia non solum procedit istud in l. condē
da. sed etiam in statutis constituēdis, & in rescriptis
impetrandis, & in conuentionibus & contractibus.
ita egregiè dixit Baldus in dicta leg. tale pactum. §. fi-
na. quanto ergo fortius in casu nostro, cum magna-
tes, populi, & vniuersitates totius regni non impo-
suerunt istud onus soluēdi istam collectā incertam
& ordinariam ecclesijs, aut psonis ecclesiasticis: sed
ipsam imposuerunt suis focularibus. Vnde si postea
ista focularia transeunt in ecclesias, transire debent
cum illo onere. Et per consequens casus, in quo cō-
suluit dominus Abbas non magnū faciebat funda-
mentum. ¶Nec obstat quarta sua ratio, dum dicit,
98 quòd bona † ecclesiarū sunt deputata publico vsui
spiritualium. allegat. c. quoniam quicquid habet ec
clesia pauperum est, 16. quęstione prima. & c. viden-
tes. 12. quęstione secunda. & c. ratio. de præben. & di
cta l. placet. hinc dicit text. in ca. nulli liceat. 12. q. 2.
quòd illud, quod ecclesię cōfertur, siue sit animal,
siue sit ager, efficitur sanctum sanctorum domino,
& ad ius pertinet sacerdotum, & non debet munda
no vsui & publico deseruire: qa semel Deo dedica-
catū ad humanos vsus transferri non potest vt in re
gula, semel Deo. lib. 6. ius ēm publicū consistit in sa-
cris & sacerdotibus. j. distin. cap. ius publicum. l. j. in
princi. ff. de iusti. & iure. laici enim cum sit munda-
ni, & principaliter habeāt vtilitatē ex republica mū-
dana, debent subire onera reipublicę mūdanæ: one
ra verò ecclesiatū, q̄ sunt Dei, debent deseruire vsui
spiritualium: sicut dicimus in simili, milites seculi
militant mundo, milites Dei militant Deo: bona tē
poralia militant mundo, bona spiritualia militant
Deo. Et ideo rectè dixit tex. in d. capitul. non minus.
vbi laicorum non suppetunt facultates: qa ēt spon-
te non debent clerici aliquid largiri, ne subtrahan-
tur bona pauperum vsui deputata. ideo tex. in dicta
cle. quia contingit. dicit, quòd deputata certo vsui
largitione fidelium, nō debent deputari ad aliū, ex-
cepta duntaxat auctoritate sedis Apostolicæ. Et iō
tex. in d. c. non minus. dicit, onera verò sua. licet ī se-
quentibus tractet de communi necessitate, vel vtili-
tate: sed dicit illa laicorum, quia eis incūbūt. Et etiā
reprehendit quosdam dicentes in d. ca. nō minus. ꝙ
99 illud. c. intelligitur † quoad onera ipsorum laicorū,
in versic. sua. D. Abbas dicit non esse verū: qa sicut a
principio dixit, onera sua, ita replicasset, onera sua,
in fine: quod non fecit, sed dixit, onera cōmunia er-
go intelligitur, quando sunt cōmunia quo ad cleri-
cos & laicos simul: nō tamen facit expressam mētio
nē de domino Petro. sed idem dominus Abb. ī d. c.
non minus fecit expressam mentionem de domino
Petro, & reprehendit eū sed reuera nō vidit eundē.
D. Pe. in c. j. de immu. eccle. li. 6. & refert dñs Abbas
ibi consilium suū, quod fecit pro fratribus montis
Olíueti. Ad ista facile & verum do responsum, & ca-
pio suam rationem, quę formaliter concludit pro
100 nobis, videlicet, deputata † ad vnū vsum, nō possunt
deputari ad alium. l. legatum. ff. de vsufru. lega. cle.
quia contingit. præalle. ca. significatum. de præben.
sed in casu nostro ista focularia sunt deputata one-
ri soluendi dictā collectā: ergo non pñt deputari ad
alium vsum, vt in dictis iuribus, & si ad alium vsum
reducantur, intelligitur saluo primo vsu. transeunt
enim ad alium vsum accumulatiuè, non autē priua
tiuè: simile dicimꝰ ī casu. l. j. C. de offi. pfe. vrb. iō po-

 sito

sito ꝙ dicta focularia trāsiuerint in ecclesiam, & de-
putata sint ad vsum spiritualiū, & sint facta sanctū
sanctorum domino: tamē remanet onus impositū
dictis focularibus ad soluendum collectam prędi-
ctam. Et per consequens limitata causa limitatū pa
rit effectum, vt habetur in l.in agris. ff. de acquir. re.
do.& per consequens non liberè dicta focularia trā-
siuerunt in ecclesias, sed cum illo onere soluēdi di-
ctam collectam, & sic quoad illud onus, sunt bona
mūdana, & subiecta reipublicę mūdanę quoad cæ-
tera alia, fateor, quòd sint subiecta rebus spirituali-
bus, & reipulicę spirituali deseruiunt. Et quoad hoc
non imponit̄ collecta, & cū redarguit dn̄m Petr. de
Ancharano, qui dicit, ꝙ qn̄ bona sunt laicorum, ec
clesia nō tenetur soluere pro ipsis laicis: secus quan
do sunt cōmunia laicorum & clericorum mixtim:
qa tunc pariter tenent̄ laici & clerici, qa s̄m D. Ab-
ba. imo soli laici tenentur pro cōi vtilitate, & im
munitate. ꝓ certo est iniquissima ꝯsideratio, vt lai-
ci teneantur pro rebus clericorum, & contra omnē
iustitiam & honestatē, quam ecclesia mirum in mo
dum seruare consueuit, & est tex. valde sanctus in c.
primo. §. sed diuersum. de alie. feud. in vsi. feu. vbi di
cit, ecclesia cultrix & auctrix iustitię, nō patitur con-
tra iustitiam aliquid fieri in se, nec in alterū. quis sa-
nus diceret, ꝙ rebus clericorum & ecclesiarum te-
neantur laici? Et eo casu quo non suppetunt facul-
tates laicorum, stetur arbitrio epi & cleri. vtrum te-
neantur in subsidium, iam dixi superius: nemo pro-
fecto compositę mentis istud diceret, nec dominus
Abbas loquitur in casu nostro, quo res sunt affectæ
per prius onere reali soluendi certam collectam, vt
est casus noster: sed loqtur eo casu, quo res sunt libe
ræ ab omni onere, & liberè trāsiuerūt in ecclesiā, po
stea accidit cōmunis necessitas, vel vtilitas soluendi
aliquod onus, & est communis tam clericorum &
ecclesiarum, quàm laicorum: stat dubitatio, vtrum
communiter sit soluenda, tam a laicis, quàm ab ec-
clesijs & clericis, & quòd nedū dominus Petrus de
Ancharano dicit quod sic: sed & ita vidit cōsultū in
cōtingentia facti. Sed dominus Abbas tenet cōtra-
rium, ꝙ imo onus soluendi spectat ad solos laicos,
& in hoc discrepat a dicto domini Petri. iste non est
casus noster, & per consequens ad casum nostrum
nullo modo obstat cōsilium domini Abbatis, nec il
lud, quod ipse voluit in lectura d. c. non minus, nec
101 ēt rationes eius. Et eodē modo † respondeo ad d. ca.
aduersus. quod cum magno studio dominus Abbas
allegauit in dicto suo consilio, & in dicto ca. non mi
nus. ibi enim dicitur, aduersus consules & rectores
ciuitatum, & alios, qui ecclesias & viros ecclesiasti-
cos talis, seu collectis, & exactionibus alijs aggraua-
re nituntur. Ecce nunc qualiter ille tex. loquitur, qn̄
laici grauant ecclesias: sed in casu nostro, nec regia
maiestas, nec vniuersitates regni grauante ecclesias,
nec viros ecclesiasticos: quia duntaxat exigunt col-
lectam certam & ordinariam, impositā, & affixam
focularibus, antequam focularia transitēt in eccle-
sias, & in viros ecclesiasticos. Et sic ex proęmio legis
nos colligimus mētem legislatoris, vt superius fuit
dictum. & pulchrè dixit text. in l. j. §. ne autem. C. de
caduc. tol. ꝙ attendimus ad cōceptionem verborū.
Postea subdit ibi tex. in d. ca. aduersus. verum si quā-
do forte episcopus simul cū clericis tantam necessi-
tatē, vel vtilitatem ꝑspexerint, vt absq; vlla coactio-
ne ad releuandas vtilitates & necessitates commu-
nes, vbi laicorū nō suppetūt facultates, subsidia per
ecclesiā duxerint cōferēda; prædicti laici humiliter
& deuotè recipiāt, & cū gratiarū actione: pp impru-
dentiam tamen quorundam consulatur prius Ro-
manus Pontifex ita formaliter dicit ibi tex. mō finis
debet intelligi secūdum proęmium, quādo grauāt
ecclesias, & viros ecclesiasticos pro necessitatibus &
vtilitatibus superuenientibus: sed vbi res erant per
prius obligatę oneri certo, & reali, antequam perue
nirent ad eccl̄ias, hoc nō disponit illud capit. aduer
sus, ergo illud, qđ tex. ille nō dicit, nō dicemus nos,
vt l. si seruū. versic. non dixit prętor. ff. de acquir. hæ-
red. ergo frustra allegatur ille text. ꝯ casum nostrū.
Nec opus est disputare, inquantum text. ille loqui-
tur de communi vtilitate: tamen si quis obstinatus
vellet insiste, quis iustius dixerit, dominus Petrus,
an dominus Abbas in dicto cap. non minus. vbi etiā
dominus Abbas dicto capit. aduersus. mihi videtur,
ꝙ iustius dixerit dominus Petrus, & non bene dixe-
102 rit dominus Abbas. Et pondero † quòd illud capit.
nō minus. pręcessit capitu. aduersus. ergo debet in-
telligi secundum dispositionem dict. capit. non mi-
nus. argumēto. l. sed posteriores. ff. de legi. Sed dictū
capit. non minus. loquitur de vtilitate, vel necessita
te laicorum, vt apparet in versicul. isti verò onera
sua vniuersa imponunt ecclesijs; postea ibi dicitur,
fieri decętero talia prohibemus, & sic prohibet, ne
laici imponant onera sua clericis, & ecclesijs. subdit
postea, nisi eps, & clerus viderint tantā necessitatē,
vel vtilitatem, vt absque vlla exactione ad relauan-
das communes vtilitates, vbi laicorum facultates
non suppetunt subsidia per ecclesias existiment cō-
ferenda, quem textum induco sic, prohibet, ne laici
imponant onera sua ecclesijs & clericis: postea po-
nit exceptionem ab illa generali regula prohibiti-
ua, nisi episcopus & clerus viderint tantam necessi-
tatem, vbi laicorum non supperunt facultates: exce
ptio autem fit a regula. l. in his. ff. de legi. l. prima. ff.
de reg. iur. capi. in nostra. de sepult. in versicul. exce-
ptis armis, & equis. l. nam quod liquidæ. ff. de pecu.
lega. cap. dominus 32. quæstione 7. cum ergo regula
loquatur, quando laici sua onera imponunt eccle-
sijs, & postea ponit exceptionem, illa videtur fieri re
gula: ergo tūc episcopus & clerus soluēt onera incū
bentia ipsis laicis, quando laicorum non suppetūt
facultates. ergo non loquitur de communibus one-
ribus laicorum & clericorum. Et ista est melior in-
ductio ad illum tex. q̄ alia quęcūque: & licet postea
tex. ibi, ad communes vtilitates releuandas, intelli-
gatur: de cōmunibus vtilitatibus ipsorum laicorū:
103 & ita † intelligatur d. c. aduersus. cum dicat, prædi-
cti laici humiliter & deuotè recipiāt, & cum gratia-
rū actione, quo casu rectè adaptātur illa verba. quò
ad onera ipsorum laicorum, q nō possūt talia onera
supportare, tunc de grā & misericordia clerici sub-
104 eunt Romano Pontifice consulto, & sic illud † ver-
bum, gratia, importat meram liberalitatem facit. c.
3. in ver. misericorditer imponatis. & c. quod in te. in
versi. concedimus tamē ex gratia. de pęni. & remis.
& in c. cū olim. de priuileg. & in c. j. de eo q fur. ordi.
suscep. & in c. j. de cler. per sal. promo. & in c. j. de cle
ri. nō ordi. mi. c. cū olim. de do. & contu. ca. contine-
bat. c. tua. ca. exhibita. de homici. c. latores. de cle. ex-
cō. mi. c. nō magno. c. fi. ne cleri. vel mona. 17. dist. §.
hinc ēt. & §. illud. & quod habetur in c. sedes. de re-
scrip. & in c. gratia. j. q. j. & l. j. §. fi. in vers. decreti gra-
tiā faciet. & l. fi. ff. de sen. pas. Inno. in c. veniens. de re
nun. Ang. in l. fi. ff. de p̄ro. stipu. tex. in l. Paulus. §. Pau
lus. ff. de fideicom. libert. in ver. gratia. vbi gratia im
portat libertatem a iugo seruitutis. capitulo, eā te.
de rescrip. in ver. gratia Iesu Christi, & in capitu. nō-
nulli. de rescrip. c. j. in ver. gratia. de commo. vbi per
do. Cardinalem. tex. in ti. de pace Constan. in princ.
in versi. ad plenitudinē gratiæ nos recepimus. & qđ
voluit ibi Bal. & qđ voluit Cy. & Saly. ī l. fi. C. de sen.
pas. Et qđ hr̄ in illo ver. Terentiano. in prin. ī verbo,
gratiam

gratiā habeo. Et qđ scribitur ī de somnio Scipionis
in prin. grates (inquit) tibi ago summe sol. cū ergo
ibi dicatur, ꝙ laici humiliter & deuotè percipiāt. &
cum gratiarū actione, sequitur, ꝙ agitur de eo one-
re, qđ incumbebat solis laicis, & de onere commu-
105 ni & mixto, & sunt† ponderanda illa verba ita mul
tiplicata, humiliter, & deuotè, & cum grārum actio-
ne simile habetur in c. eam te. de rescriptis. in versi.
mandatum dedimus & præceptum. & in cap. fin. in
versic. communiter, & pariter. & quod voluit Bald.
in authen. sed cum testator. C. ad legem Falcidiam.
quando testator dixit, volo ꝙ plena & integra lega-
gata soluantur: tunc enim videtur prohibere falci-
diam, vt ibi per eum. Et sic multo fortius illa multi-
plicatio verborum importat, ꝙ loquatur de mero
ipsorū laicorum onere. Nec obstat cum dominus
Abbas dicit, hanc opinionem in fauorem ecclesiæ
esse communem, & illam tenere doctores commu-
niter: quia vt superius est dictum, ipse non loquit̄ in
casu nr̄o. Itē doctores loquunt̄ eo casu, quo collecta
est incerta, & non est ordinaria, imo extraordinaria,
& non ꝑ prius imposita rei, sed loqmur, qñ collecta
est realis & imposita rei, & est certa & ordinaria, &
affecit focularia, anteq̄ transirent in ecclesiā, vel in
ecclesiasticas ꝑsonas. Et in hoc doctores sunt penè
omnes concordes, & in contingentia facti cōsulue-
rūt, vt superius retuli: & sic sublata sunt omnia mo
tiua domini Abbatis in præfato suo cōsilio, & in le-
ctura adducta. Et per consequens elicitur vera con-
clusio, ꝙ ecclesiæ & viri eccl'iastici, ad quas & quos
dicta focularia peruenerunt, tenentur soluere dictā
collectā, & ita concludo. ¶ Postremo, serenissime
Rex, & gloriosissime Princeps, & īuictissime Cæsar:
quia in præsuppositis pro euidentia superius assum
psi illam doctrinam, ꝙ posito, ꝙ dicta focularia nō
fuissent affecta per prius oneri soluendi collectam,
antequam peruenissent ad clericos & ecclesias: ta-
men propter seruandam pacem & quietem regni,
esset iusta causa, ꝙ consulto Romano Pontefice epi
scopi & cleri imponerent collectam ecclesiis & cle-
ricis pro possessionibus, quas tenēt, vt sensit expres-
se Bartolus in dicta l. nullus. C. de cursu publi. lib. 12.
& alij vt superius retuli, & istud sit speciale intuitu
106 pacis: sicut multa† sunt specialia propter pacem, &
quia rex pacificus sis, diceris & nomineris, & præci-
puè in tua superillustri & inclita maiestate verifica-
tur illud, quod scribitur in proœmio decretalium,
cōmemorabo quædam tuo coram tremendo aspe-
ctu: quia (vt reor) non erunt contemnenda, sed audi
tu suauia & recitatione digna, quæ maiestatem tuā
tradent posteris memorandam. Augusto ipso olim
semideo, meliorem & longo præstantiorem. Primo
ꝙ propter ineundam pacem inter litigantes, potest
iudex delegatus apponere manus ad sibi commis-
sa singu. est tex. capitu. nisi. de præben. secundum do
minum Antoniū ibi. & est celebris limitatio ad id,
quod supremo doctori Barto. venit in ore in l. aqui-
liana. ff. de transactionibus. & eodem modo limitat
textus valde singularis in capitu. examinata. de con
fir. vti. vel inuti. Secūdo adduco tex. cap. j. de fer. vbi
licet nō sit iurandum diebus dominicis & feriatis:
tamen hoc præcipuum facit pax, ꝙ possit iurari ta-
libus diebus. Tertio adduco cap. secundum. de spō.
impub. vbi propter bonūpacis potest contrahi ma-
trimonium inter eos, qui ætatem adhuc habilē mi-
nime habent. Quartò adduco, ꝙ licet iura velint, ꝙ
patri bannito filius teneatur præstare alimenta: vt
in auth. de incest. nup. §. primo. tamen vbi pater bā-
nitur propter pacem ruptam, filius non tenetur. ca-
sus est sing. in ca. primo. §. si quis. de pace ten. quod
est notandum ad limitandum gloss. c. non satis. 86.
dist. & glos. c. filij qui. 31. dist. Quinto adduco capit.
sicut. el secundo. de iureiurando. vbi Papa iudicat
inter laicos propter pacem ruptam, licet sit regula-
riter contra: quia distinctæ sunt potestates. 10. dist.
c. quoniam. cap. solitæ. de maio. & obedien. iuxta il
lud. Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet: iux
ta illud. Non illi imperium pelagi. iuxta illud euan-
gelicum, quæ sunt, Cæsaris reddite Cæsari, quæ sunt
Dei, reddite Deo. Et iuxta illud euāgelicum. Regnū
meum non est de hoc mundo. facit, quod habetur
in auth. quomodo opor. episcopos, in prin. Sexto fa-
cit. c. his quæ. de maio. & obe. in ver. pro bono pacis
nostræ prouidentiæ reseruamus: vbi cum correctio
& excommunicatio, vacante sede episcopali, specta
ret ad capitulum, Papa pro bono pacis sibi reserua-
uit. Septimo adduco. ca. j. de mu. pet. in ver. concor-
dia. vel īdictio terminetis, vbi licet iudex debeat fer-
re sententiam super lite, tamen potest concordia
terminare. c. querelam. de simo. ca. causam quæ. de
test. c. fi. de proba. Octauo adduco, quod habetur in
c. accusasti. de accusa. in ver. nisi pro pace hoc fece-
ris, vbi pro bono pacis non imponitur pœnitentia,
calumnioso accusatori. Nono adduco. l. æquissi-
mum. ff. de vsufr. vbi iudex potest cogere partes ad
pacem & concordiam. capit. fina. de transact. quod
procedit, quando ex tali discordia turbaretur ciui-
tas, vt l. si quis ingenuam. §. quæ in ciuilibus dissen-
sionibus. ff. de capitu. ita dixit Bartol. in l. furti. §. qui
iussu. ff. de his qui not. infa. Et adduco Bald. in l. j. §.
quies. ff. de offi. præfe. vrb. vbi dixit, ꝙ regens prouin-
ciam, vel ciuitatem debet seruare subditos in pace,
& rumores impedire, & subditos ad quietè viuen-
dum hortari & cogere: quia sæpe status publicus læ-
ditur odijs priuatorum, vt l. si quis ingenuam. §. quę
in ciuilibus dissensionibus. Decimo adduco, quod
pulchre voluit Cy. ī l. si seruus. C. de noxal. vbi dixit,
ꝙ si officialis videt aliquos rixari, & non interponit
se, debet officio priuari. Vndecimo adduco, quod
voluit Goffredus, quem refert Bald. in d. l. 1. §. quies.
vbi dixit, ꝙ si aliquis est offensus, potest sibi suaderi
ad pacem faciendam, sed non est cogendus. Bart. in
d. l. æquissimum. Duodecimo adduco, quod habet
Iacobi tertio. in fi. fructus iustitiæ seminantur in pa-
ce facientibus pacem. Decimotertio adduco, ꝙ pax
est hæres Iesu Christi, & in ea nos instituit: vt sacro
suo testamēto scribitur gloriosè: pacem meam do
vobis, in hoc cognoscet mundus, ꝙ mei discipuli
estis. & præclarus aiebat vates: pacē summa tenent,
minimas rerum discordia turbat, apud magnos &
graues viget pax: est profecto donum altissimi, opti-
mo dicente psalmista: qui posuit fines tuos pacem:
nam & studia & incendia belli traduntur obliuioni
propter pacem, vt Lucano venit in ore: veniat Dux
longa pace solutus. item tempore pacis leges & ti-
mentur, & priuātur, ita egregiè scripsit Lucanus in
secundo: legesque in pace timēdæ. & pulchrè refert
Baldus in rubrica de treug. & pa. quod Goffre. dice-
bat, ꝙ iudex debet studere paci, si bona est & æqua,
alias non: dicebat etiam, ꝙ ante factum iudex debet
studere paci, sed post factum debet punire. dixit etiā
admodum sapienter Bal. in commen. c. quintaual-
lis. de iureiurando, ꝙ propter bonum pacis, non po
test arbiter arbitrari, ꝙ quis exulet a patria: itē arua
coluntur & fructus percipiuntur per pacem, vt Va-
tes dixit egregius: interea pax arua colat. Refert, se-
renissime Rex, antiquitas, cū ex potētissimo regno
Franciæ innumerabiles penè hostium copie inua-
sissent sapientissimum regem Petrum in regno suo
fortissimo Aragoniæ, idē Rex illustrissimus armatis
suis populis ex tempore fecit aperiri psalterium, &
per venerandum quendam suæ inclitæ maiestatis
sacerdo-

sacerdotem legere psalmum, qui primo occurrisset, qui ex tempore legit illum psalmum. vbi apponitur ille versus, fiat pax in virtute tua, & abūdātia in turribus tuis: quo lecto eleuatis vexillis regalibus inuasit hostes, & eos partim fugauit, partim dedit in gladium, in prædam, in ruinam, & sanguinem: & ob id tranquilla fuit secuta pax, quod profecto est admirabile, & auditu & memoratu dignissimum. Decimoquarto adduco, quod voluit Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de præpara. iudi. vbi dicit, quòd si reus est potens & diues, nec fouet iustā causam, & vult cōcordiam: sed actor est pauper & fouet iustitiam, & non vult concordiam: sed reus ille lacerabit eundem actorem per anfractus iudiciorum, ꝙ iudex potest salua conscientia reducere illos ad cōcordiam & pacem: quod dictum vt celebre sequitur dominus Cardi. in capitu. fina. de transac. Decimoquinto adduco, quod voluit Barto. in l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbi. vbi dici, ꝙ quando quis assumitur a partibus in arbitrum, nitatur reducere partes ad cōcordiam, alias nō fecerit laudum: quia cū sub quadam cōfidentia fuerit assumptus a partibus, postea altera contra eum haberet causam rancoris, quod est bene no. pro his, qui quotidie assumuntur in arbitros. Decimosexto adduco, quod voluit gloss. quæ per omnes reputatur sing. in c. placuit. 90. dist. quæ voluit, ꝙ si laici magno tempore litigarunt, nec sopiri potest lis illa, ꝙ episcopus loci potest litigantes per censuras ecclesiasticas compellere ad compositionem & concordiam quam glo. reputant singularem scribentes in capitulo primo. de mutu. peti. & in capitu. fi. de de transa. & Ludo. Rom. cōsi. 124. facit gloss. in dicta l. æquissimum. quæ allegat. dicto capitulo placuit. ¶ Decimoseptimo adduco, ꝙ pax fuit hymnus decantatus a celesti militia in natiuite dominica, apud Lucam euangelistam celebrem. gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Decimooctauo adduco, ꝙ pro bono pacis potest transferri episcopus de vno episcopatu in alium, dato sibi bono cambio, si populus insequitur eum, & generatur scandalum: ita singulariter dixit Innoc. in cap. nisi cum pridem. de renun. quē refert & sequitur dominus & consiculus meus Abbas in capitulo primo, de elec. Decimonono adduco, quod voluit & consuluit Ludou. Roma. consilio 328. quod incipit, ad primum cōsultationis articulum. vbi allegat. quarta quæstione sexta, ca. hoc quippe, vbi dicit, ꝙ pro bono pacis ecclesia tolerauit depositionem quorundam episcoporū, & subrogationem aliorum, præter conscientiam Romani Pontificis, & etiam est expressum in c. aliquando. tertia quæstione sexta. Vigesimo adduco, quod habetur in c. cura. de iure patro. vbi pro bono pacis tolerantur illi, qui longo tempore de manu laicorum acceperunt ecclesiam, nulla interueniente auctoritate episcopi. Vigesimoprimo adduco, qđ voluit Bal. in rub. de treug. & pace, vbi dicit, ꝙ tēpore treugæ pōt fieri tractatus de pace, allegat. l. dies festos. C. de ferijs. mihi videtur, ꝙ ille tex. probet, ꝙ diebus dominicis potest fieri tractatus pacis, inquantū ibi dicit, pacta ineant, transactiones loquantur, coniuncta glo. ibi. Et plus etiam dico, ꝙ talibus diebus potest fieri pax. hoc decidit. capitu. primo, de fer. si ponderetur rectè in ver. nisi pro pace. Vigesimosecūdo adduco, quod fauore pacis sufficit, ꝙ sacerdos recipiat pacem pro absente, ita d. gl. sing. insti. de iniur. §. fina. Vigesimotertio adduco, ꝙ vbi competit publica accusatio, offensus non potest facere & remittere iniuriam, nisi delictum esset in omittendo, glo. est singu. secundum Bald. ibi, in l. diuus. ff. ad Silla. Vigesimoquarto adduco, ꝙ ille, qui non facit iniuriam, non indiget pace, nec fit mutuo pax, si ex vna parte est illata iniuria duntaxat, doctrina fuit Spe. ī ti. de treu. & pa. Vigesimoquinto adduco, ꝙ pax est maximū populi desideriū, ita præclarè optimus scripsit vates Lucanus in primo: pax alta per oēs, & trāquilla, quies, populos: nos præda furentum, prima castra sumus. Et summus dixit poeta. En quo discordia ciues perduxit miseros, Insere nunc Melibee piros, pone ordine vites. Et dñica dixit veritas, omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. & Romanus dixit orator, quæ ciuitas tam firma est, quæ non odijs ciuium labefactetur. & sapiens quidam aiebat Ianuensis, quem retulit Bal. in l. vnica. in princi. C. de cadu. tol. ꝙ diuisio. in regno, vel ciuitate, aut castro erat quidam ingressus ad regnum, aut ciuitatem: cap. pisanis. de resti. spoli. Vigesimosexto adduco, ꝙ tpe pacis debent tolli statuta facta tēpore guerræ ad fiscū locupletandum: ita probatur in l. vnica, in prin. C. de cadu. tol. ita ibi colligit Bald. nec esset aperire os ad cœlum, si diceremus, quòd sunt ipso iure reuocata, argumēto eius, quod habetur in c. pe. de cler. non resi. & ca. suggestum. de deci. & l. ex facto. ff. de vul. & pu. quod est bene no. contra tyrannos imponētes impositiones tpe guerræ ad supportandum onera guerræ: & facta pace volūt illa iniquissima statuta seruari. nec est admiratione dignum: quia sanguinem populorum exugunt, & vix precarium dimittunt spiritum, secundum Baldum in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. Vigesimoseptimo adduco celebrem text. capit. j. de pace Constan. in princ. vbi in dubio pax dicitur esse perpetua. ideo non est mirandum, si pax est a populis desiderata, vt dixit celebris tex. in capi. primo, de pace tenen. in vsib. feudorum. Vigesimooctauo adduco, ꝙ quilibet Rex debet esse pacificus quo casu dicitur hæres Iesu Christi, vt sacro scribitur euangelio. Vigesimonono adduco, quod magnus voluit Augustinus libro de ciuitate Dei, quem refert Baldus in l. prima. ff. de pac. dicebat enim Augustinus, ꝙ quis debet habere pacem ad seipsum, item ad pximum, item ad superiorem, item ad Deum, vt bellissimè ibi dstinguit Augustin⁹. Trigesimo accedat, quod sapienter dixit Dominica veritas Matthæi 4. ca. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabūtur. Maximum profecto & ingentissimum munus est collatum tuæ serenitati, Rex illustrissime, vt Dei filius vocareris, ore supremi regis, cui⁹ vices in tuo regno tenes, vt dixit glo. in authen. de hæred. & fal. in prin. & Baldus in capitul. 1. in princ. de pace Constan. ꝙ Imperator licet sit ordinarius omnium, tamen est delegatus Dei, ad hoc allegat glos. d. authen. de hære. & fal. Trigesimoprimo adduco, quod pax potest fieri in testamento, sicut in contractu: ita sentit glo. sing. institu. de iniur. §. fina. ita dixit Baldus in l. pri. ff. de pac. Trigesimosecundo adduco, ꝙ concordia est conuentio cordium. capitu. indemnitatibus. de ele. lib. 6. & est quędā remissio: sed pax est plena sedatio discordiæ. ita secundum communem nostrum vsum loquēdi accipimus. sed gloriosus Augustinus dit, ꝙ pax est ordinata cōcordia: ita refert Bal. ī d. l. j. ff. de pac. Et adduci posset, quod voluit Barto. in cōsilio 14. incipien. ad declarationem. vbi disputat ad plenum, quid sit pax, & pulchrè dixit Bald. in rubrica. de treug. & pace. ꝙ cōcordia est finis vltionis: sed pax ex amicitia, & signum pacis, vt est capere se per manum, & bibere de eodem poculo, allegat, quod voluit glo. l. pri. ff. pac. & glo. ordi. in capi. fundamenta. de elec. libr. 6. quæ incipit, per dexteram vtranq;. tamen dicitur respicere ad bonum pacis, largo modo. ca. his qui de ma. & obe. subdit, etiam, ꝙ qui fecit concordiam, de pęna postea manu aliter se vindicando

dicando

dicando non dicitur rumpere pacem: quia vulgus aliter intelligit cōcordiam, & aliter pacem: & licet factam pacem cum inimico meo, & non renuncio accusationi remanet accusatio firma. Et etiam dicit, statuto cauetur, ꝙ inimici cogantur ad pacem, intelligitur, dummodo offendens eā humiliter petat flexis genibus, & det fideiussores de vlterius non offendendo, primum dictum dicit fuisse Barto. in l. furti. §. pactus. ff. de his qui not. infam. sed Bartol. ibi istud non dixit, nec Bal. nec Ang. sed tale dictum reputatur verum. Et ad hoc adduco illud, quod voluit Gul. de Cu. in l. si tibi. §. quædam. ff. de pac. refert & sequitur Bar. in l. non solum. §. iniuriarū. ff. de iniur.
107 vbi dicit, ꝙ sicut mihi† non remittitur peccatū, nisi petam remissionem; ita ego non teneor remittere inimico meo iniuriam, nisi ipse petat remissionem, per id quod habetur in oratione dominica, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: quinimo plus dixit Bald. in d. l. furti. §. pactus. ꝙ si ego promitto alicui, quod non faciam cum inimico meo pacem, quòd talis conuentio est nullius efficaciæ: qa est ꝯ euangeliū Matthæi. 6. vbi dr. Sed ego adduco, qđ sacro scribit Euangelio Mathæi 6. vbi dr. Sed ego dico dico, diligite inimicos vros & benefacite ipsis. Et si angariauerit te mille passus, vade cum eo duo millia. Et egregiè dixit Bal. in rubrica, de treug. & pace, ꝙ si quis fecit pacem cū bannito, ꝙ tenetur eam seruare: quia etiam hosti seruanda est fides, dummo hostis seruet fidem. Sed indubitanter Bal. non rectè loquitur, & cōfunditur dictum eius per id, quod habetur in l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. per quod voluit gloss. in l. prima. §. non fuit. ff. de dol. ꝙ imo poterit rumpere tale pactum: quia est contra publicam vtilitatē. hanc partem tenuit Iaco. de Bel. Ray. de Forli. & Bart. ita eos refert & sequitur Angelus in dicta l. iurisgentiū. §. si paciscar. ad hoc allegat, quod no. in l. diuus. ff. ad Silla. & plus etiam dicit, ꝙ si ante bannum fuisset facta illa pax, & deinde superuenisset illud bannum, ad hoc posset impune rumpi, per id, quod habetur in l. seruum. ff. de verborū obliga. & quod voluit ibi Bartol. sequitur Ange. in dicto §. si paciscar. Trigesimotertio Ioan. And. in c. ad apostolicæ. de regu. iur. lib. 6. commendat ecclesiam Romanā: quia faciens pacem cum hostibus, semper expressam fecit mentionē de suis adherentibus & confœderatis: & sic aliter fieret, esset profecto quædam infidelitas, cuius rei optimum redderet testimonium inclitus genitor tuæ serenitatis Alphonsus. Postremo, sapientissime Rex, tempora sunt longissima, quibus pacem cū altissimo principe Deo habes: quia mortalitas longe aliena a regno tuo opulentissimo est: nam & Barto. in l. naturaliter. ff. de vsuc. dicebat, pestem in terra, fore guerram inter Deum & homines: merito ergo & iure Rex pacificus es, diceris & nominaris. hæc tuo sapientissimo iudicio corrigenda constitui, cum & diuina & humana sacro tuo pectore reclusa teneas, custodias, & serues. vale, intende, ꝓspere, procede & regna. supremo, incomprehensibili & altissimo Deo principi sit gloria, & imperium sempiternum. Sanctissimis tuis pedibus pronus, vt decet, ad terram flexis genibus seruitutem meam humili corde commendo.

EPITOME.

¶Statuto, quo cauetur, vt quælibet donatio certam summam excedeus infirmetur, non continetur donatio remuneratoria: quando scilicet benemerita rebus donatis digna & conuenientia, non donantis assertione, sed probationibus legitimis, verè præcessisse constat. Quod cum in casu proposito deficeret, respondet, donationem propter insinuationis defectum esse ipso iure nullū. Deinde, an statutum forenses teneat.

SVMMARIVM.

Donatio remuneratoria sine insinuatione valet, sic tamen, si verè probentur merita præterita, ea quæ remuneratione digna. nu. 1. 11. Spes enim futurorū meritorum nihil iuuat. nu. 12. nec sufficit generalis, nec specialis meritorum assertio. numero 13. nec etiam qualitatis illorum expressio, probari enim omnia debent. nu. 14.

Insinuatio fauore publico ad tollendas fraudes inducta est. numero 8.

Insinuatio non est fauore donantis introducta, sed aliorum. numero 10.

Statutum an forenses teneat. nu. 17.

Verba si non conueniat, nec ipsa quoque statuti dispositio conuenire potest. nu. 19.

Iudex ex officio potest, quod parti non licet. num. 23.

Contractus ipso iure nullus partium consensu nullo modo validari potest. nu. 14.

CONSILIVM II.

ILlud Afferam in medium, quod præclarè scripsit Apostolus primo ad Corinthios: sapientia omnis (inquit) a Deo sanctificatio, iustitia, & redemptio. ideo optimum maximum Deum summa deuotione in præsentiarum inuoco: vt suo clementissimo munere intellectum mihi aperiat, vt possim veracem hāc consultationem reddere. Ideo hanc consultandi ꝓuinciam aggredior, vtrum ista donatio voluerit nō insinuata ita, vt disponit statutum Mutinense. & dubium facit quia in dicto instrumēto donationis dicitur, & hæc omnia comes Raynaldus fecit prædicto eius fratri: quia ab eo multa beneficia semper fuit consequutus, & indies consequit, & nolens esse ingratus, & vt eidem fraternalem dilectionem ostēdat, & attēto maximè ꝙ ipse dominus Albertus frater eius se obligauit pro dote vxoris ipsius comitis Raynaldi pro parte sua in libris plusquam quatuor milibus, quo casu statutum Mutinæ requirens insinuationem a centum libris supra loquitur in donatione mera non autem loquitur in ea, quæ pro meritis fit, & sic ī donatione remuneratoria. Stabimus ergo in dispositione iuris communis. l. si extraneus. ff. de ꝯdi. ob cau. cū si. accedat ad hæc tex. pulcher in l.
1 diuus. ff. de pę. vbi licet non †possint alienari bona, quæ veniunt ad fiscum: tamen propter remunerationem possunt. facit l. mulctarum. C. de mo. mulct. & quod no. Gulielmus de Cun. in l. prima. ff. de iusti. & iur. & Baldus in l. programma. C. comminat. vel epistolas. Bartol. in l. illud. C. de cano. largi. libro 10. & in l. prima. C. de non præben. sala. eodem libro facit etiam glossa in auth. vnde si parens. C. de inoffic.
2 testam. & in l. si donatione. C. de colla. vbi valet† donatio inter patrem & filium propter benemerita. facit. l. quod autem. §. si vir & vxor. l. quæ iam nuptæ. & l. cum hic status. §. si socer. ff. de dona. inter virum & vxor. vbi valet donatio inter virum & vxorem ꝓpter benemerita, facit. l. viuus libertus. ff. q̄ in fraud.
3 patro. vbi donatio remuneratoria† non potest reuocari quo ad alienata in fraudem. facit tex. qui aureis literis est scribendus. in l. si pater. §. primo. ff. de dona. vbi donatio† remuneratoria non reuocatur in-
4 tuitu ingratitudinis. facit. l. Aquilius Regulus. & ibi glo. ff. de dona. & auth. eo. decursum. C. de dona. ante nup.

te nup.& l.fi.circa prin.cum sua gl. C.de iure dotiũ. vbi donatio remuneratoria non insinuatur, Bald.in l.si vnquam.C.de reuo.do.dixit, ꝙ donatio remuneratoria non reuocatur intuitu filiorum postea natorum,& tex.in l.metum.§.sed licet. ff.quod metus causa. vbi donatio remuneratoria non reuocatur actione, quod metus causa.& facit c. quicunque.& c.ecclesiasticis.duodecima quæstione secunda,& c. per tuas.de do. & l.iubemus. C. de sacrosanc.eccles.
5 †vbi possunt alienari res ecclesię.propter remunerationem.facit l. etiam. §. ex præterito tempore. ff.de manu.vindi. vbi minor ex causa remunerationis potest manumittere seruũ: licet regulariter nõ possit. facit.c.illud.16. q.6. vbi est tex.solē. de ista donatione remuneratoria.Modo ex istis iuribus liquidæ apparet, ꝙ donatio
6 †remuneratoria non subijcitur regulis communibus,nec statutis locorum, maxime vbi iura loquuntur de insinuatione. cum ergo in casu nostro ista donatio fuerit remuneratoria, & apparet ex verbis ipsius donationis.ergo sequitur,ꝙ valuit,licet non fuerit insinuata.Nec obst. si quispiam dixerit, ꝙ benemerita debent esse vera & non asserta,aut colorata: vt est tex. melior, qui sit in corpore iuris, in dicta l. etiam . §.ex preterito tempore.quia illud procedit. quando agitur de præiudicio ipsius confitentis:secus si non agitur de suo præiudicio, ꝑ no.in l.assiduis.C.qui po.in pig.ha.& in authen.sed iam necesse.C.de dona.ante nup.& sic ex isto capite talis donatio non potest infringi ex defectu insinuationis.Præterea & fortius hæc ostenditur, ista donatio a centum libris supra infringitur ex dispositione statuti Mutinensis, dum dicit, statuimus & ordinamus, ꝙ quælibet donatio, quæ decætero inter viuos fiet maioris quantitatis.c.libris. debeat insinuari:& si insinuata nõ fuerit,nõ valeat ipso iure:& sic istud statutum reddit inualidã istam donationem eo casu,quo non esset remuneratoria:sed istud statutum non potest allegari in sui fauorem per ipsum comitem Raynaldum.ergo sequitur,ꝙ stabimus dispositionis iuris cõmunis. Assumptum probatur ex alio statuto Mutinensi,dum disponit, ciues vero ciuitatis Mutinæ sint,& ad honores,& ad beneficia admittantur, quicunque habitant intra ciuitatem Mutinæ,& onera subeant, & descripti sint in æstimo ciuium ciuitatis Mutinæ,alij vero nõ sint, nec esse intelligantur veri ciues,quantum ad beneficia & honores:quo casu liquido demonstratur ex ipsius statuti dispositione, ꝙ non supportantes onera:nec habitantes intra ciuitatem,non admittũtur ad honores & beneficia, quod statutum est conforme iuri communi:quia si in damnum, ad subeunda onera ciuitatis statutum eos non ligat: ita ergo nec debet illos inuitare ad commodum.l.j.in fi. ff.de tu. & cu. da.ab his.c.Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constit.l.fi.§. cum in secundo.C.de fur.a cõtrario sensu.l.si vnus. §.si vnquam.ff.pro socio. & sic cõmodum ipsius ciuitatis non communicat alienis.facit, quod no. Albericus de Ros.in 2.parte statutorum. quæstio.9. & quod not.Bartol.in l.cunctos populos.C.de summa trinita.& domi.Pet.de Ancha. in repetitione.c.j.de const.& Bal.in l.de quibus.ff.de legi.& in l.si qua.ff. de his qui sũt sui vel alie.iur.ĩ illa q.an statutũ liget forenses.Et si quispiã dixerit, quomodo potest hoc fieri, quòd ciuis non sit ciuis sine eius delicto: quia videtur, ꝙ statutum excludat suos ciues ab honoribus & beneficijs, si non sunt æstimati; nec subeunt onera ciuitatis,& videtur sic eos excludere a ciuilitate quo ad quid, videlicet quoad honores & beneficia, & sic sine eorum labe & delicto excluduntur a ciuilitate quo ad quid: & sic quo ad quid sunt forẽses,& quo ad quid non: quod videtur nõ possibile: qa culpa suos detinet auctores.j.q.4.itẽ peccator.c. cognoscẽtes.de ꝯsti.l.sancimus. C.de pę.cũ.si.secundo: qa quis nõ põt pro parte esse seruus, & ꝓ parte liber.l.si pariter,& l.si duobus.ff.de libe.cã.l.ideoq;. & l.libertas.ff.de manu.test. Ad ista responderi pos-
7 set primo, ꝙ † ciuitas põt facere de ciue forensem: vt dicit Bal.in l.si quis filiũ.C.de libe.prete.sicut põt facere nobilem desinere esse nobilem: vt no.Bartol. in l.prima.C.de digni.lib.12.& facit,quod no.Bal.& moderni.in l.si exhæredatus.§.sub dio.ff.ad Sille. & in l.cum quis. C.de naturali. lib.& Angel.in l.sed si hac.§.sed si.ff.de in ius voc.per Bart.in l.j.C.de filiofa.libr.10.secundo respondetur,ꝙ potest quo ad qd quis esse ciuis, & quo ad quid nõn.per no. in l.3.§.si emancipatus.ff.de contra tab. & facit l.coniũ.C.de naturali.lib.& quod habetur in l.ab eo.C.de leg.hære.& quod no.in simili Barto.in l.prima.§. in filij.ff. ad Trebel.& l.qui pro emptore.ff.de vsucap. Bal.in l.senium.C.qui testa.fac.poss.facit l.cum mulcta.C. de bo.quæ lib.& c.fi.de iudi.libr.6.& authen.sed dignitas episcopalis.C.de epi.& cleri.& quod no. Bal. in authẽ.habita. C.ne fi.pro pa.& in l.si Ruffinus.C. de testa.mili.& sic potuit ciuitas,ex quo non subeũt onera ciuitatis,eos priuare honoribus & beneficijs suis. Et si dicatur, ꝙ istud non est beneficium, respõdeo, ꝙ imo est beneficiũ, ex quo annullat donationem ipso iure. Et ista erant,quæ iudicio meo reddebant præsentem consultationem dubiam. & etiam est accuratè considerandum staturum prædictum in suis finalibus verbis, ibi, alij non sint,nec esse intelligantur: quo casu talia verba inferũt veritatem: vt in veritate non sint ciues: illud formaliter inducunt illa verba,istud dixit Bal.in prima consti.ffor. alleg.optimũ tex.in l.j.ad fi.ff. qd quisq; iur. & sic in veritate nõ sunt ciues nõ subeũtes onera quo ad honores,& quo ad bñficia, & sic cessabunt argumẽta, si fierẽt,ꝙ istud statutum loquitur in casu ficto, per c.susceptum.de rescrip.lib.6.& per l.4.§.hæc verba. ff.de nego.gest. & sic disponit in casu nr̃o, ex quibus oĩbus vr̃,ꝙ dicta donatio valuerit: qa fuit remuneratoria,nec fuit opus ĩsinuatione: sed posito ꝙ nõ fuerit remuneratoria, nihilominus stabimus in dispõne iuris communis. & sic statutum Mutinense non poterit allegari per ipsum comitẽ Raynaldum ad infringendam donationem.& ista sunt quę possent adduci a quocunque in iure exercitato viro in causa ista.Ideo istis maturè examinatis apparebit veritas indubitata huius hæsitationis. ¶ Et licet ista sint colorata satis,& apparẽtia: tamen casum nostrum non attingunt. ideo illis non obstantibus aduersa sententia videtur iure verior.& ad hoc ostendendũ præmitto pro verissimo fundamento, ꝙ insinuatio
8 †introducta est fauore publico & ad tollendas fraudes,quæ in clandestinis donationibus fieri solẽt, ne quis effusa largitate & inordinata affectione patrimonium suum exauriat: quia interest reipublicę,ne maior asperitas, vel quid simile ĩteruen iat, qd maximè inter coniunctissimas, necessariasque personas conuenit custodiri, inter quas tales fraudes plerunque confingũtur: vt est tex.expressus.in l. lata iam pridem.ibi, quod vel maximè ĩter necessarias, coniunctissimasque personas conuenit custodiri, si quidem clandestinis ac domesticis fraudibus facile quiduis pro negotijs oportunitate confingi potest. C.de dona.vbi non solum inter extraneos, sed etiã inter coniunctas personas requiritur insinuatio donationis excedẽtis vltra summam legitimam,vt cõiunctarum personarum fraudibus & caliditatibus obuietur: quia facilius quis decipitur a cõiuncta ꝑsona quàm ab extranea iuxta illud, nulla maior pestis ad nocẽdum quàm familiaris inimicus: vt dixit gloss.

glo.in l.j.ff.ad filla.& ibi lex non distinguit inter extraneas & coniunctas personas, nec nos distinguere debemus.& sic insinuatio fuit introducta fauore publico, vt fraudes euitentur, facit quod not.Bartol.in l.Modestinus.ff.de donat.& pulchrè dixit Bald.in d.
9 l.lata idem † esse in statutis requirentibus insinuationem donationis minoris summę: quia ratio statuti est, ne aliquid falsi fingatur: vnde tali statuto nõ potest renuntiari, alleg.Guil.& not. in d.l. Modestinus.& Cy.in l.pe.C.eo.ti. Spec. in quarta parte, in ti. de donat. & ibi etiam dixit idem Bald.ꝙ coniuncta persona est aptior ad nocendam, quàm non coniũcta, quando tractatur de commodo: quia tunc de facili committitur fraus. Et accedat ad prædicta elegans dictum Bart.in d.l.Modestinus. vbi dicit. ꝙ in-
10 sinuatio † non est introducta in fauorem donantis, sed aliorum: ne fraus committatur: ex quo insurget verissima conclusio in ista cõsultatione, ꝙ licet iste comes Raynaldus dicat istam donationẽ fuisse nullam, nihilominus non vtitur aliquo beneficio: quia insinuatio nõ fuit introducta in fauorem ipsius donantis, vt liquido apparebit ex inferius dicendis: & sic sequetur ex istis, ꝙ donatio siue fiat vltra summã taxatam a iure communi, siue fiat vltra summam taxatam a iure municipali, siue fiat a cõsanguineis, siue fiat ab extraneis, est nulla, si non fuerit insinuata: & ista est pura & indubitata veritas, & firma velut in lapide quadrato, & angulari dictę constitutio. 15.d.c.sicut. ¶His nunc pręmissis pro potissimo & substantiali fundamento arguo sic ad inualidandã dictam donationem: vbicunque actus est regulariter prohibitus, & propter benemerita & seruitia su-
11 stentatur, tunc talia † benemerita debeat verè probari, nec sufficit assertio meritorum, licet in publico instrumento ponatur: & etiam est necesse, ꝙ talia benemerita sunt cõdigna remuneratione, & donatione remuneratoria. primum probat gloss.solẽnis in l.si donatione.C.de colla.& ibi dixit Angel. ꝙ quoties confessio sit inter prohibitos, illa confessio præsumitur simulata & in fraudem facta, nisi appareat de veritate eius, quod continetur in instrumento. facit tex.in d.l.etiam.§.ex præterito. in versiculo quas ęstimare is, apud quẽ de ea re agitur, debebit. & Bar.in l.per diuersas.C.man.dixit non sufficere, si quis in instrumento cessionis confiteatur sibi solutum esse, nisi in veritate sibi solutum esse probetur & licet Bartol.ibi dicat, ꝙ nocebit quoad ipsum cedentem: sed non quoad tertium, vt tenuit la.de Belui.in authent.de ęquali.do.§.j. tamen non ob.quia nõ loquitur eo casu, quo.l.infringit actum: quia in fraudem præsumitur emanasse, ad decipiendum ipsum donantem, vel alium: vt loquitur dicta l.lata.& iura requirentia insinuationem: quia reipublicę interest, ne quis re sua malè vtatur, & maximè inter ipsos cõiunctos: & sic lex prohibet donationem inter ipsomet coniunctos, si non insinuetur: & sic non solum infringit lex donationem insinuatam in fraudẽ tertij, sed etiam in fraudẽ ipsius donantis: licet principaliter non fit introducta insinuatio in fraudẽ donantis: sed ne fraus committatur. facit, quod dicit. D.Paul.de Ca.suo consi.109. incip.in Christi nomine amẽ.circa bona, quę fuerunt domini Vberti. vbi consuluit, donationem quandam nõ valuisse inter patrem & filium, vt ibi per eum.& mouetur ex multis, & potissime, quia nõ fuit insinuata vltra quingẽtos aureos per.l.donationes.C.de dona.inter virum & vxo.& in l.si quis pro redemptione.in fi.C.de dona.ex eo: q̃a introducta est fauore publico, & ad tollendas fraudes, quæ in donationibus clandestinis fiũt, ne quis effusa largitate, & inefrenata & inordinata affectione patrimoniũ suum exhauriat: q̃a interest reipublicę, ne maior asperitas vel q̃d aliud maximè inter coniunctas personas fiat. Et etiam ibi dicit, ꝙ quando fit ob causam, & sic propter bñmerita, est necesse, ꝙ illa benemerita † sint ex causa de 12
præterito, & nõ ex causa de futnro, vt fuit in casu nostro: quia dicit ꝙ propter seruitia, quæ etiam in futurũ sperat. Dicit ẽt, ꝙ dicunt esse bñmerita vera & expressa, & q̃ conueniant psonæ, aliter talibus verbis nõ est credẽdũ: & sic non pudicabit illa assertio ipsi donanti, ex quo ĩsinuatio fuit introducta ad tollẽdas fraudes: & ne qs re sua malè vtat̃. Et dixit Bar. in l.si forte.ff.de castren.pe. ꝙ si aliquis donauit alicui pro benemeritis & seruitijs receptis ab eo. siquidem ista donatio fit ab eo, qui possit donare liberè, nullis meritis præcedentibus, tunc illa verba enunciatiua inducunt probationem inter easdem personas: sed si de necessitate requiruntur benemerita, & aliter non posset donari, tunc illa verba, non proba-
13 rẽt benemerita: sed in casu nostro † sine insinuatione non poterat iste comes Raynaldus donare: sed opus erat insinuatione, vt est superius dictum, nisi propter benemerita donasset. ergo fuit necesse bñmerita in veritate pręcessisse, & sic non est standum verbis ipsius comitis in fraudem legis requirẽtis insinuationẽ: facit, quod voluit d. Bartholomeus de Saliceto in d.l.si donatione.vbi damnando opinionem Bal.volentis, ꝙ si pater venit ad speciem meritorum, stabitur eius confessioni: vt d.l. Aquilius. q̃a non videtur bene dictũ: quia illa lex procedit, vbi psona, cui donatur, est capax donationis, secus si nõ sit capax, alle.gl.in l.qui testamentum.ff.de probat. modo in casu nostro non est capax donationis ille donatarius, si non fuerit insinuata: ergo sequitur, ꝙ non sufficit asserere benemerita, etiam veniẽdo ad speciem expressam ipsorũ meritorum in instrumento donationis. facit, quod habetur in l.cum quis decedens.§.Titia honestissima.de leg.3.facit, quod voluit Ludo.Ro.in d.l.Aquilius regulus. vbi refert illã distinctionem Bal.in l.illud.C.de sa.san.ec. & in d.l. si donatione. inquantum distinxit, an pater, vel donans, si solum asserit benemerita, an asserit & specificat: quia dicit, istud procedere, quando fit ab eo, q̃ potest liberè donare sine meritis præcedentibus: secus si sine eis donare non posset, allegat Bartol.in d. l.si forte.& subdit etiam ibi.Lu.Ro. ꝙ etiam in nullo casu credetur assertioni prædictæ propter euitandas fraudes, quæ contra leges fieri possent, allegat. l.conuenire.ff. de pact.dota.l.siue hæreditaria. ff. de neg.gest. Et subdit, ꝙ secundum hoc nulla donatio requireret insinuationem, quia semper in instrumẽto apponerentur benemerita.& sic D.Ludo. Rom. apponit gladium & securim ad hanc quæstionem, cum quis non possit donare vltra debitam summã sine insinuatione, nisi interueniant benemetita, vt dicunt iura allegata superius. ergo requiritur, ꝙ benemerita præcesserint & vere probentur, & sit sopita est ista quæstio, ꝙ donatio ista non valuerit, si nõ probentur benemerita. & bene facit, quod voluit idem Barto.in l.si tibi.§.si pactus.ff.de pact. & Bal.in l.si tibi pecuniam.ff.si certũ petatur, vbi quærit, an de istis benemeritis stetur assertioni donantis, & allegat Guli.de Cun.dicentẽ ꝙ non, etiam si confessio specificet qualitatem meritorũ, allegat Guli.de Cu. in l.fi.ff. de exercito. & quod habetur in d.l.si donatione. postea Bal.ibi refert Barto.dicere, generalem confessionem meritorum non probare: quia continet merita incerta: secus si contineret merita specificata: vt d.l. Aquilius. ipse vero Bald.ibi dicit, ꝙ prima opin.est verior, argu.d.l.qui testamentum. & ad d.l.Aquilius. respondet Bald.ꝙ ibi benemerita præsuppponebãtur esse, vera, nec negabat aduersarius. & sic

& sic Bald.in terminis tenet illud,quod voluit Saly.
11 est ꝯueniens, nec est verisimile: & sermones† nostri dẽnt adaptari rebus sensatis & intellectu fruẽtibus, vt dixit Bald in l. j. C. de seruis fugitiuis. & tex. in l. si ita quis. ver. qđ nemo sanus loqueretur. ff. de euict. Octauus testis, qui est Simon de Burgis habitator Briuelli dicit aperto ore, ꝙ nec die 25. mensis Nouembris, nec per totum illum mensem Lucas præfatus fuit in terra Noui: quia tunc tẽporis erat Mediolani, nec fuisset possibile celebrari aliquod instrumentum per ipsum Lucã in ipso castro & Rocca: quia tunc temporis erat potestas. & castellanus d. terræ. & d. Roccę, & ꝙ ipse Lucas de Burgis, & socij nõ potuissent intrare nec aliq, aut stare ipso teste inscio, & mãdauerat omnibus statibus ad custodiã illius Roccæ, ꝙ nemini aperirent. nisi de licentia ipsius testis, & ꝙ singulis dieb⁹ & noctibus solitus erat quærere ante clausuram ipsius castri & arcis: dicit tamen, ꝙ recordat, ꝙ ipse Lucas fuit in dicta terra de mense Decembris per 10. vel 12. dies immediate ante natiuitatem dominicam. & dicit, ꝙ dicto tempore plures literas scripserant sibi adinuicẽ, videlicet dictus testis & dict⁹ Lucas existẽs Mediolani, nec aliter posset habere se veritas, q̃ est dictũ: & sic apertè concludit iste, ꝙ iam est conclusum per alios proximos testes, nec dicto tempore fuit factum instrm̃, nec fieri potuit de dicto deposito ipso teste inscio. dicit etiam, ꝙ d. Philoponus dicto tempore non audebat intrare ipsam Roccam. & super hoc deponit ita, vt per alios est depositum, & ꝙ erat homo ignarus, nec sciuisset componere tale instrumentum, nisi fuisset sibi notatum per alium peritiorem, & ꝙ nunquam vidit ipsum conficere instrõ, & ꝙ dicebatur in terra Noui, ꝙ erat notarius, & erat gulosus & ignarus: & propter suam ignorantiam & contra factionem fuit cassatus de bancho fori, & exercebat publicè tabernam d. Philipo. in dicta terra, & ꝙ nõ est bonę ꝯditionis & famę & opinionis, & ꝙ erat rebellis, nec potuisset intrare d. Roccam sine licentia ipsius testis, & ꝙ nõ potuisset venire ad d. Roccam, quia eum incarcerasset dictus testis illo tempore, dicit etiam se interfuisse. quando dictus Hẽrigetus cõfessus fuit se esse debitorẽ dicti Lucæ, & vidisse scribi scripturam super illa confessione. dicit etiam, ꝙ dictus Henrigetus non habitat in partibus ducalibus, nec habet bona immobilia in dominio ducali, & ꝙ dedit insolutũ dicto Lucæ & socijs, quicquid habebat in terra Noui, nec fuit sufficiens ad satisfaciendũ de toto & integro debito, & deponit de tali tpe, quo nõ est verisimile, ꝙ fecisset deponi c. aureos penes ipsum Lucam, vt illos daret d. Ioan. de Gauiglano, dicit tamen, quòd est de domo de Burgis, & credit se fore in quarto gradu cũ dicto Melchiore. Nec obstat istud p ea, quæ dicta sunt, maximè cũ sit conformis dictis aliorum testium. Nonus testis Ioãnes de Lazate, dicit ꝙ ille Henrigetus non habet alia immobilia in territorio ducali, & ꝙ habet plures creditores, & in hoc est conformis dicto aliorũ testium. Modo isti testes probãt sufficientissimè istã negatiuã coarctatam ad locũ & tps, quo casu sufficit talis probatio est ostendendam falsitatem ipsius instrumenti, vnde quantuncũque instrumentũ sit authenticũ, potest vt falsum reprobari, vt in c. cum Ioãnes Heremita. de fide instrumentorũ. vnde dicit ibi Innocentius, ꝙ instrumento quantuncunque publicè confecto, quantuncunq; habebat testes inscriptos, derogat per duos testes, vel ad plus per tres, qui probant cõtractum, de quo loquitur instrumẽtũ, non fuisse celebratum illo tempore, & in illo loco, & inter illos, de quibus loquitur: cum probẽt ipsos, vel eorum alterũ adeo remotos fuisse ab illo loco illo die, ꝙ impossibile est tunc ibidẽ eos fuisse, & contraxisse d. l. optimam. & dicto c. ex tenore. & voluit Speculator in titulo de fide instrumẽtorũ. §. restat. versi. sed quæro. & Ioan. Andre. in dicto ca. cum Ioannes. & Barto. in l. secunda. §. si dubitetur. ff. quẽ admo. testamen. aperia. nec oportet in casu isto intrare conflictum doctorũ, an sufficiant duo testes ad reprobandum instrumentum, qa in casu nostro sunt octo testes, q reprobant instrumentũ, & directo

ctò probant illum fore falsum, tam per absentiã ipsius Lucæ, q̃ ēt per absentiam ipsius Philiponi ab illo loco illo tempore, q̃ etiam per illud depositum non verisimile, quia dictus Henrigetus erat debitor plurium, & adhuc non satisfecerat dicto Lucæ & socijs de toto debito. gl. Accursij in l. exercendis. C.
12 de fide instrumentorum. requirit † tres testes ad reprobandum instrumentum de falso. & glo. in dicto c. cum Ioannes. requirit quatuor, & Innocen. ibi requirit duos. & Specul. in loco præallegato. & Ioannes And. d. Anto. Ioan. Calde. in dicto c. cum Ioannes. & quod notat Bartolus in dicto §. si dubitetur. & communiter tenetur opinio Inno. Specula. & Ioannis Andreæ. ideo super hoc non est insistendum: quia ibi dicit Ioannes Calde. quòd duo boni testes reddentes rationem sufficientē reprobāt instrumētum, & sequitur ibi Ioan. de Lig. licet Nicolaus de Mata. in quadam disputatione dicat esse in arbitrio iudicis. considerata qualitate notarij, & testium, & qualitate negotij, & sequitur Bart. in dicta l. prima. §. si quis neget. per dictam l. optimam. ad finem. Bal. in dicta l. in exercendis. & in l. scripturæ. C. de fide instrumentorum. & in dicta l. j. §. si quis neget. & ibi Ang. & Moder. vnde in casu nr̃o cōsiderata qualitate negotij, & considerata qualitate notarij: quia idiota, seu ignorans, & tabernarius & malæ opinionis, & erat rebellis, sufficerēt duo testes: & nihilominus in casu nr̃o sunt octo testes. ideo indubitatū est hoc, videlicet ꝙ istud instrumentū est reprobatū vt falsum sufficiētissimè. Et si opponatur, amice, licet isti testes ita deponant, nihilominus instrumentum adiuuatur ex dispositione testium productorum ꝑ illum Ioannem de Gauiglano in fauorem instrumenti. Mō est insistendū circa hoc, quibus testibus magis credatur. & certè circa hoc est considerandum. Primus testis est frater Nicolaus Carnerius, qui dicit, ꝙ dictus Lucas de anno supradicto, de mēse Nouembris erat in castro, loco, & terra Noui ex eo: quia ipse Lucas 25. die Nouembris, qua die celebratur festum beatæ Catharinæ, dedit eidem testi vnū grossum, vt diceret missã in honorē eiusdē sanctæ. & dicit, ꝙ iō hoc scit: qa illa die ipse Lucas intrauit cū suis socijs ad illud castrū. & dedit sibi illū grossum in ecclesia S. Mariæ eiusdē loci: qa certè quantū ad casum nostrū nihil iste probat. nã primò debuit deponere, ꝙ ille Lucas & ipse simul fuerint in terra castri Noui; & tñ non fuerit in Rocca illa die: & sic nō infringit specifica testificatio facta ꝑ testes illius Melchioris dicētes, ꝙ illa die nō fuit ĩ Rocca, nec potuisset eē, ipsis testibus ĩscijs. & sic dictū istius non iustificat ipsum instrumentū. Secūdo si diligenter pōderetur dictum eius, ipse dicit falsum: quia dicit, ꝙ dedit sibi illū grossum præsente ipso Luca, & p̄sente ipso teste: quia istud nō est verisimile, ꝙ ille Lucas vt dominus castri cum socijs dederit solum vnū grossum, nō existēte alio ex socijs, vel ex famulis suis: qa illū grossum donabat pro re satis manifesta & aperta, ideo non est conueniēs eius testimoniū, & testes Melchioris deponunt magis super indiuiduo: quia dicunt, ꝙ non celebratum fuit instrumentū depositi illa die in Rocca: nec potuisset celebrari ipsis inscijs. & etiam alij testes dicunt, ꝙ nō potuisset recedere de Mediolano, quin ipsi vidissent & sciuissent: qa continuis diebus stabant cum illo Luca. d. mense Nouembris. Item dicit etiam, ꝙ continuè vidit ipsum Philipo. stare & habitare in dicto castro terræ Noui: quia non deponit, ꝙ de d. mense Nouēbris, & die 25. eiusdē ipse Philiponus habitabat seu stabat in terra Noui: nec etiam deponit, ꝙ illa die fuisset in Rocca, & dicit, ꝙ nunquã audiuit dici esse prohibitum ingressum ad illum castrum Philipono prædicto: qui ad hoc rñdeo, ꝙ non probat, ꝙ nō fuerit prohibitus ingressus, sed dicit, ꝙ nō audiuit, sed testes contrarij deponunt in specie, ꝙ erat prohibitus ingressus: & allegant causam prohibitionis illo tēpore: & sic in specie deponunt: vnde dixit Inn. valde singulariter in c. auditis. de præscrip. ꝙ si testes ex vna parte deponunt in specie, & ex alia
13 parte deponūt in genere, ꝙ statur † testibus deponētibus in specie: quia probatio specifica præfert ꝓbationi generali. & ibi Ioann. de Imola dicit, quod si testes deponūt, ꝙ ego possideo boues vt meos, & ꝓ meis, & alij testes dicūt, ꝙ ego teneo vt conductos, & fuerunt præsentes cōductioni, ꝙ tunc isti præferuntur: qa deponūt magis in specie. ita in casu nr̃o, cum dicatur ipsum instrumētum illo tempore fuisse celebratū in Rocca illa, & in sala illa: & illi testes dicāt, ꝙ semp fuerūt p̄sentes ibi, & ꝙ nō fuit possibile celebrari ibi d. instr̃m ipsis inscijs, nec fuisse possibile Lucam recedere de Mediolano ipsis inscijs: ergo sequitur, ꝙ stabit huic probationi specificæ, & indiuiduali: dicit etiã, ꝙ nunquã vidit: nec audiuit illū Philiponum rebellem: quia non sequitur, ergo nō erat rebellis, argumen. l. non hoc. C. vnde cog. cum sim. etiam quia aliquo tēpore nō fuit rebellis: vñ dictum istius capietur pro tempore illo, quo nō erat rebellis: interpretatio. n. capit̄ ꝯ probātē. c. in p̄ntia. de prob. cū si. Item cum dicit, ꝙ audiuit Philiponū appellari legalem &c. qa si erat ebriosus, & tenebat publicè tabernã, & erat ignorãs, & hoc testificãtur superiores testes, qui dicunt, ꝙ eum viderunt nescire facere publicum instr̃m, & sic iste primus testis nō probat. Secundus testis vocatus Fabianus, qui dicit. ꝙ vidit d. Lucam de mense Nouembris. d. anni in sala Gibelina dictę Roccę, circa finē illius mensis. & sic deponit confusè. & dubiè, nō enim loqtur, spe-
14 cificè de die: ideo † probatio dubia interpretatur ꝯ probantē: vt in c. in præsentia. de probat. dicit etiã ꝙ d. Philipo. habitabat in terra Noui de d. anno, & sic eodē morbo laborat: qa possibile est, ꝙ illo anno stetisset in d. terra, & ꝙ illo tp̃e celebrati ꝯctus nō steterat in terra illa, aut in Rocca illa, & sic non probat necessariò. l. nō hoc. p̃ealle. & dicit, ꝙ de dicto anno vidit d. Philipo. intrare & egredi illud castrū, sed de certis mēsibus nō recordat̄, nec certis diebus, & sic nō ꝓbat ꝯrium eius, qđ dixerūt testes Melchioris. & cū dicit, ꝙ vidit illū Philipo. ad bãchū iuris sedere, iã ꝑ testes Melchioris ꝓbatū fuit, ꝙ de illo officio fuit expulsus propter sua demerita: & sic iste testis non ꝓbat. Tertius testis Boxanus nihil ꝓbat. dicit enim, ꝙ vidit ipsum Lucã facere cōuiuiū in sala Gibelina, sed nō recordat̄ de mēse & die, nec ēt deponit de anno, & sic nihil ꝓbat, sup alijs capitulis laborat eodē morbo, quo alij testes. Quartus testis Ioan. de Valecisia dicit d e isto conuiuio, sed de mense & die nō recordatur, nec etiam deponit de anno, & sic nihil est suum testificari. Quintus testis Binus deponit de illo ꝯuiuio, nec de anno, nec de mēse, nec de die deponit, & sic nihil est. Vj. testis An. dicit, ꝙ vidit ipsum Lucã in sala Gibelina circa fi. Nouēbris, & in ecc̃lia. d. loci. & sic deponit de die incerto, & sic nō ꝓbat, vt superius est dictū, & dicit, ꝙ ip̃m vidit ipso p̄sente & ip̄o teste p̄sente: nec est verisĩle dictū eius, ꝙ ille Lucas eēt solus ĩ ecclesia. d. loci, attēto ꝙ dñabat̄ illi castro, nec deponit de certa die, & sic dictū est eius est nihil. Septimus testis Bartho. de Mali. deponit de illo ꝯuiuio, sed de certo anno nō recordat̄, & sic nihil est. Octauus testis Ioã. Auricula dicit de isto cōuiuio facto 25. Nouembris, sed de certo die nō recordat̄, & est ponderandum, qa nominatur cognomine illius Philipo. & sic est consanguineus eius & ēt dictū eius non est conforme dicto aliorum, qa alij nō deponunt

ponunt de 25. Nouembris anno 1444. Nonus testis Ioannes dicit se interfuisse instrumēto depositi, sed non recordatur de anno, mense, & die. circa istū teste cōsideret d. iudicans primò, ꝙ est singularis, ideo non probat. capit. bonæ memoriæ. de elec. l. testium. C. de te. cum si. secundò nō deponit tempore, quod est causa intentionis aduersarij. Decimus testis Pet. Artulus dicit, ꝙ circa finē Nouēbris vidit ipsum Lucā residere in terra Noui: & sic nō probat de die 25. & sic dubiè deponit. & per ꝯsequēs dubia interpretatio fit contra probātem, vt est dictum. Vndecimus testis. Io. Calderia dicit id, qđ proximus, & sic vnum & eundem meditatū sermonem profert. Duodecimus testis, idem dicit vt proximus. Decimus tertius testis. d. Nico. de capit. dicit, ꝙ circa fin. Nouembris venit Lucas ad ciuitatem Astæ, & requisiuit d. Caro. de Fagano & eius vxorem, vt venirem ad locum Noui ad festum, & dicit testis, ꝙ iuerūt vsq; ad tertiā diem post inuitationem. ponderet nūc d. iudi. quia aliqui testes dixerunt conuiuium esse factū circa fi. Nouemb. & iste deponit, ꝙ circa fi. Nouēb. venit ad inuitandū illū ad ciuitatē Astæ. d. Lucas: & post tres dies iuerunt ad locū Noui. ergo non fuit conuiuiū in 25. die Nouembr. & sic ꝯtradicit alijs testibus, & est singularis in d. suo. & sic non probat: vnde dixit Bal. in rub. de controuer. inuesti. in vsi. feu. aliàs in c.
15 j. ꝙ vbi † testes sunt singulares, in tm̄ vnus diminuit de fide alterius, ꝙ non potest deferri iurm̄ in supplemētum, & quod ipse voluit in l. de quibus. ff. de leg. & in d. l. testium. & in l. j. C. de testa. Bart. in l. ob carmē. §. fi. ff. de testi. Bart. in l. cum antiqtas. C. de testa. in l. 2. C. de dona. ante nup. & gl. in c. nihilominus. 9. q. 2. Sal. ī d. l. testiū. Cy. in l. 2. C. q̄ sit lōg. ꝯsue. D. Ant. & alij in c. licet ex quadā. de testi. Arch. in c. j. de arb. lib. 6. ergo &c. item proferūt vnum eundem medita
16 tum sermonem, quo† casu sunt suspecti, nec ꝓbant: vt voluit Bald. in tit. de pace Constan. §. die lunæ. & quod not. idem Bal. in d. l. testium. & in l. verbū volo. C. de fideicom. & in l. ampliorē. §. in refutatorijs. C. de ap. D. Anto. post alios in c. nihil. de verborum sig. & in c. licet ex suscepto, de fo. compe. & habetur in c. ex tenore, & in c. causam q̄. de test. cū ergo in ca
17 su nostro sint suspecti isti testes: quia† fuerunt recepti post publicatū processū, quo casu est timor subornationis: vt in cle. de testi. & in cap. fraternitatis. eodē titulo, & in auth. atq; semel. C. de proba. cū si. ergo. vt in ꝓposito. q. stat ꝯclusio firmissima, ꝙ istud instrm̄ potuit ꝓbari falsum, vt est superius dictū, & est reprobatū vt falsum: vt testes superius expressi clarissimè ꝓbant. Stat nunc dubitatio: qa testes Ioannes de Gauiglano producti sunt ad roborandum instrumentum, quibus testibus stabitur. Et certè dicendū, ꝙ stabitur testibus Melchioris reprobātibus instrumentum, quod ex pluribus liquidò ostendo. primo certum est, quòd testes Melchioris deponūt explicitè, & specificè, & in indiuiduo falsitatem in-
18 strumenti: quo† casu statur probationi specificæ, & non probationi generali: vt voluit Inno. in d. c. audi tis. Secūdo testes ipsius Melchioris reprobantes instrumentum loquūtur per media verisimiliora: dicunt enim continuis diebus stetisse cum ipso Luca, & ꝯtinuè stetisse in dicta Rocca, nec potuisse fieri instrumentū depositi prædicti, nec potuisse Lucā exire Mediolanum ipsis testibus inscijs. & allegant optimas rationes. isti ergo tanquam verisimiliora
19 † deponentes præferuntur testibus contrarijs. vnde dixit Innocentius in ca. j. de frigidis & maleficiatis, ꝙ si mulier probat per testes, quòd vir est frigidæ naturæ, & vir probat contrarium, quòd stabitur testibus mariti: quia deponunt super eo, quod est verisimili us. ita in proposito nostro. Facit elegans dictum Baldi in authentica, omnes peregrini. C. com mu. de suc. vbi voluit, quòd si statuto cauetur, quòd equus non possit redhiberi, nisi sit bulsus, & quis probat per duos testes, quòd equus est bulsus, & aduersarius probat per duos testes, quòd non est bulsus, quòd stabitur testibus deponentibus equum bulsum. ita dicamus in casu nostro, quòd stabitur testibus deponentibus instrumentum falsum, ex quo explicitè & apertè illud probant. Facit etiam: quia pro parte illius Melchioris sunt octo testes cōformes, quòd instrumentum est falsum, & probant per media inconuincibilia, sed ex parte illius Ioann. de Gauiglano non sunt tot testes conformes ad probandum istud instrumentum depositi: quia
20 nullus eorum probat, & multi † sunt singulares, vt iam fuit superius ostensum. ergo sequitur, quòd stabitur testibus deponentibus contra instrumentum ex hoc capite: quia sunt plures. vt voluit Bar. in d. l. si duo. & habetur in d. c. licet causam, de probationi-
21 bus. Et si dicatur, plus † valent decem affirmantes, quàm mille negantes. leg. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitris. ad hoc respondeo, illud esse verum, quando asserunt negatiuam, quæ regulariter probari non pōt, dicta lege, actor. & dicto capitulo, bonæ. secus si sunt testes probantes negatiuam coarctatam, quæ regulariter probari potest, vt superius dixi. Facit etiam, quod voluit Baldus in capitulo, cum sint partium iura obscura, de regulis iuris. li-
22 bro sexto. vbi dixit, quòd si vna † probatio est fauorabilis, & alia odiosa, statur primæ: si vtraque est fauorabilis, & vna magis, illi statur, lege, lege Iulia. ff. de manu. idem voluit in l. contractus. C. de fide instrumentorū. sed in casu nostro probatio pro isto Melchiore est fauorabilior: quia est reus, & stat pro liberatione, quæ est fauorabilior: vt l. Arianus. ff. de ac. & obliga. c. ex literis, de probatio. ergo iudicandum erit pro probatione, quæ fauet Melchiori: & procedit hoc eo casu, quo ꝓbationes sunt hincinde æquales: qa statr̄ probationi, q̄ fauet liberationi: sed in casu nostro probationes sunt hincinde æquales; quia probatio Melchioris est potentior & verisimilior, & ēt clarissimè probauit, ꝙ ille Henrigetus non habebat bona illo territorio, & ꝙ habebat multos creditores. & res bona illa nō fuerunt sufficiētia ꝓ debito Lucæ & sociorū: & sic in hoc ēt est verisimilior probatio Melchioris, nec hoc est elisum per ꝓbationē illius Ioannis de Gauigla. & ēt qa testes deponentes ꝯ illum Philoponum sunt peritiores testibus productis in fauorē illius Philoponi, qđ appa ret: qa deponūt de imperitia illius, asserēdo, ꝙ nisi fuisset sibi facta minuta prius, non potuisset facere instrumentum. & sic in numero & expressiori probatione, & super indiuiduo testes Melchioris exclu dūt testes Ioānis, & super qualitate negotij. Præte-
23 rea testes illius de Gauiglano non fuerunt rite † recepti, ergo sequitur, ꝙ talis receptio est nullius effectus. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata. glossa solennis in clementi. 2. de testibus. loquitur in specie de receptione testiū, quæ rite facta non fuit, in gloss. in verb. rite. facit, quod notat Bartol. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratabu. quod autem testes Ioan. de Gauigla. non fuerunt rite recepti appa
24 ret: quia facta fuit commissio † per dominū arbitrū cū hac lege, ꝙ illos reciperet iudex illius castri Noui cum examinatore partis, & cum interrogatorijs, protestando sibi, ꝙ aliàs talis receptio esset nulla: vnde interrogatoria partis aduersæ quando sunt ꝓducta, & est petitum, ꝙ examinentur super illis interrogatorijs, & maximè qñ iudex causæ ita cōmittit, sunt de substātia testificationis. Faciūt in simili duæ glossæ solēnes & singulares ī c. vxor felicis. 17. q.

stione

stione 4. & in cle. sæpe. de verborũ significatio. quæ
25 dicunt, † q licet induciæ deliberatoriæ non sint de substantia, est verum, nisi petant, sed si petũtur a parte, sunt de substantia: adeo q processus inde factus est ipso iure nullus: ita multofortius dicamus, in casu nostro, q talis receptio facta sine examinatore & sine interrogatorijs partis aduersæ, ipso iudice committente, & protestãte, q talis receptio aliter erit ipso iure nulla. & maximè ẽt: quia pro isto Melchiore fuit facta protestatio coram illo iudice castri noui recipiente illos testes: q si sine examinatore & interrogatorijs illos reciperet, quòd talis examinatio eẽt nulla: & ita protestabatur. Facit, quod pulchrè voluit Spe. in titulo de teste. §. iã nũc de interrogatorijs versicu. & caute facit aduocatus. vbi dixit, q si iudex dolo omisit interrogatoria, iterum publicatis attestationibus debent. & interrogatori. & Ioannes Andreæ ibi in additionibus, quẽ referũt scribẽtes in dicto c. cum cãm. dicit, q punietur parti ad interesse. & nõ loquunt ibi eo casu, quo expresè fuit facta cõmissio per iudicem causæ iudici testiũ: vt illos recipere cum examinatore partis aduersæ. & cũ interrogatorijs: qa tunc diligẽter sunt custodiẽdi fines mãdati. l. diligenti. ff. mandati. cap. prudentiam. de officio delegati. cum similibus. vnde non potest quis inficiari, q tales testes non fuerint illegitimè examinati: vt notatur in dicto c. cum cãm. & expressius in c. per tuas, de testibus. & tex. melior de corpore iuris in c. presentium. in ver. secundum aduersę partis interrogatoria, quæ tibi sub eadem bulla diligenter examines, de testibus. libro 6. vbi iudex debet diligẽter examinare testes secundum interrogatoria partis aduersæ. ergo sequitur, q vbicunq; illos non examinauit secundum interrogatoria partis aduersæ, non sunt diligenter examinati. & per ɔ̃ns sequitur, q illa examinatio est nulla: nec tenet: quia est ɔ̃ expressum mãdatum legis 10. distinctione. c. vides fili. & l. si non sortem. ff. de condictione indebi. l. nõ dubium. C. de legibus. cum similibus, facit, quod ibi notat Dominicus, dum loquitur, quando committitur receptio alibi, & pars dat interrogatoria: quia sentit expresè, q iudex illo casu tenetur examinare testes cum interrogatorijs partis aduersæ. ergo sequitur, q talis examinatio non est legitima. & per consequens nulla. vnde singulariter dicebat Bald. in c. sacramentum. de cõsuetu. rect. feud. q testis nõ
26 legitimè examinatus† nõ facit indicium, & dicit nõ legitimè examinatum esse, si testis sit legitimus, tamen modus examinandi non sit congruus: vt quia non sit interrogatus de causa: & subdit, q talis examinatio non caret aliquali suspicione: qa iudex nõ laborauit ad veritatem inquirendam, quæ doctrina imponit gladiũ & securim ad hanc hæsitationẽ: quia talis examinatio est suspecta, nec est legitima, & est cõtra iuris dispositionem, & contra formã cõmissionis factam per dñm, arbitrum. quis esset ergo ita amens, aut iniustus ęstimator, qui non iudicaret hanc exceptionem testiũ nullo modo prodesse illi Ioãni de Gauigla: & per consequens stamus in mera probatione illius negatiuè coarctatę: vt illo tẽpore nõ fuerit celebratũ instrm̃ depositi in d. Rocca in sala Gibelina. Præterea facit: qa facta erat publicatio testiũ in dicta causa corã domino arbitro, quo-
27 modo† potuit committi receptio post publicatum processum contra omnem iuris dispositionẽ: vt in c. de testibus. & in ca. fraternitatis. de testibus, in clementi. 2. eodem titulo. in capitulis directo contrarijs. vnde diminuitur fides talium testiũ, ex quod est periculũ subornationis. & per ɔ̃sequens tales nullo modo eueruãt fidem & testimoniũ testiũ Melchioris contra illud falsum & dolosum instrumentum.

& facit illud elegans dictum Iaco. Butriga. quod in quadam sua disputatione dixit, quod refert & sequtur Bald. in l. presbyteri. C. de episcopis & clericis. q si dui testes assignãt causam sui dicti nõ interrogati, preferuntur testibus contrarijs assignantibus causam sui dicti præcedente interrogatione. quãto ergo magis in casu nr̃o erũt ꝑferendi testes istius Melchioris testibus Io. de Gauigla, nec rite, nec legitimè receptis. Et ex istis remanet vera & manifesta cõclusio, q testes illius Melchioris sufficienter probant illud instrumentum depositi esse falsum, & falso modo fabricatum, & esse illos testes præferendos testibus Io. de Gauiglano: & receptio illorum testiũ facta sine examinatore & interegatorijs partis aduersæ est nulla, & nullius momenti. & per ɔ̃ns soluta sunt duo dubia huius cõsultationis. ¶ Nec ob. alle-
28 gata in ɔ̃trium: primo cũ dr̃ tale† præsumitur instrumẽtum, quale apparet in prima sui figura: qa istud concedo, sed illa præsumptio tollit per probationẽ cõtrariam: nam in incertis & non certis stamus cõiecturis. l. si certis annis. C. de pact. cum sim. Nec ob. cum allegatur doctrina Ange. de paritate testium: quia in casu nostro testes nõ sunt pares, vt superius demonstraui: & ẽt receptio testiũ illorũ de Gauigla nõ est pro nihilo, qñ non legitimè, & cum præsumpta subornatione, vt est ostensum superius. Nec ob. cum dr̃, q ista est negatiua: quia ex negatiua coarctata ad locum & tps, quo casu probari potest, vt est dictum: nec est verum, cum dr̃, q testes Io. de Gauiglano deponũt verisimiliora, vt superius ostendit, & etiam qa eorum testificatio est nulla, vt superius est expressum. Nec ob. ẽt cũ dr̃, q præsumitur ꝓ notario, qa illud est verũ in dubio, sed in casu certi stabimus certo. l. ɔ̃tinuus. §. cũ ita. ff. de ver. obl. & certo certius est tale instrm̃ depositi esse falsum, vt est probatũ sufficienter, ergo. & sic ex prædictis sequitur, q partes domini arbitri erũt in absoluẽdo illum Melchiorẽ & socios de Burzijs a petitis per ipsum Ioã. de Gauiglano. & in declarando ipsum instrumentũ depositi fore falsum, & victum victori cõdemnare in expensis. ¶ Restat nũc videre, qa ex dispositione statuti exceptiones reseruantur in fi. causæ, vt ex statuto Parmensi constat, fuit ꝓpositum ɔ̃ instrumentũ Io. de Gauiglano, inquantũ referebat suam petitionẽ ad quædã instrumenta, & ad quasdam scripturas: q ante omnia illa ꝓduceret, vt rectè posset reus deliberare, an vellet cedere, vel ɔ̃tẽdere, an ante oĩa debuit ille actor producere dicta instrã & dictas scripturas, anteq̃ procederet ad vlteriora. Et circa hoc nõ est nimis insistendũ: qa articulus est clarissimus, & certè dicendũ est, q sic. & ad hoc facit tex. in l. j. ff. de eden. vbi libellus debet dari ita clarus, vt possit reus intelligere, an cedere, vel ɔ̃tẽnere debeat. licet ergo in libello Io. de Gauiglano dicat, q Ant. mansuarius nominẽ Henrigeti deposuit per instrm̃ pu-
29 blicũ & c. tñ debet illud instrumentũ† ostendere, ex quo refert se ad illud, nec sufficit allegare, sed producere & probare debet: vt dixit gl. solennis, in l. j. ff. si quad. pau. fe. dica. quæ dicit, & probatur, supplendo ad illũ tex. & in l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eo. & ibi Bal. gl. in c. nõ est. de cõsuet. lib. 6. l. ait ptor. §. docere. ff. vi bo. rapt. l. doce. C. de rei ven. c. ad decimas. de rest. spoli. cũ si. Cum ergo referat se ad illud instrm̃, & ad illas scripturas. ergo debuit illa ostendere & producere, cũ sint fundamentũ suæ intẽtionis. facit, quod hr̃ per Innocẽ. in c. inter dilectos. de fide instru. in noua addi. quã ibi refert Ioan. And. & doc. & refert Archi. in c. si Papa. de priuile. libr. 6. & facit tex. ĩ l. in testõ. la grande. ff. de cond. & demon. cũ ergo tale instrumentũ & tales scripturæ non fuerint celebratæ cum ipso Melchiore & socijs, sequtur,

ꝙ possunt tolerabilem ignorantiam prætendere.c. ab excõmunicato, de rescrip.l.fi.ff.pro suo.cũ si.ergo debuerunt certificari de illis talibus instrumentis, ex quo notitiã non habebat.facit.l.si quis inficiatus.ff.deposi.& ibi dixit Bar. ꝙ quando aliquis protestatur, vt sibi soluatur tãquam hæredi alicuius, ꝙ debet facere fidem per instrumentũ, quomodo est procurator, vel hæres illius, aliàs qs non constituet in mora.& idẽ voluit in l.quod te.ff.si certum petatur.ita dicamus in proposito nostro. cũ ergo petierit sibi solui depositum vigore publici instrumenti, quod asserit fuisse factũ dicto Lucæ. sequitur, ꝙ debuit illud producere & ostendere ante omnia ipsis Lucæ & socijs prætendentibus iustam ignorantiam de illo instrumẽto, ad hoc vt possent deliberare, an velint cedere, an contendere.facit, quod habetur in l.eius quis in prouincia.ff.si certum peta.per Bar.& alios in l.q Romæ.§.duo fratres.ff.de verborũ obligationibus.& per Ange.in l.tres fratres.ff.de pactis.& in l.non est ferendus.ff. de transactionibus. facit, quod in simili habetur in l.admonendi.ff.de iureiurando.& ibi glos.Barto.& Moderni versic.habetur, ꝙ dispositio legis referens se ad alia, nec illa alia reperiuntur, tunc si in lege referente apponitur tenor illius legis relatæ, non vitiatur: qa apponitur ab eo, qui habet potestatem legis condendæ. facit glossa in authen.de teste.§.& quoniam.& in l.vt liberis.C. de colla.& in c.si Romanorum.19.distinctione.aut non apponitur tenor, & tũc vitiatur.facit, quod voluit Baldus in l.prima.C.de episcopis & clericis. ad finem.& idẽ quærit ibi Ludouicus Romanus, quãdo libellans refert se ad statutum, quod non reperitur, alle.notata per Baldum in l.3.C.de nuptijs.Modò in casu nostro libellans nõ habet potestatem faciendi instrumentum: licet apponat tenorem instrumenti, non tenetur reus sibi credere, cum tale instrumentum sit factum in partibus remotis & extra prouinciã.ergo seqtur, ꝙ debuit ꝓducere talia instrumenta, cum fundent intentionem ipsius agẽtis, si vera sunt. Facit l.j.§.editiones.& §. edenda.ff. de edend. vnde tenetur edere actor instrumentum parti.qđ dedit iudici.vnde tale instrumentum depositi allegatũ per illũ Ioã.de Gauiglano allegatur ad instructionẽ, & informationem partis & iudicis.ergo debuit illud producere: cum non potuit esse informatus reus, tum quia celebratum fuit cum alio, tũ quia erat extra prouinciam in partibus remotis. Et sic videtur, ꝙ debuit edi instrumentũ & aliæ scripturæ, vt posset deliberare, an velit cedere, aut cõtẽdere.& sic satisfactum est quæsito.

EPITOME.

¶ Qui sciens res vitio spoliationis affectas, quãuis non ab ipso spoliatore, sed alio quouis emerit, eas tamen restituere spoliato tenetur.

SVMMARIVM.

Emens scienter res vitio spoliationis affectas incidit in capitu sæpe.de restitutione spoliatorum.nu.1.& 11.

Violenter, actiuè passiuè sumitur, proinde fit interpretatio contra probare volentem.nu.2.

Confessio, maximè in iudicio facta, contra confitentem interpretatur. nu.3.

Iudex ei, qui per vim aduersarium possessione eijcere vellet, committere intrare, & possessionem capere non potest.nu.8.

Semel possessor, vel dominus, semper possessor vel dominus præsumitur.nu.13.

CONSILIVM IIII.

Illud In medium afferam, quod præclarissimè scriptum est primo regum.c.2.nolite, inquit sublimio loqui gloriantes, qa Deus sciẽtiarum est dominus.j.questione prima.c.cũ Paulus.& c. principatus. in authen.quomodo oportet episcopos.in principio. ideo in præsenti consultatione optimum & clemẽtissimum Deum inuoco: vt veritatem indubitatam mihi sua summa benignitate aperiat. Et quidem viso processu, & agitatis in eo, & visis consilijs hinc, inde redditis per clarissimos iuris interpretes, & omnibus diligẽti & exacta animaduersione pẽsatis, aliqua breui & succincto eloquio referã in mediũ pro veritate huius consultationis: quia veritas consistit in paucis. Et tota difficultas huius hæsitationis pen-
1 det, si constat, ꝙ dictus Antoniotus scienter† successerit in vitium illius spoliationis, adeo ꝙ contra eũ competat remedium.c.sæpe.de restitutione spoliatorum. Et mihi videtur aperto iure esse dicendum ꝙ sic, quod ostendo ex sua confessione facta ad tertiã positionẽ.in qua dicit; credit dictus Ant.ꝙ Cara cosa cognata dicti Zanoni erat in domo descripta in petitione dicti Zanoni, ipso Zanono absente a terra Luxoli, & credit, ꝙ Cremoninus eam expulit violenter & de facto de dicta domo cum commissione & voluntate domini Galeoti de campo fregoso. Ex quibus verbis apparet manifestè de violẽtia, ex quo dicit, ꝙ violẽter expulit, de quo est textus in c. quia. de iudi.in vers.violenter occupasse.& in c.vt famæ. §.laici vero.in ver.violenter.de sententia excommunicatio.& licet Bar.in l.2.ff.de duo.re.dicat, ꝙ vbi testes deponunt, ꝙ Caius cognouit Titiam violẽter,
2 intelligitur passiuè: quia illud verbum † verificatur actiuè & passiuè: & sic ꝙ mulier ipsa intulerit violentiam, & sic fit interpretatio cõtra probantẽ.c. in præsentia.de probationibus.cum simi.de quo ibi ꝑ Ang.sed in facto nostro non obstat: quia Bartol.ibi loquitur in testibus: sed in confessione partis non
3 loquitur.& ideo est secus: quia† confessio interpretatur in dubio ꝯ confitentem: vt est text.melior de iure in c.cũ dilecti.de accusatio.& facit.c. cõtra eũ, de regulis iuris.libro 6.& l.veteribus.ff.de pactis. & l.quicquid astringendæ.ff.de verborũ ob. cũ si.& ẽt quia dictum testis debet interpretari secundum cõmunem vsum loquendi, & est singulare dictum Inno.in c.cum causam.de test. & Bar. l.stipulatio ista. §.hi quoq;.ff.de verbo.ob.& sic Bar.ibi non bene loquitur.& facit, quod no.dñs meus Io. de Imo. in d. l.2.& quia Barto. loquitur in termino separato: loquitur enim quãdo mulier fuit cognita carnaliter, quo casu, qa agitur de re nõ molesta mulieri, ar.gl. sing.in l.j.C.de rap.virgi.secũdum Ang.ibi, quæ extendit illũ tex.de viro ad mulierẽ, & nos loquimur in re penitus molesta & ægra ipsi mulieri: qa de expellendo eam de domo & bonis, quo casu verbum, violẽter, importat violentiam illatã ipsi mulieri. Et ẽt apparet propter illud, verbum, de facto, quod verificatur in malã partẽ, vt plenè per Bal. in l. fina.C. de ac.emp.& in c.j.qui suc.te.& in l.j.ff.de euic.& in consil.incipi.Ludo.de ciui.Castelli.Bart.in d.l.stipulatio ista.in prin.& in cõsi.118.& in d.l.j.& in d.l.fina.& in extrauag.ad reprimendum.in versic. videbitur. Lapus alleg.128.Ang.consilio 174.& in l. Imperatores.ff.de pac.D.An.in ca.j.de constitu.Barto. in l.si seruus.ff.de cond.furti.dominus Abb.in c.petitio.de iureiu.& per omnes modernos in cap.fi. de empt. & ven. Et etiã apparet per illud verbum, spoliare, quod etiã sonat in malã partẽ: vt est tex.in verbo spoliare, in c.fi.de cle.non resid.& in c.fi. de postu.

ctu.in tit.de resti.spol.Et etiam apparet per illud verbum,expellit. Et sic ista volentia est sufficienter probata:& etiam positio ipsius Zanoni per confessionẽ ipsius Anto.vt plenè firmat Bart.in l.cum falsa.C.de iur.& fa.igno.& D.Anto.& plenè Ioan.de Imo.in c. fi.de confes.& in ca.si cautio.de fide instru.& per Io. in addi. Spe.in titu.de confes.§.sequitur.& maximè,
4 quia ista† confessio emanauit iudicialiter: vt l.sicut. C.de repu.hær.Et est tex.melior de iure,& ibi Bal.facit.c.per tuas,de prob.& l.generaliter.C.de non nu. pec.& quod scribitur in passione Domini.qd adhuc egemus testibus,ibi,cũ audiuerimus de ore suo,&c. Et sic apparet,ꝙ poni debeat dictus Cremo.in possessionem,& ꝙ spoliatus fuit,& ꝙ ipse Anto.sciuit ista, & notitiam habuit. ¶ Et si dicatur, amice,ista confessio est qualificata, ideo qualificatè debet recipi, & per consequens in totum approbari,vel in totum reprobari,iuxta not.a Cy.in l.j.C.de confess.& quod no.Bar.in l.Aurelius §.idẽ quæsijt.ff.de lib.leg.l.quędam.§.nummularios.ff.de edend.& Bald.in l.si quidam.C.de transact & Archi.in c.1.de confes.lib.6.& per doctores in cap.bonæ,de postul.præl.& in c.cum venissent,de insti.& in c.cum olim,de censi.cũ ergo ista confessio fuerit qualificata,quia dixit,ꝙ Cremoninus expulit per vim & de facto,de commissione illius dñi de Campo fregoso.ita ergo est acceptanda: sed si sic est acceptanda,sequitur ergo,ꝙ non fuit vitiosa ista spoliatio, per ea quæ habentur in l.iustè,& ibi Bar.ff.de acq.posse.& quod no.in c.diuersis fallacijs,de cle.coniug.& in c.de iud.& sic cum auctoritate iudicis facta fuerit,sequitur,ꝙ non dicitur vitiosa, maximè quia ius præsumit pro iudice.l.2.C.de offic. ciui.iudi.l.j.C.de prædi.cu.lib.10.cum si. Ad hoc respondeo, & est diligenter circa hoc animaduertendum:quia iste Antoniotus dicit, ꝙ violenter, & de facto expulit cum commissione domini, &c.& constat per testes, ꝙ dictus Zanonus erat tunc temporis absens,quo casu nullo modo potest sustineri hoc,ꝙ violenter & de facto expulit absente illo Zanono.primo,quia text.in c.1.de cau.poss.& proprie.dicit, nos contra inauditam partem aliquid diffinire nõ possumus,nec debemus,& facit.l.fi.in versi.cognitionaliter.C.de legi.& in cle.pastoralis,de re iudi.& sic† nec
5 Papa, nec Imperator potest aliquid facere in præiudicium alterius, ipso absente. Facit l.si deserta.C.si
6 ob pu.pen.vbi dicit Bald.ꝙ† possessio etiam iniusta nemini est auferenda sine causæ cognitione,allegat Innoc.in c.inter quatuor,de ma.& obe.facit l.fi.C.si per vim vel alio modo.l.fin.de bonis va.lib.10.l.j.C. de priuile.fi.l. ob maritorum.C.ne vxor pro marito. l.1.§.hoc edicto.ff.si mulier ven.no.Facit.c.licet epi-
7 scopus,de præben.lib.6.vbi Pet.de Ancha.dicit,ꝙ† licet titulus beneficij resoluatur ipso iure in casu illo, per d.c.de multa, de præb.non tamen perditur possessio.ideo non debet auocari possessio ipso possessore non vocato,& ibi dom.Dominicus arguit contra multos executores,& facit.quod notat Angel.in d.l. iustè,& in l.qui restituere.ff.de rei ven.& in l.j.ff.si qs ius di.non obtemp.& D.Ant.in c.significasti,de offi. deleg.do. Abb.in c.decætero,de re iudi.& Inno.in c. cum olim,de priuile.vnde videtur ex dicta confessio
8 ne sequi, ꝙ† si iudex commiserit ius intrandi & capiendi possessionem dicto Cremonino,quod secundùm Bar.potest de iure fieri,vt in d.l.iustè,ipse no.illud procedit,nisi per vim vellet quis eijcere aduersarium de fundo:quia hoc nõ posset committi per iudicem.l.non est sing.ff.de regul.iur.secundum Bart. in d.l.iustè,& facit,quod similiter notat idem Bar.in l.alia.§.eleganter.ff.soluto matrimo.& in l.tertia.C. de pignora.& facit,quod notat Innocen.in dicto capi.cum olim,vbi dicit,quòd nec merus executor iudicis,nec Papæ potest parti violentiam inferri.capit. cum nostris,de concessio.præben.vnde dictum Bar. & Innocent.seruaretur in practica secundùm Ludouicum Romanum in d.l.iustè.Ergo sequitur, quòd aut istud non est verum,quòd de concessione domini ille Cremoninus intrauerit possessionem domus, inde violenter, & de facto expellendo illam Caracosam, &c. & hoc videtur verius, quia non est præsumendum,ꝙ iudex,aut dominus ita iniustè & iniquè mandauerit, argumento.d.l.2.C.de officio ciuili.iu-
9 di.† Ex quo sequitur,ꝙ dicta confessio potest diuidi: quia non verisimile, ꝙ dominus loci mandauerit illo Zanono absente, ipsum Cremoninum ingredi ꝑ violentiam, & de facto.vnde Baldus in l.prima.C.de confess.in versiculo,ego in hoc articulo.vbi dicit, ꝙ si reus respondeat positioni,dico,ꝙ occidi ad meam defensionem; quòd taliter confessus est puniendus, quia confessio pro se facta non valet,& illa verba,ad suam defensionem,sunt quodammodo exceptio.ergo excipiens debet probare: quia regula est contra eum:quia omne,quod lędit præsumitur factum malo animo.c.j.de præsumptio.omne enim contra naturam factum præsumitur dolo se actum, vt ibi latè per eum.Cum ergo in casu nostro dicat,ꝙ violenter de facto &c.non pręsumitur cum commissione dñi: qa non est pręsumptio,ꝙ dñs aut iudex iniusta man-
10 dauerit.l.Herennius.§.Caia.ff.de euic.c.Pisanis,† de restitut.spoliato.c.bonæ, de elect.cum similibus.ergo sequitur, ꝙ ita confessio potest diuidi,& in parte acceptari,& in parte refutari, ergo sequitur, ꝙ non valuit talis confessio, & per consequens non potuit violenter & de facto pars ingredi,absente ipso Zanono.& ideo Ludouicus Roma.in dicta.l.iustè dicit,ꝙ si quis ingressus est, possessionem ex decreto iudicis inualido,quia absente & nõ citata parte emanauit, & sic fuit defectus iuris naturalis, non valuit ingressus,nec excusatur.cum ergo in casu nostro ille Zanonus erat absens,sequitur,ꝙ non valuit talis commissio.ergo talis ingressus fuit vitiosus.Ipso autem Antonioto hoc sciente per consequens est verum dicere,quòd fuerit sciens ipsius spoliationis,violenter,& de facto factæ, & sic cum vitio res istas possessas esse, & per consequens sumus in casu dicti.c.sæpe, de restitutione spoliatorum. Et sic non obstat cum dicebatur,ꝙ cõmissio iudicis excusauit illum ingressum vitio,& spoliatione. ¶ Et si quispiam dixerit,amice, ex alio tollitur vitiosus ingressus, quoad ipsum Antonium,qui ipse emit a quodam Peregrino,qui non fuit spoliator, nec expulsor illius Caracosæ cognatæ illius Zanoni, quo casu purgatum est vitium quoad ipsum Antoniotum,per elegantem doctrinam Bar. in l.rem quæ nobis.ff.de acquirenda possessione, & in l.ciuile.C.de furtis. vbi distinguit, an quis emerit a malæ fidei possessore,& sic ab expulsore, aut a bonæ fidei possessore,& sic non ab expulsore:& sic isto casu dicit se militare elegantem glossam in dicta l.ciuile.C.de furtis,& dictum solenne Inno.in d.c.sæpe, de restitut.spoliatorum. cum ergo ipse Antoniotus dicat,quòd emit dictas petias terræ, domos, & alia bona a quodam Peregrino, & non ab ipso Cremonino,vt apparet in suis respõsionibus ad positiones: ergo sequitur, ꝙ non vẽdicat sibi locum remedium d.capit.sæpe, & istud iudicio meo facit dubium non mediocre in ista hæsitatione.Et non leuato velo,sed accurato intellectu est circa hoc considerãdum.Sed in vera conscientia & in veritate, & in puncto iuris, etiam istud non obstat.Et pondero ante oĩa dictum.
11 c.sæpe.vbi tex.pũctualiter dicit,sancimus,† vt si quis decætero scienter rem talem receperit, cum spoliatori quasi succedat in vitium eo,ꝙ non multum interfit quoad periculum animæ,iniustè detinere, ad inuadere

inuadere alienum, ꝯtra poſſeſſorem huiuſmodi ſpo
liato per reſtitutionis beneficium ſuccurratur. iſta
ſunt verba formalia illius tex. vnde text. ille loquitur
eo caſu, quo ſcienter receperit rem talem. vnde eo-
ipſo, ꝙ accepit ſcienter rem vitioſè occupatam, ven-
dicet ſibi locum diſpoſitio illius tex. vnde quærit ibi
Inn. quid ſi hęc res ambulauerit per multas manus,
an competat contra, quencunq; poſſeſſorem vitio-
ſum condictio illius. c. & concludit, ꝙ ſic. vnde dicit
ſe ſanè intelligere dictam decretalem, vt quicunque
rem raptam ſciens illam eſſe raptam a quocunque
receperit, teneatur condictione illius decretalis: & ſi
illa res ſit rapta, & per multas manus ambulauerit,
argumen. l. ſed & ſi l. §. ſiue autem. ff. de petitione hæ
reditatis, dummodo neſciat vitiũ rapinę purgatum:
quia ſi hoc ſciret, vel veriſimiliter, aut probabiliter
crederet; poſtea non haberet locum illa decretalis,
patet ex ratione illius text. nõ enim iniuſtè tenet, qui
vitium ignorat, & bonam fidem habet. 2. q. 1. c. in pri
mis, & hanc doctrinam Innocen. ſequitur dominus
Abbas in d. ca. ſæpe, vnde prouidit. d. c. ſæpe, duobus,
videlicet animæ tenentis rem raptam ſcienter, & ip-
ſi ſpoliato, vt recuperet rem raptam. Et ſi dicatur, ꝙ
illud capitulum ſæpe, non habet locum in laicis rñ-
deo, ꝙ lex canonica prouidet aĩæ ad tollendum pec-
catum, & ligat laicos: nam cõditori canonis quo ad
animam eſt ſubdita omnis creatura, vt fuit ſingula-
re dictum Innocentij in ca. primo, de conſtitutioni-
bus, & ſic diſpoſitio eccleſiaſtica prouidẽs animę ſer
uatur in foro laici, ligat etiam ipſos laicos, vt firmãt
omnes ſcribentes in dicto c. ſępe. vnde dominus Ab
bas in. c. ſi diligenti, de præſcriptio. verſicu. nunquid
12 autem antiquiori. poſſeſſioni ſit proditum† aliquod
remedium contra ſecundũ poſſeſſorem: dicit ꝙ ſic
præſumatur bona fide poſſidere; poteſt implorare
iudicis officium: vel intentare condictionem. l. ſi co-
loni. C. de agri. & cenſi. libro 12. allegat Innocen. ita
dicere in dicto c. ſępe. quod dicit eſſe notandum pro
poſſeſſoribus eccleſiarum, qui amittunt earum poſ-
ſeſſionẽ, nec poſſunt probare ſuã canonicã inſtitu-
tionem. fit enim eis reſtitutio probata eorum anti-
quiori poſſeſſione. licet non probent ſpoliationem
d. l. ſi coloni. & c. reintegranda 3. quæſtione prima. &
idem voluit Baldus in dicta l. ſi coloni. reſtringit hoc
contra malæ fidei poſſeſſorem: ſed gloſſa in dicta l.
ciuile. C. de furtis. videtur ſentire ſimpliciter cum In
nocent. ſed Bartolus remittit ad notata ibi per eum
in l. finali. C. de furtis. ibi enim in §. ſed cum in ſecun
dam. & in d. l. rem quæ nobis, de acquiren. poſſeſſio-
ne. diſtinguit, ꝙ aut ius habuit ab auctores vitioſo,
& poteſt agi ꝯtra eũ, vt ſic mala fides auctoris iſtum
aliqualiter afficit. argumen. authen. malæ fidei. C. de
pręſcriptione longi temporis, idem & fortius, quan-
do iſte ſecundus eſt in mala fide, ꝙ ſic intelligit dictã
l. ſi coloni. ſecundo dicit, vbi ſecundus eſt in bona fi-
de, & habuit ab auctore non vitioſo, tũc enim tenet,
ꝙ primus non agit contra ſecundum per l. ſiue. §. ſi
duobus. ff. de public. Ipſe vero dicit plus ſibi placere
dictum gloſſæ & Inno. per dictam legem ſi coloni. &
per id, quod notat Innocen. in c. poſt electionem, de
conceſſio. præben. & reſpondet ad dictum. §. ſi duo-
bus. & ſic dominus Abbas ſentit in caſu noſtro reſti-
tutionem fieri debere ipſi Zanono, ex quo quia ipſe
Antoniotus eſt in mala fide. & ad hoc vt habeat lo-
cum dictum Bartoli, requiritur, ꝙ emerit a bonæ fi-
dei auctore, & ꝙ ipſe emẽs habeat bonam fidem, &
ſic dictum Bartoli eſt ꝯ ipſum Antoniotum, ſed ipſe
Antoniotus eſt in mala fide: quia ſciens rem ſeu poſ
ſeſſionem illam vitioſam, quia de facto & violenter
occupatam abſente ipſo Zanono. tñ illam emit. vn-
de poſito, ꝙ emiſſet a bonæ fidei auctore, nihilomi-
nus, quia ipſe fuit in mala fidè, ſequitur, ꝙ vendicat
ſibi locum remediũ d. c. ſæpe, quinimo in octaua po
ſitione dictus Antoniotus ꝯfitetur ſe emiſſe dicta bo
na, & ſoluiſſe pretiũ dicto Cremonino ſpoliatori: &
partim dicto Peregrino venditori, & partim cuidam
Laurẽtio, & in nona poſitione dicit, ꝙ poſtquam di-
ctus Cremoninus ingreſſus fuit poſſeſſionẽ dictorũ
bonorũ, dictus Peregrinus vendidit ſibi dicta bona:
& dictus Cremoninus, & dictus Peregrinus tradide-
runt ſibi poſſeſſionem dictorum bonorum, ex qui-
bus verbis apparet, quòd in veritate habuit etiã ius
ab illo ſpoliatore, quia habuit traditionẽ rerum ſpo
liatarũ ab illo Cremonino, & ſibi ſoluit partem pre-
tij, & ſic nullo modo poteſt purgari a ſcientia vitioſè
rei, & a mala fide dictus Antoniotus, & per ꝯſequens
non habet locum inquantum ſuperius allegaui di-
ctum Bartolum; & ſic veritas eſt indubitata contra
Antoniotum ad reſtitutionem, poſſeſſionis dicta-
rum rerum. ¶ Et ſi quiſpiam dixerit, amicæ, iſte Za
nonus nõ probauit ſe poſſidere tempore ſpoliatio-
nis, nec poſuit in libello diem ſpoliationis. ad hoc
13 reſpondeo, ex quo enim ille Zanonus allegauit † ſe
poſſidere, antequam ille Cremoniuus eum ſpoliare
præſumitur poſſeſſio continuata: vt voluit Ioannes
Andreæ, & Hoſtienſis in c. cum ad ſedẽ, de reſtitutio
ne ſpoliatorum, per legem tertiam. §. in amittenda.
ff. de acquirenda poſſeſſione. cum ſequen. & §. ſi ſer-
uus. ibi; nam cõſtat poſſidere nos, donec aut noſtra
volũtate diſceſſerimus, aut vi deiecti fuerimus. ergo
qui dicit, hoc probet. l. ei qui. ff. de probationibus. nã
ſi dico, ꝙ nunquam habuit animum amittendi poſ-
ſeſſionem, magis credendum eſt mihi, q̃ alij, ex quo
de animo meo quæritur. c. ſignificaſti, de homicidio
& hanc opinionẽ ſequitur Ioannes Andreæ in dicto
capitu. cũ ad ſedẽ. facit l. non ignorabit. C. ad exhibi.
l. ſi creditor. C. de pignoratitia actione. c. olim. in fi-
ne. de reſtitutione ſpoliatorum. & hoc tenuit domi-
nus Antonius in dicto c. cum ad ſedem. & ibi Ioann.
de Imola. & facit, quod voluit Hugo. & Placentinus,
in l. ſiue poſſidetis. C. de probationibus. & facit, qđ
voluit dominus Abbas in dicto capitu. cũ ad ſedem,
dicit gloſſa ibi non bene dicere in eo, quod ſentit ad
conſequẽdam poſſeſſionem debere probare poſſeſ-
ſionem de præterito: & eam allegare non ſufficit. &
contra gloſſam allegat dictum capitulum olim; &
propter hoc ſubdit Innocentius non bene dicere c.
qualiter. el 2. de accuſationibus. vbi dicit, ꝙ agẽs in-
terdicto illius capi. debet probare poſſediſſe illo die,
quo fuit ſpoliatus: ita dies eſt de ſubſtantia, allegat
legem primam. §. interdictum autem. ff. de vi & vi
armata. quia ſatis probat ſe poſſediſſe tempore ſpo-
liationis, ex quò probat de antiqua poſſeſſione, &
nunc allegat poſſeſſionẽ tempore ſpoliationis. Nec
obſtat dictus. §. interdictum autem. vbi dicitur qđ
illud interdictum datur ei, qui cum deijceretur,
poſſidebat: ſed iſte Zanonotus præſumitur poſſediſ-
ſe tempore ſpoliationis, ex quo probat poſſeſſionem
per prius. & poſſet ſaluari dictũ Innocen. ꝙ dies eſt
de ſubſtantia. ſ. in effectu; quia oportebat probare,
ꝙ illa die poſſedebat verè, vel pręſumptiuè: quędam
enim præſumuntur ineſſe eoipſo, ꝙ non probatur
contrarium: vt l. j. C. de fide inſtrumentorum, & iu-
re haſtæ fiſca. libro 10. & gloſſa in l. prima. C. de teſta
mẽto militari. l. ſuper ſeruis. C. qui milita. nõ poſſ. l. ſi
creditor. C. de pignoratitia actio. l. in teſtamẽto. C.
de teſtamẽt. milit. & in c. propoſuiſti. 82. diſtinctio. &
in c. ſuper eo, de teſti. cogen. & in c. 3. de præſcriptio.
vbi ſunt gloſſæ ordinariæ. & per hoc tollitur illud,
quod Bar. voluit in l. prima. §. ſi autem. ff. de vi & vi
armata. vbi dixit, ꝙ tẽpus, quo quis eſt ingreſſus poſ-
ſeſſionẽ, nõ debet poni interdicto, vnde vi. primo: qa
ſatis

ſatis dicitur ineſſe, ex quo non probatur contrariũ: & ineſt præſumptiuè. ſecundo non ſumus in illo interdicto, ſed in remedio. d. c. ſæpe. & etiam quia ſatis apparet de tempore præſumptiuè, ex quo non eſt probatũ cõtrarium. tum etiã quia iſte Antoniotus confiterur dictũ Cremoninum ſpoliaſſe &c. & per ipſum Zanonum poſſediſſe dicta bona, antequam dictum Cremoninum eieciſſet &c. quo caſu iſta confeſſio interpretatur contra ipſum confitentem. vt in dicto c. cũ dilecti, de accuſatio. & etiã qa appoſitio tẽporis fit, vt reus poſſit ſe defendere. l. libellorum, ff. de accuſationibus. l. optimam. C. de contrahenda & commitenda ſtipulatione. c. Abbate ſanè, de re iudicata. libro 6. cum ſimilibus. quæ defenſio non cadit in ꝯfeſſum: vt in caſu noſtro. & facit, qđ volũt domini de Rota deciſione 220. vbi dicunt, ꝙ ſi probo aliquem poſſediſſe beneficium in vita ſua, ꝙ vſq; ad mortem præſumitur poſſediſſe. ergo vſque ad tempus ſpoliationis. Nec obſtat, cũ oppoſita fuit exceptio, ꝙ non eſt audiẽdus Zanonus, niſi refectis expẽſis. l. ſancimus. C. de iudi. qa ex quo iſta exceptio conſtabat ex actis, & fuit oppoſita, & tamẽ iudex proceſſit ad vlteriora, videtur tacitè ſuper ea pronuntiaſſe vt voluit Bartolus in l. a procedente. C. de dilatio. habetur in capi. dilecto. de appellationibus. in clementina fina. eodem titulo, cum ſimilibus.

EPITOME.

¶ Mater tutrix ex teſtamento patris filiorum infantiũ, hæreditatis negotia gerendo & adminiſtrando, videtur ipſorum nomine hæreditatem adiiſſe.

SVMMARIVM.

Aditio an ſolo animo fiat, an factum & verba requirat. numero 2. & 4.
Tutor pupilli delatam hæreditatem ſine voluntate pupilli adire non poteſt: ſed tutor infantis ſic. nu. 3. & 6.
Aditio inducitur actibus, qui citra ius, & nomen hæredis fieri non poſſunt. nu. 5.
Auctoritas tutoris verbis tantũ preſtatur, conſenſus vero etiam facto adhibetur. nu. 9.
Actus quidam hæreditatis aditionem neceſſario inferunt, quidã probabiliter. nu. 10.
Statutum certam formam requirens, cum minor per curatorem, vel pupillus per tutorem obligatur, non habet locum in hæreditatis aditione. nu. 11.
Aditio hæreditatis tacitè, non expreſsè obligat. nu. 12.

CONSILIVM V.

BEne Cuncta geruntur, ſi fiat principium decens & amabile Deo in authentico quõ oportet epiſcopos. in principio. ideo optimi maximique Dei inuocato preſidio. Ad dubium, de quo quæritur, videlicet, mater relicta tutrix filiorum ſuorum infantium in teſtamento patris dictorum infantium, heredum vniuerſalium ipſius patris relictorum in teſtamẽto remanſit in poſſeſſione bonorum, & hereditatis dicti quondam Bertonis, de Actolis patris dictorũ infantium, vtrum gubernando & adminiſtrando dicta bona hereditaria, videatur dicta tutrix adiuiſſe hæreditatem prædictam nomine ipſorum infantium. Et videtur dicendum, quòd nullo modo præſumatur adiuiſſe hoc modo. Et primo tollo vnũ fundamentum, quod alibi fecit Bartolus, videlicet in l. gerit. ff. de acquiren
1 da hæredit. vbi dixit, ꝙ repudiatio fit † nudo animo: ergo & aditio: quia iſtud non ſemper eſt verum. videlicet, ꝙ repudiatio & aditio paribus incedant gradibus, quia repudiatio fit nudo animo, vt inſti. de hæredi. & qualit. & differen. §. fin. non autem eſt ſic aditio. ita formaliter dixit Bart. in d. l. gerit. vnde nil mirum ſi per non factum inducatur repudiatio, & non
2 aditio: aditio † enim requirit factum: vt dixit glo. in l. mutus. ff. de acquirend. hæreditat. inſtitut. de hæredum quali. & diffe. §. fi. gl. in l. recuſari. ff. de acquirenda hereditate. ideo dixit glo. in dicta lege, gerit. quòd animus ſufficit ſine alio facto extrinſeco, dummodo declaretur ſaltem verbis. & ſic gloſſ. in l. pro hærede. ff. de acquirenda hæreditate. & in l. potuit. C. de iure delibe. dũ dicunt ſufficere ſolum animum in adeundo, intelligũtur ſine alio facto extrinſeco. alle. glo. dicẽtes, quòd requiritur animus & factum, intelliguntur de facto declaratiuo ipſius animi, & ita tenet Barto. in d. l. gerit. & in dicta lege, pro herede, quod dicit eſſe notandum. pone, inquit, quòd habui animum, vt eſſem hæres: an in foro conſcientiæ ſim obligatus creditoribus, & legatarijs hæreditatis. & dicit quòd non: quia nemo obligatur ſola cogitatione, niſi ſoli Deo. l. ſi quis rẽ. §. voto. ff. de pollicita. & allegat beatum Thomam. nam ſimplex intentio inter actus hominum non connumeratur, nec actum conſumit. l. ſi repetendi. C. de condictione ob cauſam. ita tenet Bartolus in dicta lege, potuit. C. de iure delibe. vbi dicit, quòd requiritur declaratio fienda per hæredem, adeo, quòd poterit illa declaratio fieri in vltima voluntate. ita dicit in l. ſi auia. C. de iure deliberandi. ſe feciſſe fieri milies tempore mortalitatis. Facit dicta lex, potuit. in verſiculo, non tam facti, quàm animi. & ibi Bart. & ideo oportet, quòd animus adeuntis declaratur per factum. Modo in propoſito, iſti infantes erãt inſtituti hæredes, erat neceſſarium, quòd interuenire animus, & factum ipſius tutricis ad dictam hæreditatem adeundam: ſed non interuenit: ergo ſequitur, quòd habetur ac ſi non fuiſſet adita: & per ꝯns nullo modo iſta mater tutrix admittitur ad dictam hæreditatem mortuis dictis filijs in pupillari etate. ergo conſtat clariſſimè, dictam hæreditatem non fuiſſe aditam, nec per ipſam tutricem, nec per ipſos infantes. ergo. Quod oſtẽdo formalius iſto modo. aditio conſiſtit in aĩo declarato per aliquem actum verbi, vel facti, vt eſt dictum, ille ergo, qui nihil dicit, ſed ſemper tacet, non dicetur gerere pro hærede: vnde geſtio in corde retẽta non inducit aditionem hæreditatis, ar. eorum, quę no. in l. Pomponius. la j. ff. de neg. geſt. ſed iſta eſt voluntas in corde retenta: ergo non inducit aditionem. ita formaliter dicit Bal. in l. ſi certis annis. C. de pact. vbi dicit, pater mortua vxore retinuit dotem, nec aliter apparet de aditione hæreditatis, facta per ipſum nomine ſuorum filiorum, ꝙ non videtur adiuiſſe, adeo, ꝙ ipſis ſuis filijs mortuis dos petenda eſt per venientes ab inteſtato ipſius mulieris, allegat not. per Cy. in l. j. ff. de offic. procura. Cæſar. in vlt. quæſtione, in repetitione. dicit enim, ꝙ ſi debitor eo ipſo ꝙ tacet videretur ſe immiſcere, vel adire, eſſet præſumere quaſi contractum, qui inducitur ex aditione: & ſic eſſet præſumere factum. item ſi hæreditas eſſet damnoſa, eſſet implicare ſe oneribus hæreditarijs, quod eſſe non debet. l. j. C. vt ſe ab hr̄ditate abſti. ideo tacens, vel patiens non videtur adire, vbi nulla reperitur geſtio pro hærede. & reſpondet ad l. ſi peculium. §. ſicut. ff. de pecul. vbi præſumitur voluntas retinendi: quia ibi non præcedebat efficax debitum, & quia ibi non videtur dominus velle augere debitum, vt ſola naturalis tranſeat in ciuilem & naturalem obligationem. item illa preſumptio eſt mere fauorabilis ipſi domino, ideſt heredi teſtatoris: ſed præſumpta aditio hereditatis habet

in se onus: institut. de aucto. tuto. §. neque. ergo non obstat, & ita residet ibi Baldus, dicens opi. Barto. habere quandam superficialem æquitatem: nec secundùm eum fundatur per aliquam legem. & idem voluit idem Bald. in l. non hoc. C. vnde cog. vbi dicit, ꝙ si hæreditas esset damnosa, implicaretur hæres oneribus hereditarijs solo silentio, quod sibi non placet, quia silentium non habet verum animi, aut corporis actum, in quibus cōsistit aditio: nam omnis actus de mundo duobus conficitur, scilicet voluntate & iuris auctoritate. l. quod te. C. de donat. ante nupt. dicit tamen, ꝙ si decennio tenuisset hæreditatem, præsumeretur aditio facta, per l. filiusfa. C. de petit. hæred. l. qui in aliena. ff. de acq. hære. idem tenuit idem Bal. in l. 1. C. qui admitti. & respondet ad d. §. sicut, quod ibi erat merus fauor domini, sed adire nō est merus fauor, vt dictum est, ergo. & in l. cum antiquioribus. idem Bal. C. de iure delib. damnat opinio. Bartoli dicens, quòd aditio est ens, sed silentium est nihil. ideo tunc succedit doctrina Aristotelis, ex non ente non fit ens in primo physicorū. & Boetij in quinto. ex nihilo nihil existere: sententia vera est. ergo ex silentio, & sic ex nihilo: non fit aditio, & sic ens, & ibi ad dictū §. sicut. tenet, quòd quis non præsumitur disponere contra se, vt ibi, sed hic nulla est dispositio, sed silentium, quod nō potest interpretari certo modo, quia est indifferēs ad alterutram partem oportet ergo, ꝙ per aliàs coniecturas probetur de mente, argum. l. si præteritus. ff. de contra tab. & l. si filius. ff. de mino. & idem voluit idem Bald. in l. dos a patre. C. solut. matrimo. vbi dicit, quòd ista mens in corde retenta nihil accommodat actibus hominum. Et adducit simile, si filius prǣteritus, cui relicta est liberatio a debito paterno, non apponat de ipsa liberatione: quòd videtur agnoscere voluntatem paternam, secus si non excipiat, sed taceat & non soluat, allegat dictam l. si præteritus. nam nil agere est non ens, & idem tenuit in l. penultima. §. 1. aliàs pen. ff. soluto matrimonio. Ita dicamus in casu nostro, cum ista nutrix non fecerit expressum actum, per quem constet de aditione, ergo per suam taciturnitatem, non videtur celebrata aditio: & per ꝯsequens isti de Actolis possunt consequi dictam hæreditatem illius primi testatoris, tanquam non aditam. & ista erant, quæ iudicio meo reddebāt præsentem consultationem dubiam. licet enim ista tutrix tenuerit bona paterna dictorū suorum filiorum: non tamen præsumitur aditio, nisi aliter fuerit declarata per ipsam tutricē nomine filiorum. ¶ Sed quanquam ista sint colorata: tamen casum nostrum non attingunt. ideo illis non obstantibus contrarium puto de iure verius: videlicet, quòd ista hæreditas fuerit adita per ipsam tutricem. Et circa hoc est aduertendum; quia isto anno fuit ardua quæstio in ciuitate Papiæ, pater tenuerat dotes maternas suis filijs extantibus pupillis, fuit dubitatum vtrum pater, qui certo tempore tenuerat illas dote maternas, videatur adijsse. & consului quòd non: sequendo opinionem Baldi illis filijs existentibus pupillis: ex eo quia in aditione † hæreditatis delatæ pupillis nedum requiritur actus tutoris: sed etiam requiritur actus & volūtas ipsius pupillis & videtur esse textus in l. potuit. C. de iure deliberandi. nec sufficit voluntas & actus ipsius tutoris dūtaxat. l. si infanti. C. de iure deliberan. & ibi gloss. in principio. quæ incipit, quid in maiore. & ibi Barto. in prima opinione ponit differentiam inter pupillum & infantem, dicens quòd in infantem pater potest adire non requisita voluntate filij infantis: sed in pupillo secus, allegat. d. l. potuit. & d. l. si infanti. in fin. idem sequitur ibi Bal. & Saly. cum ergo in casu nostro præsupponitur, ꝙ isti filij tempore mortis patris erāt in ætate in-

3

fantili constituti: non requirebatur voluntas eorum in aditione fiēda per matrem tutricem eorum: ergo sufficiebat voluntas sola ipsius tutricis, nec Bald. loquitur in locis superius allegatis in casu nostro. primo loquitur in dote materna: secūdo procedit eius dictum in pupillus, sed in infante est secus, & in hereditate & bonis paternis: vnde idem Bal. in d. l. penultima. §. seruus. ff. soluto matrimo. in versic. ex prædictis. dicit, ex prædictis habes, nunquid vir post mortem vxoris dando talia vestimenta nomine dotis, intelligatur hereditatem nomine filiorum infantium adire: & sic in perpetuum linea vxoris sit exclusa a repetitione dotis: nam hoc patet, dicit, ex superius dictis per eum. postea vero Bald. ibi in versiculo, extra quæritur, si vir diu dotem non restituit, si rectè ponderentur verba sua, videtur facere differentiam inter infantem filium, & pupillum: tunc arguo sic formaliter, sicut ex non facto inducitur repudiatio: vt est textus in l. recusari. secundum intellectum Iacobi de Aret. ff. de acquirenda hæreditate, ita induci

4 tur aditio ex non facto, † cum paribus incedant gradibus, aditio & repudiatio: vt not. in rubrica. ff. de acquirenda hæreditate. vnde dominus meus Ioannes de Imol. in d. l. recusari. dicit, ꝙ si pater non soluit dotem delatam filio suo propter mortem vxoris suę, ꝙ videtur adire pro filio, si forte erat infans, & sic sentit expresśe quoad filium infantem, hæreditatem videri aditam. & ita etiam dicit in l. gerit. eodem titulo. sequitur opinio. Bartoli, dicens fore text. pro eo in dict. l. recusari cum ergo in casu nostro isti essent infantes. ergo videtur ista tutrix adiuisse hæreditatem pro ipsis filijs suis infantibus. Præterea facit glossa in l. pro hærede. in principio. ff. de acquirenda hæredit. & in dicta l. potuit. quæ dicunt, quòd sola voluntas sufficit ad adeūdam hæreditatem sine aliquo facto, & ex textu institu. de hære. quali. & diffe. §. fin. vbi nuda voluntate quis efficitur hæres. & in l. si auia. C. de iure deliberādi. vbi sola animi destinatione quis efficitur hæres: facit dicta l. gerit. in versicu. qui animo agnoscit successionem. Modo in casu isto nō interuenit sola animi destinatio: sed interuenit factū ad istam hereditatem adeundam, ex eo: quia ista tutrix tenuit, & possedit, & gubernauit bona hæreditaria delata ipsis infantibus, colligendo fructus, & redditus possessionum, & fabricādo domos hæreditarias

5 faciēdo † ea, quę citra ius & nomen heredis fieri non poterant: iuxta notata in l. pro hærede. ff. de acquirenda hæreditate. ergo aditio præsumitur facta, nedum animo: sed etiam facto: & per cōsequens nulla est dubitatio, ꝙ ista hæreditas fuerit adita per ipsam tutricem nomine ipsorū infantiū: nec Baldus loquitur in casu nostro: & sic non potest cadere illud, qđ dicebat Baldus in quæstione ista: quia non interuenit solum silentium. Præterea facit, quod habetur in l. prima. C. de repudian. hæredita. vbi institutus qui non repudiauit hæreditatem, præsumitur adire: vt ibi sentit Baldus. Et percipiens fructus hæreditarios etiam dicitur adire hæreditatem, vt firmat Bartolus in l. gerit. præallega. licet ibi faciat differentiam inter colligentem fructus & habitantem in domo hæreditaria: tamen doctores ibi non faciunt istam differentiam: vt ibi per Ioannem de Imola: quia sicut qui hæreditatis percipit fructus, q consistunt in habitando, videtur ex hoc adire: ita videtur, si fructus consistant in alio, sicut consistit in fundo, quòd percipiens talem fructum, in dubio videtur adire, & etiam dicit Ioannes de Imola in dicta l. gerit. ꝙ vbi institutus vendit rem hæreditariam, videtur adire. l. si quis mihi bona. §. sed si mandauit. ff. de acquirenda hæreditate. ita in proposito nostro, siue dicta tutrix inhabitauit domos hæreditarias cum ipsis filijs

instantibus

instantibus hæredibus institutis, siue fructus hæreditarios percepit, siue vẽdidit, quòd præsumitur audiuisse nomine ipsorum infantium. & per consequens frustra loquimur de silentio, de quo loquebatur Baldus in locis præallegat. Et si dicatur, qđ in aditione hæreditatis fienda per tutorem non sufficit tacitus consensus, sed requiritur expressus. ita dixit singulariter Bart. in dicta l. gerit. ad finem. ad hoc respondeo, quòd Bartolus ibi loquitur in hæreditate delata ipsi
6 pupillo: quo † casu requiritur factũ pupilli, & auctoritas ipsius tutoris. ideo dicit, ꝙ auctoritas est interponenda verbis expressis, & non tacitis: vt est textus melior de corpo. iur. in l. j. §. muti. de tutela. sed iste non est casus noster: quia isti erant infantes tempore, quo fuit eis delata hæreditas: quo casu non requiritur factum ipsorum infantium: vt in dicta l. si infanti. sed sufficit factum ipsius tutoris. quinimo dixit Baldus in dicta l. potuit. C. de iure deliberandi. ꝙ
7 etiam si pupillus † facit aliquem actum inferentem aditionem vna cum ipso tutore, tunc nõ requiritur alia expressio. facit, quod not. Bartolus in l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. 2. & Salicet. in l. finali. C. ad Macedonia. & text. in l. Titius. ff. qbus modis pignus vel hypotheca solui. facit l. Pomponius. §. si quis fide iubeat. ff. quibus modis pig. vel hypothe. taci. contrah. & quod ibi notat Angel. & quod not. Ioannes Andreæ in c. nonne, de præsumptio. & ibi Ioan. de Imola & per alios. & per dominum Abbatem in ca. cum dilectus, de consuet. & per Baldum in l. is qui. §. fina. ff. de acquirenda hæreditate. vbi dicit, ꝙ si filius
8 † agit in iudicio simul cũ ipso patre, licet aliter non appareat consensu patris: tamen sufficit: quia videtur satisfactum solenitati. dicta l. cum non solum. §. necessitate. C. de bonis quæ libe. & sic in casu nostro non fuit opus auctoritate: quia dicti filij erant infantes. Eoque magis præsumitur aditio, si ipsi infantes cũ ipsa matre stabant in domibus hæreditarijs, seu colligebant fructus hæreditarios: facit dictum Baldi in dicta l. potuit. in prima quæstione, vbi quærit, nũquid infans cum auctoritate patris possit adire. & videtur quòd non, l. pupillus. ff. de acquirenda hæred. in contrarium arguit per l. seruo inuito. §. si pupillus ff. ad Trebel. nam videmus, quòd interdum infans fingitur consentire, licet ignoret omnia l. final. ff. rẽ pupil. sal. fo. Sol. tenet aditio ex consensu tutoris, in quo residet hoc casu potestas adeundi. vnde non vitiatur illud, qđ potest fieri per se solum, eo ꝙ personam infantis sibi adiecerit, argumen. l. j. §. si Pomponius. ff. quod fal. tuto. aucto. In casu nostro, siue insimul habitarunt in domibus ipsius defuncti dicta tutrix cũ dictis infantibus, siue simul cum eis percepit fructus hæreditarios, præsumit̃ adita hæreditas per ipsam cũ ipsis infantibus: nec videat̃ propter hoc aditio. Præterea istam quæstionem singulariter decidit Baldus in dicta l. potuit. in penultima quæstione, quæ incipit. vndecimo quæritur, vtrum tutor gerendo pro hærede infantis nomine acquirat infanti hæreditatem. verbi gratia, intrauit possessionem bonorum de facto, per quod possessio est pupillo quæsita: quia in facto consistit. vnde solus tutor eã acquirere potest: quia iuris adminiculum non desiderat, nisi in hoc solo, vt ius non resistat. l. quamuis. ff. de acquirenda possessione. Nunquid ergo per talem ingressum possessionis infans est hæres effectus, & videtur ꝙ nõ: quia tutor debet loqui: vt l. 3. ff. de auctoritate tuto. l. vbi nõ voce. ff. de regulis iuris. cõtrariũ deter-
9 minat: quia ibi loquitur † auctoritate pręstanda pupillo: sed in casu nostro non est propriè auctoritas: sed consensus, qui consensus potest explicari factis, sicut verbis. ita dicit ibi Baldus ad contextum. Modò in casu nostro videtur ista quæstio formaliter decisa. ista tutrix intrauit possessionem bonorum de facto. non petendo illam sibi decerni a iudice, & administrauit dicta bona, percepit fructus dictorum bonorum gubernando ipsos infantes, & gubernando dicta bona. ergo præsumitur adiuisse. & multo magis: quia Bal. ibi loquitur eo casu, quo tutor intrauit bonorum possessionẽ de facto: sed nos loquimur eo casu, quo nedum intrauit, sed gubernauit, & administrauit, & fructus inde percepit: & sic videt̃ ista cõsultatio decisa & sopita per istam doctrinam Baldi. Præterea facit, quod notat Salicetus in dicta l. potuit in vltima quæstione. vbi dicit, ꝙ aditio hæreditatis
10 declaratur per actus exteriores, & quidã sunt † actus, qui inferunt hæreditatis aditionem necessario: quidam indifferẽter se habent ad vtrumlibet. illi actus, qui inferunt necessario aditionem, sunt illi, qui fieri non possunt citra ius, & nomen hæredis, & ponit exemplum de l. gerit. & de l. pro hęrede, in principio. & §. Papinianus, præalleg. & instit. de hæredi. qualita. & diffe. §. fin. & de istis nullum est dubium, quin inducant aditionem hæreditatis. hi vero qui probabiliter, se possunt habere ad vtrumlibet, scilicet ad partem affirmatiuam, idest ad additionẽ, & ad partem negatiuam, seu ad non aditionem, ponit exemplum in l. 2. C. de iure deliberan. nam alienum debitum potest soluere quis suo & alieno nomine, vt per totum titul. ff. de condic. indebit. & ff. de negoc. gest. l. soluendo. igitur cui delata est hęreditas potest suo, vel alieno nomine, seu nomine defuncti adire, & hęreditario nomine præsumitur: vt dicta l. secunda, & idem in habitãte domum patris quondam, qui pręsumitur magis iure hęreditario, & sic vt dominus ex causa hæreditaria facere, quàm causa custodiæ: vt l. prima. C. de repu. hære. & quia talis actus probabiliter, & verisimiliter infert aditionẽ hæreditatis: ideo pręsumitur adiuisse, nisi probetur contrarium. dicta l. prima. l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquirenda hęreditate. ista sunt verba formalia Salicet. in dicta l. potuit, cum ergo in casu nostro, siue ista tutrix cum ipsis filijs suis infantibus hęredibus institutis inhabitauerit domos hæreditarias, siue collegerint fructus hæreditarios, & similia fecerint, præsumitur, quòd hæreditario nomine actum fuerit. Et sic ex istis liquidè apparet, hæreditatem istam fuisse aditam, & per consequens non possunt venire per vulgarem, tacitam comprehensam in expressa pupillari, eoque magis cum nullo modo possint venire ad istam hæreditatem: cum non fuerint vocati, nec tacito, nec expresso iudicio testatoris: & eo maxime: quia statutum municipij disponit, quòd hæreditas non adita transmittatur. Nec obstant in contrarium allegata. primo cum dicitur, quòd in adeundo non solum requiritur animus, sed etiam factum: quia iam in casu nostro interuenit animus, & factum, inhabitando domos hæreditarias, & in faciendo omnia alia, quæ citra ius, & nomen hæredis fieri non poterant. Nec obstat, cum allegatur doctrina Baldi. quia Baldus non loquitur eo casu, quo hæreditas erat delata infanti, vt est in casu nostro, & iam superius expressi. secundo sententia Bal. non meretur allegari in quęstione ista ex eo: quia ipse fundat se dumtaxat in solo silentio, sed in casu nostro interuenit factum, & administratio, & interuenit id, quod citra ius & nomen hęredis fieri nõ poterat, vt superius est dictum, & ideo sumus extra casum, & terminum Bald. & sic ex supradictis concludo, hęreditatem fuisse aditam.

¶ Ad aliud dubium, statutum requirit certam formam eo casu, quo minor per curatorem, vel pupillus per tutorẽ se obligauit: modo in isto actu aditio-
11 nis non interuenit dicta solennitas, an † stante dicto statuto talis aditio sit nullius roboris, atque vigoris? Et

Et circa hoc est diligenter aduertendum, quòd istud
statutum nedum loquitur de contractu, videlicet, ꝙ
non possit contrahere: sed loquitur de obligatione:
videlicet, quòd non possit contrahere, nec se obliga-
re, sine illa solennitate: quo casu cessabit disputatio
doctorum, an statutum prohibens aliquem contra-
here prohibeat eum adire, ex quo statutũ loquitur
de obligatione. Et videtur dicendum, quòd tale sta-
tutum non videtur impedire aditionem, seu mixtio-
nem præsentis hæreditatis. primo, quia statutũ istud
non loqtur in casu nostro, sed loquitur eo casu, quo
expressè per tutorem, vel curatorem minor, aut pu-
pillus, & similes se obligant: sed in casu nostro non
se obligauit expressè: ergo sequitur, quòd statutum
non obstabat. ad illum enim casum nõ adaptantur
verba. l. quod constitutum. ff. de testam. milita. l. hos
accusare. §. omnibus. ff. de accusat. cap. indemnitati-
bus. §. porro. versic. sed cum eas, de elect. libro sexto.
l. 4. in princip. ff. de damno infect. cum similibus, sed
verba statuti huius nõ adaptantur ad istum casum:
12 quando hæres † adit, tacitè se obligat creditoribus,
legatarijs, non autem expressè. l. apud Iulia. §. finali.
in versiculo, contrahere videtur. ff. ex quibus causis
in possessio. eatur. cum similibus, ergo sumus in casu
non comprehenso in verbis statuti. l. si seruus. versic.
non dixit prætor. ff. de acquirenda hæreditate. ergo
13 remanebimus in dispositione iuris † communis. l. si
extraneus. ff. de condi. ob causam. l. commodissimè.
ff. de libe. & posth. cum similibus, & per consequens
ex isto capite non infringitur ista aditio, stante præfa
to statuto. Secundo facit, quia in ista hęreditate non
sunt dubitata præter debitũ dotis maternę ipsorum
filiorum, quo casu talis hęreditas non continet vexa
tionem: imo potius dicitur opulenta hæreditas: &
sic vtilis, tunc succedit regula glo. quæ allegatur pro
eleganti in l. secunda. ff. de acceptila. quæ dicit, quòd
14 † pupillus potest obligari sine auctoritate tutoris, si
ex illa obligatione acquirit liberationem. & Angel.
ibi dicit illam glossam, valde notandam pro statuto
15 Florentino, quo cauetur, quòd † mulier nõ possit se
obligare sine consensu mundualdi, quòd nihilomi-
nus minor & mulier instituti hæredes, & grauati de
restituendo poterunt adire hæreditatem, & restitue-
re ad hoc, vt liberentur: nec erit necessarius consen-
sus mundualdi. & sequitur ibi Ioan. de Imola. ergo
multo magis in casu nr̃o poterit adire, vt acquirat:
cũ sit talis hæreditas, quæ non continet vexationem
aliquam. Facit, quod dixit Baldus in l. contra iuris. in
principio. ff. de pactis, vbi dicit, quòd ecclesia potest
facere contractum sibi fauorabilem, & vtilem sine
solennitate canonica, & legali: ita dicamus in casu
nostro. dicit tamen ibi Bald. quòd non potest se obli
gare: ita ergo dicamus in casu nostro, quòd potuit
adiri sine ista solennitate, ex quo contractus, seu obli
gatio fuit sibi vtilis: cũ hæreditas ista non contineat
vexationes aliquas. Nec obstat, si dicatur, quòd ni-
hilominus se obligauit legatarijs, & creditoribus:
qui modica, aut nulla erant legata, & debitum nul-
lum erat, nisi restitutio dotis maternæ. Item quia il-
la obligatio venit in consequentiam, & non princi-
paliter. non enim intendebat se principalius obliga-
re sed acquirere. ideo attenditur illud, quod princi-
paliter fit, & non illud, quod in consequentiam. l. pri
ma. ad finem. & l. quod dicimus. ff. de auctoritate tu
to. cum simili. Facit glossa valde notab. in l. quæcun-
que. C. de bonis quæ liberis. quam Bald. ibi dicit esse
16 mirabilem, ꝙ potest † pater alienare rem filij, quan-
do talis alienatio tendit in fauorem, & vtilitatem ip-
17 sius filij: & idem esse dicit Bald. in ecclesia, ꝙ † poterit
locare rem vsque ad viginti nouem annos, si illa lo-
catio tẽdat ad vtilitatem ecclesiæ. ita dicamus in ca-
su nostro. Facit etiam, quod eleganter dixit Ange. in
consilijs suis, consilio vltimo. vbi dicit, statutum erat
Anconæ, ꝙ mulier si aliquem contractum, donatio-
nem, vel quitationem, vel quancunque aliam obli-
gationem facere velit, seu aliam vltimã voluntatem
illam facere deberet cum ꝯsensu & præsentia patris,
si superest: & si non, cum præsentia & consensu con-
sanguineorum, alias quod factum erit, non valeat ip
so iure: etiam pro ipsa muliere, vel ꝯ ipsam nullum
sortiatur effectum, si sine actu mulier aliquo modo
appareat obligata, etiam si non obstante iuramento
mulier adiuit hæreditatem non seruata solennitate
prædicta. quid iuris? Certè aditio hæreditatis non est
donatio, vel quitatio, nec contractus, sed statuta non
extenduntur. l. more. ff. de acq. hære. & ibi per Barto.
Nec obstat verba dicti statuti posita in principio, vel
quancunque aliam obligationem, propter duo. pri-
mo: quia ibi limitat, & declarat seipsum, faciendo
actum, in quo appareat obligatio nulla, & obligatio
nõ apparet in aditionibus actu: quia ordinatur prin
cipaliter aditio ad acquirẽdũ, licet secundario resul-
tet obligatio existentibus creditoribus. Præterea nõ
est bona consequentia, quis adit hæreditatem: ergo
se obligat. finge enim nullos esse creditores, vel lega
tarios in hęreditate, quibus hęres obligari possit: cer
te non obligatur. ideo dicit, quòd illo casu non fuit
deductum: nec probatur, ꝙ in dicta hæreditate erãt
creditores, vel legatarij: ergo non est probata obliga
tio aliqua per actum aditionis inducta: quinimo ar-
ticulatum fuit per partem aduersam, quòd dicta hæ
reditas remãsit opulẽta. si ergo fuit sine aliquo debi-
to, quo existente non posset esse hæreditas sine vexa-
tione. allegat glo. singularem in l. si quis mihi bona.
§. si seruus municipij. ff. de acquirenda hæreditate. er
go cum dicta hæreditas non sit inuoluta debitis, aut
legatis. ergo dicta mulier potuit dictam hæreditatẽ
adire, & ita dicit se legendo Bononiæ in suis repor-
tatis dixisse in dicta l. more. sed reuera ipse hoc dixit
in l. mutum. §. primo. ff. de acquirenda hæreditate. &
ibi eum sequitur Paulus de Castro, non tamen vidit
istud consilium. subdit postea Angel. in præalleg. cõ
silio. pro hoc adduco, inquit, ꝙ statutum disponens,
ꝙ mulier non possit aliquam obligationem inire, in
telligitur, cum se obligat principaliter, non autem
cum principaliter sibi quærit, licet in quandam con
18 sequentiam obligetur: quia † verba legum, & statuto
rũ, contrahẽtium, & testantiũ intelliguntur semper
per prius, cũ possunt, non per posterius. ff. de legatis
3. l. hoc legatum. cum concordantijs suis ibi allega-
tis. & si aliud diceremus, sequeretur, ꝙ mulier absq;
cõsensu cõsanguineorũ nõ posset recipere donatio-
nem: qa in recipiendo obligatur in cõscientia ad an-
tidora. ff. de petitione hæreditatis. l. sed si lege. §. con
suluit. hoc autem esset omnino falsum, cum statu-
tum emanauerit mulieris fauore, volens fragilitati
earum prouidere. vnde nõ debet in earũ odiũ retor-
queri. l. quod fauore. C. de legibus. l. nõ ideo minus.
19 C. de procur. dispositio † enim inducta ad vnum effe
ctum non debet contra operari. l. 3. §. si emancipa-
tus. ff. de contra tabul. Item non posset constituere
procuratorẽ ad iudicia, nec ad negotia, cũ futurũ sit
eã obligari contrario mandati iudicio: quod est fal-
sum, cũ principalis ad suum commodũ, suamq; vti-
litatem procuratorem constituat, ita cõcludit Ang.
in suo præfato consilio. & sic Angelus ibi concludit
duo: videlicet, ꝙ si hæreditas est opulenta: quia non
continet vexationes, tunc potest adiri sine solennita
te statuti: concludit, ꝙ ex quo aditio principaliter tẽ
dit ad acquirendũ, & in cõsequentiam ad obligan-
dum, quòd poteri adiri sine solẽnitate statuti modo
multa extent in casu isto in fauorem istius aditionis.

primo:

primo: quia statutum loquitur, quando expresse se obligat: sed quando adit, expresse non se obligat, sed tacite. ergo sequitur, quod nullo modo obstat, vt iam est superius dictum: & istud solum sufficit ad victoriam huius dubitationis. Secundo ista hæreditas, si formaliter consideretur, videtur esse opulenta ex eo: quia non extant debita in ista hęreditate, nisi dos liquida, quæ est clara: & vnum legatũ decem librarum ascriptum matri ipsorum infantiũ: & sic potius iudicio meo dicitur opulẽta, q̃ lucrosa cũ extẽt bona immobilia & mobilia in hac hæreditate. Tertio: quia principaliter non tẽdit ad obligandum, vt videtur loqui præfatum statutum. Et si opponatur de dicto Bald. in l. potuit. C. de iure deliberan. in 2. q. vbi dixit, quod si pupillus adit hæreditatem lucrosam, qđ non tenet talis aditio. respondeo, Bald. loquitur eo casu, quo pupillus adit sine tutore. & iste non est casus noster. Præterea facit, quod interuentum dictæ solennitatis introduxit prædictum statutum in fauorem ipsorum minorum pupillorũ. igitur cõsequẽs est, vt aditio, ex qua eius conditio fit melior, valeat sine interuentu dictæ solennitatis. Nam transactio facta super alimẽtis futuris per eum, cui dicta alimenta debentur, non valet, nisi interueniat solennitas a iure acquisita, scilicet auctoritas prætoris: tamen valida erit, licet non interueniat solennitas illa, si alimentandi conditio fiat melior. ita dicit tex. expressus in l. cum ij. §. eam. ff. de transact. Facit etiam: quia quamuis iure communi sit cautum, vt minoris contractus absque auctoritate tutoris, vel curatoris celebratus nõ teneat: tamen erit validus sine interuẽtu illius auctoritatis, si eorum conditio redditur melior. l. cui bonis. & l. nouare. ff. de noua. l. neq; C. de contrahen. & cõmit. stip. Facit etiam; quia licet iure ciuili expressum sit, vt si illegitimum & irritum cẽseatur esse iudiciũ per minorem assumptum absq; sui tutoris, vel curatoris auctoritate, tamen illud erit validum: ex quo appareret ipsius minoris meliorem redditam esse conditionem. l. non eo minus. C. de procurat. Præterea est di-

20 ligenter ponderandum, quod dicta † constitutio municipalis, inquantum possibile est, ad terminos iuris cõmunis est reducenda, & ab illo semper interpretationem recipere debet. l. si serui vestri. C. de noxal. l. fin. §. in computatione. in glo. C. de iure delib. l. Cæsar. ff. de publica. l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de mune. & hono. c. cum dilectus. de consue. c. causam quæ. de rescri. cum simil. sed iure communi, quo vtimur, cautum est, minorem ex contractu sine tutoris curatoris auctoritate celebrato efficaciter obligari: si propter eũ melior reddita est eius cõditio. l. si pupilli. in prin. ff. de nego. gest. l. fi. ff. de vsucap. pro empto. l. pupillus obligari. §. pupillus. ff. de auct. tuto. igitur cõsequens est, vt ista constitutio municipalis secundũ ius commune interpretata hanc aditionem permittat: ex quo infantiũ cõditio melior reddita est, & eã non irritauerit: quamuis solennitatis defectus interuenerit, licet in veritate non fuerit opus interuenire ex eo: quia statutum loquitur in obligatione damnosa expresse, vt dictum est. Cæterum si aliter diceremus, sequeretur absurdũ, scilicet, quod dicta cõstitutio municipalis noceret ipsis infantibus, quod nõ est dicendum. l. quod fauore. C. de leg. cum simi. Præterea facit, quod præfatum statutum disponit, quòd gesta per ipsos minores ita sint nulla, si voluerint, quò ad fauorẽ suũ nõ valere, & quo ad fauorẽ eorũ, cũ quibus gesta sunt, voluerunt esse valida. ergo si voluerint esse valida quo ad illos, valebunt quoad se, nisi minor esset impubes: quo casu qui cum eo contraxit, obligatur impuberi; ipse autẽ impubes nõ obligatur, nisi quatenus esset factus locupletior, si eos vellet sibi obligatos habere. Et sic sentit. d. statutũ, quod in fauorẽ ipsius impuberis actus tenebit, & in casu nostro agitur de fauore ipsorũ impuberum, seu infantium. ergo ista aditio: quia tendit principaliter in fauorẽ ipsorũ, valet & tenet, nõ obstante dicto statuto. Præterea est etiã diligenter ponderandũ in casu nostro, quod statutum istud loquitur de actu, quo minor obligatur alteri, videlicet cum impubes obligatur alteri, & alter obligatur sibi: & sic loquitur de actu, qui est vltro, citroque obligatorius ex vtraq; parte: sed iste casus nõ cadit in aditione hæreditatis: quia per aditionem obligatur hæres creditoribus & legatarijs: sed legatarij & creditores non obligantur ipsi hæredi: vt in d. l. ex maleficio. §. hæres. ff. de act. & obligat. & d. l. apud Iulianum. §. fi. ff. ex qui. cau. in pos. ea. facit l. Labeo. § contractus. ff. de reg. iu. & per consequens si rectè põderetur dictum statutum, nullo modo obstat præfatæ aditioni. Ex istis videtur resultare conclusio manifestissima, quòd dicta tutrix adiuerit hæreditatem delatam ipsis infantibus: & quòd tale statutum in nullo videtur obstare dictæ aditioni. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Institutio posthumi non est de primo tantùm nasciturо accipienda, sed quouis alio, idq; maximè isto casu, quo vẽter generaliter institutus est. Cæterùm si contingeret testamentum rumpi, quod tamẽ hoc casu non putat, contendit, codicillarem clausulã substitutionem in fideicõmissum deuoluere.

SVMMARIVM.

Postumi appellatione continentur nascituri omnes institutionis fauore, & ne quis intestatus decedat. nu. 3.

Clausula codicillaris fideicommissum inducit. nu. 10.

CONSILIVM VI.

VBi Christus Non est fundamentum, nullũ boni operis superest ædificiũ. 1. quæstione 1. cap. cum Paulus. & cap. principatus est, in authẽ. quomodo oporteat episcopos. in princi. Ideo optimi & clementissimi Dei omni inuocato præsidio, viso testõ & statutis municipij, & pũcto, & maturè pensa tis. Capio primam dubitationem videlicet, vtrum testm̃ pręfatum sit validum. Et videtur dicendum, quod natiuitate posthumi sit ruptum istud testamentum: licet enim testator in isto suo testamento fecerit mẽtionem de ventre, & sic de posthumo: nihilominus videtur sensisse de posthumo primo nasciturо: & eo maximè, quia iam sciebat vxorẽ prægnantẽ, quando fecit dictũ testamẽtũ: ideo mens ipsius omnimodo fuit comprehendere posthumum primo nasciturũ. l. matrimonij. in versi. quasi de his nuptijs senat⁹ senserit: quæ post manumissionem, nullis alijs interpositis, secutæ sunt. ff. qui & a qui. l. boue. §. hoc sermone. ff. de verb. sig. l. dotis promissio. ff. de iure dot.

1 † vbi verba dispositionis verificantur in primo actu. ita in casu isto videtur testator sensisse de primo nasciturо, & ideo inoleuit communis mos testãtium, quod concipiunt verba in plurali numero, videlicet filios natos & nascituros, quod non fecit testator iste. Secundo est, ponderandum, quòd iste testator vsus est his verbis: videlicet in omnibus, &c. instituit Nicolaum eius filium, & ventrem dictæ dominæ Magdalenæ eius vxoris, si masculum peperisset, tunc arguo sic, quoties testator restringit se ad posthumum

nasciturum

nasciturum ex tali vxore sua, tūc nunq̄ sua dispositio porrigitur ad alium posthumum. ista est elegans doctrina Bar. in l. placet. ff. de lib. & posthu. sed testator videtur in casu isto se restrinxisse ad primo nasciturum, dum dixit, masculum, quē vxor sua peperisset. ergo sequitur, quòd non porrigitur ad alium. & per consequens sequitur, ꝙ natiuitate posthumi istud testamentum est ruptum, cum filius reperiat se præteritum tempore suæ natiuitatis. Facit etiam, nam
2 regulariter † nulla dispositio refertur ad futura. vnde rescriptum ad limites non comprehendit lites futuras. c. fi. de rescrip. Nec rescriptum ad beneficia cōprehendit beneficia postea creata. cle. literas. de rescrip. nec in iudicio ius venit, quod oritur post litem contestatam. l. non potest videri. ff. de iudi. Nec arbitrium ad futura extenditur. l. de his. ff. de arbitr. nec pactū. l. tres fratres. ff. de pact. Nec transactio. l. cum Aquiliana. ff. de transa. Nec stipulatio. l. si stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. obl. Nec voluntas testatoris. l. si ita. ff. de auro & argen. leg. Nec iuramentum. c. clericus. de iureiur. modo in casu nostro, si regulariter dispositio non extenditur ad futura, si est dare casum, in quo extēdatur, debet restringi & limitari, quantum fieri potest, ad terminos iuris communis, vt l. si serui uestri. C. de noxa. c. cum dilectus. de ꝯsue. c. causam que. de rescri. l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. per gl. sed testator restrixit se ad ventrem & ad alium, quem vxor peperisset. ergo intelligatur de vno dumtaxat, & non de pluribus futuris: & ista sunt, quæ reddebant dubiam præsentem consultationem. ¶ Et quamquam ista satis colorata esse videantur, tamen casum nostrum non attingunt. ideo illis non obstātibus contrarium puto de iure verius: videlicet, quòd tale testamentum valeat & teneat: nec dictus posthumus dicitur hoc casu præteritus:
3 quod sic ostendo. Indefinita † institutio large est interpretanda, adeo ꝙ appellatio posthumi in singulari numero comprehendit omnes filios nascituros: vbi tractamus de fauore institutionis. text. est formalis in l. placet. in versicul. nam cum maritus posthumum hæredem scribit, non vtique is solus posthumus scriptus videtur, qui ex ea, quam habet, vxore ei natus est, vel qui tūc in vtero est: verum is quoque, qui ex quacunque vxore nascitur. ff. de liberis & posthumis. nam si testator instituendo posthumum videtur instituere omnem posthumum futurum, etiā ex alia vxore futura: ergo multo fortius videtur instituere omnem posthumum nasciturū ex vxore, quā habeat iste testator tēpore testa. argu. authenti. multo magis. C. de sacrosanctis ecclesiis. & cap. cum in cunctis. de electio. cū concordan. ibi Abb. & eo maximè in casu isto: cum testator instituit ventrē, quē vxor sua domina Magdalena peperisset: & sic illa verba comprehendunt omnem posthumum nasciturum ex dicta domina Magdalena. non enim est dare rationē diuersitatis, quare magis testator voluit comprehēdere primum posthumum nasciturum, quam alios posthumos nascituros, cum non restrixerit se ad præsentem ventrem. & ideo gl. in d. l. placet. nota, inquit, mirabile, propter fauorem institutionis & testamenti conseruandi, & propter odium præteritionis. l. cum quidam. eodem titul. l. Titia. §. Lucius. ff. de leg. 2. & licet ibi glo. dicat, illud esse propter fauorē institutionis, & testamenti: tamen idem dicit esse ī exhęredatione, vt exhæredato posthumo, videatur exheredatus omnis posthumus futurus, secundùm glossam ibi. ergo multo magis erit idem in casu nostro, in quo agitur de fauore testamenti, & institutionis, & ibi dixit dominus meus Io. de Imol. ꝙ si fiat institutio de posthumo, comprehenduntur omnis posthumus futurus: quia est fauorabilis, modo in casu nostro, si exhæredatio comprehendit posthumos futuros: ergo multo magis institutio est tāquàm fauorabilis. vnde dixit Ang. in l. secunda. ff. de liberis & posthu. quòd exheredatio facta de posthumo comprehēdit omnem posthumum, etiam si plures nascantur: quia non potest odium dirigi plus ad vnum, q̄ ad alium: & multo magis comprehendit omnem posthumum nasciturum ex eadem vxore: vt voluit Raynerius de Forliuio, in dicta l. placet. & sic videtur tale testamētū naturale. & licet Iacobus de Raua. Petrus & Baldus ibi dicant, ꝙ exhæredatio intelligitur de primo posthumo: tamē in institutione sunt concordes, ꝙ comprehendant omnem posthumum. Preterea facit, quod voluit Bartolus in dicta l. placet. vbi refert se in quæstione facit habuisse: quidā iussit fieri hospitale in domibus suis: & illud hæredem instituit: postea superuiuens domos illas alienaui, & alias emit: decidit, ꝙ licet regulariter illa verba, in domibus suis, refertur ad tempus testamenti: vt l. si ita. ff. de auro & argento legato. & tamen fauore institutionis & testamenti conseruandi, referūtur ad domos postea emptas: per illum textum, sequitur ibi Baldus. Ita dicamus in casu nostro, testator tempore testamenti habebat vnum filium Nicolaum, & vxorem pręgnantem, mortuus est ille Nicolaus viuo ipso testatore: natus fuit posthumus, qui successit in locum ipsius Nicolai iam mortui, si postea natus est alter posthumus, videtur succedere in locū illius posthumi, qui erat in ventre tempore testamenti conditi. Præterea facit, quod notat Bart. in dicta l. placet. vbi dicit, ꝙ vbicunque testator restringit se ad certum tempus: puta instituo filium nasciturum ex ventre vxoris meæ, quæ pregnans est, ꝙ talis institutio non comprehendit filios nascituros ex alia impregnatione. l. filius. §. si quis. l. commodissimè. ff. de liberis & posthumis. modo testator se non restrixit ad certum tēpus: sed generaliter loquutus est, instituendo ventrē vxoris. vnde nō magis restrinxit se ad certum posthumum, sed ad ventrem. & iste intellectus est capiendus in dubio: vt faueamus testamento. & est benignior intellectus. l. si pars. ff. de inofficioso testō. c. quamuis. & c. ad probandū. de re iudicata. l. in testamentis. ff. de regulis iuris. l. beni-
4 gnius. ff. de legibus. expedit enim reipublicę † vt testati decedamus. c. tua. c. si hr̄des. c. nos q̄dem. de testamen. l. & q̄a. ff. de interrog. actio. l. vel negare. ff. quēadmodū testamenta aperiātur, cum similibus. Præterea facit, q̄a vt faueamus testamento & institutioni, posthumus non institutus habetur pro instituto: vt est casus singularis in l. 3. C. de inofficioso testamēto. ergo multo magis in casu nostro capiemus istum intellectum, cū dictus posthumus fuerit institutus.
5 Præterea est diligenter considerandū, ꝙ † iste testator erat rusticus, & verba sua sunt capiēda more rusticorum: vt dixit gl. in l. secunda. ff. de origine iuris. & in l. stipulatio ista. §. hi quoque. ff. de verborum obligationibus. & ideo dixit glos. singularis in l. quoties. C. de famil. erciscundæ, quòd non omnis testator scit dicere, instituo. nam licet iste testator nō fuerit vsus verbo pluralis numeri dicendo, filios natos & nascituros, tamē istud accidit propter suam rusticitatem, ideo attendenda est mens, & voluntas ipsius defuncti. est enim præsumptio, quòd voluerit testamentum suum habere effectum. l. tertia. ff. de testamento militari. vnde posito, non tamen concesso, quòd illa verba, ventrem vxoris, comprehenderent illam impregnationem dumtaxat, tamen non fuit illa mens sua, & per consequens potius fuit mēs illa considerāda, non enim in folijs, sed in sensu consistit euangelium: vt capitul. Marchion, & Basilides. prima quæstione prima. capitu. intelligentia, & cap. interea,

interea, de verborum significatio. & ideo dixit textus elegãs in l.3.C.de liberis præteritis. vbi enim manifestissimus est sensus testatoris, interpretatio verborum nusquam tantum valet, vt melior sensu existat.l.scire leges.& l. fraus.ff.de leg.l.cũ mulier. ff.soluto matrimonio.c.finali.de prębendis.c.cũ in multis.eo.titulo libr. 6.c.ex multiplici. de decimis.22.q. 2.§.his autem.38.distinctione. ca.sedulo.Et sic cum mens & voluntas ipsius testatoris fuerit, omnem posthumum instituere.ergo illud est capiendum, cum verba hoc patiantur, & mẽs illa fuerit, & in hoc dominus iudicans deberet summo ingenio animaduertere, ne pereat voluntas testatoris : tum etiam quia illa videntur esse verba notarij, videlicet instituit ventrem, quem vxor peperisset.vnde tunc succedit doctrina Baldi in l.si cũ ante.C.de donatio. ante
6 nuptias.& ibi Cyn. ꝙ si†notarius scripsit, ꝙ testator relinquebat centũ filio iure restitutionis, ꝙ propter hoc non infringitur testamentum, ita nec si dixit iure substitutionis: vt est glossa in l.si pater.ff. de vulgari & pupil. ita etiam si dixit pro sua falcidia : vt plene per Baldum in l.imperator, ff.de statu homi.& in hoc dominus iudex multum deberet considerare: licet re vera illa verba comprehendant omnem posthumũ, vt superius dictũ est. Et si aliter diceremus, sequeretur absurdum, ꝙ deperiret vltima voluntas, & institutio, quod esse nõ debet: vt est dictum. & sic videtur tale testamentum valere & tenere. Nec ob-
7 stant allegata in cõtrarium, primo cum dr̃, † ꝙ quoties dispositio potest pluries verificari, capitur pro primo actu: quia fateor illud esse regulare: sed fauore testamẽti est secus: vt in dicta l.placet. vt superius est dictum.& in glossa allegantur illa contraria. d.§. hoc sermone.& si. Nec obstat, cum testator dixit, ꝙ instituebat ventrem dominæ Magdalanæ, si masculũ peperisset: quia illa verba non referuntur dumtaxat ad certum tp̃s. s. ad aliam impregnationem dũtaxat: sed referuntur ad omnem impregnationem ipsius dominæ Magdalenæ. nec Bartolus loqtur de ventre, vt est casus noster : sed loquitur, quando testator instituit posthumum nasciturum ex tali vxore sua: quo casu si testator instituit ventrem, consequens est, vt dicat, si peperisset: & sic illa verba non sunt prolata est restringendam dispositionem testãtis: sed potius ad declarandam.Item quia illa verba Bartoli potius sunt capiẽda de nasciruro ex tali vxore, maxime vt non comprehendatur alius.s. nasciturus ex alia vxore, non ex eadem: & sic iste non est casus noster, & hoc rectè ostendunt verba Bartoli, dũ dicit, filium nasciturum ex vẽtre vxoris meę, q̃ prægnans est.nec est verisimile, ꝙ testator iste voluerit instituere vnũ posthumũ nasciturum ex vxore sua, & non alium. Tum ẽt: qa iste erat rusticus, ergo cõsideranda est mẽs potius, vt est dictũ. Tum etiã quia illa verba illo modo concepta fuerunt potius per notarium scribentem testamentum, q̃ fuerint prolata illo modo per ipsum testatorem, ergo. Nec ob-
8 stat, cum dicitur, ꝙ dispositio † non comprehendit, actum de futuro.quia concedo regulariter, vt in iuribus in contrarium allegatis: sed in casu nr̃o est secus fauore testamenti: vt in dicta l.placet.& ideo gl. ibi dicit, nota mirabile, quasi sit regulariter contra. Et ex istis concludo, tale testamẽtum valere & tenere.¶Ad secundum dubium, dum quæritur, vtrum posito, non tamen concesso, ꝙ dictum testamẽtum ruptum fuerit natiuitate posthumi, an illa clausula codicillaris apposita in testamẽto præfato deoluat illam substitutionem ad fideicommissum: & videtur quòd non. Primò : quia pater ingnorabat se posthumum, seu filium habiturum : ergo præsumptio est, ꝙ hãc substitutionẽ non fecisset.l.si quis ad declinandum.C.de episcopis & clericis.per glossam.in l.generaliter.§.cum autẽ.C.de institu.& substitu.ergo.Facit, nam si donatio reuocatur interuentu seu natiuitate filiorum: vt l.si vnquam.C.de reuocan.donatio.ergo multo magis irritatur institutio, quæ voluntate vnius tantum perficitur.l. prima. C. de pactis.cum similibus.Facit.l.aut certi.& l.si vel in
9 vtero.C.de testamento militari.nulla†enim dispositio trahitur ad ignorata vel dubitata, l.fina.C. de cõdit.instit.l.manifestissimi.§. sinautem nescimus. C. de furtis.l.tres fratres.ff.de pact.l.qui Romæ.§. duo fratres.ff.de verborũ obligationibus. ergo talis substitutio non comprehẽdit casum, quem pater ignorabat, se filium habiturum: clausula codicillaris nullum effectum operatur quo ad hoc: vt tenuit Bartolus in l.prima.ff.de iure codicill.dicens, ꝙ tabelliones apponunt illam clausulam de stylo & consuedine ipsorum tabellionum, non autem ꝙ testatores ipsam faciant apponere: & ꝙ non habeat effectum deuoluendi in fideicommissum : tenuit idem Bart. in authen.ex causa, in vltima q.C.de libe.præteritis. consilio 162.quod incipit viso testamento.& in consilio 197.quod incipit, quidam nomine Lapus. & in consilio 43.quod incipit, dominus Iacobus: & in cõsilio 144. quod incipit , quidam Andreas cum ergo ex insperato natus fuerit iste posthumus, ergo sequitur, quòd illa clausula, codicillaris non operatur aliquem effectum. ¶Sed istis non obstantibus cõtrarium puto de iure verius: videlicet quòd ista clausu-
10 la †codicillaris deuoluat. hoc decidit Baldus in consilijs suis, consilio 10.incipiente, in Christi nomine, nobilis & sapiens vir. vbi consuluit in tali casu, quidam in testamento exhæredauit filium, alium filiũ instituit, & voluit, quòd illud testamentum, seu illa vltima voluntas sua , si non posset valere iure testamenti, valeat iure codicillorum : modo testamentum fuit nullum propter exhęredationem. per authentica. ex causa. dubitatur , an virtute clausulæ codicillaris filius exhæredatus teneatur virilem partem suam restituere fratribus suis legitima deducta, an non dicit, sumus nunc in passu difficili: nam glos.in authen.ex causa.tenet, ꝙ illa clausula nihil operetur, quando testamentum nõ valet ex defectu solennitatis: secus si non valet ex defectu exhæredationis. creditur enim patrem insaniuisse, qui naturalem erga filium omisit charitatem.l.Titia.ff.de inoffic.testamen.Item ex quo exhæredabat eũ, non poterat ipsum per fideicõmissum grauare.l. sed & si sic fideicommissum. in fi.de legat.3.& hanc opi.tenebãt quasi oẽs antiqui doctores.& ex Modernis tenet Old.de Laude, Ricar.Malũb. tenet eã Gui. de Cu.in l.fi.C.de codicil. cum enim lex notet vitiũ in testatore parum distans a furore, illud, qđ testatori vna via denegatur, alia via permitti non debet, cũ in effectu succederet.l.si filius.ff.quod cũ eo. postea subdit.sed dñs Dy.Iaco.& Bar.dicunt, talem clausulam valere, & exhæredatũ ab intestato succedentẽ, statim debere ex eã fideicõmissi restituere fratribus portionẽ suã legitima deducta. & hoc per l.posthumus.§.si paganus.ff.de iniusto testamẽ.& quod not. in l.eam quam.C.de fideicom.& in l. ex testamẽto. ff.si quis ob cau.testa.& est expressum secundũ vnã lectu.in l.si duo patroni.§.fina. ff.ad Trebellianum. & ad hoc Specula.allegat legem, generaliter.§.ex testamento.ff. de fidei.liberta. & istam dicit fore veritatem. cum ergo in casu nostro iste testator præterierit pohstumum, & apposuerit clausulam codicillarem, sequitur, ꝙ posthumus veniens ab intestato, tenetur ad fideicommissum. & idem tenet idẽ Bal. in consilio suo incipiente, quædam domina fecit testamẽtũ.qđ est in ordine.208. modo in ꝓposito nostro

stro est diligenter ponderãdum, ꝙ testator fecit istã substitutionem non in præiudicium ipsius posthumi, seu infantis: sed in fauorem suum, & etiã fauorem ipsius testatoris, & voluit, ꝙ qñcunque dicti filij sui decederent sine filijs, venirent prædicti substituti: & sic in nullo præiudicatur ipsi posthumo. ergo multo magis in casu isto valebit vt fideicõmissum. facit, quod dixit Bald. in auth. ex causa. præallega. vbi dixit, ꝙ vbi est clausula codicillaris, debetur legata non distinguendo inter scientiam & ignorãtiam. & in l. his qui. ff. de iure codicil. dicit, ꝙ qñ testator facit codicillos ab itestato, vel est clausula codicillaris in testamento, ꝙ legata debentur: quia ꝑpter illam clausulam codicillarem sciuit in genere & implicitè, volendo de quocunque futuro sibi hærede sentire. Et elegãs doctor dñs Ioannes Petrucij doctor Perusinus in dicta auth. ex causa. dicit cõem opin. esse, ꝙ quando clausula codicillaris est apposita: tunc non debet adhiberi distinctio scientiæ vel ignorantiæ: nec Bar. in dicta l. j. de iure codicil. dum dicit, ꝙ illa clausula consueuit apponi de consuetudine notariorum, loquitur pertinaciter: sed loquitur conditionaliter. facit, quod not. Bartol. in dicta authen. ex causa. vbi quærit, an vigore istorum verborum, si non valet, & c. veniẽtes ab intestato videãtur rogati, de restituendo hæreditatem hæredibus scriptis. & gloss. ibi videtur tenere ꝙ non: sed ipse dicit contrarium esse verũ. allegat. l. posthumus. §. fin. ff. de iniust. testa. & sic Barto. videtur sequi istam partem, ꝙ clausula codicillaris deuoluat fideicommissum. & in quantum Bart. in d. l. j. dicit, ꝙ de consuetudine notariorum consueuit apponi illa clausula, est aduertendũ: quia semper videtur esse de mente contrahentium, vel testantium, ꝙ dictæ clausulæ ponã-
11 tur: & licet a † partibus non dicantur, tamen notarij võr rogati apponere omnes clausulas, quæ consueuerunt apponi in similibus: vt est text. in l. generaliter. C. de fideiuss. facit. l. si prædio. ff. de in diẽ addict. & per Barto. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & posthu. vnde, quando per vnum notariũ consueuit apponi illa clausula, non videtur tacitè esse actum, vt de mente contrahentium apponat: sed quando per omnes notarios consueuit apponi, tũc videtur ex tacita mente contrahentium actum, vt notarius apponat: quia tunc illa videtur esse cõsuetudo populi, & omnium contrahentium, vel testantium, & omnium tabellionum.

EPITOME.

¶ Nouem dubia hic deciduntur eo modo, quo in summarijs totidem uidere licet.

SVMMARIVM.

Appellatio super principali intra decem dies a lata sententia non interposita, sed super alio quopiam, negotium ad superiorem non deuoluit. nu. 1.

Quando quis excommunicationem incurrat, de quo in c. quoniam. de imunu. eccl. nu. 2.

Absolutio ab excommunicatione non seruata forma iuris non valet. nu. 6.

Mandatum speciale an requiratur ad absolutionem petẽdum. numero 8.

Delegatus ab excommunicatione absoluere ad cautelam non potest, cui specialiter id non fuit commissum. nu. 10.

Absolutio ad cautelam quando fieri possit. nu. 11.

Iudex ad quem debet absolutionem ad cautelam iniustam retractare. nu. 12.

Appellatione pendente sicut nihil innouandum est ita nec intra tempus datum ad appellandum. nu. 13.

Actio iniuriarum coram delegato ad absoluẽdum intentari nõ potest. numero 14.

CONSILIVM VII.

CHristi nomine Inuocato, amẽ. Visis dubijs eleganter formatis per excellentissimum iurisconsultum dominum vicarium domini Episcopi Bononiensis, & maturè pensatis. Capio primum, dum quæritur, lata est sententia per prius præceptum domini episcopi Parmensis contra di-
1 ctam dominã, an † post 10. dies a dicta sententia lata potuerit appellari validè a citatione, vel monitione declarationis, seu denuntiationis postea sibi facta per ipsum episcopum, ita ꝙ causa fuerit ad superiorem deuoluta? Et ad hoc respondeo breuissimè, ꝙ nullo modo potuit appellare: & per consequens causa non fuit deuoluta ad superiorẽ, quod sic ostẽdo formaliter. A sententia lata per prius præceptum non potuit appellari post lapsum 10. dierum. text. est in c. concertationi. in versic. infra 10. dies. & in c. Romana. §. si vero. de appel. lib. 6. ergo sequitur necessario, ꝙ non potuerit appellari ab ista citatione, vel monitione declarationis: quia prohibito vno, videtur prohibitum omne id, per quod deuenitur ad prohibitum. c. cum quid vna via. de regulis iur. li. 6. l. oratio. ff. de sponsali. cum simi. vnde dicebat Guli. de Soza. in l. ab executionem. C. quorum appel. nõ recip. ꝙ prohibetur appellari a pronuntiatione de exequendo: quia per eam impeditur executio facti: & ita tenet Bartol. in l. ab executore. ff. de appella. & Bal. in d. l. ab executore. & Ioan. Andr. in addi. Spec. in titu. de appel. §. in quibus. versic. quinto. & Odof. vt ibi refert Io. And. & Bar. in loco ꝑalleg. ergo sicut post 10. dies non potuit appellare ab illa sententia: ergo per consequens nec potuit appellare a citatione declarationis, vel a monitione. Secundo facit elegans doctri. Angel. in d. l. ab executore. vbi dicit, ꝙ si pronuntiatio de exequendo fiat infra tempus, infra quod possit appellari ab ipsa sententia diffinitiua, tunc indistinctè poterit appellari, sicut ab ipsa. allegat legem, si cum exceptione. §. hæc actio. ff. qd me. causa. vbi glo. dicit, ꝙ a sententia, quæ fertur super arbitrarijs, quæ videt esse executoria primæ, ita demum appellatur, si appelletur infra tempus, infra quod appellari potest a prima. & sic Ang. videtur ponere gladium ad radicem in principali q. cum ergo ista pronuntiatio, seu monitio, aut declaratio fuerit facta post decem dies a sentẽtia lata per dominum episcopum, & sic extra tempus datum ad appellandum. ergo sequitur, ꝙ nullo modo potuit appellari, & per cõsequens ista appellatio nullo modo potuit deuoluere negotium ad superiorem. Tertio facit, monitio istius declarationis nihil de nouo induxit, vt l. hæredes palam. versi. sed & si notã. ff. de testa. c. j. de sum. tri. libr. 6. c. ex parte. de priuileg. dicit Dominicus in d. c. j. ꝙ post dilationem datam ad faciendũ articulos in causa, possunt antiqui articuli declarari, cum ex declaratione nouũ quid fieri nõ dicatur, de quo per Oldr. consi. 166. & Bal. in prima constitu. C. §. ex quibus. dixit, ꝙ licet statutarij nõ possunt addere ad statuta: tñ possunt illa declarare. facit glo. & qd no. ibi dominus Dominicus in c. si quis viduam. 34. dist. gloss. in c. per tuas. de dona. Bal. in l. j. §. huius studij. ff. de iusti. & iure. dixit, quòd post terminum datum ad articulandum possunt antiqui articuli declarari, & in l. prima. C. de testa. ma. dixit idẽ Bal. ꝙ declarare non est confirmare. modo in casu nostro

stro per istam declarationem nihil noui inductum est. ergo imputet sibi pars: quia debuit appellare a sententia infra termini 10. dierum, & non ab ista monitione, seu declaratione: quia per eam videtur appellasse ab eo, a quo erat prohibita appellare: & per consequens non fuit deuolutum negotium ad superiorem. ¶ Ad secundum dubium dum quærit,
2 visis literis impetratis per ipsam dominam, an† ipsa inciderit in pœnam c. quoniã. de immu. eccle. lib. 6. Circa quod breuiter respondeo, quòd sic. & est ponderandum primo: quia istæ literæ sunt geminatæ
3 † & triplicatæ: quo casu magis aggrauant ipsam ĩpetrãtem: vt habetur in l. 3. C. de episc. audien. de dicto geminato, & quod in simili habetur ĩ l. prima. C. de plus peti. ne geminatis verbis enũtiatiuis, & in l. antiquæ. C. ad Velleia. & in l. in contractibus. §. de illo. C. de non numera. pecu. & in l. fina. C. ad legem Falcid. & in clemen. cum a repulsione, de appell. & institu. de actione. §. de constituta. & in l. diuus. §. fi. ff. de fal. modo, tex. formalis. in dicto capitulo quoniã, in princip. in ver. ad desistendum, vel in foro seculari de quæstionibus huiusmodi litigandum, &c. & in versicul. modis ve alijs quibuscunque compellat, seu compelli faciet, vel procuret. vbi videtur casus, ꝙ eo ipso, ꝙ laicus, vel clericus procurat: vt iudex ecclesiasticus desistat a iurisdictione sua, vel quòd ĩ foro seculari recurratur, vel quocunque modo compellat, vel compelli faciat, vel procuret, quo minus coram iudicibus ecclesiasticis querelantes liberè possint iustitiam obtinere de his, quę spectant ad iudices ecclesiasticos, incidunt in pęnam illius constitutionis, modo ista domina procurauit literas multas pluries impetratas a potestate laico. minatorias ipsi domino episcopo, ꝙ reuocaret suam excommunicationem latam contra ipsam dominã, & sic nedũ impediebant iurisdictionem ipsius dñi episcopi: sed reddebant d. episcopum timidiorem. iuxta not. per Barto. in l. prima. §. quæ onerandæ. ff. quarũ re. actio. non da. & in authen. cassa. C. de sacrosanc. eccle. per Bal. & per glo. in authen. de nõ alie. §. vult enim. in versi. de genere. quem allegat Bald. in dicta auth. cassa. & per Innocen. & alios. & ibi do. Abb. allegat dictum Barto. in c. nouerint. de senten. excommunicatio. & per do. Cardi. in repe. c. perpendimus. de senten. excommunica. & sic cum impetrauerit literas minatorias a principe laico contra ipsum dominum episcopum: vt nedum non exerceret suam iurisdictionem in spectantibus ad suam iurisdictionem: sed etiam vt reuocaret suam sententiam excommunicationis latam contra ipsam dominã: videtur merito incidisse in pęnam dictæ cõstitutionis. dicto capitulo quoniam. de immunita. eccle. libro sexto. Et si quispiam dixerit, ꝙ dicta constitutio loquitur de domino loci, vel de potestate seculari, & non de homine priuato, vt apparet in principio illius constitutionis: ad hoc dictum sit, ꝙ licet principium illius constitutionis loquatur in habẽte dominium: tamẽ in parte prohibitiua loquitur de homine priuato: vt apparet in ver. statuimus. ne quis: & sic loquitur vniuersaliter, & generalior est prohibitio, quàm narratio, vnde potius Papa videtur assumere narrationem pro causa impulsiua illius constitutionis. ita formaliter dicit ibi Ioannes And. in nouellis. & sequitur dominus Petrus ibi, & dominus Dominicus: sed forte melius esset dicere, ꝙ iõ principium loquitur de habente dominium & iu-
4 risdictionẽ: † quia illud erat magis frequentatum: ideo Papa ibi loquitur de dominis temporalibus: quia illud magis erat in frequẽtatione, ꝙ ipsi impedirent iurisdictionem ecclesiasticam in causis spectantibus ad illam: nihilominus idem est dicẽdum in alijs priuatis viris illam procurãtibus impedire, argumen. eius, quod dixit gloss. quæ allegatur pro singula. in clementina prima. de rescriptis. quæ dicit, quòd ideo loquitur de prælatis regularibus, & non de prælatis secularibus: quia magis erat frequẽtatum de regularibus: tamen idem dicit esse in prælatis secularibus. simile dixit gloss. valde elegans in capitulo secundo. de confess. lib. 6. quæ quærit, an id quod ibi disponitur in reo, habeat locum in actore: & decidit quòd sic. & ideo magis loquit̃ de reo, quia erat frequentatum magis: ita est dicendum in proposito. Et sic cum text. in dicto capitulo quoniã. loquatur, quãdo procurauit, vt iudex ecclesiasticus desisteret a iurisdictione sua. & ita ista domina impetrauit a laico, vt reuocaret suam sententiam dominus episcopus. ergo sequit̃, ꝙ incidit in pęnam
5 dicto capitulo quoniam. nam supplicando† quis dicitur contrauenire: vt dicit tex. in l. si quis maior. C. de transac. nec verba illius. capitu. quoniam, requirunt actum consumatum. sufficit enim, ꝙ procurauerit ad desistendum, ergo &c. & ex istis mihi videt̃ satisfactum secundę quęstioni. ¶ Quoad tertiũ du-
6 bium, an attẽto † mãdato ꝓcuratoris, & forma absolutionis impensę per delegatum poterit absolui? Circa hoc text. videtur apertus, ꝙ nõ, in d. c. quoniã. vbi dicitur, si quis cõtrafecerit excommunicationi, nouerit se ipso facto subiacere: a qua nisi tam iudici, cuius cognitio fuerit ĩpedita, vel iurisdictio vsurpata, quàm parti, quę turbata fuerit in prosecutione sui iuris: de iniuria, damnis, & expensis, & interesse, prius per eundem integrè fuerit satisfactũ: nullatenus absoluatur. dum illa cõstitutio dat formã, quòd iudex nullo modo absoluat, nisi seruetur, qđ ibi dicitur: sed hoc non fuit seruatum in ista absolutione. ergo sequitur, ꝙ nullo modo valuit absolutio. Et per consequens non est insistẽdum circa formam mandati, dum dixit ibi Archidia. ꝙ si absolutio in casu illius. c. quoniam, aliter fiat, nõ tenet: qa est contra constitutionem prohibitiuam. Et licet in contrarium faciat glo. in clementina prima. de iure pat. tamen illa gl. loquitur eo casu, quo datur potestas ab habente potestatem absoluendi a lege: licet nunc non seruetur forma: quia tunc est quædã excitatio illa forma: secus dicit, vbi datur potestas aliàs non hũti in delegando. & iste est casus noster, quo sequitur, quòd iste delegatus non potuit absoluere ꝯ dispositionem. d. c. quoniam, & est etiã ponderandus tex. ĩ d. c. qm̃. cum dicit, nullatenus absoluatur:
7 quia vbicunque apponitur illa † dictio nullatenus, actus inficit̃ ipso iure. ista est glo. in auth. si qua mulier. C. ad Velle. quã ad hoc allegat reuerendus dñs Cardina. in c. super literis. de rescriptis. ergo absolutio est ipso iure nulla. tunc succedit elegans doctrina Bal. in c. j. in titulo, qui succes. vbi dicit, ꝙ vbicunque actus inficitur ipso iure, cõsensus nihilominus potest operari. ergo consensus iudicis ordinarij nõ potuit facere actum esse validum, quem lex facit ipso iure nullũ. & sic multo magis in casu nostro ista absolutio erit nulla: quia facta delegato, cuius potestas est stricta: vt pulchrè dixit Hostiẽ. in c. fina. de præbend. & secundum istam non oportet insistere super forma mandati, & sic non videtur absolutio ab excommunicatione inflicta, per d. c. qm̃. nec etiã mens iudicis ad hoc fuit disposita, vt absolutionem prædictam faceret ab excommunicatione inflicta a d. capit. qm̃: vt iam apparet ex forma absolutionis. nam in absolutione præfata d. dominus delegatus absoluit dictam dominam Contesinam ab excommunicatione lata per ipsum dominum episcopũ, & iam dñs episcopus eam non excõmunicauit vigore. d. c. quoniam. quia postq̃ eam excõmunicauit

ex eo: quia impediebat factores domini episcopi ab executione decimæ, ipsa habuit recursum ad principem laicum, & impetrauit literas minatorias & preparatorias dicto domino episcopo, ꝙ omnino desisteret ab vrenda iurisdictione sua ecclesiastica, & ꝙ omnino reuocaret suam sentētiam excommunicationis latam ꝯ ipsam dominam Contesinam. & sic absolutio facta nō extēdit se ad dispositionem dicti capitu. quoniam. quia imo pronūtiandum fuit per ipsum dominum delegantem, declarando ipsam incidisse in pœnam dicti cap. quoniam, & in hoc nec pronuntiauit, nec absoluit. & sic non pronuntiauit super petito. & ideo talis absolutio non comprehēdit excommunicationem interdictam per dictum capit. quoniam. & sic limitata causa limitatum parit effectum. l. in agris. ff. de acquirend. rerum dominio, l. age cum Geminiano. C. de transaction. & ita etiam apparet ex mandato facto procuratori. nam dicitur in dicto procuratorio, ꝙ constituit ipsum procuratorem ad absolutionem excommunicationis de ipsa constituente, vt dicitur factæ parte domini episcopi Parmensis, & sic de excommunicatione inflicta per dictum c. quoniam. nullum mandatum dedit. ergo nec in nostro iudicio, nec in illo potuit dictus procurator intentare, nec petere absolutionem a dicta excommunicatione: & ista videtur veritas. vnde ex separatis non infertur. l. eum actum. ff. de negotijs gest. l. maritus. C. de procuratoribus. & l. Papinianus exuli. ff. de mino. cum simil. ¶ Ad quartum dubium, cum quæritur, an† requiratur speciale mandatum ad petendum absolutionem ab excōmunicatione: quia circa hoc est considerandum, ꝙ Hostien. in capitu. cum desideres. de senten. excommunicatio. dicit, nullo modo peti posse absolutionem per procuratorem, cum requiratur contritio & confessio excommunicatio. vndecima quæstione tertia, cum aliquis. & certa forma requiratur, vt in ecclesiam introductio, & manus impositio & recōciliatio: vt latè ibi per eum: qui concludit defendendum esse vsque ad sanguinem & animam, procuratorem ad hoc recipi non posse: tamen contrarium seruat curia. imo si habet speciale mandatum petēdi absolutionē, videtur posse iurare, licet ad hoc nō habeat speciale mandatum: vt in Specula. de iura. calum. §. restat. versicu. quid ergo fiet. & ita sequitur Abb. in dicto capitulo cum desideres. & idem tenet Specu. in titu. de procu. §. primo. versi. item oppo. & versi. 16. vbi Specul. dicit, ꝙ ecclesia seruat & etiam curia. vnde satis apparet de pœnitētia, eo ipso ꝙ mittit specialem procuratorem. sicut enim petēte procuratore, auditor si aliquem velit absoluere, mādabit presbytero, cuius est parochianus, ꝙ illum iuxta mortem ecclesiæ absoluat, & sic per auditorē si specialiter absolutus, mādabit presbytero prædicto, ꝙ illum iuxta formam ecclesiæ introducat: & ideo requirit solum, ꝙ det speciale mandatum ad absolutionem petendam. Bal. no. in auth. interdicimus. C. de sacrosan. eccle. & dicit, ꝙ ad hoc, vt alicui pareat, debet monstrare & ostendere se pœnitentē. & ideo dicit, ꝙ est argumentū ille textus, ꝙ aliquis non possit petere absolui per procuratorem ab excommunicatione: quia non ostendit se vere pœnitentē allegat Petrum ita tenentem ibi: sed curia seruat, ꝙ per procuratorem ad hoc datum videtur habere pœnitentiam. ponderet nunc dominus iudicās formam mandati, si nulla contritio potest alicui bono intellectui apparere, ex parte ipsius excōmunicatæ: dicit enim in ipso mādato, & ad petendum absolutionē excōicationis de ipsa domina constituente, vt dicit, factæ parte domini episcopi Parmensis. vnde non clare firmat se excommunicatam, sed refert, vt dr, & asseritur, & si ignoret se excommunicatam, seu non habet firmam scientiam de excōicatione, quomodo potest apparere contritio aliqua: & sic sequitur, ꝙ isto casu non potuit peti absolutio per procuratorem constitutum illo modo. vnde non seruauit practicam Specu. vnde nullo modo potuit peti absolutio per procuratorem, stante mandato in forma, in qua sic, & maximè quia videtur casus arduus, cum fuerit excommunicata: quia impediebat collatores domini episcopi ab exactione decimarum, quę sunt spirituales, & agebatur de præiudicio ecclesię cathedralis & domini episcopi, quo casu dicit ardua res: vt in simili dicit textus in capitulo venerabilem. de electio. ꝙ quando agitur de iuramento clarissimarum

9 personarum, res dicitur † ardua: adeo ꝙ eius interpretatio spectat ad solum Papam: vt late scribit dominus Abbas, & quod not. in c. quanto. de iureiurā. & sic tanquam ardua res debuit specificè & qualificatiuè explicari, & nō neglecto quodam modo dicēdi, vt fuit in casu nostro. ideo dixit glossa singularis in capitulo fina. de procuratoribus, libr. 6. ꝙ licet enumeretur casus specialis, & postea apponat clausula generalis, nunquàm comprehēditur casus arduus: puta causa matrimonialis: ita dicendum in proposito, ꝙ debuit specificari in specie, & cum cōtritione, & attentione, & non trufatiuè: vt fuit in casu nostro dicendo, vt dicitur, nec Specul. dicit contrarium in loco præalleg. quando venit ad speciem & qualitatem excōicationis, & ita debet intelligi dictum D. Ant. in d. c. cum desideres. ¶ Ad quintū du-

10 bium, an per delegatū possit fieri† absolutio ad cautelam, vbi hoc specialiter non demandatur: & quia hoc clarissimū, ideo non est insistendum. Primo appellatione absolutionis simpliciter non venit absolutio ad cautelam. Ista est gl. valde elegans in c. capitulum sanctæ Crucis. de rescrip. de qua faciunt festū scribentes. in c. apostolicę. de except. & ibi dicunt, ꝙ statutum disponens de absolutione non habet locū in absolutione ad cautelam. statutū enim stricti iuris, & strictè debet interpretari. c. in nostra. de iniur. c. susceptū, de rescrip. lib. 2. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. cum simil. sed potestas delegata est hmōi: est enim stricti iuris, & illud solum potest, qđ est solum specialiter cōmissum: vt in ca. prudentiā. de offi. deleg. cum simi. Ergo sequitur, ꝙ iste delegatus non potuit absoluere ad cautelam, cum sibi specialiter non fuerit demandatum. Præterea hoc tenet gl. ordi. Io. And. in c. solet. de sen. excom. lib. 6. in gl. superiorē. & id ēt ibi tenet in nouella. & licet aľr ibi tenuerit Arch. tñ Io. An. ibi optimè rñdet ad motiua sua. Id tenent Inn. Host. Ioā. mo. & idem sequit do. Pet. de Anch. & d. Dñicus. in d. c. solet. & istā partem sequitur cōis opinio, ergo sequit, ꝙ nullo modo poterit absoluere ad cautelam, cū sibi non fuerit specialiter commissum. ¶ Ad sextum dubium, cum quæritur, an porrecta petitione ipsius dominę Contesinæ, in qua simpliciter petit absolutionē ab

11 iniusta excommunicatione, potuerit † fieri absolutio ad cautelam? Et certe dicendum est ꝙ non; ex eo quia sententia debet esse conformis libello. c. Raynutius. de testa. c. licet Heli. de simo. l. vt fundus. ff. cōmu. diuidū. l. fi. C. de fidei. lib. cū si. sed appellatione absolutionis simpliciter prolatæ, non venit absolutio ad cautelam: vt est glo. elegans in dicto capitulo, capitulum sanctæ Crucis. & tenent doc. in c. apostolicæ. de exceptio. ergo nullo modo poterit iudex ferre sententiam super absolutione ad cautelam, cum non fuerit petita. & optimè hoc probat text. in præallega. capitulo solet. de senten. excomunicatio. lib. 6. in ver. an cum aliquis per superiorem absolui postulat ad cautelam &c. vbi text. duo probat. primo, quòd

ꝙ est petenda absolutio ad cautelam, secũdo, quòd appellatione absolutionis non venit absolutio ad cautelam, nisi exprimatur. Et si dicatur, quòd absolutio ad cautelam conceditur de gratia: vt late scribit Ioan. And. in nouel. in dicto capitulo solet. & ibi plenius per D. Petr. & facit capitulo venerabilibus. §. sed si ex causa. & §. pe. & vlti. de senten. excommunicatio. libro sexto, & facit capitulo venerabilis. eodem titulo ibi, de gratia relaxauimus ad cautelam. Ad hoc rñdeo, posito, ꝙ de grã cõcedatᷣ, nihilominꝰ concessio est petenda: vt probat text. formalis in dicto capitulo solet. & per consequens talis absolutio ad cautelam non tenuit. Præterea facit: quia ex quo fuit petita absolutio ab iniusta sententia, nõ potuit fieri, seu dari absolutio ad cautelã: vt plenè firmat Ioan. Andr. in nouel. in dicto capitulo solet. quem ibi sequuntur doctor. communiter: nam solum datur, quando allegatur sentẽtiæ nullitas, expressa causa legitima. & probatã aliqualiter, licet non plenè. vt firmant domini de Rota conclu. 97. quæ incipit. Item si quis petat, ne illudatur ordinariæ potestati. pro qua facit ius commune, quod etiam resistit agẽti; vt in capitulo ad decimas. de restitutione spoliatorum, libro sexto, & ibi doctores, quos sequitur dominus Dominicus in dicto capitulo solet. licet aliter dixerit D. Abb. in capitulo cum contingat. de offic. delega. sed ipse non loquitur in casu nostro. nam duæ præsumptionis erãt pro domino episcopo, primo: quia decimæ erant debitæ domino ex dispositione iuris communis: vt in dicto capitulo ad decimas. & sic ius commune erat contra ipsam dominã Contesinam, quo casu ipsa fundabat se super re nõ existente verisimili: ideo debuit iustificare aliqualiter suam causam dicto capitulo quia verisimiliter. præsump. & optimus textus in c. tua. de iureiurand. & ibi per do. Petr. de Anchara. vbi iuramentũ, quod includitur iuri communi præualet iuramẽto, quod includitur iuri speciali. & Innocen. in capitulo audi tis. de præscript. vbi dixit, quòd præualet dictum testis, quod est conforme iuri communi, dicto testis, quod est conforme iuri speciali. & sic cum ius commune sit contra dictam dominam Contesinam: qa non est capax decimarum. cap. causam quæ. de præscript. meritò debuit grauari ad iustificandam causam suam in ista absolutione ad cautelã. & isto casu non loquitur do. Abb. & ista iura allegata per eũ ibi limitantur. Secundo erat præsumptio iuris pro sententia ordinarij: vt l. Herẽnius. §. Caia. ff. de euic. c. bonæ memoriæ Maguntino. de electio. & per consequens talis absolutio nullo modo tenuit: quia nõ petita cõcessa ex causa inhabili & informi: nec scio videre, quo spiritu ductus iudex tulerit sententiã illo modo, & (quod pessimum est) condemnauit dominum episcopum in expensis. ¶ Ad septimum du
12 bium, an debebat retractari dicta † absolutio & cõdemnatio expẽsarum per iudicem appellationis: ex superius dictis apparet clarissima conclusio, ꝙ talis absolutio & consideratio fuit iure nulla: quia iam negotium non fuit deuolutũ ad superiorem: vt apparet ex primo dubio. tum quia non fuit petita ista absolutio ad cautelam, vt dictum est. & posito ꝙ de iure tenuissent, an tãquam iniuste possunt retractari ꝑ iudicẽ appellationis. Et circa hoc nulla est dubitatio: nã iudex appellationis datus est ad corrigẽdũ & retractandum illud, quod iudex per iniquitatem, vel imperitiam suam iudicauit: vt dixit textus in l. prima. ff. de appella. ergo poterit iudex appellationis retractare tam absolutionem ad cautelã, quàm etiam condemnationem expensarum. nam si iuste est appellatum, iniustè ageret iudex appellationis remittendo ad eum, qui iniustè absoluit, vel nulliter: vt dixit Innocen. in cap. per tuas. de senten. excõmunica. & Dominicus in dicto capitulo venerabilibus. §. fin. de senten. excõmunica. lib. 6. ¶ Ad octauum dubium, videtur ꝙ post absolutionem factam debuerit expectari per 10. dies ad committendum publicari dictam absolutionẽ: nullus enim potest de hoc dubitare. nam a quocunque grauamine cũ insertione causæ appellari potest. capitulo primo. de appellatio. libro sexto. no. in c. vt debitus. eodem titu. in antiquis. Sed tempus datum ad appellãdum operatᷣ illud idem, quod operatur ipsa appellatio: vt est gloss. singu. secundum Dyn. & Bartol. in l. ex iudiciorum. ff. de accu. & plenè per Bald. & Angel. & Ioannes de Imola. pro intellectu illius gloss. in l. qui a latronibus. §. si quis. ff. de testamen. & per Ioan. de
13 Imo. in l. defuncto. ff. de pub. iud. Sicut † ergo appellatione pendente nihil est innouandum: ita nec est innouandum aliquid infra 10. dies datos ad appellãdum. c. cõcertationi. de appel. lib. 6. cum si. & per cõsequens, quia dato vno incõuenienti multa sequũtur, vt dicit philosophus in primo physicorum. iste iudex absoluit ad cautelam nulliter & iniustè. secũdo condemnauit in expensis etiam iniustè. tertio fecit publicari absolutionem illam in tempore dato ad appellãdum, & (quod pessimum est) cũ tubis in plateis tẽpore, quo eleuabatur corpus sacratissimi domini nostri Iesu Christi: vt mihi extitit relatum, & per consequens tanꝙ attentatum in tempore dato ad appellãdum, debet per vos & vestrũ officium reuocari. Et ex istis infertur ad nonũ dubium: videlicet, ꝙ dominus vicarius debet pronuntiare dictam dominam Contesinam incidisse in excommunicationem inflictam per dictum capi. quoniam. de immunitate eccle. ad quam excõmunicationẽ incidit dicta domina Contesina, vt superius dictũ est. & ꝓnuntiare bñ & iustè appellatũ, & iniquè & iniustè & nulliter fuisse ꝓnũtiatũ, & dictã dominã remanere in prima excommunicatione, & etiam aggrauare ipsam: ex eo qa contempsit excõmunicationẽ ingerendo se diuinis officijs. nã per istam vestrã pronuntiationem prima sententia lata per ipsum delegatum est ex toto extincta. ¶ Ad vltimum dubium, credo, ꝙ non sit expediens in præsenti causa: nihilo minus succinctè dicam: quia veritas cõsistit in pau-
14 cis. videtur ꝙ † actio iniuriarũ nõ possit intentari coram delegato, ad absoluẽdum excommunicatum. primo moueor per elegantem doctrinam domini Dominici in c. in præsentiam. §. testes. de testi. lib. 6. vbi dicit, ꝙ si datus est commissarius ad recipiẽdos testes & instrumenta: non poterit recipere confessionẽ: quia licet ex quadam latissima significatione vocabuli appellatione instrumentorum veniant omnia, quibus causa instrui potest l. prima. ff. de fide instrumento. capitu. peruenit. de testib. cog. l. notionem. §. instrumentorum. ff. de verborum significatio. c. si quis. de decimis. & ibi Archidia. tamen in mandato facto iudici delegato, cuius commissio est interpretanda strictè, vt superius dictum est, seruanda formam, capitu. cum dilecta. de rescrip. c. Pisanis. de restitutione spoliatorum, capitulo prudentiam. de offi. deleg. si diligenter. ff. mand. Preterea facit gl. in cap. peruenit. octaua quæstione prima, & 27. quæstione prima, capitulo si homo, quas allegat ibi dominus Dominicus, quæ gloss. determinant, quòd si Papa cõmittit vni, quòd alium excommunicet, non committendo sibi aliter decisionem causæ, ꝙ talis delegatus excõicatũ se soluere non poterit: qa delegato vno articulo iurisdictionali non venit alius articulus, videlicet absolutio. Ita in casu nostro, cum non fuerit commissa absolutio huic delegato. ergo non poterit intẽtari iniuriarum coram eo. Præ-

terea facit. c. super quæstionum. §. primo, de offi. dele. leg. vbi cōmisso vno articulo causæ, nō venit alius: ita in casu nostro multo minus venit alia actio, longe diuersa a prima commissione. Præterea facit, qđ no. glo. in capitu. solet. de senten. excommunicatio. libro sexto. & ibi Ioan. And. vbi voluit, ꝙ licet delegatus possit illa, sine quibus negotium expediri non possit cap. sanè. capitu. præterea. & c. suspicionis. de offic. delega. l. rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procur. nō tamen potest illa, per quæ causa facilius expediretur. & istud ponit gladium ad radicem in præsenti dubio: ex quo non includuntur in manda to. cum ergo absolutio expediri potest sine actione iniuriarum. ergo sequitur, ꝙ commissa absolutione ab excommunicatione, videtur commissa actio iniuriarum. Præterea facit, quod dixit Bal. post Cy. in l. secūda. ff. de iurisdic. omni. iud. vbi dixit, ꝙ quoties conceditur aliquid, videtur concessum quicquid ad illud sequitur de necessitate. lege, obligationum ferè. §. placet. ff. de actionibus & obligationibus. sed ista actio iniuriarum nō sequitur ex necessitate absolutionis, ergo non videtur mandata. & si dicatur, ꝙ Baldus ibi dicit, ꝙ si ordinatè seqtur ex illo, vr̄ mādatum: ad hoc r̄ndeo, ꝙ Baldus ibi loquitur, quando eadem est ratio in vtroque: sed in casu nostro nō eadē est ratio in vtroque: quia non est eadem rō in absolutione & in actione iniuriarū. Et ideo Baldus ibi dicit, ꝙ quando non est eadē ratio in vtroque, & concessio est facti: tunc nunquam videtur concessum cōseqiuēs. lege, solet. ff. de officio procōsulis. & loquitur Baldus in concessione, quæ est largè interpretāda. capitulo cum dilecti. de donationibus, cū similibus, non tamen loquitur in delegatione, quæ est stricti iuris, vt dictum est. ergo multo minus videtur mandata cognitio & decisio actionis iniuriarum, cum sit longe diuersa & separata ab absolutione commissa. Et per consequens concludo, delegatum nō posse cognoscere de actione iniuriarum contra excommunicatum.

EPITOME.

¶ Filio patrem occidente, an nullis alijs extantibus filijs, fiscus succedat iure communi. An uero statuto, quo cauetur, ut homicida, uel is, cuius dolo malo quispiam interfectus fuerit, non succedat, uel succedere possit, fiscus excludatur, ut sic per statutum iuri communi derogatum sit.

SVMMARIVM.

Filius vnicus si patrem occidat, vniuersam fiscus successionem consequitur. vsque ad nu. 1. & 7.

Statutum, ꝙ homicida nec succedat, nec succedere possit, fiscum excludit, fratres occisi includit. nu. 8.

Statutum de homicidio simpliciter loquens habet etiam in parricidio locum. nu. 14.

CONSILIVM VIII.

VBi Christus Non est fundamētum, nullū boni operis super est ædificium. prima quæstione prima, capitulo cum Paulus. & ca. principatus. ideo optimi maximi Dei omni inuocato præsidio. Visis puncto & statuto hoc sero mihi præsentatis, nec dato longiori tempore ad cogitandum, nisi vsque ad mane, Pro præsentis cōsultationis clarissima decisione est primo videndum. filio occidēte patrē, an fiscus succedat omnino stantibus alijs filijs, seu auferat successionem tantum a filio tanquam ab indigno, secundum dispositionem iuris communis. Secundo est videndum, vtrū secundùm dispositionem statuti fiscus excludat attinentes, & sic an per statutum sit derogatum iuri communi. Tertio erit videndum, vtrum istud statutū loquens de homicidio simpliciter habeat locum in homicidio qualificato, & sic ī parricidio. & istis maturè pēsatis & discussis apparebit indubitata veritas huius consultationis, & breuiter veniam ad decisionem.

¶ Ad primum dubium, de iure communi veniat
1 † fiscus exclusis attinentibus, hoc decidit textus formalis in l. cum ratio. §. fin. in vers. portiones liberorum nō augentur: veluti si cognatum suum interimi curauerit, & eius hæreditatem adijt, vel bonorū possessionem acceperit. ff. de bo. dāna. vbi quis non potest succedere ei, quē interfecit: sed bona veniūt ad fiscum, secundum Bartolum ibi, nisi sit alius in eodem gradu illi occiso, in quo erat occidens. nec est opus in casu isto īsistere, ne alter frater excludat fiscum in portione occisoris, vt disputant doctores: quia isto casu præsupponitur non extare alium fratrem: & sic videtur, ꝙ fiscus succedat, seu auferat ab isto, tanquam ab indigno. idem firmat idem Bartolus in l. secunda. §. fratris. ff. si quis ali. te. prohi. in ver si. facit ad quæstionem de eo qui occidit consanguineum suum, vtrum succedat ei, & si non, vtrum succedat fiscus: & dicit, ꝙ ista quæstio secundum quosdam reperitur tacta per Dynum in l. sequens quæstio. ff. ad Sillania. & veritas est secūdum eū, aut ille, qui interfecit, est proximior consanguineus, aut vlterior. primo casu bona confiscantur, secundo casu non allegat. d. l. cum ratio. §. finali. & l. ab hostibus. §. fi. ff. soluto matrimo. Idem voluit Baldus in commento. l. eam quam. C. de fideicommiss. ver. hoc facit ad quæstionem. frater † occidit fratrem, an hære-
2 ditas fratris occisi debeat confiscari, & decidit, ꝙ ipse frater occidens possit adire, & ipsum ius ab eo trā sit ad fiscum. alle. l. his consequenter. §. j. ff. famil. er-
3 ciscundæ. nam iura † sanguinis non absorbentur ꝓpter crimē: sed succedit fiscus l. prima. in principio. ff. si quis aliquem te. prohi. & plus esse dicit ibi Bal. ꝙ si sunt duo fratres, derogat fratri in portione ipsius delinquentis, allegat Cy. in l. si sequens. ff. ad Sillanianum. & idem dicit, si filius patrem interfecit: quia non succedit nepos, sed fiscus: allegat Cyn. in l. hæreditas. C. de his qui. vt indig. Facit, quod notat idem Baldus in dicta l. hereditas. ad finem. vbi dicit, ꝙ si sunt duo fratres, & vnus interfecit patrē, ꝙ portio sua non confiscatur, sed fratri applicatur, alleg. Barto. in dicta l. cum ratio. postea subdit Bart. male loqui, & contra casum l. his consequenter. §. primo. ff. famil. erciscūdæ. nam si applicaretur sibi, ergo cōuētus diuisorio iudicio posset excipere de iure suo, ꝙ est contra illum textum. non obstat authentica, bona damnatorum. quia hoc casu fiscus non venit ratione capitalis condemnationis: sed ratione indignitas. facit etiam elegans textus in dicta l. his con-
4 sequēter. §. primo. vbi si quis occidat † testatorē, sibi non denegantur actiones hereditarię, donec fiscus ei auferat ratione indignitatis: & sic antequā fiscus auferat, ipse est hæres cū effectu, & exercet hæreditarias actiones. ita dicit Nicolaus de Materellis in dicta l. hæreditas. & sequitur ibi Bald. ergo sequitur, ꝙ talis hæreditas aufertur de iure communi ab isto filio, & applicatur fisco, per legem, Lucius. ff. de iure fisci. Facit etiam, quod notat solennis doctor Albericus de Rosate ī suo tractatu statutorū. ī tertia parte, quæstione 54. incipiente, frater occidit fratrem, fuit

fuit refricatum in dubium in facto, an successio fratris occisi pertineat ad filios fratris interfectoris, an debeat publicari: & refert fuisse determinatũ & decisum, bona debere publicari. allegat dictam l. cum ratio. §. fina. & l. ab hostibus. §. fi. ff. soluto matrimonio. ergo multomagis in casu nostro, cum filius occiderit patrem, hæreditas veniet ad fiscũ. Facit etiã, quod notat elegãs doctor dominus Florianus in dicta l. his consequenter. §. j. vbi dicit, ꝙ si sunt duo fratres, & vnus occidit patrem, ꝙ portio sua non accrescit fratri, sed applicatur fisco: & refert Batolum in dicta l. cũ ratio. §. finali. dixisse contra casum dictæ l. his cõsequenter. §. primo. ergo multomagis in casu nostro applicabitur ista hæreditas fisco, cum non sit alter frater. facit notabilis textus iuncta glossa, in authenti. si captiui. C. de episcopis & clericis. vbi si fi-
5 lius neglexerit redimere † patrem, non solum exhæredari potest: sed etiam denegatur ei successio: & ibi dicit glossa, & applicatur ecclesiæ: & sic ore aperto sentit, ꝙ eo ipso ꝙ filius occidit patrẽ, hæreditas applicatur fisco: & per consequens ista hæreditas applicabitur camere fiscali. Facit etiam glossa in dicta lege, cum ratio. §. finali. quæ hanc partem sentit: & optimus textus in dicta lege, hæreditas. in versicul. quia tamen testatrix voluntatem suam non mereri vnum ex hæredibus suis declarauerat, merito eius portio nõ iure ad alium translata, a fisco vendicata est &c. sed in casu isto iã videtur iure expressum, occisorem non succedere occiso: vt in dicta l. cũ ratio. §. fina. & bene facit, quod not. in l. fideicõmissum. C. de fideicõmiss. & in l. sororem. C. de his quibus vt indig. ergo fiscus isto casu admittetur. facit etiã. l. si sequens gradus. ff. ad Sillanianum. vbi substitutus succedens in locum hæredis negligentis vendicare necẽ defuncti, non succedit: sed admittitur fiscus. ergo multomagis eo casu, quo ipse filius occidit patrẽ. facit etiam, quod notat Bal. in c. primo. §. similiter. in titulo, quibus modis feudũ amitta. vbi dicit, ꝙ si frater occidit fratrem, quid fiendum de bonis fratris occisi, q̃bus debebat succedere frater occisor, si fratris homicidiũ non cõmisisset, & remittit se ad l. Lucius. ff. de iure fis. & ad l. cum ratio. §. fi. & ad l. his cõsequenter. §. j. & d. l. ab hostibus. §. fina. & sic sentit, ꝙ ad fiscum veniũt applicanda. Præterea dico fore casum formalem in dicta l. cum ratio. §. fina. in versicu-
6 lo, acceperit. vbi videtur † casus, ꝙ eo ipso ꝙ filius occidit patrem, nõ est insuccessibilis in bonis paternis, vbi potest adire & bonorum possessionem petere ergo requiritur sententia ad priuandum ipsum occisorem. ergo fiscus aufert istam hæreditatem tanquam ab indigno, & per consequens non succedũt attinẽtes. Facit etiam, quod notat Bartolus in l. codicillis. §. matre. ff. de legatis secundo. vbi dicit, ꝙ si frater occidit filium fratris non potest succedere ipsi fratri. alleg. d. l. cum ratio. §. fina. & sic videtur inferendũ per illum. §. finalem, ꝙ fiscus occupauit tãquam ab indigno. Præterea facit, quod notat Angelus in l. fina. ff. si quis ali. testa. prohi. vbi dicit, ꝙ si frater occidit fratrem suum, ꝙ si nemo præcedit fratrem in gradu, illa hæreditas applicat̃ fisco: sed si præcedebatur: puta ab ascendente, vel ipse esset frater ex vno latere dumtaxat, tunc nõ applicatur fisco. & hoc dicit tenuisse Dyn. vt apparet ex reportatis suis in dicta l. si sequens & probatur hoc secũdum Angelum in dicta l. cum ratio. §. finali & facit etiam, quod nota. Ioannes Andreæ in additionibus Speculato. in rubrica, de successio. ab intesta. ergo sequitur, ꝙ secundum dispositionem iuris communis ista hæreditas venit applicãda cameræ fiscali. Istam partem sequitur bonæ memoriæ domin. Bartholomæus de Saliceto in prælleg. l. hæreditas. in versiculo. quero ab extra, scriptus hæres occidit testatorem, an reputetur indignus? concludit quòd sic, licet antequam fiscus auferat, ipse
7 sit hæres, † & actiones hæreditarias exerceat alleg. dictam. l. his consequenter. §. primo. & dictam. l. cum ratio. §. fina. idem dicit, si legitimus heres defunctũ occiderit, alleg. d. l. cum ratio. §. finali. & sic concludit, ꝙ fiscus aufert hereditatem a legitimo hærede: & iste est casus noster. & ibi etiam refert contentionem Bartol. & Bald. quando sunt duo fratres, quod non est examinãdum in casu nostro. & sic ex istis est satisfactum primo, dubio: videlicet, vtrum de iure cõmuni fiscus veniat ad istam successionem. & concludo ꝙ sic, vt est omnium opinio & sententia, pro quibus faciunt dicta ꝑ Baldũ. in l. prima. C. de hæredibus instituendis. ¶ Capio nunc secundum dubiũ. vtrum istud statutum excludat fiscum ab ista successione: & videtur ꝙ non: quia pœnam priuationis a successione, si a lege non reperitur imposita, nos imponere non debemus. Ita dixit glossa singularis secũdum dominum Abbatem in capit. finali, de iure patrona. bene facit glossa in capitulo auctoritate 15. quæstione 8. & quod notant scribentes in capitulo querelam. de iureiurãdo. & ibi ꝑ Modernos, nam a iure communi nemo dicitur exclusus, nisi ꝓbetur. l. ab ea parte. ff. de probatio. notat Baldus in l. prima. C. de hæredibus institu. sed in casu nostro fiscus, venit ex dispositione iuris communis ad istam hæreditatem: vt dictum est in proximo dubio. ergo non censetur priuatio ab isto iure communi, nisi probetur. nec nos illam pœnam priuationis imponere debemus. Et si opponat̃ de statuto, videamus, vtrum statutum excludat fiscum: dicit enim. statuimus, ꝙ homicida, seu ille, cuius dolo malo aliqua ꝑsona decesserit, non succedat, nec succedere possit defunctę personę: licet enim istud statutum excludat occisorem: non tamẽ excludit fiscum. ergo quo ad fiscum remanens in dispositione iuris communis. l. si extraneus. ff. de condit. ob. cau. cum similib. & per consequens veniet fiscus ex dispositione iuris cõis, eoque maximè: quia quamuis istud statutũ loquatur de homicida, non tamen loquitur de parricida: & sic de homicidio qualificato, de quo apparebit in vltimo dubio. & sic istud statutum est restringendum ad terminos iuris communis. l. si serui. vestri. C. de noxalib. l. finali. §. in computatione. ad fin. C. de iure deliber. per glossa capitulo cum dilectus. de consue. & facit. cap. causam quę c. primo. de gradi. & ca. j. de feud. cogni. cũ si. ¶ Sed istis non obstantibus contrarium puto de iure verius: videlicet
8 † ꝙ istud statutum excludat fiscum, & includat attinẽtes, seu fratres ipsius occisi, q̃d clarissimè sic ostendo. statutum istud dicit, ꝙ homicida non succedat, nec succedere possit, ex testõ, vel ab intestato: & sic loqtur verbo denotãte oĩmodã resistentiam, videli-
9 cet nõ possit, quo casu quoties lex † resistit actui, nulla oritur obligatio naturalis, nec ciuilis. l. cum lex. ff. de fideiusso. & ibi Bartol. l. si non sortem. ff. de condic. indeb. l. non dubium. C. de legi. & per Bartol. & alios in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. obliga. & text. in capitu. vides, fili charissime, ꝙ pro infectis habentur, quæ sunt cõtra legem. 10. distinctio. & sic statutum istud tollit potentiam succedẽdi. & sic nõ potest succedere: & per cõsequẽs est effectus insuc-
10 cessibilis: tũc arguo sic formaliter. illa † applicantur fisco, quæ acquisita sunt per indignũ. textus est apertissimus. in l. Lucius. ff. de iure fisci. in versic. eorum quę scelere acquisita probari possunt: sed ista successio nunquam fuit quæsita ipsi filio: quia eo ipso ꝙ occidit patrẽ, effectus est insuccessibilis. ergo seq̃t necessariò ꝙ fiscus nõ potest venire. ad successionẽ istam. primò non venit ratione cõdemnationis ca-

pitalis, vt in authentic. bona damnatorum. C. de bo. dam. secundò nō venit, propter indignitatem istius occisoris: qa ipse occisor est insuccessibilis, & nihil habere potest, & per consequens fiscus est exclusus. Facit textus in l. his cōsequenter, §. primo. ff. fam. er. vbi hæres occidēs defunctum potest agere famil. ercis. & gloss. ibi dicit, quia interim hæres est, vnde ipso iure non amittit hæreditatē: sed per sententiā applicatur illa hæreditas fisco a parte ipsius occisoris, sed in casu isto nullo modo est hæres occisor, imo est insuccessibilis: ergo sequit, ꝙ fiscus nihil capere potest. & sic illa glo. videtur formaliter decidere istā quæstionem. Præterea ea hanc consultationem bellissimè decidit Bald. in auth. si captiui. C. de episc. & cleri. vbi dixit, filius neglexit redimere patrem, sed ipsum dimisit mori in carceribus, an iste filius sit ipso iure indignus & insuccessibilis, an verò requirat sententia, & effectus secūdū eū est duplex: qa si ipso iure non succedit, & iste filius habet filium, succedit filius, qui non deliquit, argum. l. 3. §. si emancipatus. ff. de contratabul. & l. secūda. §. videndum. ff. ad Tertyllia. secus si ibi aufert tanq̄ ab īdigno: vt l. si sequēs gradus. ff. ad Silla. secundus effectus est, ꝙ si est ipso iure inhabilis, & ipse persequeretur a creditoribus, poterit negare se esse hæredem, etiam si fuerit in bonorum possessione: sed si requiritur sententia, ipse non potest hoc allegare cōtra alium. l. si seruus plurium. §. si quis ante. ff. de leg. 1. nec alius contra eū. d. l. his consequenter. nisi lata sententia. l. ex facto. §. Longinus. ff. de vulg. & pu. Breuiter dicit se credere, ꝙ illo casu requiritur sententia per d. l: cū ratio. §. fi. & sic Bal. expsè vult, ꝙ si est effectus īsuccessibilis, & inhabilis, non est hæres: aut fiscus aufert ab eo tanq̄ ab indigno. ideo veniunt sequentes in gradu: & per consequens statutum istud aperto ore excludit fiscum. Præterea hoc decidit Barto. in l. fi. ad fin. ff. de his qui. vt īdi. vbi dicit, ꝙ quādo indignitas venit dolo ipsius hæredis, puta quia occidit ipsum testatorem: tunc si ipse capiebat ex legis dispositione ab intestato, est indignus, & applicatur fisco. alleg. d. l. cū ratio. §. fina. modò in casu nostro iste filius nō capit ex dispositione legis, imo ex dispositione statuti est effectus in capax penitus: vt dictum est. ergo non venit fiscus auferre tanquā ab indigno, illud, quod ipse indignus nullo modo capere potest, priuatio em̄ præsupponit habitū. l. decem. ff. de verb. oblig. l. manumissiones. ff. de iusti. & iur. & c. ad dissoluendum. de despon. impub. cū si. Præterea facit, qđ not. Bart. in l. ei qui mortem. ff. de his qui. vt indig. vbi respondet ad. l. ab hostibus. §. primo. ff. sol. matrimo. & dicit, ꝙ iō in illo. §. dos non applicatur fisco: sed venit ad hæredes mulieris ex eo, quia vir occidendo vxorē nunq̄ fuit dotē lucratus: sed si alius occidit vxorem, vir fuisset dotem lucratus, quā perdit non vindicādo necem vxoris. & ideo applicat fisco. d. l. ei q mortē & sic videtur ista elegans doctrina Bartol. ponere gladium ad radicem in prima quæstione: quia

11 sumitur regula, ꝙ quādo hæreditatē qs † nullo modo acquirit, nunquā venit ad fiscū ex persona sua: cum ergo iste filius occisor, nūquam fuerit lucratus istam hæreditatē: ergo sequitur, ꝙ nullo mō applicatur fisco. & istud fuit dictum Iacobi de Arena in dicta l. ab hostibus. § primo. & licet ibi Bartolus alleget in contrarium dictam. l. cū ratio. §. fin. tamen remittit se ad ea, quę dixit in dicta l. ei qui. & Ioannes de Imola, in dicto §. primo, sequitur dictum Bartol. in preallegata. l. fin. ff. de his qui. vt indig. Præterea si subtiliter ponderet̄ textus in dicta l. cū rō. §. fin. ꝓbat istā doctrinā in versicul. ex his, quę p flagitiū damnatus acquisiuit, portiones liberorum non augentur: dicit tamen ibi textus, ꝙ acquisita per patrem occidentem cognatum suum nō veniunt ad liberos ipsius ocidentis. & sic applicantur fisco: sed in casu nostro iste homicida nihil acquisiuit: qa eo ipso ꝙ occidit patrem, fuit effectus insuccessibilis, & per consequens fiscus nullo modo venit ad istam hęreditatē. Et iō vidi arduam quęstionem in ciuitate Ferrarię, filius fecerat per quendam assassinum patrē occidere, fiscus volebat venire ad successionē occisi ex persona ipsius filij occidentis, tanquam ad indigno auferendo hæreditatem & successionem, & succedentes ab intestato dicebant hæreditatem, seu successionem ad eos deuolutam. Consului, fiscum nō posse venire ad illā successionē, sed venieēres ab intestato ex eo: qa eo ipso ꝙ quis facit occidere aliquem per assassinū, est priuatus omnibus bonis, & est diffidatus a toto populo Christiano: & est effectus insuccessibilis: vt ꝓbat̄ in c. primo, de homicidio. libro 6. & quod not. Ang. in ɔsilijs suis, cōsilio 17. incipiēte in quæstione premissa. & ita fuit etiam consultum per valentissimos doctores, & tandem fuit sequutū, ꝙ fiscus in nullo successit. Cum ergo in casu nostro statutum præfatū, reddat istū homicidam incapacē successionis, & faciat illū insuccessibilē, ergo sequtur, ꝙ fiscus in nullo poterit succedere: qa nō vigore ɔdēnationis: vt p dictā authēticā, bona damnatorū, nec ex persona ipsius occidentis, ergo. Præterea facit, qđ dixit Salycetus in d. l. hereditas. in prealleg. versiculo. quero ab extra. si scriptus hæres occidit testatorem, an reputetur indignus: & dicit quòd sic. licet antequam fiscus auferat, ipse sit hæres, & exerceat actiones hæreditarias. allegat dictam. l. his consequenter. §. primo. idem si legitimus hæres defunctum occidere: & sic Salyce. illud firmat, ꝙ tunc fiscus venit, quando occisor succedit: sed ab eo fiscus aufert, tāquam ab indigno, & in casu nr̄o est insuccessibilis: ergo. facit etiā, qđ not. idem Salyc. in dicta l. hæreditas. in versiculo, tu dic. vbi dicit, ꝙ si hæres est funditus incapax, tunc hæreditas venit ad cohæredes, si illos habet, aliàs ad veniētes ab intestato. l. si in metallum. ff. de his quæ ꝓ non script. ha. l. prima. C. de hæredibus institu. secūdū vnam lecturam, aut non est funditus incapax, & ipso iure accipit: sed nō retinet: & tunc aut delictū propter quod aufertur, cōcernit iniuriam certæ personæ, & tūc applicatur illi personæ, aut non cōcernit iniuriam certæ ꝑsonę & tunc regula est, quòd fisco debetur. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficio. testamen. sed in casu nostro est pœnitus & funditus incapax & ipso iure: qa verba statuti resistunt successioni, dicēdo nō possit succedere. ergo. Et si dicatur, ꝙ non loquitur in filio occisore patris: imo propriè & rectè loquitur in filio, cum excludat eum a successione tam ex testato quàm ab intestato: vt dicitur in sequēti dubio. Nec ob. cum dicebatur, quòd fiscus succedit de iure cōmuni, quia concedo: sed per istud statutum excluditur homicida, & efficitur insuccessibilis. ergo excluditur fiscus ex persona ipsius homicidę: quia fiscus

12 succedit in † quęsitis per indignum: vt est dictum. ergo sequitur, quòd vocatur frater istius occisi: in authentica post fratres. C. de leg. hæred. & licet statutum præfatum dicat ad sequentes peruenire debere, intelligitur ſm dispositionem iuris cōmunis. iuxta not. in d. l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. cū si. sed de iure cōmuni. hoc casu primo vocantur fratres ipsius defuncti: ergo. & eo maximè: qa statutū istud loqt̄ expresè in casu nr̄o, cū dicit ſm formā iuris & statutorum nostrorum, & iō seruabitur forma iuris & statutorum: & ex istis satisfactū est secundo quęsito. ¶ Ad vltimū dubiū, vtrū istud statutum comprehendat homicidium ita qualificatū in ꝑsona patris, & sic parricidiū. & videtur dicēdū ꝙ nō. & ad

ad hoc allego elegantem doctrinam d. Abb. in c. veniens. de his qui fi. occi. vbi dicit, ꝙ si clericus cōmittit parricidiū, & sic homicidium qualificatum; deponetur: & sine aliqua incorrigibilitate tradetur curiæ seculari: quia si pro simplici homicidio fit depositio & detrusio in monasterium: & in c. cū non ab homine. de iudi. iuncto. c. tuæ. de pę. ergo pro homicidio qualificato debet imponi grauior & maior pęna. ita dicamus in casu isto, licet statutū istud loquatur de homicidio, & excludat eū a successione, non tñ habet locū in parricidio, & sic in homicidio qualificato. ergo remanemus in dispositione iuris cōis in homicidio qualificato. Facit, quod pulchre dicit D. Pet. de Ancha. in c. j. de homici. & in c. cū nō ab hoīe. de iudi. & in c. ea quę. in 19. q. de regu. iuris, li. 6. vbi refert. q. quæ fuit de facto Venetijs in quodam clerico committēte homicidium qualificatū & horrendum. d. c. cum non ab homine. licet dicat pro homicidijs, clericos poni in monasterium. non habet locum in illo homicidio qualificato horrendo. & sic iura loquētia de homicidio simpliciter nō habēt locū in parricidio: & multum latè & eleganter allegat. & idem sequitur dominus Abbas in capitulo at si clerici. de iudicijs. & allegat capitulum nouimus. de verborum significatione. & capitu. primum, de iudicijs. libro 6. & alleg. l. respiciendum. ff. de pęnis. Facit dictum Innocētij in capitulo primo. de constitutionibus. vbi dicit, ꝙ propter emergentiam casuum licitum est iudici iura transgredi. Facit. c. mulier. 3. quæstione prima. vbi animal brutū ponitur propter graue scelus. facit capitu. fęlicis. §. cæterum. de pęnis. libr. 6. & l. per omnes. C. de defen-
13 soribus ciuitatum. vbi † denegatur aduocatus propter horrendum scęlus. facit glossa in l. secunda. ff. arb. fur. cæsa. & quod notat Baldus in authētica, sed nouo iure. C. de seruis fugitiuis. & ideo videtur dicēdum, ꝙ excludatur ab isto statuto flagitium ita horrendum: & per consequens excluditur fiscus in simplici, non autem in parricidio: & sic in qualificato homicidio. ¶ Sed istis non obstantibus contrarium
14 de iure verius, † quòd imo istud statutum loquatur in parricidio: & etiam habet locum in parricidio, & homicidio qualificato: quod sic ostendo. si de quo minus videtur inesse, & inest: ergo & de quo magis: iuxta illud philosophi Peripateticorum principis, propter vnum quodque tale, & illud magis, capitu. cum in cunctis. de electio. capi. non æstimemur. 13. quæstione secunda. 38. distinctione. si in laicis. authentica, multo magis. de sacrosanctis ecclesijs. cum similibus. Sed minus videtur inesse, ꝙ fiat insuccessibilis quis ex homicidio simplici, quàm ex homicidio qualificato: quia grauius est puniendus quis de parricidio: quàm de simplici homicidio: vt per totū titulum de parricidijs: ergo sequitur, ꝙ multo magis efficitur insuccessibilis parricida, quam simplex homicida. vnde cum statutū istud loquatur de homicidio, & quoad pœnā ipsius homicidæ: ergo multo magis habebit locū in ipso parricida: & hoc propriè est de mente domini Petri, & domini Abbatis: & dicunt, quòd quoad grauandum ipsum homicidam iura deponentia pęnam homicidæ, limitantur & distinguntur in parricida & in homicidio qualificato, vt grauior pœna sic imponatur: ergo in casu istius statuti, si pœna, ꝙ fit insuccessibilis imponitur homicidæ, ergo multo magis ea imponitur parricidæ, & per consequens multo minus erit successibilis parricida, quàm homicida simplex. si ergo simplex homicida efficitur insuccessibilis stante dicto statuto, ergo multo plus efficitur insuccessibilis par-
15 ricida. vbicunq; † enim duo sic se habent, ꝙ appellatione vnius venit reliquū: & eadem ratio & maior est in tacito, quàm in exp̄ssō: pęna apposita expresso intelligitur apposita in tacito: hoc dico per glossam in clementina prima. & in clementina auditor. de rescrip. & in clementina prima, de electio. sed appellatione homicidæ comprehenditur parricida: quia iā est homicida patris. & maior ratio exclusionis a successione est ī homicida, q̄ ī homicida, & statutū excludit homicidā a successione: ergo multo magis parricidā, & ex isto capite statutū istud vr̄ excludere parricidā: & facere illū insuccessibilē. Et ex istis apparet rñsio ad dicta dñi Petri & domini Abbatis. facit, quod habetur in l. his solis. C. de reuocan. donatio. Præterea hoc decidit Baldus in l. lata. C. de donationibus. vbi ponit gladium ad radicem in præsenti cōsultatione. dicit enim per illum textum, ꝙ si statutum nō distinguit inter coniunctos & extraneos, ꝙ nec nos distinguere debemus. & ideo dicit, ꝙ si statutum disponit indistinctè & generaliter, quòd pro homicidio imponatur pęna centum inter coniunctos vel alios: quòd etiā si ibi esset pœna parricidij, erit pęna quoque pecuniaria propter statutum indistinctè loquens: & ita dicit ibi Baldus esse intelligendum illud statutum: si dictum statutum non distinguit: nec alij distinguit. ita formaliter dicit ibi Baldus. & sic in terminis decidit istam quæstionem: cū ergo in casu nostro non distinguat istud statutū homicidiū a parricidio: ergo disponendo de homicidio, videtur disponere de parricidio. & est diligenter ponderandum, quod Baldus ibi loquitur, quando relaxatur pęna homicidæ: videlicet quando pęna capitis est conuersa in pecuniariam: & tamen remissio facta in homicidio simplici habet locum in parricidio: quanto magis in casu nostro, cum agatͤ de præiudicio & exclusione ipsius homicidæ. tale statutum comprehendit ipsum parricidam: & per cōsequens sicut non succedit homicida simpliciter, multo magis non succedet homicida qualificatus, & sic parricida. Præterea & fortius hoc ostēdo viua & inconuincibili ratione ab isto statuto comprehēsa. dicit enim statutum, ꝙ homicida non succedat, nec succedere possit ex testamento, vel ab intestato personæ defunctæ. Quis profecto erit animi tā agrestis, aut tam iniustus rerum æstimator, qui inficiari possit istud statutum comprehendere parricidas? quia apertissimo ore disponit de parricida. nam prima causa succedentium ab intestato est ipsorum liberorum. l. in suis. ff. de liberis & posthumis. in authentico, de hęredibus ab intestato cum simili. Cū ergo statutum excludat homicidam a successione ab īt̄estato. ergo excludit ipsum filium parricidam.
16 verba † enim capiuntur in suo pro priori significato. l. j. § qui in perpetuum. ff. si ager vectigal. cum simili. ergo statutum reddens insuccessibilem homicidam ab intestato, rectè & propriè excludit ipsum parricidam. nam ad eum casum adaptatur legis dispositio: ad quem casum adaptantur verba ipsius legis, aut statuti. l. quarta. in princip. ff. de damno infecto. & ibi Bartolus & moder. lege, quod cōstitutum. & ibi Bartolus. ff. de testamento militari. l. iam autē, ff. de administratione tutorum. & ibi Barto. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusationibus. cap. indemnitatibus. §. sed cum eas. & ibi per Dominicum, de electio. libro sexto, capitulo ex parte astensis. de concessione præbendæ lege, nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verborum significatione. sed illa verba, Homicida non succedat ab intestato, adaptantur ad filium parricidā: ergo sequitur, ꝙ adaptatur eius dispositio. Et si forte dixerit quispiam: qa istud statutum fecit mentionem de homicida, & non fecit expressam de parricida. dico, ꝙ satis fecit mētionem expressam, cum dixit. Homicida non succedat

ab

ab intestato: vt dictum est. Item ideo, non expressè
17 dixit de parricida: quia magis † est frequentatum homicidium, quàm parricidiũ: ideo expresse dixit homicida & nõ parricida. quo casu idem iuris, & multo magis videtur statuisse in parricida. iõ dixit gloss. quæ allegatur pro singu. in clementina prima, de rescriptis, ꝙ ideo illa cle. fecit mentionem de religiosis, & non de secularibus clericis: quia magis erat frequẽtatum in religiosis: tamen idem disponit de secularibus: idem dixit gloss. valde solennis in capitu. secundo, de confessione, libro sexto, quæ dicit, an sit aliud in actore, quàm in reo: & decidit, ꝙ sic. & iõ magis ibi textus loquitur de reo: quia magis frequẽtabatur: tamen idẽ disponitur in vno & in alio: ita dicamus in proposito nostro. Præterea est accuratè ponderandum, ꝙ mens & voluntas statuẽtium fuit prouidere attinentibus de bonis, quæ deferebantur homicidæ. Ista est formaliter mens eorum: sed istamet ratio vendicat sibi locum, nedũ in simplici homicida, sed etiam in parricida: ergo talis mens est attendẽda. lege, cum mulier. ff. soluto matrimonio. lege, scire oportet. §. vel maxime. ff. de excusatio. tutorum. l. scire. ff. de legi. l. 3. C. de liberis præteritis, capitulo cum voluntate. de sententia excommunicationis, cum simili. & sic tam ex verbis ipsius statuti, quàm ex mente & voluntate ipsorum statuẽtium, quàm ẽt ex euidenti ratione, quàm etiã ex iuris dispositione: dispositio istius statuti vendicat sibi locũ in parricida: & per consequens est effectus ipso iure insuccessibilis, cum potestas succedendi sit ei denegata, nullo modo poterit succedere fiscus: sed frater dumtaxat. Et ex istis cõcludo in fauorem fratris ipsius occisi.

EPITOME.

¶ Statuto cauente, ut decem annis inter præsentes, vel viginti inter absentes actionibus præscriptum sit, an si hoc uel altero modo ab annua solutione cessatum fuerit liberatio contingat respectu futuri quoque temporis. Respondet cõtigisse nec præteritorum annorum solutionibus perpetuam factam esse actionem.

SVMMARIVM.

Obligatio annua præscribi potest non solum lapsi etiam futuri temporis respectu. nu. 1.

Præscriptio obligationis annuæ non dicitur interrupta solutione præteritorum annorum. nu. 11.

CONSILIVM IX.

VBi Christus Non est fundamentum, nullũ boni operis superest ædificiũ. prima quæstione prima, capi. cum Paulus. & ca. principatus. ideo optimi maximi Dei omni inuocato præsidio. Visis statutis & pũcto, & maturæ pensatis. Pro præsentis consultationis clarissima decisione paucula in medium afferam. Et primo capio primam dubitationem, videlicet, vtrum per cessationem vnius annuæ solutionis secuto spatio. 10. vel 20. annorum sit præscriptum futuris solutionis annuis. stante statuto splendidæ vrbis Lucanæ: & omitto inuestigationem, quæ solet fieri inter scribentes de validitate istius statuti: quia super hoc non sum consultus. Et videtur dicendum, ꝙ non sit præscriptũ, hoc modo tot sunt stipulationes, quot sunt anni, ꝓ quibus ista solutio promissa est. lege pluribus. §. primo. ff. de verborum obligationibus. lege sancimus. §. si quis autem. C. de donationibus. si ergo sunt plures stipulationibus. si ergo sunt plures actiones. lege, non est nouum. ff. de actionibus emptio. lege, cum plures. ff. de euictio. & si plures sunt actiones, sequit, quod cuiuslibet annuæ solutionis præscriptiones currunt ab eo anno, quo solutio annua debet, annua enim non competunt: sed si vna sit actio, non tamen intẽtari potest, nisi post annum, pro quo solutio debet. l. lecta. ff. si certum petatur. l. Seia. ff. de vsufruct. Nec actori obstat præscriptio, nisi a tempore, quo moueri potest actio, leg. j. ad finem. C. de anna. exceptione. leg. cum notissimi. C. de præscriptione 30. annorum. sequitur ergo, ꝙ licet non possit peti solutio illorum annorum, pro quibus est præscriptum, per tempus appositum in statuto, non tamen impedietur solutio futurorum annorum: & hæc potest esse ratio in vsufructu, quare vsusfructus alterius anni non vtendo non perit: quia quilibet annus suũ incipit habere vsumfructũ. ff. quibus modis vsusfructus amittatur, lege, alterius. facit lex, cõperit. C. de præscriptio. 30. annorũ. & ideo dicebat Martinus in dicta lege, cũ notissimi. §. in his. ꝙ si tu debes mihi annuam præstationem, & soluisti per tres, vel quatuor annos, & in quinto cessas soluere, ꝙ illa præscriptio quinti anni non præiudicat futuris annis. sed in sexto anno incipiet alia præscriptio. facit ratio ꝓ hoc: quia negari non potest, ꝙ pro sequentibus annis est collata in diem obligatio. l. eũ qui. §. q ita. ff. de verborum obligationibus. ergo pro illis futuris nõ currit præscriptio. Pręterea ad hoc est diligenter cõsiderandum: quia aut loquimur de toto residuo annorum sequentium non solutorum quoad obligationem concernentem illud debitum, vniuersaliter & gñaliter: & tunc per pſcriptionẽ decẽ, vel viginti annorum est præscriptum: & per cõsequẽs est sublata illa obligatio. & est ratio: quia a principio fuisti obligatus ad totum illud. & nata fuit obligatio & actio pro omnibus futuris solutionibus. l. senatus. §. fi. ff. de dona. causa mor. l. si stichũ. §. stipulatio. ff. de verborum obligationibus. vnde si fui negligẽs tanto tẽpore, quantum requirit statutum, præscriptum est: & ideo actio tanto tempore tolli debet, stante dicto statuto ꝑ legẽ oẽs. & legem sicut. C. de pſcrip. 30. annorum. vnde speciale est in tributis, quę dãtur in signũ vniuersalis dñi, & vniuersalis recognitionis: vt lege, comperit. C. de pręscrip. 30. annorum. ergo in contrarium est ius commune. lege, ius singulare. lege, quod verò. ff. de legi. cũ simili. & sic quoad istam obligationem in genere & in vniuerso est pſcripta actio & obligatio: & sic non possum petere totũ residuum debitum vnica actione. aut nos loquimur quo ad obligationem nascentem ex ista stipulatione annua, quę est particularis & implicita: & istam dico, nõ esse præscriptã. & de hoc vr̃ casus in dicta lege, cum notissimi. §. in his. versic. ab initio cuiuslibet anni. quia vna est separata ab alia: & iõ ex separatis non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de minoribus. lege, maritus. C. de procuratoribus. cũ similibus. & sic isto casu si est præscriptũ huic particulari solutioni istius, nõ videtur præscriptũ propter hoc alteri particulari solutioni alterius anni. & sic de solutionib' reliquis sequentium annorum: & hoc modo possent reduci ad concordiã hesitationes scribentiũ in dicta lege, cum notissimi. §. in his. vt opinio Bulga. Ioannis & sequacium procedat quoad obligationẽ & actionẽ ĩ vniuerso. opinio vero Martini & sequacium procedat quoad obligationem in particulari: & per consequens vr̃, ꝙ nõ sit præscriptũ solutionibus futurorum annorum. Præterea est etiã considerandum

randum accuratè : quia vbicunque annua stipula-
tio est temporalis: tunc quot sunt anni, tot sunt sti-
pulationes. iste est casus in dicta lege pluribus. §. j. ff.
de verborum obligationibus. Aut non est tempora-
lis, & tūc est vna. & ita sit casus in dicta lege, senatus.
§. finali. & in dicta lege, stichum. §. stipulatio. & hoc
dico per textum valde singula. legi sancimus. §. si qs
autē. el 2. C. de donationibus. vbi probatur, ꝙ quan-
do donatio est duratura ad vitam donatarij : tunc
sunt plures donationes : sed quando est ad hæredes
transitoria, quia est perpetua: tūc est vna. modo pō-
dero in themate isto, quòd ista pręstatio annalis nō
erat perpetua, sed erat temporalis: & finem accipie
bat finitis solutionibus dicti totius debiti, & sic erat
temporalis: ergo cēsentur plures stipulationes: vt le-
ge, scire debemus. ff. de verborum obligationib. cū
similibus: ergo sequitur, ꝙ pręscriptio vnius stipula-
tionis non se extendit ad aliam stipulationem. vnde
strictè accipiēda est pręscriptio: vt si pręscriptū est su
per vna non extendatur ad aliam. capi. auditis. & c.
cum olim. de pręscriptionibus cum similibus. & ista
sunt subtilia in pręsenti cōsultatione: & retrahebāt
manū a calamo in scribendo sup ea. ¶ Et q̄q̄ ista sint
satis colorata & apparentia : tamē casum nostrum
1 non attingunt: ideo † illis non obstantibus contra-
rium puto de iure verius, videlicet, ꝙ sit pręscriptū
solutionibus futuris: quod sic ostendo Primò, ꝙ li-
2 cet multi sint † anni pro qualibet solutione, tamen
vnica est stipulatio. textus est in dicta lege senatus. §.
fina. & in dicta lege, si stichum. §. stipulatio. & posito
ꝙ plures essent, stipulationes, quod tamen falsum
est, vnica tamen actio competit pro omnibus & sin
gulis solutionibus: argumēto legis plura. primo re-
sponso. ff. de actionibus & obligationibus. lege, cum
duobus. §. si plures. ff. pro socio. lege, hæredes. §. si de
pluribus. ff. familiæ erciscūdæ. maxime autem cum
vnica sit obligatio, vna sola nascitur actio. lege, cen-
tum. ff. de eo qđ certo loco. leg. ędiles. §. iumenta. ff.
de ędilitio edicto. l. fi. in fi. C. de duobus reis. sed illa
actio a primo anno extitit in rerū natura atque cō-
petit. vnde ab eo tempore currit præscriptio. l. j. C. de
anna. excep. l. ei qui. ff. de fur. l. cū alijs. C. de cur. fur.
ergo semel elisa actio: nec pro alijs frōtē erigere au-
deat. ff. de solu. l. qui rem. §. aream. de consecra. di-
stin. 4. quæris. Secundo pręmitto, ꝙ vbicūque stipu-
latio annua est concepta per verba distributiua: pu-
ta, promitto in annos singulos. tunc est vna, ita pro-
bat formaliter tex. formalis in d. l. senatus. §. fina. in
versi. in annos singulos pecuniam stipulatus. nō est
similis ei, cui in annos singulos legatum est: nam li-
cet multa legata essent, stipulatio tamē vna est &c.
vnde Ang. multum singulariter in d. §. stipulatio. in
ver. tu dic. dicit, ꝙ quandoque promittitur aliquod
annuum. & tunc sine dubio stipulatio est vnica: qñ-
que promittitur in annos singulos : & similiter sti-
pulatio est vna, quantum ad omnes effectus, qui im
mediate ex cōtractu nascūtur: vt est obligatio, quæ
est vna, & actio, similiter vna præscriptio. Sed quan-
tū ad effectus resultantes ex distributione, immedia
te intelligūtur tot esse stipulationes quot sunt distri
butiones: & sic dicit se intelligere. l. si seruus cōmu-
nis. §. cum seruus. ff. de stipu. seruo. & l. si sterilis. §. fi.
ff. de act. emp. l. si ex toto. §. fin. ff. de lega. j. dicit etiam
ibi Ang. ꝙ quandoq; fit stipulatio cum expressa di-
numeratione temporum: & tunc idem, quod in sti-
pulatione facta ī singulos annos, ꝙ similiter est vna.
ita formaliter dicit ibi Angel. modo per ista videtur
bellissimè decisa præsens consultairo. nā hic fuit cō-
cepta vna stipulatio annua, vt singulo anno soluant
viginti floreni. & sic fuit annua per verba distributi-
ua cum dinumeratione temporis : ergo fuit vnica
quo ad obligationem, & quoad actionem: & quoad
præscriptionem, ergo vnicum & vnifororme parit
effectū, & per consequēs vnicā præscriptionem. ab-
surdm enim esset dicere, ꝙ vnica esset actio: & reqrē
tur plures stipulationes vnius causæ : vnicus em̄ de-
bet esse effectus. & sic videtur ista doctrina ponere
gladium ad radicem in præsenti consultatione. Præ
3 terea † hoc videtur decidi per tex. valde, solennem,
sic subtiliter inducendo: quarta portio decimarum
debet episcopo annuatim quolibet anno: ecce qua
liter est vna obligatio & vnica actio: an erit vnica p̄-
scriptio, & certè videtur tex. formalis hoc decidens
in terminis in c. de quarta. de præscriptio. vbi per p̄-
scriptionem quadraginta annorū præscribit quar-
ta portio debita episcopo annuatim quolibet an-
no. ecce nunc qualiter vnica præscriptio sufficit ad
tollēdas omnes pręstationes annuatim debitas. & p
illū tex. est decisa & sopita pręsens q̄stio. Præterea est
diligenter ponderandum, ꝙ præscriptio fuit inuen-
ta propter bonum subditorum, & propter negligē-
tiam nō petētium: vt no. in l. j. ff. de vsuca. & ibi Bar.
& per Bar. in l. nemo potest ff. de lega. j. & per Ioan.
Andr. in c. 2. de reg. iur. li. 6. in mercu. & per oēs scri-
bētes in c. fi. de præscrip. & per D. Cardi. in c. vigilāti
studio. de pręscrip. & per Bal. in q̄stione, quæ incipit.
statuto cauetur, ꝙ fœnerator. & hanc negligentiam
considerauit statutum istud, statuens spatiū decem
annorum inter præsentes, & viginti annorum inter
absentes. modo si in casu isto reqrerentur tot p̄scri-
ptiones, deueniremus contra mentem, & finalem
intentionem ipsorum statuētium : quia potius nu-
triretur negligētia, qđ esse nō dēt. d. c. vigilanti. cum
similibus. vñ ꝯsideranda in hoc erit mēs istius statu-
ti volentis punire negligentiam, quo casu si aľr dice
remus, faueremus negligentiæ subditorum contra
mentē statuētium. consideranda em̄ est mens & rō
ipsius statuti. est enim rō legis, aīa legis: vt no. Dyn.
in rubrica, de regul. iur. lib. 6. non enim in folijs, sed
in sensu cōsistit euāgelium. capitu. Marcion, & Ba-
silides. j. q. j. c. præterea. & c. intelligentia. de verbo. si-
gni. cle. j. de iureiuran. c. cum volūtate. de sen. excō.
l. cum mulier. ff. so. ma. l. scire oportet. §. aliud, versi.
sed & si maximè. ff. de excu. tu. l. scire leges. ff. de legi.
cum similibus. & per cōsequens sequitur, ꝙ tam ex
dispositione iuris communis, q̄ etiā ex mente ipsius
statuti præscriptio vnius solutionis est præscriptio
omnium sequentiū. Præterea, facit, quod no. Ange.
in d. l. cum notissimi. §. in his. vbi dixit. ꝙ vbicunque
stipulatio annua, vel menstrua reputatur vna: tunc
per vnitatem sufficit vnus cursus, incipiendo a tem-
pore primæ cessationis : & sufficit ad sequentes an-
nos: & ratio esse potest ſm eū ibi : qa creditor rōne
iuris, qđ habet de præsenti, potest stipulationē hanc
pro toto tp̄e deducere in iudiciū, vt reus cōdemne-
tur ad præstandū pro singulis annis pro tempore iā
decurso, ne cogatur omni anno vel mēse docere de
iure suo: vt l. malè agitur. C. de præscrip. 30. anno. &
sic Ange. ibi sequitur opinionem Bulga. & Ioannis
ibidem. Præterea eandem partem tenuit ipse. in tit.
de loca. §. nunc aliqua. idem esse dicunt scribentes
apud canonistas. Goffredus, Io. And. Pe. D. Ancha. &
D. Abbas in c. auditis. de p̄scrip. & idē esse dicit Bart.
4 in d. §. in his. vbi quærit, a quo tēpore † incipiat cur-
rere præscriptio in annuis stipulationibus : & dicit
a tempore, quo fuit cessatum: cum stipulatio sit vna
pro toto tempore. ita esse dixit D. Abbas in d. ca. au-
ditis. vbi dicit, ꝙ vniformiter incipit præscriptio cō-
tra debitum annuum. ita etiam sequiť Lud. Roma.
in dicta l. si stichum. §. stipulatio. vbi dicit, ꝙ effectus
resultantes, an talis annua stipulatio sit vnica, an plu
res, sunt isti, videlicet quando stipulatio est vna: tūc

ab eo tempore, quo promissor cessat soluere: incipit currere præscriptio longissimi temporis tollens illam promissionem tam præteritam, quàm futuram v bi vero est multiplex stipulatio: tunc præscriptio tollit istam præstationem: in cuius solutione est cessatum, non etiam futuras. & ibi residet ita dominus Ludouicus. Facit etiam, quod voluit Angelus in dicta l. cum plures. ff. de euictio. vbi dicit, statuto caue-
5 tur, quòd de contractu soluatur gabella: † & sit contractus, in quo plures obligationes apponuntur, qđ nihilominus erit vnicus contractus: & per cõsequẽs vnica gabella tantum soluetur. quanto magis in casu nostro erit vnica stipulatio, cum sit vnica obligatio, vnica actio, & per consequens erit vnica præscriptio. Facit etiã text. valde not. in c. j. de religiosis do-
6 mibus. vbi per exercitium vnius iuris, seu vnius † articuli comprehensi sub vniuerso, infertur ad comprehẽsionem, & acquisitionem ipsius iuris vniuersalis. nam ibi episcopus probando exercitium duorum iurium particularium, videtur probare totum ipsum ius episcopale vniuersale: & idem singulariter voluit Innocentius in c. dilectus. de capel. monachorum. & ideo singulariter dicit Ioannes Andreæ in mercurialibus, in c. quod alicui. de reg. iur. libro 9.
7 quòd si laicus † longissimo tempore fuit in possessione præsentandi rectorem in aliqua ecclesia tanquã patronus, quòd per exercitium istius iuris videtur probare totum ius patronatus. ita dicamus in casu nostro, cum ista præscriptio fuerit incepta super vnica solutione, comprehendit omnes solutiones futuras sequentium annorum: & per consequens completa est præscriptio super omnibus alijs solutionibus sequentibus. ¶ Nec obstant in contrarium allegata: primo cum dicitur, quòd tot videntur esse stipulationes, quot sunt anni. primo: q̃a in casu nostro istud procedit, imo est vnica stipulatio: vt satis probatum
8 est superius. Item posset † aliter responderi, etiam negando illud assumptum: vt rectè firmat Specula. in præallegato titu. de emphy. §. nunc aliqua. vbi formaliter tenet, quòd est vnica. Item posset aliter responderi, videlicet præmittendo elegantem doctrinam Bald. in d. l. si stichum. §. stipulatio. vbi dicit qđ in stipulatione annua dicuntur plures enumerationes quoad inducẽdã distinctionẽ vnius t̃pis ab alio, & vnius rei ab alia, & vnius p̃sonæ ab altero: sed nõ quoad inducendã pluralitatẽ actuũ: & per ꝯñs actionum, cũ re vera actus sit vnicus vnica ꝯceptione verborum consummatus, nec leges allegatę superius dicunt ꝯ̃rium: & isto modo eleganter tolluntur illa iura, & distinguũtur. si ergo vnica est actio: ergo vnica est stipulatio. Idem formaliter sentit Angel. ibidem cum dixit, ꝙ quoad actionem est vnica stipulatio & quò ad præscriptionem: ergo &c. Item posset etiam aliter responderi: videlicet, posito non tamẽ cõcesso, ꝙ essent plures stipulationes & plures actiones, nihilominus vnica stipulatio sufficit. Ita voluit glossa in dicto §. in his. & ibi Barto. & doctores superius allegati. & isto modo potest tolli, quod dicebat Bartolus in l. si seruus communis. §. cum seruus. ff. de stipulatione seruorum. cum ergo omnes doctores cõiter
9 concludant, ꝙ † præscriptio causata super vna solutione cõprehendit sequentes, ergo ita est tenendũ, iuxta illud: Iudicium populi nunquam contempseris vnus. communis enim opinio est præferenda: vt dixit textus in l. prima. ff. de senato. & in l. athletæ. ff. de excusatio. tu. & in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquiliam. Barto. in l. fin. C. de pœna iudi. qui ma. iu. & in quæstione, quæ incipit, a sententia iudicis. & Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. procõsulis. & in d. l. prima. & in dicta l. fina. & in l. j. ff. de vulgari & pupillari. & est textus in ca. in canonicis. 19. distinctione. & in c. de quibus 20. distinctione. & glossa in c. qđã. de pœnitentia. distinctione. j. & Innocẽ. in capitulo ne innitaris. de constitu. Ioan. Andr. in capitu. j. eodem titulo. Hostien. in capitu. capellanus. de ferijs. Ang. in l. cum prolatis. ff. de re iudicata. ergo & iudicãdo & consulẽdo ista pars erit sequenda. Nec obstat, cũ dicitur, quòd est quædam obligatio in vniuerso: & est quędam obligatio in particulari: ideo præscripta actione, seu obligatione in vniuerso non videtur p̃scripta obligatio, seu actio particularis: quia ad hoc respondeo, ꝙ ista fuit ratio domini Bartholomęi de Salyceto in dicta l. cum notissimi. §. in his. quæ non habet saporem iuris, nec auctoritatem doctorum. primo hic non est insistendum, vtrum sit dare actionem in genere & in vniuerso: de qua per Bart. & ibi allegat remissiones in dicta l. si seruus cõmunis. sed quoad propositum dico non militare illam rationẽ motiuo incõuicibili: videlicet, quòd sit conscriptũ, seu præscriptum, totum: ergo & quælibet eius pars: quia non debet esse maioris vigoris totum, quàm sit ipsa pars. tum etiam quia de parte ad totum validum est argumentum. l. quę de tota. ff. de rei vendi-
10 dica. cum similibus. ergo si est præscriptũ † totum, & quęlibet eius pars. Nec obstat, cum dicitur de annua stipulatione perpetua & temporali, per textum in d. l. sancimus. §. si quis autem. quia respondeo, ꝙ ideo ibi censetur esse multiplex donatio, adeo ꝙ nõ requirit insinuationem, ex eo: quia cum terminis vitę donatarij sit dubius, & possibile est, eum tanto tẽpore viuere, quòd soluendo ex annua præstatione, ascenderet ad summam quingentorum aureorum: & ideo egeret insinuatione. & similiter possibile esset, eum viuere tam paruo tempore, ꝙ soluendo ex donatione non ascenderet ad dictam summam: & sic insinuatio non esset necessaria. & ideo presumẽdum est in dubio insinuationẽ non debere requiri, ne ex eius omissione contingat donationem annullari, argumen. l. quoties. ff. de verbo. oblig. cum similibus. Nec obstat dict. §. ĩ his. quia imo ibi probatur opinio Bul. & Ioan. vt superius dictum est. Præterea facit, quòd spatium decem annorum inter præsentes, & spatium viginti annorũ inter absentes, ex quo cessatum est soluere, præscriptum est contra ius creditoris, adeo ꝙ id, quod debebatur, à modo non tenetur soluere. si igitur ius ipsum est p̃scriptione extinctum: ergo pro solutionibus medij temporis nõ potest intentari: quia & in consequentiam illis præscriptum est. l. eos, in principio. C. de vsu. & q̃a actio semel extincta nõ resurgit, nec frontem erigit: vt dicto §. aream. Et ex istis cõcludo, præscriptum est omnibus solutionibus futuris: & sic satisfactum est primę dubitationi. ¶ Capio nunc secundum dubium, vtrum per solutionem iam factam præteritorum annorum sit perpetua actio: ita quòd possit agi etiam vltra tempus a statuto præfixum. Et circa hoc est aduertendum: quia istud statutum est cõtra ius commune: & disponit, si durãte decennio in suo casu, & vicennio in suo casu, nulla interruptio facta fuerit de eo, quod prętenditur sibi deberi. si ergo aliqua interruptio facta fuerit de dicto debito, cessat dispositio ipsius statuti: & res est deducta ad terminos iuris communis, argumen. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. l. commodissimè. ff. de libe. & posthu. l. si cũ dotem. in principio. ff. soluto matrimo.
11 cum similibus. Est ergo † vidẽdum, vtrũ sit facta interruptio per solutionem præteritorũ annorũ. Et iudicio meo videtur, ꝙ nullo modo sit facta interruptio. licet enim istud sit vnicũ debitũ. & vnica stipulatio, & vnica actio, & vnica p̃scriptio: vt plenè ostẽsum est ĩ p̃cedẽti dubio: nihilominus distributiones sunt plures. & iõ dicebat Angelus in dicta lege, si stichum.

chum.§.stipulatio.de verborum obligationibus. ꝙ quoad effectus resultantes ex distributione, tot sunt stipulationes, quot sunt distributiones.& etiam D. Baldus ibi in addi.idē videtur expresse dicere, ꝙ in stipulatione annua dicuntur plures numerationes, quoad inducendam distinctionem vnius temporis ab alio,& vnius rei ab alia.modo videtur bellissimè decisa ista quęstio: quia si quoad distributiones tot sunt stipulationes,quot sunt distributiones,ergo cōmunicatio vnius nō est cōmunicatio alterius: agni
12 tio vnius, non est agnitio alterius : quia † separabilium sunt separabiles causę, vt l.age cum Geminiano.C.de transac.ex separatis em̄ nō infertur,lege,eū actum.ff.de neg.ge.l.naturaliter.§.nihil commune. ff.de acquirenda possessione.cum similibus.& dum dixit Bartolus in l.j.§.si quis hoc interdicto.ff. de iti. actuq; pri.ꝙ si aliquis vult dicere se pręscripsisse ius colligendi pedagium:& ꝓbat,ꝙ est vsus colligere talibus rebus, ꝙ in illis dicitur quæsiuisse ius colligendi pedagium, in quibus apparet vsus. Idem dicit in iurisdictione. nam probata quasi possessione certi actus iurisdictionis, in illo tātum dixit pręscripsisse. & idem ibi dixit Bartolus in duobus fratribus artificibus:quia si in suo artificio communicabāt lucra, dicuntur in illa re contraxisse societatem, & non in alijs. & pro hoc dicto Barto.videtur textus formalis in capitu.auditis.de pręscrip.& in capitu.cum olim. eodem titulo.Ita dicamus in casu nostro, cum distributiones,seu solutiones istę sint diuersę,exercitium vnius nō infert exercitium alterius:& agnitio vnius non est agnitio alterius:& per consequens per solutionem vnius non perpetuatur actio reliquarum. Facit etiam,quod voluit idem Bartolus in l.si publicanus.§.fina.ff.de publica.Præterea facit, quod not. gloss.& in dicta lege,cum notissimi.§.in his.pone,inquit,ꝙ si singulis annis debeo decem, & singulo anno solui quinque:& hoc per triginta annos & vltra, an præscribo,vt tenear tantū ad quinque.glos.ibi tenet, ꝙ non præscribo: quia debitum agnoui, partē soluēdo: vt arg.l.cum fidē.C.de nō nu.pe. sed agnoscens debitū non præscribit, imo ꝑscriptionem interrumpit, vt in dicta lege,cum notissimi.versicu.& si qs.ergo &c.Item qa ille, q̄ recipit,licet minus recipiat,sua vtitur obligatione:ergo ius retinet in toto: & istud tenuerūt certi antiqui doctores.Dynus verò reduxit ad ꝯcordiam.Aut creditor,qui recipit quinque, sciebat debitorem debere decem: & tunc sibi non præiudicat:nec contra eū debitor ꝑscribit, aut ignorabat:quia putabat sibi nō teneri ad maiorem quantitatem,quàm sit soluta:& tunc cōtra eum ꝑscribitur; quia non videtur habuisse animum retinendi ius illius obligationis, quā ignorabat.sed si in dicto casu soluerit partem de qualibet præstatione, seu obligatione:& recipiens sciens fuit,sibi non præiudicat.Non obst.d.l.cum notissimi, vbi licet soluat duas vel tres præstationes:tamen in alijs præscribit: quia hoc est ideo:quia de alijs nō soluitur:& inquātum replicas de lege, q̄ de tota.ff.de rei ven.non valet,quia non est eadem ratio in parte,q̄ in toto. Mō ista doctrina decidit ꝑsentem dubitationem : qa iō non præscribitur:quia soluit partem distributionis. vbi autem nullam partem distributionis annuæ soluit: tūc præscribit in futuris.Cū ergo in casu nostro iste debitor ab eo tpe,quo cessauit soluere distributionē annuā,non agnouit aliquam partem illarum distributionum. ergo sequitur, ꝙ solutio ꝑteritorū annorum non interrumpit præscriptionem futurarum solutionū.Præterea hoc probatur in tex.in d.§. in his.vbi in annuis debitis præscribitur ex tpe cessatæ solutionis,non initæ obligationis.vnde si diceremus,quòd solutio præteritorum annorum interrū-peret præscriptionem futurorum:sequeretur,ꝙ nō præscriberetur ex tempore cessatæ solutionis: vt ibi dicitur. Quarto sequitur necessario, quòd solutio præteritorum annorum non interrumpit præscriptionem futurorum.Facit etiam,quod dixit Angel. in d.l.cum notissimi.in §.in his.vbi dicit, quòd vbicunque stipulatio annua, seu menstrua reputatur vna:tunc propter vnitate sufficit vnus cursus, incipiendo a tempore primę cessationis:& sufficit ad sequentes annos.si ergo diceremus,quòd solutio præteritorum annorum interrumperet præscriptionē cessationis futurarum solutionem,frustra disponeretur per illam legem,quòd a tempore primæ cessationis incipit cursus futurorum annorū, & sufficit ad sequentes annos.Præterea si aliter diceremus,sequeretur quoddam valde absurdum:nam in capit.
13 de quarta.de præscrip.dicitur † quòd quarta portio decimarum & oblationum debita episcopo præscribit spatio quadraginta annorum. pone, ꝙ epō fuit soluta decimarum portio quarta ꝓ vno anno: post ea est cessatum per quadraginta annos: an sit ꝑscriptum:certè text.est formalis in d.c.de quarta, ꝙ sic: dum dicit,ꝙ spatio quadraginta annorum præscribitur:ergo sequeretur,ꝙ non præscriberet: quia esset interrupta præscriptio:& per consequens nō haberet locum dispositio illius.c.de quarta.& sic multiplicaretur negligentia,qđ repugnat menti legis& iuris disponentis contra negligentes : & sic videtur, ꝙ siue soluam a principio, siue nō præscriptio incipiat,& currit à tempore primæ cessationis : vt ꝯcludūt doctores in locis superius allegatis.Præterea accedat optim⁹ tex.in l.si prius.in prin.ff.de aqua plu. ar.vbi per vsum vnius seruitutis alia seruitus nō retinet.cum ergo in casu nostro distributio, seu solutio vnius temporis sit aduersa,& solutione & distributione alterius temporis,seu anni: vt voluit Bul.& Ange.in loco superius allegato. ergo solutio vnius anni nō interrumpit præscriptionē aliorū annorū, cum distributiones sint plures & diuersæ. Præterea facit,quod no.ibi Barto.vbi refert q̄stionem Dy.de illo, qui debebat soluere 10. solidos,& soluit quinque.& sequitur ibi Bal.opinionem Dyn.& gloss. in d.lege, cum notissimi.§. in his.nec curo,an opinio Dy.sit improbata ꝑ alios:vt ibi ꝑ moder. qa īquātū facit pro illo casu est pœnitus approbata eo casu, nihil soluit de parte distributionis: vt fuit in proposito & sic solutio præteritorum annorum nō interrumpit præscriptionē futurorum. Præterea est accuratissimè ponderandum statutum Lucanum positum sub rubrica de exceptione præscriptionis decē, vel viginti annorum, dum dicit. si durante decēnio in suo casu:& vicennio in suo casu, nulla interrumptio facta fuerit de eo, quod prætenditur sibi deberi.ista sunt formalia verba ipsius statuti,si subtiliter ponderetur iste tex.statuti: vult,quòd tunc potest allegari per creditorem, præscriptiptionem decē annorum:vel viginti annorum sibi non nocere, quando illam interrupit:vnde tūc dicitur præscriptio fore interrupta propriè,quando præscriptio fuit incæpta : & ea adhuc non finita & completa creditor illam interrupit. nec declarat statutum de modo interrumpendi : sed loquitur generaliter, allegata interruptione facta, siue fiat per libellum, siue per citationem:siue per litis cōtestationem. vnde istud statutum vult,quòd tunc potest euitari præscriptio præfata,quando aliquo modo fuit interrupta:quia iam incepta erat.Cum ergo dicitur, ꝙ sufficit, ꝙ sit perpetuata per solutionem præteritorum annorū: ad hoc dico,ꝙ istud non venit de mēte statuti. vnde dicit,si durante decennio fuerit interrupta. cū ergo ista præscriptio fuerit incępta a tpe primæ cessationis

nis a solutione prędicta. ergo non potest allegari ꝑpetuatio: quia statutum disponit contra negligentem spatio 10. vel 20. annorum currere ꝑscriptionē: nisi illam aliquo modo interrupit. Sed in casu nr̄o concurrit negligentia decem annorum, vel 20. ergo. prescriptio pręiudicat creditori: nec est satisfactum verbis statuti, dum dicit. Nullam interruptionem fecerit: qa ad illum casum adaptatur dispositio statuti, ad quem casum adaptatur verba ipsius statuti. l. 4. in prin. ff. de dam. infec. & ibi dixit Bartol. statuto cauetur, quòd de contractu soluatur gabella sex denariorum pro libra, & fit cōtractus super re inæstimabili, ꝙ non debebitur solui gabella: quia verba statuti non adaptantur ad alium contractum: ergo nec eius dispositio. Idem dixit ibi Ange. cauetur statuto, quòd iudex teneatur adhibere iudicium medicorum, an sit remansura cicatrix, quòd si est notorium cicatricem remansuram, quòd iudex non tenebitur adhibere cōsilium medicorum: facit, quod dixit ibi dominus meus Ioannes de Imo. facit text. in l. iam autē. ff. de admi. tutor. & ibi Bartol. & text. in l. quod constitutum. ff. de testamē. mili. & ibi Bar. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. & lege, nominis, & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verb. sig. cap. indemnitatibus. sed cum eas. de elec. lib. 6. & ibi per dominum Dominicum. & c. ex parte Astēsis. de cōcess. preben. Cum ergo ī casu nostro verba ipsius statuti nullo modo possint adaptari ad istū casum: videlicet, quòd sufficiat perpetuasse actionem a principio: quia dicunt, quòd nulla interruptio facta fuerit. priuatio enim ꝑsupponit habitum. l. manumissiones. ff. de iustitia & iure. l. decē. ff. de verborū obligationibus. capi. ad dissoluēdum. de despon. impub. ergo si verba non adaptantur: per consequens nec dispositio ipsius statuti. illud enim est censendum, statuētes voluisse, quod verbis expresserūt. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de suppel. lega. l. ille aut ille. §. cū in verbis. & l. non aliter. ff. de lega. 3. voces enim sint signa earum, quæ sunt in anima passionum notę: vt pręclarè inqt Aristoteles philosophorum princeps in princ. lib. perihermenias. & per consequens stat vera conclusio, quòd cum istud statutum considerauerit pręscriptionē decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, si nō sit facta aliqua interruptio. ergo sufficit talis pręscriptio non facta interruptione. nec est curandum de perpetuatione: quia statutum illam excludit, cum dicit. currat pręscriptio decem annorū: nec fuit facta aliqua interruptio. ergo sequitur, quòd creditor est exclusus ab istis distributionibus fiendis in futurum. & quòd istud sit verissimum, hoc ostendit ipsum statutum in versicu. durante decennio. interruptio facta fuerit. nam tunc vult, ꝙ prosit interruptio, quādo fit durante decennio: & sic post inceptum decennium & non completum. & ideo tunc stamus in illa doctrina, quòd exceptio firmat regulam in casibus nō exceptis. l. nam qđ liquidę. ff. de penu legata. leg. j. ff. de regulis iuris. l. in his. ff. de legibus. & ibi Baldus. §. vt aūt in authētico de non alie. l. quęsitum. §. denique. ff. de fun. instru. l. gnali. §. vxori. ff. de vsufru. legato. & ibi Bartolus. lege pediculis. §. item cū qreretur. ff. de auro & argen. lega. Bald. in lege j. C. de cōdict. indebi. Dy. in rubrica de regulis iuris, libro 6. textus in c. dūs. 30. quæstione 7. & capitu. in nostra. de sepul. & ibi per dominum An. & Moder. cum ergo statutum ponat ilam exceptionem: videlicet, si interruptio facta fuerit infra decennium, ergo firmat regulam in omnibus alijs. & per consequens frustra quæritur de perpetuatione. Et est ēt aduertēdum, ꝙ ex duobus capitibus tollitur ista exceptio perpetuationis. primo, qa solutio pręteritorum nō perpetuat actionem, seu solutionem sequentium annorum de iure cōmuni: vt superius dictum est: imo præscriptio incipit a prima cessatione: & ideo dicit elegans doctor Ludoui. Romanus in dicta lege, si stichum. §. stipulatio. ꝙ ab eo tempore, quo debitor cessat soluere annuam stipulationem, incipit currere ꝑscriptio, & si aliter diceremus, esset dare processum in lōgissimum & vetustissimum tempus ad puniēdam negligentiam non potentis. pone, ꝙ stetit post primā solutionē ꝑ nouē annos, ꝙ nō petijt, postea petit: ꝑpetuarent omnes solutiones: & sic negligētia nō puniret: imo dicit Io. And. in c. malę fidei possessor. de regulis iur. lib. 6. in mercu. ꝙ ęquum est, ꝙ negligentia non petentis puniatur. Baldus in lege, cum quis. C. de iur. & fac. igno. & sic de iure communi nō potest allegari ista perpetuatio. item posito, non tn̄ cōcesso, ꝙ de iure communi posset allegari, quod tamen falsum est: tamen tunc obstabit dispositio statuti volētis præscriptionē decē annorū currere, nisi durante decēnio fuerit interrupta: siue ergo actio personalis perpetuetur de iure cōmuni, siue non nihilominus spatio decē annorū præscribit, nisi fuerit interrupta: & per consequens istud statutum tollit illam perpetuationē. Et si dicatur, amice, exceptio
14 † firmat regulam in casibus non exceptis: sed illam non ampliat: ita probatur in iuribus superius allegatis. sed si diceremus, ꝙ exceptio, nisi durāte decēnio, &c. intelligeretur, ꝙ excludat illā perpetuationem, sequeretur, ꝙ exceptio ampliaret regulā: ꝙ est ꝯ illa iura. Ad hoc respondeo, & pondero statutū prædictum in versicu. & si pendēte decennio, vel vicennio in suo casu aliqua interruptio facta fuerit, ꝑpetuetur vsque ad alios decem annos inter præsentes: & sic tale statutum considerat perpetuationem eo casu, quo præscriptio interrūpit ius durante decennio, & illo casu considerat perpetuationē. ergo in omni alio casu excludit perpetuationē: quia inclusio vnius, est exclusio alterius, capit. nonne. de ꝑsumptionibus. 25. distinctione, capitu. qualis, lege maritus. C. de procurato. l. cum prætor. ff. de iudi. cū similibus. & sic ex dispositione istius statuti videtur, ꝙ excludatur perpetuatio aliter facta, quàm per interruptionem durantē decennio: & per consequēs istud statutum nō recipit per ampliationē exceptionem: imo recipit ampliationē ex ipsomet statuto: & propter hoc videtur dicendum, ꝙ illa solutio ꝑteritorum annorum non perpetuauit actionem pro annuis futuris: nec ex dispositione iuris cōmunis: nec ēt ex dispositione dicti statuti, nec iudicio meo videtur necessarium īsistere, vtrum interruptio perpetuet actionem ad tempus comprehensum a statuto populi, an ad tempus dispositum a iure cōmuni; de quo satis clarè apparet per glossam in l. sicut. C. de præscript. 30. anno. & ibi Ange. vbi dicit, nota bene pro eo, quod dixit de præscriptione statutaria.
15 10. annorū: quia interrupta † ꝑ executionē in alios decē annos ꝑpetuatur, & nō in tempus prolixius. & idem voluit gl. in l. cum notissimi. præalle. & ibi Angelus dicit, nota ergo, ꝙ agnitione debiti actio ꝑsonalis non efficitur perpetua, sed ei tāta vita attribuitur, quantam habebat de sui natura: & iō dicit, ꝙ ꝑscriptio statutaria, quæ annis decem terminatͤ per agnitionem debiti nō perpetuatur in annos triginta, sed in alios decē annos. & hoc dicit gloss. ibi apertè, & refert se dixisse in d. l. sicut. & idem etiā sequtur subtilis doctor dominus Frācīscus de Ramponibus, in d. l. sicut. & facit, quod notat Bartolus in l. 2. §. finali. ff. de vsucap. pro empto. quem dominus Angelus adduxit. idem etiā tenuit idem Angel. in dicta l. 2. §. fina. vbi dicit, ꝙ cum per statutum Bononiæ ꝑscriptioni actionum personalium sit certa meta statuta,

tuta, facta interruptione per executoris immissionē in eandem metam, extenderetur ad præscriptionē, quę est a statuto inducta: sed si statutū prędictum disponeret aliter, ꝙ dicta præscriptio interrumpatur, & inquantum tempus interrumpatur: tūc staretur termino limitato ab ipso statuto: modo in casu isto nulla fuit facta interruptio istius prescriptionis: ex eo quia prescriptio incepta nō fuit interrupta: vnde posito, non tamen cōcesso, ꝙ illa solutio præteritorum annorum perpetuaret, vt dictum est, nō tamē vendicat sibi locum in isto statuto: ex eo quia requirit interruptionem fiendam ipso decennio durante: & sic actio non erit perpetua vltra tps prędicti statuti: eo maximè cum illud statutū expressè de hoc disponat. & velit, ꝙ tūc perpetuet, cum fuerit interrupta durante decennio. Et ex istis sunt concludenda duo. Primum, ꝙ pscriptio incepta a cessione vnius solutionis non solum præiudicauit solutioni illius anni, a quo fuit cessatū: sed etiā omnibus sequentibus solutionibus futurorum annorum. Secundum est, ꝙ per solutionem prçteritorum annorum nullo modo fuit perpetuata actio, ita ꝙ possit agi vltra tempus prefixum a statuto: & sic concludo.

EPITOME.

¶Agebatur de separando matrimonio secundo loco contracto a quadam Margarita, quæ se cum alio prius contraxisse matrimonium, & consumasse fatebatur. Itaque quæsitum est, an satis probatū sit ab aduersario illud prius matrimonium. deinde, an ille prior maritus secundi matrimonii tempore superstes adhuc erat. Respondet de utroque satis constare; proinde matrimonium secundum non valere.

SVMMARIVM.

Confessio coniugum ad separationem matrimonij tendens per se non sufficit, sed legitimis probationibus interuenientibus valet. nu. 1.

Testis dicto iuri communi conuenienti, & conformi statur. numero 6.

CONSILIVM X.

Difficile est Vt bono peragātur exitu, q̄ malo sunt īchoata principio. j. q. j. cum Paulus, & c. principatus: ideo optimi clemētissimi Dei omni inuocato pſidio: qa pſens cōsultatio est decidēda per excellētissimum philosophorum, ac theologorum facile principem D. dominum Gasparem de Bononia episcopum Imolensem omni iustitia, ac sanctimonia plenissimum, mihi dominum summam venerarione obseruandum: ideo paucula in medium afferam. Et pro clara huius consulationis decisione est videndum, vtrum sufficienter sit probatum pro parte ipsius Pauli, dictam Margaritam contraxisse matrimonium cum dicto magistro Petro, & per cōsequens non potuisse contrahere matrimonium cū ipso Paulo. Secundo erit videndum, vtrum eo tempore, quo dicta Margarita contraxit matrimonium cum ipso Paulo secundo eius viro, dictus Petrus primus maritus ipsius Margaritę viuebat: & sic matrimoniū secūdo loco ɔtctū cū ipso Paulo fuerit nullius momenti: & istis maturè pensatis & discussis, apparebit indubitata veritas præsentis ɔsultationis. Quo ad primum sic dico. licet enim matrimonium non habeat dependentiam ab homine. sed ab ipso Deo recipiat indissolubilitatem, vt in c. quos Deus cōiūxit, homo nō separet. 33. q. 2. cum simi. iō dicimus, ꝙ
1 confessio† coniugum ad separandū vinculū matrimoniale non sufficit, vt dixit textus in c. super eo. de eo qui cognouit cōsangui. vxo. su. nihilominus vbicunq; interuenit cōfessio, & ēt ꝓbationes legitimæ: tūc matrimonium ɔtctū iudicat irritū, ēt ex solis ꝓbationibus fide dignis. hoc decidit tex. formalis in d. c. sup eo. in ver. fraternitati tuę. Rn̄demus, ꝙ ꝑpter eorum confessionē tātum, vel rumorem viciniç separari non debent. & in ver. Rumor aūt viciniç. nō adeo est iudicādus validus, ꝙ nisi rationabiles & fide dignæ probationes accedāt, possit bn̄ contractū matrimomoniū irritari. ita inquit Papa ibi. modo in proposito extat confessio ipsius Margaritę, quæ non dolo, aut metu, aut calore irę asserebat se habere maritum alium, qui eā desponsauit ꝑ verba de ꝓsenti, & matrimonium consumauit: & ita est ꝓbatū per testes de huiusmodi confessione ipsius. Item ꝓbatur per alios testes, scilicet per ser Facinum: qui dicit se vidisse dictam Margaritā stare in ciuitate Paduæ, & habere maritum nomine Petrū, & publicè tenebat & reputabat in ciuitate Paduæ esse vxor ipsius Petri. Et per alium testem probatur, ꝙ vidit dictum Petrum desponsare ipsam Margaritam: & steterunt & habitarunt in domo ipsius testis. ita etiam probatur per alios testes, qui viderūt ɔtraxisse matrimonium, & ita vltra confessionem ipsius est probatū primū matrimonium per legitimas & dignas ꝓbationes. Facit glo. valde singula. in c. duobus. de rescrip. lib. 6. in versiculo, si nō appareat. vbi ex vltima solutione, dicit ibi Dominicus per illā gl. nota. limitationem ad id, quod dicetur in c. j. de eo q mitti. in
2 pos. libr. 6. ꝙ quando † agitur de titulo beneficiali, confessio aduersarij non prodest agēti: sed habet ꝓbare titulum suū beneficialem: quia illud est verū, quando ex toto vult actor inducere probationem tituli, ex cōfessione aduersarij. Sed quādo ex toto nō habet probare titulum beneficij ex confessione aduersarij: sed aliter ipse probat titulum suum: sed illa sua probatio efficit dubia ꝑpter ꝓbationē aduersarij: tunc confessio aduersarij detrahit suæ propriç probationi: & cōfirmat probationē actoris: & sic ꝓdest tunc probatio aduersarij ad titulum ipsius actoris probandū, qd̄ dicit esse summè notādum, nec de facili similis gl. reperiretur. modo in proposito, iste Paulus est actor, & probauit istam Margaritam fuisse desponsatam per alium: & contractum matrimonium per verba de præsenti, & carnali copula consumatum: & ꝓbatio sua est liquida & canonica, & accedit ad confirmationem suæ ꝓbationis ɔfessio ipsius Margaritę. Ergo multo magis illā probationē validat & confirmat talis confessio. Sed si quispiā dixerit, amice, illa gl. & doctrina Do. Dominici ꝓcedit in beneficio, & sic in matrimonio spirituali, non au
3 tem in matrimonio carnali: hoc non obstat; qa† argumētum de matrimonio spirituali ad carnale est validum in iure. c. inter corporalia. de transla. episc. & c. cum inter canonicos. de elec. & in c. quoniā frequenter. §. porro. vt lit. non cōte. cum simili. & istud erit optimum motiuū ad decisionē dubij sequentis. Et sic ex istis cōcludo sufficienter & legitimè esse ꝓbatum ex parte istius Pauli, matrimoniū esse cōtractum inter ipsam Margaritam, & illum Petrum primum eius virum, anteq̄ fuisset contractum cum ipso Paulo: quia testes deponūt de duodecim annis. ¶Restat nunc videre secundum. & circa hoc, licet
4 † probatio debeat concludere necessario: vt in capitu. in præsentia. de probat. lege, non hoc. C. vnde cogna.

gna.l.neque natales.l.non nudis.l.non epistolis. C. de probationibus, cum similibus. & maximè cum agatur de separatione vinculis matrimonialis iam contracti & consumati, circa quod, cum agatur de periculo animarum: vt in capitu.series.de testib. sit cautius procedendum.capit.vbi periculum. de ele. lib.6.& licet iste Paulus probet istam cõtraxisse matrimonium cum Petro: tamen possibile est, quòd dictus Petrus ex postfacto decesserit, iuxta illud.cõstat æterna positum lege, vt omnes moriamur.& alibi dicitur: properat cursu vita citato.in proę. cle. ideo non sequitur, iste Paulus cõtraxit post cũ ista Margarita: ergo primus vir erat vnius. tum quia delictũ non præsumitur, capitul.estote misericordes. de regulis iuris.l.merito. ff.pro soci. cum similib. nemo enim præsumit immemor suę salutis. j. quæstione 7.capi.sancimus.ideo præsumendum, ꝙ ista nõ deliquerit: & qđ fuerit memor suæ salutis. Circa hoc ponderet accuratè eminens scientia domini iudicãtis. primo constat per duos testes primos dictã Margaritam ore suo cõfessam, se habuisse & habere aliũ virum, & iam est probatum per alios testes, qui viderunt dictum Petrum primum virum desponsasse dictam Margaritam, vt est dictum. & etiam est probatum per quendam ser Erãciscum testem super hoc productum, qui dicit, ꝙ iam sunt quatuor anni, vel circa, quòd fuit sibi dictũ, ꝙ dictus Petrus vir ipsius Margaritę, exercebat artem caligarię in ciuitate Paduę: & cum ipse testis Paduam accessisset, vt faceret eũ cõpelli ad sibi satisfaciẽdũ de certo debito, fuit dictũ ipsi testi, dictũ Petrũ aufugisse, & iuisse Venetias. mõ arguo sic formaliter † ius præsumit hominẽ viuere cẽtũ annis: vt l.fi.C.de sacrosan. eccl.& ẽt vltra: vt dixit rex elegãtissimus in auth. de monach. §.si verò.ibi, vicesimum & centisimum ętatis agens annum. Facit glo.in l.sed si de sua.ff.de acqui.hęred. & in l.2.§.si dubitetur.ff.quemadmo.te.aperi. vnde singulariter dixit Angel.in præalle.l.sed si de sua. ꝙ scias practicare illam gloss.quia ex ea habebis honorem. nam multi actus sunt prohibiti filijsfam. maximè per formam statutorum Italiæ, vnde in fine iudicij poteris allegare, actum nullum: quia ille, qui gessit, erat filiusfa. & pro allegante est pręsumptio, per illam gloss.& dicit ibi Angel. sufficere ad victoriam reportandam. facit.l.omnes.§. Lucius. ff.quæ in frau.credi.& ideo si aduersario non supererit tẽpus ad probãdum oppositum, succumbet. ergo iste Petrus præsumitur viuere centum annis, eo ipso ergo, quòd cõtractum est matrimonium inter duos, & postea non constito de morte alterius alter contrahit secũdum matrimonium cum alio, præsumptio est, quòd primus vir viuat: sed vbicũque dictũ testis est conforme iuri † cõmuni semper dicto eius stat, & præfertur dicto testis asserẽtis contra ius cõmune. ita pulchrè dixit Inno.in capitu.auditis.de pscrip.& probatur in capitu.licet causam.de probat. & facit. capitul. quia verisimile.de præsump.sed dictum illius testis asserentis dictum Petrum aufugisse de ciuitate Paduę Venetias, & sic per cõsequens ipsum viuere, est conforme iuri communi: ergo stãdum est dicto suo: quia concurrit cum iure communi: & per consequens videtur esse stãdum confessioni dictę Margaritæ confitentis se habere & habuisse virum: quia si constat, ꝙ habuit virum per testes, vt dictum est: & confitetur se virum habere, stabit cõfessioni: quia ex quo constat de substantia actus, asserendo qualitatem actus, quę inest actui a lege cõmuni, standum est illi assertioni, quæ habet fomentum a iure communi: qa cũ ius psumat hominẽ viuere per cẽtum annos: & pstet, ꝙ illa fuerit copulata alteri in matrimonio, asserẽdo illum fore viuum, stat suæ assertioni: quia illa qualitas vitæ inest à lege communi, in tantum † ꝙ præsumptio iuris dicitur probatio liquida, dixit gl.in l.si tutor.C. de pericu.tu. Facit, qđ habetur in c.quia verisimile. & in c. afferte.de præsumpt.& ideo, ꝙ ille Petrus primus vir viuat, est probatio liquida: & fortificatur ex cõfessione illius Margaritæ. vnde si in causa beneficiali probatio dubia recipit fomẽtum & certitudinẽ a cõfessione rei: vt est gl.singularis in d.c. duobus. de rescri. lib.6. & sic in matrimonio spirituali, q̃to magis in casu nostro probatio legis liquida recipit fortificationem & roborationẽ ex illa cõfessione: & eo maxime: quia etiam vnus testis deponit se audiuisse, ꝙ iam sunt anni quatuor, ꝙ viuebat: & sic cũ cõcurrat psumptio iuris, & cõfessio partis, & attestatio vnius testis, succedit tũc regula solennis tradita per gl. quę ad hoc reputatur singu.in l.2.ff.de excu.tu. quæ vult,

7 (margin number at "in tantum † ꝙ præsumptio iuris")

8 ꝙ duæ † præsumptiones faciunt vnã plenã probationem: quod etiam voluit Bar.in l.1.§. item Cornelio. ff.de quæsti. nam ex pluribus minutis indicijs resultat plena probatio.l.in modicis.ff.de contrahen.empti.facit glos. in c.accedens. el 2.vt lit.non contesta. & glo.& ibi.D. Abbas in c.cum causam.de proba.& in c. tertio loco. de præsump.& not. in c. veniens.el primo.de testibus.nã quæ non prosunt singula, multa iuuant. facit.c. cum dilectus. de suc. ab intesta.& ideo dixit Bald.in rubrica, de controuer. inuesti. in

9 vsi.feu ꝙ † vnus testis deponens de veritate, & alter testis de confessione, coniunguntur adinuicẽ & probant, alleg.d.c.cũ dilectus. ita erit dicendũ in pposito, cum concurrant ad vnũ rei finem tot, videlicet, primò est sufficienter probatum matrimoniũ fuisse cõtractũ inter ipsos Margaritam & Petrum. postea est, etiam probatum per confessionem ipsius Margaritę, virum extare: & habere illum in virum. postea concurrit præsumptio legis, qua præsumitur, ipsum Petrũ viuere: & concurrit etiã dictũ illius testis dicentis, ꝙ iam sunt quatuor anni, quibus audiuit ipsum exercere artem suam Paduæ. & postea aufugisse Venetias. ergo liquido dicitur probatum, istum Petrum extitisse in rerum natura tempore, quo illa Margarita contraxit secundum matrimonio cum isto Paulo: & per consequens istud secundum matrimonio est nullius momenti: vt per totum ti.de spõ. duo. Prętérea est aduertendum, quòd præsumptio

10 † iuris transfert onus probandi asserenti cõtrarium: vt in c. quia verisimile.& in c. afferte. & in c. q̃to.& in c.quosdam. de præsumpti.l. non est verisimile.ff. quod me.causa. si ergo lex præsumit istũ vixisse tẽpore cõtracti secundi matrimonij, ergo asserenti cõtrarium incũbit onus probandi: cum ergo non sit probatum contrarium, sequitur ergo, ꝙ standum erit il

11 li præsumptioni. Prętérea facit, qđ † certo certius est quòd ex iuris præsumptione iudex potest ferre sententiã: vt l.siue possidetis.C. de proba.& in d.c.qa verisimile.& in d.c.q̃to.& c.quosdam.& qđ voluit Ange.in præallega.l. sed si de sua. si ergo iudex posset ferre sententiam, illum Petrum viuere, ex sola præsumptionem legis: quanto magis in casu nostro poterit ferre sententiã, istũ secundũ matrimoniũ nõ tenuisse, concurrẽtibus iuris præsumptione, cõfessione partis, & dicto testis, & concurrẽte probatione, ꝙ iã fuit antea matrimonium contractum cum ipso Petro.

12 Prętérea facit quod hr̃ in lege secunda.§. si dubitet̃. ff.quemadmodũ te. apper. vbi † allegans alium viuere, tenetur illud probare, quod procedit secundũ gl.ibi.& Bar.Bal.& Ioannem de Imo.& Gul. de Cu. in l.ab hostibus.ff. soluto matrimonio. & in lege ab hostibus.ff. ex quibus causa maiores, quando extat præsumptio, quòd sit mortuus: tunc alleganti quẽ viuere, incumbit onus probandi, sed quãdo non extat

tat præsumptio illum mortuum esse: tunc statur dicto allegantis illum viuere: quia lex præsumit illum viuere cētum annis. & ibi dicit Bart. ꝙ si apparet aliquem iuisse vltra mare, cum fuisset octoginta annorum: & elapsum esset postea tantū tēpus, ꝙ transactum sit tempus centum annorum, ꝙ satis erit probata mors eius. mō in proposito, non est probatum, ꝙ iste Petrus erat octoginta annorū, & iuit vltra mare: & fuit elapsum tempus centum annorū: vt præsumatur mortuus. ergo sequitur, ꝙ præsumptio est, ꝙ viuat, & est accuratè ponderandum, ꝙ doctores loquuntur eo casu, quo extat sola iuris præsumptio, ꝙ sit viuus: sed in casu nostro plura alia concurrunt, q̄ sola iuris presumptio. ergo sequitur, ꝙ satis sufficienter constat istud secundum matrimonium non tenuisse. Et etiam satis est probata identitas ipsius Margaritæ, vt aperto ore testes deponunt. Nec ob. cum
13 dicitur, ꝙ nemo† præsumitur immemor suæ salutis: quia hoc facit pro ista parte, & ideo hac consideratione ista Margarita confessa est se habuisse & habere alium virum: & propter hoc standum est suæ confessioni, concurrentibus alijs adminiculis, vt est di-
14 ctum. Nec obstat, cum dicitur, quòd nemo† præsumitur delinquere: quia cōcedo in dubio. sed vbi est certum, cessat illa præsumptio. nam in incertis & non certis locus est coniecturis. l. si certis annis. C. de pac. l. certa forma. C. de iure fis. libr. 10. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obliga. sed in casu nostro hoc appparet ex confessione sua, ex iuris præsumptione, ex dicto illius testis, & ex eo quod est verisimile, vt est dictum: ergo &c. Nec ob. si dicatur, ꝙ matrimoniū
15 non dependet a confessione partium, quò† ad suam indissolubilitatē: vt in d. c. quos Deus. & in d. c. super eo: quia in casu nostro nō est sola confessio illa, quæ dirimit istud secundum matrimoniū: sed qa constat istam primo contraxisse & consummasse matrimoniū cum alio, nec cōstat, nec est præsumptio de morte illius primi viri, imo est p̄sumptio iuris in contrarium, ꝙ viuat: & illa præsumptio iuuat̄ ex confessione istius mulieris, & ex dicto illius testis: & sic nō est sola confessio, sed concurrūt multa: iō ꝯiunctis omniū suprascriptis resultat sufficiēs probatio: ꝙ istud secundum matrimonium est nullius momenti. Et istæ erunt partes reuerendissimi domini episcopi Imolensis in declarando istud secundum matrimonium non tenuisse: & ita concludo.

EPITOME.

¶An mater assumpta filiorum tutela, secundas nihilominus contrahere nuptias possit. Deinde, qui præferri debeant in hac tutela, mater an agnati, an etiam auus maternus, vel paternus. Tum, an matri patria potestas in suscipienda tutela impedimento sit. Ad hæc quo modo cauebit mater rem pupilli saluam fore.

SVMMARIVM.

Mater assumens filiorum tutelam, secundis nuptijs renuntiare debet & auxilio senatusconsulti, iurare tamen non cogitur. & nu. 1. & nu. 2.

Mater præfertur patruis & agnatis in tutela filiorum tam iure communi, quàm municipali. nu. 8.

Mater in tutela filiorum patri suo præfertur, quinimo auum paternum, quod maius est, excludit. nu. 9. & 10.

Mater, quæ in potestate patris est, filiorum suorum tutrix esse potest sine consensu patris. nu. 11.

Mater filiorum suorum tutelam suscipiens omnia sua bona obligare debet. & nu. 12. & 16.

Consuetudine existente vt mater tutelam filiorum, assumens det fideiussores, præstabit, quos poterit. & nu. 6. & 13.

CONSILIVM XI.

Bene & enim Cuncta geruntur, si fiat principium decens & amabile Deo. in authen. quomodo opor. epi. in prin. j. q. j. c. cum Paulus. & c. principatus. ideo optimi maximi Dei omni iuocato p̄sidio. Pro pręsentis consultationis clarissima decisione capio primam dubitationem: videlicet, vtrū ista mater assumpta tutela possit contrahere secundas nuptias: & quia istud dubium est clarissimum, ideo non insistendum. Et circa hoc est sciendum, ꝙ olim mater, cum postulabat tutelā filiorum: priusquàm confirmatio tutelæ euenerit: fatebat̄, in actis sacramento præstito, se ad alias nuptias non venire. textus est in l. matres. in principio. C. quando mulier officio tutelæ fungi potest. hodie illud sacramētum
1 est matri remissum: si inter†gesta & acta iudicij alijs nuptijs, & auxilio senatusconsulti renuciauerit. ita dicit textus in authent. matri, & auiæ. eodem titulo. & in authen. vt sine prohibit. matres debi. & credi. in §. ideoque licentia sit matribus. vbi hoc iuramentū remissum est, ne daretur materia deierandi & periurium committendi: vt dixit textus ibi in versic. quia vero. ibi, ne facile iusiurādum per magnum Deum detur, & hoc præuaricetur. non enim lex debet aperire viam ad periuria. l. 2. C. de indi. viduitate tollen. & ibi Baldus arguit contra statuta inuitantia mulieres ad deierandum: vt in authen. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. & in c. j. §. item sacra. de pace iur. fir. & in c. si vero aliquis. in ver. non est tutū.
2 de iureiurā. & ideo vt†decernatur matri tutela, sufficit, ꝙ renuntiet secūdis nuptijs, & si nō renūtiaret secūdis nuptijs, nō valeret assumptio tutelæ: qa ī datione tutoris qualitercūq; sit erratū, nō valet datio. l. tutor si petitus fuerit. ff. de tuto. & cura. da. ab his.
3 tū qa illa†solēnitas presumit̄ esse multum p̄iudicialis ergo p̄sumitur necessaria, q̄ omissa vitiat. l. diuus. de in integrum restitutione. l. cum hi. §. si prætor. ff. de trāsactio. & ꝙ possit esse præiudicialis apparet: qa
4 clarum est, ꝙ illa † quæ habet secundum virum est suspecta legi: quia lex præsumit, ꝙ excoriaret filios pro viro: vt C. de administra. tuto. l. lex quæ tutores. & in auth. ad hæc. ibi posita. sed eadem præsumptio est de ea, quæ habet animum nubēdi, quæ est de ea, quæ nubit, sicut dicimus de ea, quæ habet animum & consilium diuertendi: vt l. si concubinam. §. j. ff. rē ratam habe. l. & si maritus. ff. qui & a qbus. facit tex. in l. imperialis. §. sed si tales. C. de nup. facit text. in §. quia vero. in authent. vt siue prohibi. ma. deb. in ver. mox. ibi, secundas concupiscentias. vbi concupiscentia nuptiarum reddit eam inhabilem, sicut ipsæ nuptiæ. facit etiam: quia de iure antiquo cogebantur hoc iurare, aliàs nō valebat assumptio tutelæ: vt l. 3. & l. fina. C. quando mulier offic. tute. hodie vero remouetur iuramentum: sed renuntiatio requiritur:
5 ergo remanet in alijs idem effectus similis† vt renuntiatio omissa vitiet: & sic requiritur, ꝙ renūtiet secūdis nuptijs: & ēt ꝙ renuntiet senatusconsulto Velleiano & omni alij legum auxilio: vt latè scribit Bart. Salyce. Bald. & Moderni in d. authen. matri. nihilo-
6 minus† propter huiusmodi renuntiationem non impeditur contrahere secundas nuptias: sed si ꝯtraxerit secūdas nuptias expelletur a tutela. ita probat tex. in authen. sacramenta. ibi, sed contractis nuptijs expelli eam conuenit a tutela. C. quando mulier of-
7 fi. tute. Et idem est dicendū † si aliter luxuriata est: vt

tenet ibi glo.arg.in authent. de resti.& ea quæ par.in §.fi. Quinimo multo magis, cum magis delinquat & magis sit suspicio. & pro hoc est casus in l. fina.C. quando mulier offic. ibi. sed pudicitiam suam intactam conseruet.& tenet Bar.Saly.& alij.in d.authen. sacramenta. & facit elegans dictum Barto.in l.his so lis.C.de reuocand. donationi.vbi dicit,quòd omnes pene statutæ contra secundò nubentes habent locũ in his,quæ non honestè viuunt, quod dicit esse perpetuò notandum:pro quo allego optimum textum in c.vxoratus, de conuersione cõiuga.vbi paria sunt vxorem transire ad secundam vota:vel incõtinenter viuere. Et ibi dominus.Abbas dicit, quòd sicut perdit tutelam filiorum mulier, quæ transit ad secundas nuptias: ita perdit,si incõtinenter viuat.& idem esse subdit ibi,quòd eas pœnas, quas patitur mulier infra annum luctus nubens, patietur si incontinenter viuat: quia ratio nuptiarum prohibitiua infra tale tempus potius vẽdicat sibi locũ in incontinentia, ne in plus se habeat luxuria, quam castitas.facit,qđ notat glossa, & Bar.in l.fideicommissum.C.de fideicommissis.& in l. sororem. C.de his qui.vt indig. & sic ex istis apparet solutio prçsentis consultationis videlicet,quòd ista mater propter assumptionem tulelæ.& per renuntiationem secundarum nuptiarum, nõ impeditur transire ad secundas nuptias, licet expellatur a tutela: & ita etiam expelletur, si incontinenter, vel inhonestè viuat. ¶ Capio nunc secundũ dubium, videlicet statuto municipij cauetur, quòd agnati, seu patrui excludant matrem a successione filiorum ab intestato, vtrum in hac tutela assumenda præferatur mater patruis pupillorum,an ecõtra, & videtur,quòd mater excludatur, quia vocatur ad tutelam,qui vocantur ad successionem, in authent. de hæreditat.ab intestato.§.ex his,& facit, quod dixit Bartol.in dicta l.matri.vbi allegat illum §. qui vocat istos ad tutelam, secundum, quòd eos vocat ad hæreditatem.si ergo isti patrui excludũt matrem ab hæreditate pupillorum: ergo per consequens eam excludunt a tutela.facit gloss.nota.in l.prima.ff.de legi.tutor.quæ dicit,quòd hodie sicut hæreditas agnatione non inspecta defertur proximis, sic & in tutela.& allegat dictum §.ex his, & sic apertè dicit,quòd tutela defertur ad instar successionis: ille ergo, qui præfertur in successione, præfertur in tutela: & ibi multum eleganter dicit Bartolus se putare,quòd in ciuitatibus, in quibus est derogatum iuri communi per statutum, vt agnati præferantur in successione: eodem modo prçferantur in tutela,& sic videtur ibi Bartolus decidere istam quæstionem. Facit, quod not. dominus Petrus de Ancharano.in commento. capitul.canonum,de constitu.in sexta quæstio.ad fi. vbi refert legem dicere,quòd ad eam deferatur tutela,ad quam defertur successio,& an exclusus per nouam legem ab hæreditate videatur esse exclusus à tutela:& dicit,quòd sic.allegat Barto.in dicta l.prima. & ita refert consuluisse Barto.in consilio incipiente, ciuitas Mediolani.vbi cõcludit,quòd per statutum, quo excluduntur, cognati a successione extantibus agnatis,exclusi intelligũtur simpliciter a tutela,quæ venit in consequentiam hçreditatis.facit,quod not. in capitul.fina.de offic.ordin.libro sexto, & in capit. inter dilectos, de fide instrument.& Bald.in l.omnia priuilegia.C.de episcop.& cleric. & sic dominus Petrus sequitur doctrinam Bar.in præallegata.l.prima. Cum ergo in casu nostro statutũ istud excludat matrem a successione filiorũ,& includat ipsos patruos: ergo seqtur, quòd statutum prçdictum videtur eos includere a successionem & ad tutelam. ¶ Sed istis non obstantibus contrarium puto de iure verius, videlicet,quòd ista mater non excludatur ab ista tutela stante statuto præfato.nam de iure communi ma

8 tri non † defertur tutela filiorum ex eo, quòd ei deferatur eorum hçreditas,sed quia mater est,ideo defertur tutela:quod patet,quia ei deferebatur hçreditas per Senatusconsultum Tertullianum: & tamen ei non deferebatur tutela legitimi tutoribus extantibus,vt est casus in l.secunda.C.quando mulier offic. tut.fungi potest.Item hoc patet de iure,quia ita mater admittitur ad tutelam,si vult: & ideo si petit sibi tutelam decerni,admittitur,vbi ratione hæreditatis inuita deberet admitti, & sic eius tutela est irregularis,& extraordinaria:& ideo in ea non habet locum regula gloss.in dicta l.prima.& dispositio ipsius §.de his, & per consequens dictum Bartol.non habet locum in matre: nec etiam ipse Bartol.loquitur in matre, & istud formaliter & in terminis tenet dominus Bartholomæus de Salyceto in dicta authenti. matri. in nona quæstion.& sic Bartol. non loquitur in casu nostro. Præterea hoc decidit statutum municipij in rubrica de tutelis, vbi dicitur, decernimus, quòd si mater, vel auia, cui ex testamento, vel a lege defertur tutela,& quæ ætatis sit legitimæ: si scienter steterit per quatuor menses, a die eidem delatæ tutelæ, quòd ipsam tutelam,seu eius administrationem sibi decerni non fecerit:alius postea legitimus.Ecce nũc qualiter dictum statutum vocat & inuitat ipsam matrem ad tutelam filiorum, & in eius negligentiam vocat legitimos.cum ergo a lege matri deferatur tutela.l.matri.& in authentic. sacramenta.præallegat. & in authentic.vt sine prohi.ma.credi.vel debi.ergo sequitur, quòd ipsa excludit a tutela filiorum alios legitimos.ergo sequitur,ꝙ nedum ex dispositione iuris communis,sed etiam ex dispositione statutorum admittitur ad tutelam filiorum,ipsius agnatis exclusis. nec est vlterius circa hoc insistendum,ex eo quia res est clara. Nec obstant allegata in ꝑriũ: quia non loquuntur in matre, vt est casus: nec est capiendus sensus,vt tale statutum corrigat regulas communes vocantes matrem ad tutelam filiorum: imo est reducendum ad terminos iuris communis, quantum fieri potest.l.final.§. in computatione. per glos.C.de iure deliber.& in l. si serui vestri.C. de noxa.capitul. cum dilectus,de consuetu. capitul. causam quæ, de rescript. cum similib.nec illa iura loquũtur in tutela materna, vt dictum est: tum etiam, quia statutum hoc disponit: & sic videtur satisfactum secundæ dubitationi huius consultationis. ¶ Ad tertium dubium, quo quæritur, vtrum si ista mater habet patrem: an auus ista præferatur matri in hac tutela. Et

9 br†dicẽdũ est,ꝙ nõ: ex eo qa iste auus maternus nõ est de ltimis: vt insti.de legi.agna.suc.in prin.& insti. de legi.agna.tute.per totum.iõ matri,q̃ prçfertur legitimis: vt in dicta authentic.matri.præferri non debet.facit etiam: nam mater præfertur auo paterno in tutela filiorum, vt decidit Bartol.in dicta authen. matri.facit ibi textus,qui præfert matrem legitimis, & solos testamentarios præponit:seu cæteros excludit ab hac prçpositione.& hoc etiam voluit gloss. in

10 dicta authentic.matri.quòd mater excludat † auum paternum. ergo multo magis excludit auum maternum. & hoc tenet Saly. in dicta authen.matri.& sic sequitur, quòd ista mater excludit patrẽ suum, qui est auus maternus in ista tutela. hoc etiam expresse colligitur ex statuto superius allegato.ergo &c.¶ Ad aliud dubium,dum quæritur, vtrum ista mater pos-

11 sit esse tutrix, ex quo † est in potestate paterna:& circa hoc non est nimis insistendum:& vr̃ ꝙ sic.hoc decidit tex.insti.qui dari tutores possunt.in ver.non solum paterfamilias, sed etiam filiusfa.tutor dari põt. l. filiusfami.ff.de tutel.l.Lucius Titius.ff.de administra.tuto.cum enim tutela sit ius publicum, non curatur

tatur ius patriæ potestatis, de primo habetur institu. de excu. tut. in principio, de secundo, ꝙ non curetur patria potestas, habetur. in l. nam quod. in prin. ff. ad Trebellia. & ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. l. filiusfa. capitu. si annum qnartumdecimum, de iudi. libr. sexto, licet ergo mater sit filiafamalias, nihilominus potest esse tutrix. facit, quod dixit Bar. & Saly. in præallegata authen. matri. vbi dicunt, quòd excludit patrem in tutela suorũ filiorum: & sic ista est veritas, quòd ista mater potest accipere illam tutelam, sine consensu patris. Tum etiam, quia iura omnia indistinctè dicunt, matrem admittendam ad tutelam filiorum suscipiendam: vt in dicta authen. vt sine prohibi. matr. debi. & in dicta authent. matri, & in dicta authent. sacramenta. dummodo seruentur solennitates, de quibus ibi dicitur, & superius dictum est. Et si dicatur statuto municipij cauetur, quòd filiusfamilias non possit se, vel sua bona obligare, nisi sit pubes, & in præsentia patris hoc faciat, vel alterius, in cuius esset potestate, quod statutũ potest hoc disponere. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. capitu. vt animarum periculis, de constitu. libr. 6. cum simili. cum ergo mulier suscipiendo tutelam obligetur, quia tenetur obligare omnia bona sua, vt in d. authen. vt sine prohibi. ma. & per Bar. in d. auth. matr. ergo sequitur, ꝙ non poterit istam tutelam assumere sine consensu patris. Quantum ad hoc respondeo: & est aduertendum, ꝙ iste pater nõ est in territorio statuentis, seu iudicij, vbi est assumenda & petenda ista tutela: quo casu indemnet statutum circa hoc disponit, & etiam est ponderandum, quòd ista domina habitat seorsum a patre, in cuius est potestate: quinimo habitat in alieno territorio. Vnde idemmet statutũ circa hoc disponit. dicit enim, exigimus filiosfa. maiores. 25. annis, qui exerceant aliquam mercantiam cum patribus, habitantes in eadem familia, vel dicimus de filijsfa. maioribus 25. annis seorsum cum sua familia habitantibus ab his, in quorum essent potestate, quamdiu sic habitauerint: etiam si negotiationem, vel mercantiam non exerceant: & postea excipit casum, quãdo pater esset absens ex aliqua causa necessaria, vel probabili: ita formaliter disponit statutum municipij. Modò istæ duæ exceptiones concurrũt in ista matre. primò ista seorsum habitat a patre: & est maior 25. annis. Item pater est absens, quia habitat in alio municipio: ergo sequitur, ꝙ poterit se obligare ad tutelam suscipiendam, non obstante dicto statuto, & sic non oportet ingredi materiam ꝙ ista sit obligatio legalis, & a lege inducta, & ideo potest obligari, ex quo est maior, non obstante dicto statuto, qnasi ipsum statutum non loquatur de obligatione inducta a lege, inxta notata in l. item quia. ff. de pac. per glo. Bar. Bal. & alios, & in l. fi. C. de legi. tu. & in lege, certi iuris. C. loca. per Cy. Bal. & Saly. & per Bar. & Ange. & modernos in l. si constante. ff. sol. ma. Tum etiã, quia istud statutum recipit distinctionem a lege communi. l. si serui vestri. C. de noxa. & l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. per glo. & per c. cum dilectus, de consue. & c. causam quæ, de rescipt. cum similibus. Et ideo istud statutum non videtur habere locum in obligatione inducta a lege: & per consequẽs dicitur verissima & manifesta conclusio, ꝙ ista mater poterit suscipere tutelã sine consensu patris.

12 ¶Restat nunc videre, vtrum ista† mater ex quo non habet nisi dotes suas, teneatur cautionem præstare: seu satisdationem rem pupillorum saluam fore: an sufficiat obligare omnia bona sua. Et circa hoc est diligenter aduertendum, ꝙ dominus Raphael Fulgosius in l. de creationibus. C. de epi. audie. per illum text. in versic. inquantum possibile. refert Vbertum de Bobio, dum legeret in studio Vercellensi, consultum ex Regno Franciæ, an Regina Blanca mater regis pueri, quæ tutelam impuberis patri in regno succedentis acceperat, & quosdam fideiussores dederat: cum ipsorum nobilium facultates non sufficerent ad facultates regni: repellenda esset a tutela: respondisse ꝙ nõ, qa sufficit dare fideiussores, prout est possibile: ex quibus verbis dicit Raphael ibidem, nota, ꝙ mater accipiens tutelam filij, tenetur satisdare rem pupilli. saluam fere. & cum ista quæstio accidisset in contingentia facti: nec tex. nec glo. inuenisset: dicit se habuisse recursum ad Azonem, in summa, quãdo mulier of. tulel. fungi potest. & inuenit ita decidere: licet enim patris iudiciũ excusetur a satisdatione: non tamen iudicium maternũ: quia nec ipsa mater excusatur a satisdatione. & ita residet ibi dñs Raphael. sed gloss. institu. de satisda. tuto. vel cura. in versicu. idonei. dicit, si ergo nec testamentarij, nec datiui satisdant, qui erunt illi, qui satisdabunt. Respondet, legitimi tutores. non aũt loquitur expressè in matre: tamẽ text. in d. auth. vt sine prohi. matr. debi. vel credi. in §. ideoq;. in versic. aptè renũtiantibus & obligantibus res suas. & sic ibi tex. requirit, ꝙ obliget res suas: non tamẽ requirit, ꝙ det satisdationem. Idem decidit Bar. in preallegat. auth. matri. in versi. quæro, quid si in tutela non obligauit expresse omnia bona sua, quod reqniritur: vt in d. authent. sine prohibi. & decidit, ꝙ non sit legitima tutrix, nisi expresse obliget: quia multi effectus sunt hypothecæ, expressæ. & dicit esse tex. expressum de hoc in præallegat. l. de creationibus. ad fi. Idem etiam firmat dominus Sal. in d. auth. matri. in prin. super tex. dum dicit. Et cum expressa hypotheca bonorum, allegat. d. §. quia vero, & l. fin. C. quando muli. offi. tu. fun. po. Et idem esse voluit in d. auth. matri. in 8. q. allegat. d. l. fi. & d. §. quia vero. & ideo quia text. ibi loquitur ꝑ participium: & obligantibus, quod verbum habet vim conditionis: & sic ibi datur eis licentia recipiendi tutelam filiorum, si renũtiauerint, & obligauerint bona, & sic requiritur expressa obligatio. nec mirum hoc: quia talis tutela exorbitat a iure cõmuni: ideo expressa obligatio requiritur, sicut ĩ cura legitima furiosorum & mente captorum, quæ exorbitat iure, requiritur expressa hypotheca bonorum. allegat præallegatam. l. de creationibus. ad fi. & glo. ibi. & sic cõcludit ibi Sal. ꝙ sufficit expresse hypotheca bonorũ. vnde text. in d. l. de creationibus. in finalibus verbis. dicit, hypotheca rerũ procuratoris modis omnibus adhibenda. Et sic videtur, ꝙ cũ in matre assumẽte & petẽte tutelã filiorũ, teneatur obligare expressè bona sua. d. §. qa vero. & Bar. & Salyc. in d. iuribus. ergo sequitur, ꝙ ista mater non tenetur dare aliam fideiussionem, nisi obligare, expressè bona sua. Nec etiã obstat tex. in d. l. de creationibus. in versi. sin autẽ talis non esse inueniatur: tunc fideiussio, inquantum est possibile, ab eo exploretur: quia loquitur in curatore dato furioso, vt ibi. & sic nõ loquitur in matre: & per consequens videtur, ꝙ verior sit opi. Saly. quã opi. Raphaelis. vel dicendum est, ꝙ in hoc seruetur

13 consuetudo† municipij. vnde si in municipio cõsuetum est fieri, vt quando mater petit & assumit tutelam filiorum, det cautionem, seu fideiussores: seruetur tunc illa consuetudo, arg. l. de quibus. ff. de legi. l. 1. & 2. C. q̃ sit long. cõsue. nã minimè mutanda sunt, quæ certam interpretationem habuerunt: vt l. minimè. ff. de legi. cum simili. & tunc erit seruanda dispositio illius legis. de creationibus: quia præstabit fideiussione matri possibilem: vt voluit Vbertus de Bobio: vt refert Albericus de Rosate, & Raphael in d. l. de creationibus. & ideo dicit ibi glo. in verbo explo-

14 retur, ꝙ satisdatio† pauperi remittitur, & a diuite exigit, vt l. nõ facile. Facit, qđ no. An. in d. l. nõ facile. vbi

dixit illum textum fore not. pro vſufructuario petẽte vſumfructum, qui nõ poteſt præſtare cautionem, de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, de quo per Cynum in l.j.C.de vſufruct. Idem dixit ibi etiam eſſe vtile pro ciuitatibus, in quibus extant ſtatuta, ꝙ nullus forenſis audiatur ꝯtra ciuem, niſi ſatiſdet de ſtando iuri in cauſa reconuentionis: & de reficiendis expenſis litis, ſi ſuccubuerit in cauſa: quia non eſt permittendum reo conuento, hãc exceptionem in fraudem obijcere agenti qui propter paupertatem ſatiſdare non poteſt. tunc enim non debet audiri, quando hoc poſtulat, per notata in d.l.de creationibus, & in authent. generaliter. C.de epiſcopis & cleric. & ita dicit ibi Angelus, fore bene notandum: quia ſæpe de
15 facto contingit. lex † enim, vel ſtatutum non debet arctare quem ad impoſſibile. l. impoſſibilium. ff. de regulis iuris, & in c.nemo poteſt. eodem titulo, lib.6. Idem etiam firmat dominus meus Ioannes de Imola in dicta l.non facile. Cum ergo in caſu noſtro, non ſit aliqua ſuſpicio fraudis in matre renũtiante ſecundis nuptijs, & auxilio Velleiani: & omni legum auxilio. ergo ſequitur, quòd præſtabit illam cautionem, quam poſſibile erit ſibi præſtare. Et ex prædictis reſultat concluſio ſecundùm Bart. Salicetũ & Baldum
16 in præalleg. authen. matri. ꝙ iſta † mater in aſſumenda tutela obligabit omnia bona ſua expreſsè: ſed ſi conſuetudo municipij, vel fori requirit, ꝙ iſta mater det fideiuſſores, ita vt voluit Raphael & Angel. tunc ſeruabitur opinio Vberti, quòd pręſtabit eos fideiuſſores, quos poſſibile erit ſibi præſtare. Et ita ꝯcludo.

EPITOME.

¶ Commiſerat legatus de latere cauſam quandam audiendam, cognoſcendam, decidendam, & ſine debito terminãdam, adiectis his verbis. Et ſi per euentum litis, & cauſæ huiuſmodi, poſtquàm ipſa cauſa, & lis coram vobis legitimè introductæ fuerunt, &c. dicit Barbat. quòd attenta hac commiſſionis forma delegatus ordine iudiciario, & non ſummariè, procedere debuit. Deinde, quòd qui ſemel poſſedit, præſumatur adhuc poſſidere.

SVMMARIVM.

Delegati poteſtas pendet ex forma commiſſionis. nu. 4.

Cauſæ quædam ſuapte natura primaria ſummariè, quædam legis diſpoſitione tales fiunt, vt eccleſiaſticæ & beneficiales. numero 5. & 6.

Legatus de latere poteſt committere cauſam agitandam & tractandam ordine & iudicio plenario. nu. 9.

Reſcriptum ſecundùm ius commune interpretandum eſt. nu. 12.

Dominium non inſtrumentis ſolùm, ſed etiam alijs quibuſcunque probationibus oſtenditur. nu. 13.

Eccleſiam dominam eſſe conſentit, a qua eam conceſſionem recipit, quam quis a domino recipere ſolet. 14.

Semel dominus ſemper, & continuo dominus fuiſſe præſumitur. numero 15.

Alienatio rerum eccleſiæ aliter non valet, quàm ſi & vtilitas eccleſiæ euidens ſit, & ſolennitas canonica interuenerit. nu. 20.

Emphyteuta eccleſiæ per biennium a ſolutione canonis ceſſans cadit ab emphyteuſi. nu. 22.

CONSILIVM XII.

Difficile eſt Vt bono peragantur exitu, quę malo ſunt inchoata principio. j. q. j. cum Paulus, & cap. principatus, ideo optimi maximi Dei omni inuocato præſidio. Viſis commiſſione facta Reuerẽdiſſimo Domino Epiſcopo Regino, inſtrumento & proceſſu maturè pẽſatis & diſcuſſis pro preſentis conſultationis clariſſima deciſione paucula in mediũ afferam. Et capio primum dubium, videlicet, vtrum diſpoſitio clementi. diſpendioſam, de iudi. cum cle. ſæpe, de verborum ſignificat. habear locum in præſenti cauſa: & erit effectus iſte: videlicet, vtrum proceſſus agitatus coram iudice valeat, & ſic erit deciſio ſecundi dubij. Et circa hoc examinandum, primo dicendum eſt, ꝙ proceſſus tenuit, & rite fuit ſeruata diſpoſitio. d. clementin. quod ſic oſtendo. Omnis cauſa beneficialis & eccleſiaſtica eſt agitanda ſummariè, text. eſt in d.clem. diſpendioſam. ſed iſta eſt cauſa beneficialis, & eccleſiaſtica. ergo eſt agitanda ſummariè: ergo ſequitur, quòd non fuit opus libello, conteſtatione litis, & ordine iudiciario. vnde ſufficit qualis, qualis petitio, ſuper qua poſſit ferri ſententia. hoc decidit gl. valde notabilis in præalleg. cle. ſæpe. & ibi ſcribentes. ſequitur Bald. in l. vt fundus. ff. de communi diui. facit, quod habetur in l. fi. C. de fide. libe. c. licet Heli. de ſimo. cum ſim. Et ſi quiſpiam dixerit, amice, commiſſio facta per Reuerendiſſimum D. Legatum tollit hoc, vnde commiſit cãm huic delegato agitãdam ordine iudiciario. ergo debuit ſequi formam mãdati & commiſſionis. forma enim eſt, quæ dat eſſe rei, & conſeruat rem in eſſe. l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ff. ad exhi. c. cum dilecta, de reſcri. cle. j. de iure patro. in glo. tex. in c. prudentiam, de offi. deleg. l. diligenter. ff. manda. cum ſim. Ad hoc reſpondeo, quia de ordine cauſarum beneficialium eccleſiaſticarũ eſt, ꝙ ſummariè ſint: vt probatur in d. cle. diſpendioſam. ergo ſequitur, ꝙ do. Legatus non potuit immutare diſpoſitionem iuris & ideo dixit glo. valde notabilis, in c. fi. de hæret. li. 6. & in d. cle. ſępe, & in c. indemnitatibus, de elec. lib. 6. ꝙ legatus de latere non poteſt committere cauſam cognoſcendam & decidendam non ſeruato ordine iudiciario. & originaliter fuit dictũ Spe. in titu. de lega. ſed in cauſis eccleſiaſticis beneficialibus eſt datus ordo a iure, vt ſint ſummariæ: vt d. cle. diſpendioſam. ergo ſequitur, & dñs Legatus non potuit tollere diſpoſitionem. d. cle. non enim poteſt inferior tollere ius ſuperioris. c. cum inferior, de ma. & obe. l. nam magiſtratus. ff. de arbi. l. ille a quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebel. non enim gloriabitur ſecuris ꝯ dñm ſecantem, vt voluit Eſaias, tranſumptiuè. 21. di. c. inferior, debet enim eſſe cuſtos canonum, & nõ violator. c. inſtitutionis. 25. q. 2. facit, quod not. glo. in c. ſacerdotes. 2. q. 7. ergo ſequitur, ꝙ non potuit committere iſtam cauſam alterẽdo diſpoſitionem & formam. d. cle. diſpendioſam. facit etiam, quia non præſumendum, ꝙ ita fecerit. in dubio enim reſcriptum dicitur illud, quod eſt conforme iuri communi, vt eſt tex. melior de iure in l. falſo. C. de diuer. reſcrip. & ſemper eſt interpretãdum, vt ſit conforme iuri communi. c. cauſam quę, de reſcrip. ſimile dicimus in ſtatuto, vt in l. ſi ſerui noſtri. C. de noxa. l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. idẽ dicimus in conſuetudine. c. cum dilectus, de ꝯſue. & ſic non eſt credendũ, ꝙ dñs legatus fecerit illud, quod non potuit. Itẽ qa per iſtã viã litis dicũtur habere faciliorẽ expeditionem: vt d. cle. diſpendioſam. quam iudices omnes debent ſummo ſtudio quęrere, vt in c. finem litibus, de dolo & contu. c. cordi. de appellationibus. lib. 6. l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi certum petatur. cum ſimi. & per conſequens ſequitur, ꝙ bene, & rite fuit proceſſum in iſta cauſa, procedẽdo ſumariè, & ſic valuit proceſſus prefatus. Et iſta erant, quę iudicio meo reddebãt, præſentem conſultationem dubiam. ¶ Et licet iſta ſint colorata ſatis: tamen caſum noſtrum non attingunt, ideo illis non obſtantibus, contrarium puto de iure verius. Et eſt accurate ponderanda commiſſio Reuerendiſſimi Domini Legati, in qua vtitur iſtis verbis, audiendam, cognoſcendam, decidendam: & ſine debito terminandã, &c. Poſtea ſubdit, & ſi per euentum

uentũ litis, & causæ huiusmodi, postquàm ipsa causa & lis coram vobis legitimè introductæ fuerũt, ista sunt formalia verba ipsius commissionis; tũc arguo
1 sic. Ad illum casum † adaptatur legis dispositio, ad quem adaptantur eius verba, text. est in l. 4. in princ. ff. de dam. infe. & ibi dixit Bar. statuto cauetur, ꝙ de contractu soluatur gabella sex denariorũ pro libra: & sit contractus super re inæstimabili, ꝙ non soluetur gabella: ex eo quia verba statuti adaptantur ad rem æstimabilem; & non ad rem inæstimabilem. ergo eius dispositio non adaptabitur ad rem inæstimabilem. & ibi dixit Angelus: Statuto cauetur, ꝙ si dubium sit, an sit remãsura cicatrix, iudex teneatur adhibere iudiciũ medicorum, & fit percussio, ex qua constat remansuram cicatricem, & hoc est notoriũ, ꝙ iudex non tenebitur adhibere consilium medicorum, ex quo verba non adaptantur ad illum casum. & ibi dixit Ioannes de Imo. Statutũ disponit, ꝙ reus teneatur respondere positionibus, & in fine causæ examinabitur, an sint impertinẽtes, vel ne. & est notorium, ꝙ positiones sunt impertinentes, quòd non tenebitur respondere: quia verba statuti non adaptãtur ad casum illum, ergo nec dispositio sua. & ibi dixit dominus Raphael. Cumanus, dictat statutum, ꝙ in ꝯtractu minoris debeat interuenire ꝯsensus agnatorum, & minor non habet agnatos: quòd illo casu non habet locum dispositio statuti, ex quo eius verba nõ adaptantur ad illum casum. facit. l. iam autẽ. & ibi Bar. ff. de admi. tuto. l. quod constitutum. ff. de testa. mili. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verb. signi. c. indemnitatibus. §. sed cum eas. de elec. lib. 6. & ibi per dominum Dominicum. c. ex parte Astensis. de conces. præben. sed verba istius commissionis nõ adaptantur ad causam summariam: ergo nec adaptatur ad causam summariam eius dispositio. Illa
2 enim † verba, causa & lis nõ adaptantur ad causam summariam, vnde causa dicitur post litẽ cõtestatã. ita dixit glos. elegans in l. causas vel lites. C. de trãsac. allegat Marcum Tullium Ciceronẽ dicentem, causa est res, quæ habet controuersiam in dicendo positam, cũ personarum certarum interpositione. & illam glo. sequitur ibi solennis doctor Iacobus Butri. qui dicit, statuto municipij cauetur, ꝙ si aduocatus alicuius causæ se absentauerit causa rei publicæ, nõ possit in ea procedit, donec redierit: & aduocatus post litem contestatã se absentauerit: statutum non vendicat sibi locum, cum sit stricti iuris, & nõ possit extendi. l. constitutionibus. ff. ad municipal. l. 1. §. is qui nauem. ff. de exercito. l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obli. & si non fuerit lis contestata, poterit procedi, cum non sit causa nisi lite contestata, loquẽdo propriè & strictè, & ita ad literam sequitur realis doctor dominus Salyce. & idem etiam sequitur ibi Bal. Cũ ergo hic dominus legatus dicat, causa & lis. legitimè corã nobis introductæ fuerunt, loquitur in causa, in qua lis cõtestatur. cũ ergo cõmisit causam cognoscendã per litis cõtestationem, ergo sequitur, ꝙ voluit istam causam esse ordinariam & plenariã, ex quo verba commissionis hoc important. voces enim sunt signa earũ, quæ sunt in anima passionum notæ: vt voluit Aristo. in primo perihermenias. l. Labeo. §. idẽ Tubero. ff. de sup. lega. l. ille aut ille. §. cum in verbis. l. non aliter. ff. de leg. 3. ergo sequitur, ꝙ superior cõmisit istã causam agitari debere ordine iu-
3 diciario, in summarijs † enim non contestatur lis: vt in cle. sæpe. de verb. signi. & in extrauag. ad reprimẽdã. in ver. summariè. & sic certo certius est, ꝙ debuit ordo iudiciarius seruari: sed ista delegatus nõ seruauit hũc ordinem iudiciarium. ergo sequitur, ꝙ processus, seu iudicium non tenuit, & per ꝯsequens debet dominus archipresbyter absolui ab obseruatio-
4 ne iudicij. potestas enim delegati dependet † ex forma commissionis, quæ est omnibus modis obseruãda: vt d. l. diligenter. ff. manda. & d. c. prudentiam. de offi. deleg. facit, quod notat Hostien. in c. cum olim. de arb. & in c. fi. de præb. & qđ notat Bal. in l. si puella. C. si mancip. ita feu. alie. vbi dicit, ꝙ licet sit recessum a persona, non tamen est recessum a forma. & sic iste processus fuit informis: iuxta illud Ouidij. Rudis indigesta quæ moles. Nec quicquam nisi pondus iners, & per consequens, tanquam contra formam mandati, est nullius momenti. Secundo est di-
5 ligenter considerandum, ꝙ sunt certæ † causæ, quæ ex sua primaria & originaria natura sũt summariæ, & de istis loquitur, cle. sæpe. superius allegata, & in extrauaganti ad reprimendam. in versic. summariè. & in istis iudex cogitur, & compellitur ex iuris dispositione procedere summariè, leuato velo: & inuitis & contradicentibus partibus non posset procedere ordinariè & seruato plenario iuris ordine. facit glos. notabilis in versic. partibus. in d. clem. sæpe, & quod notat dominus meus Ioan. de Imo. in c. ad nostram,
6 el 3. de iureiuran. quędam † sunt causæ quę ex sua natura primaria & originaria non sunt summariæ: sed effectæ sunt summariæ ex legis dispositione, & istæ sunt causæ beneficiales & ecclesiasticæ, & de istis loquitur d. cle. dispẽdiosam. & in istis iudex non necessitatur sequi ordinem iudiciarium, vel summariũ, sed dependet hoc ex arbitrio suo: ita dicit excellens doctor dominus Abbas consiculus meus in præallega. c. ad nostrã. el 3. & probat tex. apertissimus in d. cle. dispẽdiosam. de iudi. ĩ ver. valeat. & hoc decidit gl. formalis ibi in d. ver. valeat quæ quærit, vtrũ compellatur iudex sequi formã. d. cle. sæpe. & d. cle. dispẽdiosam. ĩ causis beneficialibus. & decidit, ꝙ nõ, ꝑ illũ tex. ex eo: qa Papa ibi in causis beneficialibus illud cõmittit potestati iudicis, & ꝑ cõsequens nõ necessitatur. l. non quicquid. ff. de iudi. c. consuluit. de offi. deleg. & concludit ibi glo. ꝙ etiam inuitis & cõtradicentibus partibus poterit ordinẽ iudiciariũ seq in illis causis, si volet, secus dicit in causis, in qbus de iure debet procedi secundũ dispositionem. d. cle. sæpe. quia tũc inuitis partibus nõ poterit ordinẽ iudiciarium obseruare. & ideo etiam concludit ibi gl. ꝙ in casibus, in quibus est dubiũ, an. d. clementina habeat locum, vel in illis seruet ordinẽ iudiciariũ: ad omnne dubium tollendum, quę via est tutior est per consequens eligenda, argu. c. iuuenis. de sponsa.
7 & sic † verbum, valeat, positum in d. clementi. dispẽdiosam. importat voluntatem & potestatem & non necessitatem: & sic cõclusio firma est, ꝙ in causis beneficialibus nõ cogitur iudex seruare ordinem iudiciarium: sed stat in sua voluntate & arbitrio, & istã conclusionem sequitur tota iuris prudentia: sequitur ibi Paulus & Zengelinus. & do. Cardina. Florentinus, qui allegat Specu. in titulo de arbi. prope finẽ. & dñs Petrus de Ancha. & dñs meus Ioãnes de Imo. & idẽ voluit dominus Abb. in dicto cap. ad nostram. el 3. & ideo dixit Ange. in l. causam. ff. de manumis. per illum text. in versicul. superabundanti. quòd si
8 † causa est summaria, & partes volũt, quòd agitetur ordinariè & plenariè possunt. & ita dicit se consultum Bononiæ respondisse: non tñ allegat doctrinas superius recitatas. modò ad propositum nostrũ ista ponunt gladium ad radicẽ in præsenti consulatione. si iudex ordinarius potest arbitrari esse procedendum ordinariè, & plenariè in causa ecclesiastica &
9 beneficiali: multo magis dominus legatus † potest committere causam beneficialem agitandam & tractandũ ordine & iudicio plenario, arg. auth. multo magis. C. de sacrosan. eccle. & ca. non æstimemus.

11.q.2.& c.eum in cunctis. de elec.cum amplissima sit potestas legati de latere, vt in c.1.& 2.de offi.leg. li.6.& in tantum, quod appellatione sedis Apostolicæ venit legatus de latere, vt est tex.valde notabilis. in c.si Abbatem.de ele.li.6 facit, quod habetur in c. nobilissimus.97. disti. & sic potuit dominus legatus committere, quod iste delegatus sequeretur viam ordinariam & solennem in ista causa. ergo sequitur, quod debuit illam formam sequi iste delegatus; & quia illam non fuit sequutus, actus, & processus gesti per eum sunt informes, & nullius momentis: quia cōtra formam commissionis & mandati, & per hæc tollitur facile, quod dicebatur, ꝙ dominus legatus
10 non potest cōmittere causam cognoscendam † contra ordinem datum a iure: quia istud non militat in casu dictæ cle.dispendiosam.& in causis beneficialibus, in quibus illud cōmittitur iudicantis arbitrio. Et si dicatur, ergo fuit in arbitrio istius iudicis velle sequi, vel non sequi ordinem iudicariū. Respondeo ꝙ istud procedit in iudice ordinario: secus in iudice delegato, cuius potestas omnem sortitur effectum ex cōmissione sibi facta. ergo debuit sequi formam commissionis, faciendo produci libellū, litem cōtestari &c. quæ ad ordinem iudiciarium spectant, & ꝓcessus aliter gestus est ipso iure nullus: quia cōtra formā cōmissionis. Præterea facit: quia ꝓ parte ipsius dñi Gasparis archipresbyteri fuit contra dictum & protestatum in exceptionibus de nullitate processus. & sic
11 dixit glo. notabilis in d.cle. sæpe, ꝙ † partibus inuitis & contradicentibus non potest iudex tollere ordinē datum a iure: quia non potest fieri, ꝙ causa summaria agitetur ordinariè & plenariè, secus si consentirent. ita in proposito parte contradicente nō potuit iudex immutare ordinē datum delegato in ista causa beneficiali, & ꝑ consequens partes iudicis sunt in absoluēdo dictum dñm Gasparem ab instātia & obseruatione iudicij. Et sic non obstat, cū dicebatur, ꝙ dominus legatus fecerit cōtra iuris dispositionem, quia imo facit illud, quod stabat in arbitrio suo. Nec ob-
12 stat, cū dicitur, ꝙ rescriptū † est interpretandū sm iuris cōis dispositionem: quia istud facit ꝓ ista parte. Primo: quia hic nō est opus interpretatione, vbi verba cōmissionis sunt clara & aperta.l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff. de leg.3.l.nō aliter.eo.ti.tū etiam, quia sm ius commune potuit dñs legatus committere istam causam beneficialē cognoscendā ordine iudiciario & plenariè, vt est dictū & ita etiā cōmisit, vt apparet ex superius dictis, & per cōsequens sequitur indubitanter, ꝙ ꝓcessus est nullus: quia cōtra formā cōmissionis & rescripti, & per cōsequēs venit dictus dñs Gaspar absoluēdus ab obseruatione iudicij. ¶ Restat nūc videre quoad merita causæ, videlicet vtrum sit probatū illā ecclesiā esse & spectare ad ius, seu dñium ipsius plebis, seu ecclesiæ plebanæ de Barbiano & per consequens, ꝙ eius collatio spectet ad dictum dñm Gasparem archipresbyterum, & omissis superfluis venio breuissimè ad decisionem, & indubitanter vr̄ esse sufficienter probatum, ꝙ spectet ad ecclesiā de Barbiano, & sic ad dictum do. Gasparem archipresbyterum, quod sic ostendo: dñium probatur testibus infrascriptis, & alijs legitimis probationibus. ita dixit
13 tex.in l.proprietatis † dñium.ver.non tantum instrumento: sed quibuscunque alijs legitimis probationibus ostenditur. C.de prob. sed per istud instrm apparet, ꝙ ista ecclesia est de iure & proprietate ipsius ecclesiæ plebanæ de Barbiano. ergo &c. Secundo hoc probatur fortius ex doctrina Spec. in tit. de emphyt. §.nunc aliqua. versicul.52. vbi dicit, ecclesia canone non soluto agit contra emphyteutam, proponēs ius dñij, ille vero defendens, dicit ecclesiam in re ipsa dominium non habere, nec probari dñium per instrm emphyteusis, quæritur quid iuris. ꝙ autem nō possit quæstionem de dominio referre, probatur. C.de præscri.30.ann.l.si quis emptionis.§.pe.c.constitutus, de
14 relig.do. vr̄ enim † consensisse ecclesiam dominam esse, ex quo recipit ab illa talem cessionem, quam quis a domino recipere solet, arg.l.fi.ff.de diuor.l.1.§. sed si quis.C.de lati.liber.tol.c.ex ore, de his quę fi.a ma.par.c. De elec.c.dudum.el 2.item ex quo instrumento continetur, ꝙ ipse recipit ab ecclesia tanquam a domina, standum est illi, ita vt cōtra illud dicere non possit, argum.l.optimam.C.de contrahend.& commit.stipul.l.cum aliquis.C.de iure deliber.cap.cum venerabilis, de religio.domi.ff.de pignor.l.contrahitur.27.q.2.capit.omnes fœminæ. Item non videtur, quòd possit referre de dñio quęstionem, ei a quo suę possessionis causam accepit.C.de pignor.actio.l.neque creditores, & in cap. inter dilectos, de fide instr. Præterea, aut dicit rem fuisse suam tempore possessionis, aut alterius: si suam, hoc ipso ꝙ ab ecclesia voluit accipere, breui manu videtur dedisse ecclesiæ, & ab eadem in emphyteusim recepisse, arg.l.licet.§.1.ff.de iure doti. & ff. de donat.inter vir.& vxor.l.3.§. sed si debitorē.ff.si cert.pet.l.singularia.præsertim in ecclesia, in qua nō est necessaria traditio.l.fi.C.de sa.san.ec. & maximè ēt in annuum canonem deducendo, propter ꝙ videtur donatio prēsumenda.C.de dona.l.censualis.& l.sequen.si vero dicat alienam fuisse, tūc cum sit præsumptio pro ecclesia contra eum: vt ff.de iureiu.l.si duo patroni.i.responso tenetur suā exceptionem, in qua actor efficitur, comprobare.C. de loc. l.ad probationem.alioquin succumbet tanq̄ actor in probatione deficiēs.l.in exceptionibus.ff.de prob.c.fi.de iureiu.6.q.vlti.actor.& cum fuisset quæstio in facto, refert Spe.ibidem Hug.iudicasse in fauorem ecclesię. Modo in proposito nostro, aut iste Abbas negat istam ęcclesiam dñam, & non potest, quia eo ipso ꝙ ab ea accepit in emphyteusim, seu ad annuam pensionem, vr̄ illam asserere dñam: aut dicit istam ecclesiam spectare ad illam ecclesiam, & tunc sibi incumbit onus probandi, & iam hoc non probauit, aut dicit illā ecclesiam spectare ad monasterium suum, vigore concessionis olim factæ dicto monasterio suo per archipresbyterum, qui pro tpe fuerat: & ideo trāslatum esse vtile dñium in monasterium per præfatam concessionem. Et quantum ad hoc est satis appensate considerandum: quia in ipso instrō dicitur, concessit in perpetuum ecclesiam Sancti Ioannis de saxo forti, hoc autem ordine, ꝙ sacerdos a frabus electus archipresbytero præsentetur, a quo curā animarum & regimen illius populi accipiat, eiq; in specialibus obseruet, quia in territorio suo reuerentiam habebit, statutis quoq; terminis ad plebem vadat, & populū cū letanijs ad eandem plebem conducat, pęnitentias quoq; publicas, seu priuatas, pro beneplacito archipresbyteri, fidelib9 attribuat, & multa alia dēt facere ibi electus, vt apparet in ipso instrō, nec per processum aliquo modo cōstat, ꝙ huiusmodi pacta & conuētiones in instrumento posita & positæ, fuerint aliquo tempore seruatę per ipsum sacerdotem, seu per ipsum monasterium, cui dicta ecclesia fuit concessa. Et etiam considerandum est, ꝙ dñs sufficiēter probauit ecclesiam suam plebanā tenuisse & possedisse, ac tenere & possidere dictam ecclesiā Sancti Ioānis de saxo forti, & sacerdotes constitutos ibi ꝑ archipresbyterū possedisse terras & bona ipsius ecclesię, nec est probatū ex parte Abbatis, ꝙ ipse, vel sui prædecessores possederint dictam ecclesiam, aut eius bona, aut ꝙ elegerint sacerdotem in dicta ecclesia: modo istis consideratis manifestè infertur, nullum ius competere dicto Abbati, seu eius monasterio in dicta ecclesia Sancti Ioannis. Primo per ipsum instrumentum

instrumētum probatur, dictam ecclesiam esse & spectare ad dominiū ecclesiæ plebanæ de Barbiano per superius dicta, & maximè quia ecclesia nō agit actione personali, nec rei vendicatione, sed est rea in casu nostro, iuxta no. per Bar. l. legata. ff. de adi. lega. & per Spe. in d. §. nūc aliqua. versi. 52. & 53. & 54. & 55. probatur etiam hoc ex possessione continuata per archi-
15 presbyterum prædictum. vnde † qui semel fuit dominus, præsumitur dñium ɔtinuari in eo. l. siue possidetis. C. de ꝓba. & qa nūc possidet, & olim iā possedit, vt apparet ex dicto instrumento: ergo sequitur, ꝙ præsumitur, ꝙ medio tempore possederit, vt dixit gl. in d. l. siue possidetis. C. de probat. vnde pulchre dixit
16 Bal. C. de nouo codi. cōpo. in princ. ꝙ † probatis extremis media præsumūtur. vnde si probatur, ꝙ quis possederit a principio & in fine, nec apparet alium possedisse medio tempore, ꝙ possessio præsumitur cōtinuata: vt plenè per Iaco. de Are. in l. 1. ff. sol. ma. & in l. 1. §. 1. ff. de iti. actuq; priua. facit gl. valde notabilis ī c. volumus. 16. q. 4. q tenet, ꝙ sufficit ꝓbare extrema, scilicet principium possessionis & finē: quia media præsumūtur, quam gl. sequūtur doctores cōmuniter. Facit dictum Bal. in l. Celsus. ff. de vsucapi. vbi dicit, ꝙ sufficit probare initium possessionis, & allegare nunc possessionem de præsenti: qa q semel
17 † possedit, pręsumitur nunc possidere, ex quo allegat possessionē ad cōmodum proprium: vt in pręalleg. l. siue possidetis. facit, quod dicit D. Abbas de Sicilia in c. accedentibus. de priui. vbi tenet istē partē, quam dicit teneri per doctores communiter. nam perditio possessionis est quid accidens, cum requitatur desertio animi & facti, quæ non præsumuntur, quinimo semel qualitas apposita præsumitur adesse: vt no. in c. semel malus. de regul. iur. lib. 6. & in c. si forte. de elect. li. 6. & in c. fi. de pſumpti. facit, qđ no. D. Anto. in c. cū ad sedē. de restitu. spoli. & qđ not. idē Baldus in lege, siue possidetis. præallega. cū ergo ex instrumēto prefato appareat dictam plebem possedisse & habuisse dictam ecclesiam sancti Ioannis, & rectores & archipresbyteros dictæ plebis dictam ecclesiam habuisse & contulisse, & de præsenti probatur possessio & etiam collatio: ergo præsumitur continuata medio tempore. ergo apparet huic clerico de Taculis competere ius ex collatione prædicta, cū dicta ecclesia sancti Ioannis spectet quo ad dominiū & possessionem ad ipsam plebem. Est præterea ad-
18 uertendum, ꝙ commoda † possessionis sunt plurima in iure, vt plene ɔnumerat gl. in c. 1. de cōten. inter do. & fidel. nam releuat possidētem apponere ꝓbandi, vt ibi. & facit institu. de interdic. §. cōmodum. Transfert onus probādi in aduersariū: vt l. siue possidetis. præalleg. Inducit præsumptionem: vt in l. pe. ff. de condi. insti. impedit executionem, vt in l. ob maritorum. C. ne vxo. pro ma. Item ex possessione, præsumitur titulus, vt in clementina j. de cau. pos. alle. vt lit. pendent. vbi est casus singul. quòd ex possessione præsumitur titulus, non solum quoad fauorem possidentis: sed etiam quoad tertium. Nunc in proposito nostro, cum iste presbyter sit in possessione istius ecclesiæ, transfert onus probandi in aduersarium, dictam ecclesiam spectare ad ipsum monasteriū, hoc autem nō probauit dominus Abbas: ergo sequitur, quòd non poterit se adiuuare, & intentionem suam fundare per ipsum instrumentum concessionis perpetuæ: ex eo quia regulam habemus verissimam, ꝙ
19 vbicunq; aliquis tenetur adimplere † aliquid ex parte sua in contractu, si ex illo contractu aliquid petit ab aduersario, est necesse, quòd primo probet impleuisse contractum ex parte sua, ita probatur in l. si pecuniam. ff. de condictione ob cau. vnde bellissimè dixit Bald. in capitulo primo in titulo, qualiter dominus feu. priu. ampliando hoc procedere etiam in pœnis: vt petens pœnam ex contractu, si aliquid debeat adimplere, debet prius probare, se impleuisse contractum ex parte sua. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. l. si non fuerit. ff. de iureiurand. l. in testamento. ff. de conditio. & demonstrationib. sed iste Abb. debuit multa adimplere, vt apparet ex dicto instrumento, nec probauit illa ex parte sua impleuisse. ergo sequitur, quòd vigore illius concessionis perpetuę petere non potest. & sic non potest se fundare ex illo instrumento, & quòd non adimpleuerit, hoc apparet ex possessione, quam dicti archipresbyteri habuerunt de dicta ecclesia sancti Ioannis, cum etiam præsumatur continuata talis possessio medio tempore, vt est dictum: ergo sequitur, quòd nullo modo potest allegare ad sui commodum dictam concessionem. Facit, quod not. Baldus in l. ex placito. C. de rer. permuta. in 10. quæstione, vbi dicit: dedisti mihi seruū furem, qui multa damna mihi intulit, quòd non potero agere contra te, nisi primo probem impleuisse contractum ex parte mea: ita est dicendum in proposito, & per consequens non potest allegare ad suum commodum Abbas præfatus dictam concessionē. Et ex istis manifestè apparet, ɔpetere dicto domino Gaspari Archipresbytero circa collationē dictæ ecclesiæ, & apparet de aperto iure ipsius clerici de Taculis: & sic nullum ius competit dicto monasterio, nec dicto monaco. Præterea est etiam ponderandum, quòd ex alio apparet liquidissimè nullo modo ius cōpetere dicto monasterio, nec dicto Abbati. nam ad validandā alienationē rei ecclesiasticę
20 reqruntur † duo, aliàs dicta alienatio est nullius momenti, cā iusta, seu vtilitas euidēs ipsius ecclesiæ, & solēnitas canonica, in tantū ꝙ si vnū ex illis deficiat, ɔcessio est nullius momenti: ita bellissimè ꝓbat tex. in c. ad aures. in versic. ad maiorem ecclesiæ vtilitatem. & in c. vt super. in ver. possessiones vero, quæ ecclesię tuę minus sunt vtiles, ꝓ alijs vtilioribus, de fratrū tuorū, & sanioris partis consilio & assensu alienādi, seu commutandi liberam cōcedimus facultatē. de reb. eccle. non alien. Facit ca. tua. in versic. ne quis episcopus de rebus ecclesiæ quicquam donare, vel permutare, vel vēdere audeat, nisi forte aliquid horū faciat, vt meliora prospiciat, & totius cleri tractatu, atq; consilio id eligat, ꝙ nō sit dubiū ecclesię ꝓfuturum. de his, quæ fiūt a præla. sine consensu capituli. facit ca. cum apostolica. eod. titu. & sic ex istis iuribus clarissimè apparet, ꝙ prælatus ecclesiæ non pōt alienare res ecclesiasticas, nisi interueniat euidēs vtilitas ecclesiæ & solēnitas canonica: istud tenet gl. in c. j. de in integ. rest. & ibi per Ioannem Caldarini, gl. in c. j. de rebus eccle. nō alie. li. 6. & in cle. j. e. ti. Hosti. & doctores in d. c. tua. & Arch. & in c. 2. de rebus eccle. non alie. libr. 6. & ibi dom. Dominicus de sancto Geminiano. Federicus de Senis. cōsilio 137. licet gl. in ca. sine exceptione. & in sum. 12. q. 2. tenuerit sufficere, ꝙ interueniat solēnitas canonica: tū ꝑ oēs doctores cōiter reprehendit. Mō in ꝓposito nr̄o, si bñ pōderet instr̄m cōcessionis, in eo nō interuenerūt illa duo, scilicet euidēs vtilitas, & solēnitas canonica, primū patet, ꝙ nulla vtilitas euidēs interuenerit: ex eo qa alienauit ecclesiā, & dñium eius plebi spectantē ꝓ tribus solidis singulo anno, qnimo iura superiꝰ allegata requirunt, ꝙ cedat illa alienatio in meliorē vtilitatē ecclesię, q̃ antea. & istud nullo mō appet, & sic isto capite ista concessio non tenuit, nec etiam interuenit solennitas canonica: ex eo qa debuit interuenire consilium, seu cōsensus canonicorū dictę plebis, & certè si bene pondereṫ dictum instrumentū, non interuenit hoc: licet enim in dicto instrumēto dicatur, & cōsilio fratrum suorum, nihilominus

21 non specificat, nec nominat † sigilatim & particulariter nomina illorum canonicorum, quod faciendũ fuit. vnde non debuit esse ita in genere talis nominatio, sed debuit esse in specie, dicendo, cõsilio, & consensu talis canonici, &c. & ita communiter consueuit fieri & obseruari. Et ita ex isto capite non cõpetit aliquod ius. Præterea accedat etiam ad hæc, qa vbi-
22 cunq; † ecclesia concedit rẽ aliq̃ ad annuum canonẽ soluendũ, p cessatione biennij cadit ab illa re ille talis. ita probat in ca. potuit, de locat. in auth. q rẽ. C. de sacrosan. eccl. facit, quod no. per doctores in l. 2. C. de iure emphy. Modo in proposito, non apparet, ꝙ monasteriũ predictũ soluerit dictã annuã pensionem. ergo sequitur, ꝙ cecidit iure suo, posito non tamen cõcesso, ꝙ dicta cõcessio de iure tenuisset. Facit qđ dixit Inno. in c. quod super his. de accusa. vbi dixit, ꝙ si op-
23 ponitur contra electũ periuriũ, † & probatur, ꝙ promisit soluere infra mensem, & ꝙ mensis est elapsus, an sit sufficienter probatũ periuriũ, cõcludit, ꝙ si ista exceptio opponitur ab illo, cui debebat fieri ista solutio infra mẽsem, ex quo habet intentionẽ suã fundatã, videtur ꝓbatũ eo ipso, ꝙ probatur, ꝙ infra mẽsem debebat soluere. & sic debitor debet ꝓbare soluisse. & idem in c. proposuit. de cleri. excõ. mini. modò in ꝓposito opponitur ꝯtra istũ Abbatẽ, ꝙ non soluerit: ideo cecidat iure suo. Facit etiam, ꝙ ex quo instrumentum istud est antiquissimum, & probatũ est, ꝙ dicta ecclesia plebana est in possessione ipsius ecclesiæ, & in possessione iuris cõferendi, nec est probata possessio per ipsum Abbatẽ, præsumendũ est, ꝙ nõ soluerit, & sic cecidit a iure suo, si quod habebat, licet in veritate nullum ius habuerit: quia illa cõcessio nõ emanauit in forma & solennitate requisita a iure: tum etiam quia per spatium tanti tẽporis præsumẽdũ est pro iure ipsius plebis, arg. l. si filius. C. de pet. hæ. & l. qui in aliena. §. ꝙ si non adierit. ff. de acq. hære. & qđ not. Inno. in c. illud. de præsump. & Hosti. in ca. licet Heli. de simo. & Bal. in d. l. siue possidetis. Et sic ex superius dictis liquidè constat, dictum plebanum habere ius in ipsa ecclesia, & nullũ ius competere dicto monasterio. Et sic in fauorem ecclesiæ plebanæ concluditur.

EPITOME.

¶ Contendit hoc consilio Barb. facta reuocatione concessorum a Papa Eugenio, vnionem prioratus cuiusdam factam iam ante per executionem, causa cognita, & sententia inde secuta, & executioni mandata, non contineri: ac collationem illius prioratus alteri deinde factam multis, variisq; rationibus subreptitiam esse. Cum autem a fratribus huius prouisi multa solicitè gesta essent, quæ ad hanc prouisionem tendebant, ostendi huius voluntate & conscientia facta esse, cum eoque episcopum iniuria affectum iniuriarum posse agere.

SVMMARIVM.

Possessio non vocato possessore auferri non potest. nu. 1. & 12.

Literæ Papæ ad eum casum nõ spectant, cui earũ verba non conueniunt. nu. 4.

Rescriptum contra sententiam obreptitiam præsumitur, nec valet siue clausula, non obstante sententia. nu. 7. & 8.

Princeps ius alicui quæsitum auferre velle non præsumitur. numero 9.

Papa factum pro infecto haberi nõ facit. fallit tamen, vt numero 11. & 17.

Papa plenissimam habet in beneficialibus potestatem, suadente iusta scilicet causa, non mera voluntate. nu. 13. & 15.

Principem iusta causa moueri quomodo accipiendum. nu. 16.

Clausula ex certa scientia secundæ collationi adiecta primam non infirma, nisi motum proprium Papa adiecerit. nu. 20.

Surreptitias fuisse bullas, de quibus agitur, varij ostenditur modis. nu. 21. & 23.

Papa cum se plenissimè informatum dicit, quomodo intelligendus sit. numero 22.

Factum a fratre, quod vtilitatem fratris concernit, an illius voluntate factum dici possit. numero 30.

Simoniam committit, qui ad beneficium obtinendum domino tẽporali pecuniam dat, & ab altaris ministerio perpetuo deponendus est. numero 33.

Clericus publicus concubinarius beneficio priuandus est. nu. 34.

CONSILIVM XIII.

A Ioue principium Musæ Iouis omnia plena. Virgilius in bucolicis: glos. in capitulo sedes Apostolica. de rescriptis. capit. principatus. & c. cum Paulus. 1. quæstione 1. ideo optimi maximi Dei omni inuocato præsidio in cã Reuerendissimi D. dñi epi Parmensis visis literis apłicis, & alijs in pũcto enarratis, capio primã dubitationem. Vtrum reuocatio facta per dominum Eugenium comprehendat vnionem iam factam per executionẽ causa cognita, & sententia inde secuta, & executioni mandata, domino episcopo præfato adepto possessionẽ. Et videtur dicendum ꝙ sic. & primo præsuppono, ꝙ in istis beneficialibus Papa habet omnimodam potestatem. c. innotuit. de ele. clẽ. 1. vt lite pendẽ. c. proposuit. de conces. præben. c. per venerabilem. qui fi. sint leg. quo ꝓsupposito arguo sic. vbicunque præcessit prima collatio, & postea cancellatur & irritatur, & fit secunda collatio: tũc prima est nullius momẽti, & secunda remanet firma: ita decidit solẽnis text. & ibi gloss. ordinaria in c. inter dilectos. de exces. prelat. & in c. quia diuersitatem. de concessio. preben. & in c. auditis. de elect. firmant omnes scribentes, in c. cum nostris. de concess. præbend. sed in casu nostro primo ista est causa beneficialis. ergo potuit Papa ꝓ velle disponere, vt apparet ex primo præsupposito. & bene facit, quod no. Inno. in c. 1. de constit. sed primò fuit cancellata prima collatio, & primæ literæ, vt apparet, dum dixit, reuocamus ex certa scientia, & annullamus & cassamus, nulliusque roboris, vel momenti fore, & pro talibus ab omnibus existimari & censeri, ipsisque in iudicio, vel extra vbicunque exhibiti fuerint, nullam fidem adhiberi debere, imo ipsas literas & supplicationes de registris penitus cassari, abradi, & aboleri, &c. in quibus verbis aperto ore apparet, quòd Papa annullauit illam primam vnionem: ergo sequitur necessario, quòd secunda collatio valuit & tenuit, & per consequens nihil potest dominus episcopus allegare in fauorem episcopatus de illa prima vnione. Secundo pondero, quòd in dictis bullis dicitur, literas prædictas & processus desuper habitos reuocamus, &c. quo casu videtur, quòd D. Eugenius reuocauerit ipsam vniam. Primo appellatione processu venit sententia, ita bellissimè Ioan. Andr. in capi. vt super. de appella. libro 6. facit, quod not. in c. quoniam contra falsam. de proba. & sic non potest obijci, quòd non fuerit facta mentio sententiæ latæ super vnione prædicta. Tertio facit, c. de multa. de præben. §. is quoque. vbi videtur casus formalis, quòd ad hoc, vt valeat collatio beneficij, sufficit, quòd vacet de iure, nec requiritur aliud: sed in casu nostro vacat iste prioratus de iure; ex eo, qa Papa irritauerat, & annullauerat dictam collationem

nem & vnionem.ergo sequitur, quòd hoc fuit sufficiens.Et si quispiam dixerit, quòd dispositio illius.§. is quoque.procedit in ordinario collatore, & immediato,non aũt procedit in ipso Papa, seu in eius executore. Ad hoc respondeo,ꝙ multo magis habet locum in Papa,qui est ordinarius vniuersalis: vt in ca. cuncta per mundum.& in capit.per principalem.9. q.3.cum sim.Quarto est considerãdum , ꝙ in dictis literis apponitur clausula , ex certa nostra scientia , quo casu videtur tollere, si quis defectus appareat : vt in l. quidam consulebant.ff. de re iudicat.l. idem Vlpianus.ff.de excu.tut.cap.2. de scisma.cap. diuersis fallacijs.de cler.coniuga.c.veniens.de fili.presby. cum similib. Et sic habent illa verba virtutem clausulæ derogatoriæ.Et ex istis videtur dicendum, ꝙ dicta collatio valet, & tenet non obstante dicta vnione & sententia & possessione inde secutã. ¶ Et quanquam ista sint colorata,tamen casum nostrum non attingunt:ideo illis non obstantibus contrarium puto de iure verius : ac dicendum , ꝙ dicta collatio sit surreptitia,& nullius momenti:quod ostendo. Pos-
1 sessio ipsius† prioratus acquisita ipsi domino episcopo non potuit sibi auferri ipso non citato, aut vocato, etiam si esset iniusta.l. si deserta. C. si ob public. pensi.& ibi dixit Bald.Iaco.de Are. allegare illam.l. & Innocen.nam dicit Innocen.in ca.inter quatuor. de maio.& obe. ꝙ possessio etiam iniusta nemini est auferenda sine causæ cognitione.l.fina.C.si per vim vel alio modo.l.fin.C.de bo.vacan.lib. 10.l.facultas. C.de iure fis.l.j.C. de priuile.fis.l.cũ miles. ff.ex qbus cau. maio.l.a diuo Pio.§.si super rebus.ff. de re iudi. ideo dixit Bald.in l.si maritus.C.de dona. inter vi.& vxo.ꝙ licet clericus sit ipso facto priuatus beneficio, tamen possessio non est sibi auferẽda sine causæ cognitione,& in l.nam ita diuus.ff.de adop.dixit, ꝙ ẽt notorius prædo non priuandus sua possessione. & quod no.idem Bald.in l.si pacto, quo pœnam.C.de
2 pactis,quòd tenuta † aut adiudicatio bonorum non potest fieri ordine iuris non seruato, & quod not. idem Bald.in l.ob maritorum.C.ne vxor pro ma. & not.plenè per doctores in ca.referente,de preben.& in c.cum nostris.de concess. præben.facit,qđ dixit dominus Dominicus in c.licet episcopus.de preben.li. 6.vbi arguit contra multos executores, qui faciunt vocare possessorem , & licet offerat separatum probare de iure suo, illo repulso tradunt possessionem alteri,& faciunt malè secundum eum: quia ille tex. vult,ꝙ propter hoc vocetur,si habet ius retinẽdi.& ideo dixit Ioannes mona.ibi,& Arch.in c.ordinarij. de offi.ordi.li.6.& sequitur Io.An.& Lapus, Abbas in d.cap.licet episcopus.ꝙ si tempore collationis beneficij interuenerit causæ cognitio, & vocatio possessoris,valet,qđ agitur: secus si non interuenit citatio possessoris tẽpore collationis.allegat Innoc.in c. cũ olim.de priuileg.facit notabile dictum Io. Andr. in addit.Specula.in titul.de peti.& pos.ad fin.vbi dicit, possessorem nõ posse priuari sua possessione,nisi eo vocato,cui forsan ius retentionis competit. allegat.d.c.licet episcopus.& dicit aduertẽdum,ꝙ illa decreta loqtur in ordinario collatore, cuius iurisdictio est fauorabilior,q̃ delegati.c.si.de re iudi. & dat regulam, nunquam possessorẽ saltem coloratũ posse ẽt per iudicem sua possessione priuari, nisi causa de hoc cognita, & sic eo citato, per iure allegata in d.c.licet eps. Et si dicatur, ista procedunt in ordinario inferiori a Papa, vel delegato, seu executore,secus in Papa.Ad hoc respondeo, hoc negando, & adduco doctrinam Io.Cal.in d.c.cũ nostris.de concess. præben.vbi dicit,ꝙ si possessio est colorata,nõ impeditur collatio facta ab ordinario: ẽt si non fecit mẽtionem de possessione colorata: quia est ordinarius collator naturalis & immediatus:in Papa autem, q est ordinarius collator,sed mediatus,concludit,ꝙ si collatio est facta a Papa proprio motu, tenebit collatio per id , quod habetur in ca.si motu proprio,de
3 preb.lib.6.Si vero † est facta ad petitionem alterius, tunc talis collatio facta a Papa non facta mentione de possessione alterius colorata non tenet : quia Papa non præsumitur scire possessionem alterius, ar.c.j.de consti.lib.6.secus dicit in ordinario naturali immediato: quia præsumitur scire propter visitationem,quam habet facere singulis annis : vt in ca. ordinarij.de offi.ord.libr.6. & D.An.in d.c.cum nostris.reprobat dictum Ioann.Cal.in quantum dicit, ꝙ collatio propriè facta motu proprio non facta mẽtione de colorata possessione tenet : ex eo quia licet motus proprius firmet rescriptum cõtra vitium surreptionis:vt in d.c.si motu proprio.non tamen contra aliud impedimentum : vt ibi not. & sic non debet confirmare ad præiudicium possidentis : quia non est verisimile,ꝙ Papa velit priuare possessorem iure suo.dicit tamen D. Anto.ibi dictum Ioan. Cal. posse seruari , quando Papa confert motu proprio, & ex certa scientia,& sic non valet collatio Papæ facta, si non fiat mentio de colorata possessione, nisi fiat motu proprio secundum Io. Cal. & secundum do.An.debet etiam concurrere certa scientia ipsius Papæ. Modo in proposito hic fuit facta ista collatio prioratus ad preces & petitionem domini ducis, & aliquorum de ciuitate Parmensi,& sic licet interuenerit certa scientia Papæ, non tamen interuenit ꝓprius motus.ergo sequitur, ꝙ non videtur præiudicasse domino episcopo : cum ergo facta fuisset vnio & sortita fuisset effectum : & translatus & incorporatus fuisset dictus prioratus in ius & possessionem mensę episcopalis Parmensis.Ergo sequitur, ꝙ non videtur fuisse de mente & voluntate Papæ voluisse priuare episcopatum possessione dicti prioratus episcopo Parmensi non vocato, nec citato, nec super hoc discusso de iure ipsius episcopatus,merita enim causarum partium assertione ponduntur.Vnde nec ordo iuris,nec mens & voluntas Papæ hoc postulauit. ergo tales literæ nullo modo præiudicarunt iuri ipsius episcopatus ex hoc capite. Et si quispiam dixerit , amice, tempore, quo iste Simon impetrauit dictum prioratum,& tempore datæ ipsarum literarum dominus episcopus non erat in possessione ipsius prioratus. Quia ad hoc est diligenter aduertendum,quòd D.episcopus ad instantiam ipsius Simonis fuit detentus Mediolani ab ipso Duce, vt renuntiaret iuri quæsito in ipso prioratu , & fuit opus dimittere bullas dicti prioratus . vnde propter hoc nõ desijt episcopus possidere dictum prioratum,quinimo habetur pro possidente, ex quo facto ipsius Simonis impediebatur suam possessionẽ exequi , iuxta no.in clemen.j.de for.compe.& in l. quàmuis. ff. de bo.auth.iud.poss.& in ca.olim.el 2. de restit.spo. vnde licet dimiserit bullas D.episcopus,non tamen propter hoc perdidit possessionem,& sic talis collatio non tenuit, nec in hoc passu intendo disputare de potestate summi Pontificis: sufficit enim, quòd non interuenit voluntas domini Eugenij. Secundo in dictis literis dicitur: reuocamus literas predictas, & processus desuper habitos, & videtur aperto ore dicendum , quòd Papa non reuocauit ipsam vnionem, & incorporationem translatam in ipsum episcopatum per sententiam & executionem sentẽtię, quod ostendo liquidissimè hoc modo. Ad illum ca
4 sum † non adaptatur literarum dispositio,ad quem casum non adaptantur ipsarum verba . ita firmat Barto.in l.4.in prin. per illum text.ff.de damn.infec. vbi dicit, statuto municipij cauetur , quòd de contractu

tractu soluatur gabella sex denariorum pro libra,& sit contractus super re inæstimabili, ꝙ tunc non soluetur gabella: quia verba statuti non adaptantur ad illum casum. ergo nec dispositio eius facit quod no. ibi Angel. Raphael,& Ioann. de Imol. facit. l. ita autem.& ibi Barto. ff. de administ. tut.& l. quod constitutum. ff. de testa. mili.& l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusatio.& l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. de verbo. signi. cap. indemnitatibus. §. sed cum eas.& ibi Dominicus, de elect. libr. 6.& cap. ex parte Astensis. de concess. præben. sed in casu nostro verba illius literæ, seu literarum apostolicarum non adaptantur ad casum nostrum. ergo non adaptatur earum dispositio. Primo non adaptantur illa verba, ad prędictas literas, quia ex eo iam fuit lata sententia, cognito de causa vigore illarum literarum,& iam illa sententia sortita fuit suum effectum, & transiuit in rem iudicatam. vnde ista stant simul, quód literæ fuerint cassatæ,& annullatæ, non tamen vnio, quæ iam fuit sortita suum effectum, nec fuit intentio Papæ vel præiudicare episcopatui in iure iam quæsito, quinimo Papa videtur considerasse ipsas literas, prout non fuerant sortitæ effectum, & de literis fecit mentionem. Nec etiam per illa verba, videlicet,

5 & † processus desuper habitos, videtur considerasse ipsam sententiam, hoc decidit glo. valde solennis in cle. appellanti. de appel.& ad hoc allego text. in c. finali. de fer. in ver. nec processu, nec sententia teneat, vbi ponuntur vt diuersa. Facit lex, 2. C. vt lite pendẽ. vbi acta & pronunciatio ponuntur vt diuersa. facit lex, a proconsulibus. C. de appella.& c. quoniam cõtra. ibi, vniuersa acta iudicij. de proba. facit. cap. præsentata, ad fi. de testi. ibi, iuxta acta debeat ferri sententia, & sic Papa reuocando processus inde habitos, non reuocauit ipsam sententiam.& per consequens vnio nullo modo videtur reuocata. Tertio, in casu nostro sententia vnionis transiuit in rem iudicatam, lata per ipsum executorem, vnde posito, non tamen concesso, ꝙ per illa verba, processus &c. includeret̃ sentẽtia diffinitiua: nõ tñ includeret̃ sententia, quæ fecit transitum in rem iudicatam: quia

6 † aliud est sententia,& alius res iudicata: seu quãdo transiuit in rem iudicatam, vt dixit Io. An. in rubrica de re iudi. vnde tales literæ, primo non includũt sententiam iam latam super vnione,& posito, non tamen concesso, ꝙ includerent; non tamen comprehendunt transitum in rem iudicatam, facit. l. causas. C. de transa. vbi rescriptum principis non tollit causas transactione finitas, nisi aliter appareat expressius. ergo nec causas finitas per sententiam transeũtem in rẽ iudicatam. facit. l. impetrata. C. sen. rescin. non pos. vbi rescripta post latam sententiam ad rescissionem sententiæ non valent,& ibi dit gl. ꝙ si in rescripto esset clausula, sententia non obstante, qđ iustum fuerit determinetis: ꝙ tunc valeret rescriptum, sed hic hoc non fuit dictum: ergo.& ideo dixit Innoc. in c. audita. de resti. spo. quem refert & sequi. Bald. in d. l. impetrata. ꝙ

7 † rescriptum cõtra sententiam diffinitiuam semper præsumitur obreptitium, si sentẽtia est iusta.& ideo etiam dicit ibi Bal. ꝙ si principi narratur factum integrum, & rescribit ex certa scientia, non est necessaria clausula, nõ obstante sententia: cum ergo in casu nostro non fuit narratum factum integrè Papæ: qa non fuit expressum de sententia transeunte in rem iudicatam,& de possessioue, quam episcopus fuerat adeptus. ergo fuit uecesse dicere, non obstante sententia diffinitiua: ergo collatio ista redditur surreptitia. ca. ad audientiam. c. postulasti.& cap. constitutus. de rescrip. cum si.& per consequens nullius est effectus.& ideo dixit Bald. in . j. C. de relati. ꝙ est fienda mentio de statu causæ. ergo multo magis de transitu in rem iudicatam.& bene facit, quod no. D. Petrus de Anch. in consilio 16. facit etiam, quod dixit Bald. in d. l. im

8 petrata. vbi dicit, pone, quòd ex sententia † est translatum dominium: an sit necesse, quòd princeps dicat in rescripto, non obstante sententia,& dominio inde secuto.& decidit, quòd est necesse, ꝙ saltem dicat, non obstante sententia, quanto magis in casu nostro, cum erat nedum quæsitum dominium: sed etiam possessio ex sententia illa. ergo debuit facere expressam mẽtionẽ de illa sententia. Quarto si dicatur, amice, iam illa sententia quoad ipsum superiorem non transiuit in rem iudicatam: vt in c. cum dilecti. de elect. cum sim. Ad hoc respendeo licet quoad superiorem non transiuit in rem iudicatam, tamen quoad alios transiuit in rem iudicatam, vt ibi no. Et ideo ex quo agitur de fauore & de præiudicio mensæ episcopalis, debuit fieri mentio de transitu in rem iudicatam, & de possessione inde secuta. nõ

9 enim est † præsumptio, quòd Papa voluerit tollere ius quæsitum effectualiter episcopali mensæ, argu. c. quamuis. de rescrip. lib. 6. c. super eo. de off. deleg. l. cum auus. C. de eman. libe. cum simil. Facit etiam, qnod dixit Bal. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vti. publi. in versi.& præmittere ad euidentiam, vbi dicit Innocen. dicere, ꝙ in vanum dicitur impetratum illud, quod est impetratum contra sententiã, quæ transiuit in rem iudicatam, allega. Innocen. c. cum inter. de re iudic.& sic videtur decisa ista quæstio. Quinto si dicat̃, Papa annullauit, cassauit,& irritauit literas & processus: ergo videtur irritasse omnia ex illis secuta, licet enim factum non possit esse non factum, vt l. in bello. §. factæ. ff. de capti.& gloss. in l. j. C. de rap. virg. 32. quæstione 2. cap. si Paulus. ta

10 men Papa † potest facere factum haberi pro non facto quoad effectum: ita est text. formalis in clemen. j. de immunita. eccl. facit. 25. quæstione 2. cap. imperiali. capit. 2. de testi. capi. non solum. de regula. libr. 6. l. non dubium. C. de legi. 10. dist. cap. vides fili charissime.& non factum pro facto. cap. is qui. de sponsal.& non sic, pro sicut. clementina vna. de concess.

11 prẹben. Ad hoc respondeo, istud esse † verum, vbi Papa apponit illa verba, volumus constitutionem literæ pro infecta haberi.& ideo dixit gloss. in dicta clementina j. ꝙ vbicunque Papa reuocat constitutionem:& mandat illam haberi pro infecta, est sublatus omnis effectus:& omnis solennitas, qu ę exigeretur pro absolutione petenda. Per quam gloss. dixit D. Abaas de Sicilia in capit. quæ in ecclesiarum. de const. quòd vbicunque constitutio tenuit,& vigore illius constitutionis factæ sunt alienationes, postea Papa mandat illam constitutionem haberi pro infecta: nihil aliud exprimendo: tunc omnis effectus eius est sublatus. Et ideo reuerendus dominus Cardinalis in c. qa diligentia. de elec. dicit, pone, quòd fiscus confiscauit bona alicuius propter delictum, & illa bona postea alienauit, & restituit illum talem: an videatur restituisse ad bona iam alienata, & concludit quòd non: per ea quæ no. Barto. in l. Gallus. §.& quid si tantum. ff. de liber.& posthum. facit, quod no. idem Barto. in l. fin. C. de sen. pas.& Ange. in authen. de hær.& falci. in prin. Albericus de Rosate in authen. idem est de Nestorianis. C. de hæret. D. Petrus de Anchara. in c. quamuis. de rescrip. lib. 6. D. Abb. in cap. j. de parochijs. Subdit postea ibi D. Cardinalis, quòd aliquando restitutio conceditur per superiorem in bellissima forma, videlicet restituimus in integrum, non obstante aliqua constitutione, quam volumus haberi pro infecta: quia hoc casu dicit se vidisse seruari in quæstione facti, quòd emptor non fuit admissus excipiendo de confiscatione

tione, ex quo superior illam habuit pro infecta, & sic expresse vult, quod tunc est sublatus omnis effectus constitutionis, & similium, quando Papa illam reuocat, & disponit haberi pro infecta. & pro illa glo. ita etiam voluit D. Abb. in cap. si aliquando. de sent. excommu. & dominus Anton. & Io. de Imo. in cap. cæterum. de rescri. Et ideo dixit idem dominus Cardinalis in cap. ad petitionem. de accusat. se vidisse in contingentia facti, Papa mandauit executori, quòd cum minister Sancti Antonij ordinis minorum esset renuntiaturus in capitulo generali, acceptaret talem renuntiationem, quam etiam ipse in commissione in illū casum acceptat, & mandauit alteri prouideri de prouincialatu: ita factum, deinde Papa reuocauit illam commissionē, & omnia inde secuta, & voluit pro infectis haberi, an per hoc dicatur primus minister remanere minister, videtur quòd sic per prædicta, quod dicit esse mirabile, quod resurgat titulus extinctus: contra. l. si res. §. arcam. ff. de solu. sed hoc dicit euenire ideo; quia fingitur, quòd illa renūtiatio non interuenerit, propter illa verba, haberi pro infectis. Subdit postea, quòd omnia, quę fecit secundus minister remanebunt firma: & valida: finge, inquit, quòd alienauit in forma debita & canonica, an illa alienata reuocabuntur propter illam reuocationem Papalem: & decidit quod non, & est diligenter ponderandum, quòd D. Cardinalis loqutur, quando reuocauit constitutionem & inde secuta, & mandauit ea haberi pro infectis, & ēt consuluit in illa q̄stione. Modo in proposito nostro, Romanus Pontifex licet mandauerit, illas literas & processus nullius roboris fore, & cancellari de registris, non fuit vsus illis verbis, & pro infectis haberi volumus, nec fuit vsus illis verbis, & inde secuta. ergo sequitur, quòd effectus iam consumati nō sunt reuocati, nec Papa illos reuocauit, quia iam expressisset. ar. c. de audientia. de deci. c. maiores. de baptis. l. j. ad fin. C. de cadu. tol. l. j. ff. si mēs. fal. mo. dix. ergo sequitur, quod non potuit dominus episcopus priuari possessione sibi iure quæsita ex sententia lata vigore dictarum literarū. Præterea facit, quod not. Innocen. in cap. solici. c. de resti. spol. vbi quærit, aliquis est priuatus iure suo, qđ habet in beneficio, an ordinarius possit cōferre absque alia cognitione dictum beneficium, & concludit quod sic, & in hoc exequitur officium suum: sed an possit dare possessionem propria auctoritate illi, cui contulit. & decidit quòd sic, quòd si ille est priuatus ipso iure beneficio, potest absque causæ cognitione priuare illum possessione: quia sic priuando, exeq̄t suum officium. Io. An. ibi dicit hoc esse verum quo

12 ad collationem beneficij, sed non † quoad possessionem: & allegat. d. c. licet episcopus. de præben. lib. 6. in ver. cum tibi forsan ius possit competere retinendi: non debebit illum te non vocato in possessionē ipsius inducere corporalē. Modo in casu nostro Do. episcopus non erat priuatus ipso iure ipso prioratu vnito suæ mensæ episcopalis: ergo cum Papa illum priuauit, debuit adhibere causæ cognitionem, cum merita causarum partium assertione panduntur. l. fin. C. si per vim vel alio modo. & ideo dixit text. in c. j. de causa posse. & proprie. nos cōtra inauditam partem aliquid diffinire non possumus, nec debemus: cum ergo fuerit priuatus causa non cognita. ergo non potuit conferri alteri, nec priuari possessione sua, eo non citato, vt voluit Ioann. An. & multo minus in casu nostro, cum Papa ignorauerit vnionem fuisse assecutam effectum per sententiam transeuntem in rem iudicatam. Præterea facit, facilius a nobis abdicatur ius quærendum, quàm ius quæsitum, vt voluit Inno. in c. admonet. de renun. Fed. de Senis cōsi. 9. tex. in l. quid autem. ff. quæ in frau. credi. l. seruus. C. de iud. l. si sponsus. §. si maritus. ff. de dona. inter vir. & vxo. dominus Cardinalis in capitulo. tua. de his quæ fi. a præla. & in capi. vt super. de re. eccle. non alie. & in c. potuit. de loca. sed in casu nostro Papa putauit ius esse quærendum in dicto prioratu ipsi domino episcopo & nō esse quæsitum: ideo nimirum si ita scripsit, cum facilius abdicetur ius quærendum: sed si sciuisset ius fuisse quæsitum, & quòd dominus episcopus habuisset possessionem & dominium dicti prioratus, nullo modo est præsumendū, quòd ita scripsisset. non enim debet oriri iniuria, vnde iura emergunt. l. meminerint. C. vnde vi. saltem voluisset Papa adhibere causæ cognitionem, discussis de iuribus ipsius domini episcopi. & ideo mēs Papæ non fuit velle præiudicare domino episcopo in iure sibi quæsito ex transitu sententiæ in rem iudicatam. ¶ Nec obstant allegata in contrarium, primo

13 cum dicitur, quod Papa habet plenissimam † potestatem in beneficialibus: quia ad hoc respondeo, quod illud est suadendum procedere iusta causa suadente & rationabili, nō autem mera voluntate. dicit enim tex. hoc modo, valet ergo, vt ex præmissis colligitur, sancta Romana ecclesia suis priuilegijs quolibet muniret extra generalia decreta, quædā speciali beneficio indulgere: considerata tamen rationes ęquitate, vt quæ mater iustitiæ est, in nullo ab ea dissentire videatur, ita dicit text. 25. q. j. can. ideo. in §. valet ergo. & per illum text. ita concluditur in capit. sunt quidam. & in capitu. quæ ad perpetuam. 25. q. j. & in cap. proposuit. de concess. præbend. & in cap. literas. de restitu. spol. & in cap. significasti. de elec. & no. 22. distinct. can. de illo post glo. de cleri. coniug. ca. cum olim. facit. cap. satis peruersum. 56. dist. vbi tex. Gregorij dicit. satis peruersum & contra ecclesiasticam probatur esse censuram, vt frustra quorundam parentum voluptatibus suis quis priuetur officijs. Facit. 55. dist. c. præcepta. vbi patet, beneficia debere esse perpetua, nec illis fore quempiam spoliandum, etiam si sit impotens ad seruiendum. certū est enim Papam non debere ea, quæ antecessores sui rectè statuerunt, euertere, sed ꝯfirmare. nimis enim est asperum & præcipuè bonis sacerdotum moribus inimicum, niti quempiam quantuncunque rationis excusatione, quę bene sunt ordinata rescindere, & exēplo docere, cæteros sua quādoque posse constituta dissoluere: ita dicit text. formalis. 25. q. 2. c. institutionis. & etiam dicit alibi Romanus Pontifex, si ea destruerē, quæ antecessores nostri iustè statuerunt, nō constructor, sed euersor fore comprobaret. 25. q. 2. si ea. & alibi Papa sic dicit. loci nostri consideratio nos admonet rationis auctoritate, ea quæ a prædecessoribus nostris vtiliter decisa fuerint roborare. 35. quęstione 9. loci nostri. & alibi etiam Romanus Pontifex sic dicit, quod bene semel diffinitum est, nulla debet irritatione retractari. 6. q. 4. quod bene. & etiā naturalis, & ciuilis, & moralis rō disponit. id, quod semel placuit, amplius displicere nō debere noua ratione nō superueniente, vel iusta causa: vt in c. quod semel. de reg. iur. li. 6. & alibi dicitur, id quod semel nobis est quæsitum sine facto nostro nobis tolli non potest. l. id qđ nostrum. ff. de reg. iur. l. fi. ff. de pac. c. q̄ in ecclesiarum. de constit. l. fi. C. si contra ius, vel vti. publ. & ideo Bal. in c. j. de natura feud. arguit contra Celestinum, qui de mane vni conferebat gratiam, & de sero auferebat, & alteri concedebat, nulla existēte iusta causa. facit optimus tex. in c. conquerente. de rest. spol. in ver. non decet honestatem superioris sine manifesta & rationabili causa, aliquem a suis beneficijs amouere, imo tenetur illi paterna prouisione consulere. Et non obstat, si allegetur gl. in ca. per principalem. 9. q. 3. & qđ voluit Bal. in l. rescripta. C. de

14 de preci.imper.offe.dũ volũt†omnia beneficia quò
ad papam dici debere manualia: & ſic ꝙ eorum re-
ctores ab eo ad nutum remoueri poſſint: quia cum
ſua reuerentia non eſt bene dictum ſine noua & iu-
ſta cauſa. Modo ex iſtis apparet cõcluſio firmiſſima,
15 ꝙ Papa†non poteſt ex ſimplici voluntate priuare be
neficiatum ſuo beneficio: quod mihi videtur de iu-
re veriſſimum. nec pro hoc intendo præiudicare po
teſtati Petri, ſed me ſubijcio humilliter determina-
tioni ſacroſanctę Ro. eccle. & per conſequens D. Eu
genius nullo modo potuit priuare epiſcopum Par-
menſem, vnione facta de ipſo prioratu, niſi ſuperue
16 niſſet noua & iuſta cauſa. Et ſi dicatur, ꝙ iuſta† cau-
ſa pręſumit adeſſe in principe, vt fuit ſingulare dictũ
Inn. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. vnde dixit
Cy. in l. fi. C. ſi contra ius, vel vti. publi. ita præſumen
dum eſſet pro principe, quia poteſt ſecũdum ſuam
conſcientiam iudicare, & quilibet tenetur ad man-
datum ſuum parere, licet ſit contra ius gentium. Et
adeo præſumitur pro principe, vt non admittatur
probatio in contrarium, & illud ſequitur dominus
Anto. in d. c. quæ in eccleſiarum. Ad hoc reſpõdeo:
procedit enim, quando Papa facit, vel mãdat aliqd,
vel ſcribit aliquid condendo legem generalem, vel
quando mandat aliquid motu proprio: ſed quando
illud ſcribit, vel mãdat ad ſupplicationem alterius,
tunc ceſſat illa præſumptio: imo videtur per impor
tunitatem ſupplicantis emanaſſe. vt l. j. C. de pet. bo.
ſubla. lib. 10. ita ſingulariter determinat Cy. in l. re-
ſcripta. C. de preci. imper. offer. refert, & ſeqtur Lu.
Roma. in commento. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. mat.
ſed in caſu noſtro Eugenius fuit motus ad petitionẽ
& ſupplicationem Ducis Mediolani, & communita
tis Parmæ: ergo ceſſat illa iuſta cauſa in principe. &
(quod plus eſt) vt dicitur in puncto, ꝙ dux Mediola-
ni erat inimicus dñi epiſcopi, & minor pars antia-
norum communis Parmæ ſupplicauit domino Eu
genio, & ſic ceſſat iuſta cã iſtius priuationis, & ꝑ con
ſequens non potuit d. Eugenius priuare dominum
epiſcopum dicto prioratu, & multo minus potuit,
conſiderato quòd non fecit citari dominum epiſco
pũ, nec cognouit de meritis iuſtitię quomodo ergo
potuit reuocare, quod ſemel conceſſerat: cum ipſe-
met Romanus Pontifex dicat, nos contra inauditã
partẽ aliquid diffinire non poſſumus, nec debemus,
vt ſuperius dixi. Et ad formam argumenti reſpon-
deo, ꝙ Papa habet pleniſſimã poteſtatem in benefi-
cijs, procedit, antequàm conferat: ſed poſtquàm illa
contulit, non habet poteſtatem priuandi, niſi ex no
ua & iuſta cauſa ſuperueniente. Et ſic ex iſto capite
collatio facta illi aſſerto priori eſt ipſo iure nulla, pri
mo ex defectu voluntatis Papæ. ſecundo ex defectu
poteſtatis, & ex inordinato proceſſu. ¶ Nec obſtat,
17 cum dicitur, †ꝙ vbicũque prima collatio præceſſit,
& caſſatur. & fit collatio ſecũda: tunc prima eſt nul-
lius momenti, ſecunda valet. quia iſtud procedit,
quando fuit caſſata ritè & rectè cauſa cognita, & ita
procedunt iura allegata in contrarium. ſed quando
nec ritè, nec rectè fuit caſſata prima, tunc ſtamus pri
mæ: qa ius qſitũ primo bñficiato nõ potuit ſibi au-
ferri. cũ ergo ĩ caſu nr̃o nõ fuit caſſata prima ad col
latio rite & recte: qa nec diſcuſſis, nec cognitis iuri-
bus domini epiſcopi, nec eo, aut procuratore eius ci
tato: ergo talis caſſatio & irritatio fuit nullius mo-
menti, & maximè quia ad importunitatem laicorũ,
quia erãt inimici ipſius domini epiſcopi emanauit
dicta cancellatio, vt ſuperius eſt dictum. ergo prima
tenuit & præualuit ſecundæ collationi. Item facit:
quia illud dictum procedit, quando caſſauit primã,
& inde ſecuta. & voluit cauſam Chriſti pro infecta,
quod nõ fuit factum in caſu noſtro. Item quia illud
eſt verum, quando hoc proceſſit de mente ipſius di
ſponentis cauſa iuſta noua ſuperueniente: ſed in ca
ſu noſtro non affuit mens ipſius diſponentis ex eo:
quia ignorauit poſſeſſionem inde fuiſſe ſecutam, &
ignorauit ſententiam ſuper vnione tranſiuiſſe in rẽ
iudicatam, vt ſuperius late dictum fuit, & nõ ſuper-
uenit cauſa iuſta de nouo. ergo prima collatio facta
epiſcopatui de vnione prædicta præualuit ſecundæ
collationi inualidæ, & ſurreptitiæ. Item illud proce-
dit, quando ſecunda collatio valuit & tenuit: & ita
videtur receſſum a prima per actum validum, vt in
§. poſteriore. inſtitu. quibus mo. teſta. infir. ſed in ca-
ſu noſtro iſta ſecunda collatio fuit nullius momen-
ti: qa ſurreptitia, vt ſuperius dictum fuit, & inferius
etiam apparebit. ergo ſequitur, ꝙ ſtãdum eſt primæ
18 collationi. ¶ †Nec obſtat, cum dicitur, ꝙ in dictis li-
teris Papa dixit, reuocamus &c. dictas literas & pro-
ceſſus deſuper habitos: inde videtur reuocaſſe ſentẽ
tiam, quia appellatione proceſſus venit ſententia, vt
dixit Io. An. in cap. vt ſuper: quia ad hoc reſpondet,
primo, ꝙ dictum Ioã. An. non procedit contra dictũ
ſuum. eſt glo. in d. cle. appellanti. & illa gl. probatur
iure, vt ſuperius dictum fuit. ergo appellatione pro-
ceſſus non venit ſententia. item quia dictum Ioan.
An. poſito, non tamen conceſſo, ꝙ ſit verum, tamen
ipſe loquitur in ſententia ſimplici, nõ in ſententia,
quæ tranſiuit in rem iudicatam: vt fuit in caſu no-
19 ſtro. ¶ †Nec obſtat, cum allegatur. ca. de multa. §. is
quoque. qa nullo modo obſtat ex pluribus. primo:
quia ille tex. loquitur in ordinario collatore, quem
iura præſumunt ſcire facta diœceſis ſuæ, & beneficia
ibi vacantia propter viſitationem, quam illum ſin-
gulis annis iura præſumunt facere, vt ſuperius dixi.
& ideo propter illam præſumptionem ſufficit, ꝙ be
neficium vacet de iure ad hoc, vt ſecunda collatio
valeat: ſed in Papa, & in legato Papæ, & executore
apoſtolico ſecus; & quia ceſſat illa ſcientia præſum-
pta: ita formaliter dicant omnes ſcribentes. & maxi
mè ibi dicitur ꝑ dominum meum Ioã. de Imo. in ꝑ-
alleg. c. cum noſtris. de conceſſ. præben. ergo illa do-
ctrina nullo modo obſtat huic conſultationi. Item
facit etiã: qa negatur in caſu noſtro, ꝙ prima colla-
tio erat nulla, ſeu quòd ille prioratus vocabat de iu
re: ex eo quia Papa non potuit priuare epiſcopatũ
prioratu vnito ſibi ipſo epiſcopo non vocato aut ci-
tato, nec de cauſa cognito, vt ſuperius dictum eſt. itẽ
facit: quia dictus §. is quoque. non procedit in caſu
noſtro, ex eo quia poſito quòd ordinarius poſſit cõ
ferre, non tamen poteſt auocare poſſeſſionem a pri
mo beneficiato ipſo nõ vocato, vt eſt caſus in dicto
capitu. licet epiſcopus. de præbend. libro ſexto. & ſic
nullo modo obſtat. §. is quoque. ¶ Nec obſt. cum
20 vltimo loco dicebatur, ꝙ clauſula †ex certa ſcientia
appoſita in illis literis tollit omne vitium reddens il
las literas nullas, & ſic videtur Papa diſpenſare. pro
quibus facit, quod dixit Bal. in l. imperialis. §. miles.
C. de nup. ꝙ Papa ſciens aliquẽ ſpurium, ſi faciat eũ
epiſcopum, ꝙ intelligitur eũ legitimare & reſtitue-
re priſtinis natalibus ita, vt deinceps ſuccedat tanꝗ
dignus, & ei ſuccedat tãquàm legitimo. & bene fa-
cit, quod voluit idẽ Bal. in l. impetrata. C. ſen. reſcin.
non poſ. qa quantum ad hoc eſt aduertẽdum, ꝙ do-
ctrina iſtorum iurium non obſtat. nam ſecundùm
D. Ant. in d. c. cum noſtris. de conceſ. præben. in quã
tum Io. Cal. ibi dicit, ꝙ ſufficit, ꝙ Papa faciat ſecun-
dam collationem motu proprio D. Anto. ibi, quem
ſeqtur ibi Ioã. de Imo. dicit, ꝙ vltra motum propriũ
reqrit clauſula ex certa ſciẽtia, & ſic reqrit iſta duo:
cũ ergo in caſu iſto nõ interuenerit inſimul motus
proprius, & certa ſciẽtia Papæ: ergo clauſula ex cer-
ta ſcientia, non operatur effectũ inualidationis pri-
mæ

mæ collationis factæ, & sententiæ transactæ in rē iudicatam, secuta possessione, & ex isto sublatum est dictum contrarium. Præterea accedat, quod bellissimè dixit D. Panormitanus in ca. pastoralis. §. ꝓterea. de off. deleg. ꝙ tunc Papa dicitur concedere ex certa scientia, quādo fuit certificatus de omnibus, quæ potuissent eum remouere a concessione, seu collatione prædicta, sed in casu isto Papa non fuit certificatus de sententia transeūte in rem iudicatam, nec de possessione inde secuta, quā D. episcopus habuit per tot mēses: ergo illa clausula ex certa sciētia, nullo modo potuit conualidare collationem istam secundo loco factam. Facit elegās dictum Io. An. in c. 2. de scisma. vbi dicit, ꝙ quoties superior super dispēsatione fienda, vel non fienda præmisit causç cognitionē: tunc vr̄ dispensare faciendo actum, aut nō ꝑmisit causæ cognitionem, & tunc secus, per id, quod habetur in c. fi. de coniug. seruo. facit gl. in c. j. de ętate. & qua. cum quo dicto transeunt cōmuniter doctores. facit, quod no. gl. in can. quæritis. §. nisi rigor. j. q. 7. & latè per Ioā. de Imo. in commento. d. l. quidam consulebant. facit notabile dictum Bal. in l. bonorū. C. qui admi. vbi dicit, ꝙ quando factum superioris potest interpretari ad ius commune: tunc nūquàm præsumitur dispensatū. modo in casu isto Papa non præmissit causæ cognitionem, causç enim cognitio fit partibus citatis aut præsentibus: vt in l. fin. ver. cognitionaliter. C. de legi. & ibi per Bal. & Raph. Fulg. facit cap. cum ex literis. de in integ. rest. & l. fina. C. si per vim vel alio modo. ergo clausula illa, ex certa scientia, nō inducit dispensationem, eo magis cum dispensatio reqrat, ꝙ fiat ex cā iusta: vt est tex. melior de iure in c. per venerabilē, in ver. diuersis causis inspectis. q fi. sint legi. & qđ no. gl. in c. nō est. de voto. ergo. Et sic illa cl̄a, ex certa sciētia, nullo mō cōualidat istā scđam collationē. Et ex istis ꝯcludo Eugeniū nullo mō voluisse reuocare vnionē, iuribus & rationibus superius dictis: nec ēt potuisse, nō vocato dn̄o epo, aut eius ꝓcuratore. in hoc aūt de potētia Papæ me submitto determinationi sanctę matris ecclesię. Et si forte qspiam diceret, ꝙ Papa hoc fecit de ptāte absoluta, & nō ordinaria. Ad hoc dico, ꝙ Papa nō ꝓsumit̄ velle vti ptāte absoluta, sed ordinaria, vt fuit singulare dictū Inno. in c. innotuit. aliàs in c. auditis. de ele. & facit. l. in testō. C. de testamento militari. & l. non puto. ff. de iur. fis. cū si. & maximè, qa ad instātiā laicorū reuocauit illā vnionē. Scđo est vidēdum
21 † de surreptione ipsius bullæ quoad ipsum impetrātē, & in multis apparet fuisse cōmissa surreptio. nā in ipsa bulla dr̄, tū qa in ꝑfata dięcesi Parmēsi in aliquo ꝑsertim loco, adeo propinquo dictæ ciuitatis alius prioratus ꝯuētualis eiusdē ordinis nō sit, & sic ꝑsupponit illū prioratū esse cōuentualē: & ista vr̄ esse potissima causa dn̄s Eugenius reuocauit ipsam primā vnionem: quia videbatur satis absurdum & inconueniēs supponere conuentū. & ideo ibi dicit, ꝙ incōueniēs & inhonestū videat̄, ꝙ vnio, annexio, suppressio, & extinctio prædicta suum sortiatur effectū. sed veritas est, vt præsupponitur in puncto, ꝙ nō extat memoria hominū, ꝙ in illo prioratu fuerit numerꝰ canonicorū, & sic ꝯuentus. ergo ex isto c. corruit ista gr̄a ex toto. c. ad audientiā. c. cōstitutus. c. postulasti. de rescrip. cum si. vnde illa verba, alius prioratus cōuentualis, ꝑsupponunt illū esse cōuentualē, nedū habitu & potētia, sed actu: qa qlibet prioratus regulariter est ꝯuentualis potentia & habitu illius ordinis, iuxta no. in cle. j. de elec. ergo eo ipso ꝙ expressit prioratum conuentualem, videtur firmare & asserere, ꝙ est cōuentualis actu & exercitio, tum ēt qa verba in dubio sunt interpretanda contra impetrātem: vt in c. causam quæ. de rescri. c. contra eum. de reg. iur. li. 6. l. veteribus. ff. de pact. l. quicquid astringendæ. ff. de verbor. oblig. cum sim. ergo ex isto capite dictæ literæ sunt nullæ. Præterea in d. literis dr̄, nos igitur in præmissis indemnitati dicti prioratus salubriter ꝓuidere volentes. in quo est ista indemnitas prioratus, præsupponitur in puncto, quòd dictus prioratus est ruralis, & desolatus in suis ædificijs, & fructus exiles, adeo quòd nulla est spes, quòd possit fieri conuentualis actu & exercitio, quo modo ergo in hoc prouidit indemnitati ipsius prioratus, nisi quia fuit suggestum Papæ, ergo &c. Præterea est considerandum, quòd etiam in dictis literis dicit, licet plerunque dictis temporibus fructus, redditus, & prouentus huiusmodi, quingentorum, vel ad plus sexcentorum flo. forsan non excedant, tamen id raro contigit, & etiam de quinquennio in quinquennium inundationes aquarum &c. dictus pro tempore episcopus, in illis partibus commodè ex quingentis, vel sexcentis florenis huiusmodi se sustētare posset. & licet prædictis inūdationū temporibus idem episcopus pro tp̄e aliquā penuriam, seu incōmodum patiatur in sustētatione, & onerū supportatione. & Papa subdit, de quibus sumus plenissimè informati, vnde causa ēt mouens Romanū Pōtificem ad reuocādā illā vnionē fuit: quia episcopus pōt se sustentare cōmodè in illis partibus, licet superueniant inundationes aquarū: sed ista est falsa causa; ex eo qa iam per dominum episcopum est probatum ꝯrium. ergo sequitur, ꝙ literæ istæ sunt surreptitiæ, & per consequens nullius momenti, vt in supradictis iuribus.
22 Et si dicat qspiā, amice, ista est formalis veritas, † ex eo qa Papa est plenissimè informatus, vt in cle. j. de ꝓba. nam plenaria informatio dr̄ esse illa, ꝯtra quā non admittitur probatio in contrarium, ista est glo. multum sing. in præalle. cle. j. de ꝓba. de qua facit festū ibi D. Ant. & illam allegat ꝓ singulari ēt Bald. in extractis iuris canonici. & Ludouicus Roman. in l. si duo. ff. de acquirē. hære. si ergo fuit plenissimè informatus Papa, quomodo posset admitti quis ad docēdum de contrario, cū Papa loquatur in facto suo ꝓprio: quia dicit se plenissimè informatū: vt in d. cle. j. Ad hoc respondeo, informatio plenaria haberi nō potest, nisi partibus vocatis. l. nā ita diuus. ff. de adopti. l. de vno quoque. ff. de re iud. Etenim merita causarū partium assertione panduntur. c. tum ex literis. in integ. rest. ergo illa verba, plenissimè īformati, necessario referuntur ad illa verba superius relata, videlicet, ꝙ Papa concesserat vnionē ꝓbando, q̄ in supplicatione narrata fuerant. Et si qs dicat, imo illa verba referuntur ad omnia præcedentia, ex eo qa clausula apposita in medio, vel in fine refert̄ ad omnia ꝓcedētia: vt in c. secūdò reqris. & in c. inqsitioni. de appel. cū si. ideo dixit D. Ant. in c. j. de pac. ꝙ si quis dicit alicui, ꝓmittis dare. c. sub pœna, & respōdet, sic, ꝙ videtur etiam promittere pœnam. facit, quod no. Bartol. in l. talis scriptura. ff. de leg. j. & Baldus in l. quisquis. C. si certum peta. Ad ista respondeo, quòd procedunt, quando bona & eadem ratio est in præcedētibus, aliàs secus: ita dixit glossa in capitul. statutum. §. j. de rescriptis, libro sexto, facit glossa in capitu. j. de postula. præla. libro sexto, & in clemetina ne Romani. de elec. & in capitulo primo. de præscriptis, libro sexto, cum ergo in casu nostro non possint illa verba verificari in omnibus præcedentibus. ergo verificantur in his, in quibus possunt: & sic Papa non fuit de hoc informatus. Vel etiam est aliter respondendum, ꝙ licet dicat Papa se fuisse plenissimè informatum, tamen intelligitur a parte supplicante, non etiam a domino episcopo, & sic illa informatio habet tacitam conditionem, si pars dixerit verum: vt in cap. super literis. & in capit. sedes. de rescript. cum

sim.

similib.& ideo tales literæ sunt ipso iure nullæ, tanquam surreptitiæ. surreptio enim vitiat gratiam ipso facto, etiam si consistat in tacendo factum alienum, quòd impetrans probabiliter ignorabat, vt est text. melior de corpore iuris in dicto capitulo, constitutus. quia in considerandа validitate gratiæ, non attendimus ad mentem cōcedentis. vt in capi. postulasti. de rescript. si autem Papa sciuisset rem aliter se habere, quàm fuerit sibi narrata, non dedisset literas, vel saltem non ita de facili. & ideo dixit text. in d. capit. postulasti, ibi. de leui non scribimus, vbi surreptio vitiat literas, nedum quando fuit causa inductiua & finalis gratiæ, seu rescripti: sed etiam si fuit causa impulsiua, & sic est ibi casus sin. in quo defectus causæ impulsiuæ vitiat ipsam gratiam, & hoc procedit in odium gratiæ beneficialis propter ambitiorem reprimendam, argumen. c. quanuis. de præben. libr. 6. Et ex istis concludo, ꝙ literæ papales incipientes, ad futuram rei memoriam, sunt nullius momenti, nec tollunt primam concessionem factā domino episcopo.

23 ¶ Restat nunc videre, quid† de literis directis episcopo Bobiensi, vtrum sint surreptitiæ, & laborent eodem morbo, quo laborant priores. & certè dicendum est ꝙ sic. primò dicitur in ipsis literis, ꝙ cum dilectus filius Simon &c. cupiat vnà cum dilectis filijs conuentus & prioratus sanctæ Fuluculę, qui pro tempore erunt. & postea subdit, siue ibi certus canonicorū numerus sit, siue nō: ecce qualiter fuit suggestum Papę, quòd dictus prioratus erat cōuentualis, & habet canonicos: licet nō fuerit expressum de numero, & ista videt fuisse causa inductiua Papæ ad reuocandam illam primam concessionem. ergo sequitur, quòd ex hoc istę literę redduntur surreptitiæ per iura allegata in pręcedenti dubio, & per consequens sunt nullius momenti. Præterea dicitur etiam in literis directis præfato episcopo Bobien. quòd Papa reuocauit literas & processus desuper habitos, quæ literæ non tollunt sententiam latam in dicta vnione, & possessionem inde secutam: vt superius dictum fuit. Subdit postea ibi Papa, nec nō facias communibus dicti prioratus ꝓuētibus, sicut vni ex alijs ipsius prioratus canonicis integrè responderi, & nihilominus regularem professionem per ipsos canonicos emitti solitam, vnde quoad ista verba est cōsiderandum, quòd Papa mādauit isti episcopo Bobiēsi, ꝙ isti Simoni assignaret de prouentibus ipsius prioratus, sicuti vni ex canonicis ipsius prioratus, vnde videtur sentire Papa, quòd ibi fuissent canonici, sed re vera nulli erant, nec est memoria hominum, quòd in illo conuentu erāt canonici. At si voluit, ꝙ sibi assignaretur tantū, quantū vni ex canonicis: seqtur, ꝙ ibi erant alij canonici: qa si nulli essent. quid fieret de residuo. ideo Papa necessario intellexit, & ita fuit sibi suggestū, ꝙ ibi erāt canonici, & hoc fuit falsum, siue hoc fuerit cā finalis, siue impulsiua ad inducendum Papam ad reuocandam primā concessionē, & ad faciendā istam secundam collationem, fuit surreptitia, tam reuocatio primæ, quàm concessio secundæ, & per ꝯsequēs vnio non est reuocata, & iudicio meo ista est formaliter veritas. faciunt iura in ꝑcedēti dubio allegata. Item forma est, q̄ dat esse rei, & ꝯseruat rē in esse. l. diligenter. ff. manda. l. is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad l. falci. l. sed & si quis. §. Iulianus. ff. ad exhiben. capitu. prudentiam. de officio dele. cap. cum dilecta. de rescriptis. capit. Pisanis. de restitutione spol. clementina j. cum sua glossa. de iure patronat. cum sim. sed in casu nostro iste executor nō seruauit istā formā sibi traditā ab Eugenio, vt assignarēt sibi redditus, sicut vni ex canonicis. ergo ex hoc capite ista collatio reddit nulla tanq̄ informis, & contra dispositionē ipsarum literarum, & sic ex isto capite et redditur nulla. Præterea dr̄ etiam in dictis literis, qualiter cum dictus archipresbyter cupiat vnà cum dilectis filijs, qui pro tempore erūt sub regulari habitu virtutum domino famulari: nos volentes ipsum in suo laudabili ꝓposito ꝯfouere, &c. & in fine postea dicitur, archipresbyteratum quem dictus Simon tenet, omnino dimittere teneatur. ecce nunc qualiter causa potissima, vt reuocaretur prima concessio, induxit Papam, ex eo quia asseruit se velle viuere virtuosè regulariter in cōuentu cum alijs canonicis: sed hoc nullo modo facit. nam in dicto prioratu nū quàm fecit residētiā: nec ibi religiosos habuit, imo residet in suo archipresbyteratu in agro Placētino: & sic cessante causa impellente Papam ad cancellādum primam collationem, cessabat ipsa gratia: vt d. c. postulasti. & si aliter diceremus, esset causa mali exempli, quia quis posset narrare Papæ, se velle viuere sub habitu regulari, & reducere ecclesiam ad obseruantiam regularē, & inducere ibi fratres & canonicos: ad hoc vt reuocarent primę collationes, & postea nihil de narratis facere, & iō nō est tolerādū, c. cū ab omni, de vita & hone. cle. cū si. & sic mēs Papę fuit reuocare primā collationē, si narrata ꝑ ipsum Simonem effectu complerētur. Præterea in dictis literis assertum fuit per ipsum Simonem impetrātē, ꝙ dictus prioratus vacabat tempore impetrationis, vt apparet in versi. cū aūt secūdum præmissa vacare noscatur, nullusque de illo præter nos hac vice disponere potuerit, ex isto capite etiam redduntur surreptitiæ: quia iste prioratus nullo modo vacabat; qa iam facta erat vnio & trāslata possessio in ipsum episcopatum Parmensem, & sentētia transiuerat in rē iudicatam. ergo nō vacabat. Et si dicatur, imo vacabat: qa Papa cassauerat ipsam vnionem. Respōdeo, ꝙ nō cassauerat inde secuta. vt latissimè dictum fuit in primo dubio. ergo sunt surreptitię. Et si dicatur, ꝙ imo vacabat: quia iam D. episcopus relaxauerat dictum prioratum Mediolani ad instantiam domini ducis. Ad hoc respondeo, ꝙ (vt asseritur in pūcto) fratres istius Simonis ad hoc procurarunt, & institerūt apud ducem, vt ita faceret, ad hoc vt ipse Simō hūc prioratum impetraret, sequitur tunc elegans doctrina Barto. in l. auctoritate, C. vnde vi. vbi est tex. quòd per rescriptum principis † violenta possessio non cō firmatur, vbi dicit illam l. esse mente tenendam, ꝙ si aliquis occupat aliquā terram, vel possessionem, & postea facit sibi concedi a superiore, non prodest sibi illa concessio, & dicit iam vidisse hoc in facto, allega. l. 2. C. de fun. & saltibus rei do. lib. 11. vbi de hoc est gloss. valde singula. idem determinauit Bald. in l. 2. C. de leg. & in c. j. in tit. ꝑ quos si. inuestit. & Raph. Fulgosius in d. l. 2. Ang. in l. Paulus. §. qui pignori. ff. quibus modis pign. vel hypote. soluitur. Salycetus in l. 2. C. ne rei domi. vel temp. & per eundem Salyce. in d. l. auctoritate. & ista est communis opinio. facit, quod habetur in cap. solicite. de restitut. spoliat. & quod notant Moderni in l. iustè possidet. ff. de acquiren. possessio. licet ergo ista possessio esset vacās quoad quid, re vera non erat vacās: quia episcopus illā possidebat, licet de facto dominus Dux fecisset relaxari ipsas bullas, vt dixi in primo dubio, & posito, non tamen concesso, ꝙ fuisset vacans, nihilominus hoc procurauerat ipse Simon, q̄ induxerat suos fratres, qui erāt in seruitijs domini Ducis ad faciendum dictum do. episcopum arrestari Mediolani, & sequestrari fructus episcopatus ad hoc vt dimitteret bullas dictæ vnionis, & sic videbatur certo certius, quòd dicta vacatio fuit procurata ad hoc, vt dictus Simō impetraret, ideo ipsa impetratio fuit nulla per iura superius allegata. Item quia in veritate

non

non vacabat, & per consequens dictæ literæ papales sunt surreptitiæ ex pluribus, & diuersis capitibus. Præterea surreptio apparet apertius in ipsis literis, videlicet in versi. aut per liberam resignationem episcopi Daphini sponte factam. nam clarum est, q dominus Episcopus Daphinus præsens illam resignationem fecit coactus & compulsus, qa fuit iussu principis Mediolani coactus accedere Mediolanum, & ibi fuit arrestatus, & sequestrati fructus episcopatus, vt relaxaret dictas bullas vnionis, & sic talis resignatio bullarum & vnionis præfatæ fuit meticulosa: ergo fuit ipso iure nulla. sicut enim debet esse libera voluntas in contrahendo: vt in ca. vbi periculum. §. cæterum. de electione. libro 6. & quod notatur in l. ab emptione. ff. de pact. ita debet esse libera in distrahendo. facit. c. ad audiētiam. quod metus causa. & c. Abbas. & c. ad aures. eodem titu. & de hoc tenet ibi domi. Antonius. facit clementin. multorum. §. sanè. de pęni. Hostien. in summa, de renuntia. §. qualiter. & multo magis in casu nostro: quia dicitur, per liberam resignationem spōte factam per dominum episcopum. nam vbicunque in actu requiritur voluntas qualificata, videlicet libera: tunc licet adsit volūtas, si tamē ab est libertas, iste actus est ipso iure nullus, ita probat gl. singula. & melior de iure in cap. significasti. aliàs notificasti. 33. q. 5. & facit text. in dicto §. cæterum. & quod nota. in dicto ca. veniens. & ibi scribentes, de sponsalib. & textus in authen. sacramenta puberum sponte prętita in laudabiliter sunt seruanda, per vim autem vel metum præstita sunt nullius momenti. Cum ergo in casu nostro ista resignatio facta per dominum episcopū fuerit per metum: ergo non fuit libera. & per consequens fuit ipso iure nulla. Et iustissimus dominus iudicans circa hoc aduertat diligenter: quia ponit gladium ad radicem in præsenti consultatione. nam si Papæ fuit suggestum, quòd liberè dominus episcopus resignationem fecerit: quia in literis ipsis dicitur, siue p obitum Petri, vel reuocationem, cassationem, & annullationem, aut per liberam resignationem &c. coniūgendo illa verba, quòd dominus episcopus resignauerat, seu relaxauerat bullas Mediolani ad petitionem domini Ducis, videtur fuisse assertum Papæ p ipsum impetrantem, quòd vacabat aliquo ex istis modis, siue per mortem Petri, siue per cassationem, siue per resignationem episcopi liberam sponte factam, quinimo si fuisset narratum Papæ, quòd dominus episcopus fuit coactus resignare & relaxare bullas ad metum domini Ducis ipso Simone cooperante & instigante, non est credēdum, quòd illum prioratum concessisset dicto Simoni, ne de fraude & dolo suo reportaret commodum, quod esse non debet, vt cap. sedes Apostolica. ca. ex tenore literarum. de rescrip. cum sim. & sic debet carere impetratis, eo maximè quia dominus Eugenius intendebat prouidere indēnitati dicti prioratus, vt in bullis apparet, & fuit superius dictum, & non est ita executioni mādatum: cum ibi nec ipse resideat, nec ibi sint religiosi, & episcopatus patitur læsionem ex illa reuocatione, considerata quantitate redditu um ipsius mensę episcopalis, & expensarum, quas patitur, per nota. in lege, mediterraneæ, C. de exacto. tributorum. libro decimo. Et ex supradictis concludo, dictam reuocationem, & dictam secundam concessionem fuisse nullas, & nullius effectus, & surreptitias: nec in aliquo præiudicasse dictę vnioni, & possessioni iude secutæ: & sic in fauorem domini episcopi concludo.

¶ Restat nunc videre: quia instantibus fratribus ipsius Simonis dominus episcopus fuit detentus Mediolani in hospitio, ad hoc renuntiaret iuri quæsito sibi in dicto prioratu: & omnes redditus sui episcopatus fuerunt sibi sequestrari, ad hoc vt renūtiaret, & fuit necessitas ipsi dn̄o episcopo dimittere bullas: & illas relaxare Mediolani ad instātiam Ducis, cooperante ipso Simone, & fratribus ipsius, vtrum si constiterit hoc, quòd ipsis fratribus suis instantibus & solicitantibus secuta fuerit ista arrestatio & verecundia, præsumatur, quòd ad petitionem ipsius Simonis hoc fecerint cum ad vtilitatem ipsius Simonis hoc redundaret, & per consequens competat actio ipsi domino episcopo iniuriarum contra ipsum Simonem. Et circa hoc est dicendum, quòd si constat, quòd ipse Simon hoc procurauerit, quòd dominus Dux arrestaret episcopum: tunc res est sine dubitatione. Si vero nō constat de ipso Simone, sed bene constat de suis fratribus: tunc est dubium,
25 an præsumatur † quòd de mandato ipsius Simonis hoc fecerit: & videtur dicendum quòd non: hoc decidit Bartol. in l. j. §. idem Labeo. quod vi aut clam. ibi dicit, quòd ad hoc, vt ego possim denuntiare, debeo probare, quòd ego fui impeditus a te, vel ab alio tuo facto, aliàs nō sufficit: & de hoc dicit esse casum ibi. Subdit postea Barto. ibidem, quòd quædam decretalis videtur velle, quòd si fui prohibitus a domesticis tuis vel coniunctis tuis, videor prohibitus voluntate tua. allegat capi. constitutis. infra de testi. & clemen. causam. de electio. & aliud non dicit, & sic videtur residere in illo, quòd debeo probare, quòd tuo facto fuerim impeditus. ergo non præsumitur, quòd voluntate ipsius Simonis sui fratres institerint cum D. Duce, vt arrestari faceret in hospitio dictum dominum episcopum. Secundo hoc decidit Bald. valde eleganter in l. j. C. de episco. & cleri. vbi refert quosdam dicere, qu d illud, quod facit familiaris,
26 præsumitur † facere de mandato, & voluntate domini: sed ipse Bald. ibi dicit eos dicere falsum. & dicit esse text. valde notabilem in c. cum ad sedem. de restitution. spoliato. & allegat dictum Innocent. ibi: vbi dicit, quòd licet possessio rei inueniatur penes dominum, quæ fuerat occupata per familiares: non tamen præsumitur dominum mandasse: quia potuisset occupare vacantem, postquàm familiares dimisissent eam. secundum Innocent. & ita ibi residet Bald. ergo ita erit dicendum in casu nostro. Tertio facit, quod notauit idem Baldus in l. j. C. de seru. fugit. in versiculo ex personis. denique ex causis, & moribus, & animositate loquendi, dicta pensamus.
27 ratione † enim familiaritatis non præsumitur quis conscius delicti, aut culpabilis. allegat dictum capit. cum ad sedem. ergo &c. Quarto facit solennis text. in capitu. quia præsulatus. j. quæstion. 4. vbi videtur
28 casus formalis, † quod iniuria illata per consanguineos offensi non videtur illata de voluntate & conscientia ipsius offensi: & loquitur ille text. in clerico spoliato ecclesia sua, q si consanguinei ipsius clerici percutiunt, aut oculum euellunt ipsi offensori, nō videtur, q de mandato clerici offensi hoc fecerint. & loquitur ille textus in clerico offenso: & in coniūctis offendentibus: & tamen non pręsumitur illa offensa illata de voluntate ipsius clerici: adeo quòd propter hoc non incidit dictus clericus in aliquam noram irregularitatis. ergo multo minus in casu nostro est præsumptio, quod ipsi fratres dicti Simonis hoc fecerint de voluntate & cōscientia ipsius Simonis: cum nō fuit ipse Simon offensus a domino episcopo, nec aliquam causam iustæ querelæ habuerit contra ipsum. Præterea ad hoc accedat, quod habe-
29 tur in lege, is cuius familia ff si seruitu. vendit. & per gloss. ibi dicit Baldus, q si familia † impediat quendam vti seruitute, quem dominus permiserat. quod nisi faciebat familia domini voluntate, quòd dominus non tenetur de eo, quod faciunt famuli. ita dicit

cit ibi Baldus per illum textũ, & allegat præallegat. capitul. cum ad sedem. Ita nos dicamus in casu isto, quòd de voluntate clerici, seu ipsius Simonis non præsumatur hoc fuisse factum: & si dominus episcopus potest probare contrarium, quòd ipso Simone procurante hoc fecerint, tunc clarum est, quòd potest agere contra eum ad iniurias & interesse, aliàs si hoc non probauerit, non poterit præiudicare factum ipsorum fratrum dicto Simoni: nam nemo præsumitur delinquere. l. omnimodo. C. de inofficioso testamento. l. meritò. ff. pro socio. capitulo primo. de scrutinio. cum similibus. & ista erant, quæ iudicio meo reddebant istam consultationem valde dubiam. & ideo ipsis sublatis remanebit indubitata veritas. ¶ Et quanquam ista colorata sint: tamen casum nostrum non attingunt: ideo illis non obstantibus, contrarium puto de iure verius. videlicet, quòd de voluntate & conscientia ipsius fratres dicti Simonis intulerint istam grauem iniuriam domino episcopo. Et per consequens dominus episcopus poterit agere contra ipsum ad interesse, & ad iniurias, quod sic ostẽdo. Et primo hoc decidit textus expressus in capitulo, constitutis. el primo. de testibus. in
30 versicu. si quis† autem de consanguineis dicti Archiepiscopi aliquem de testibus præsumpserit impedire: quia verisimiliter non videtur, vt eo inuito talia fierent, & ob hoc non caret scrupulo societatis occultę, eo quòd si voluerit, potuerit prohibere: ꝙ textus formaliter probat hanc partem domini episcopi. cum ergo in casu nostro iste prioratus fuerit ex post facto, postquam dominus episcopus fuit coactus resignare bullas Mediolani per dominum Ducem instantibus & procurãtibus fratribus ipsius Simonis: & fuit postea impetratus per ipsum Simonem asserẽtem ipsum prioratum vacare, nullus esset tam iniustus rerum æstimator, qui non liquido comprehẽderet, quòd opera & instãtia ipsius Simonis, fratres sui illud fecerunt contra dominum episcopum: & per cõsequens tenetur & obligatus est ipse Simon. Secũdo facit, quod dixit Baldus in l. prima. C. si quacunque prædi. po. in versiculo, vltimo est argumentum ad id, quod notat Abbas in cap. constitutis. vbi notat, ꝙ præsumptio est† contra accusatorem, si sui consanguinei testium depositionem impediunt. & facit secundum eum, quod not. in capitulo, accedẽs. vt lite non contestata. & quod notat Bartolus in l. quia poterat. ff. ad Trebellianum. & sic Baldus formaliter decidit istam consultationem. & bene facit ille text. dictæ l. primæ. vbi si dominus, aut præses est inimicus, pręsumitur tota familia esse inimica, & bene facit textus in cap. causam. de testib. in versiculo, quòd si forte Fauentinus potestas, vel alij, eos, quos dictus Archiepiscopus ad perhibendum testimonium veritati duxerit producendos, præsumpserint impedire. vbi videtur casus solẽnis pro ista quæstione. Tertio facit textus rotundus in clementina, causam. de electi. in versicu. verum si propter appellati, aut suorum metum, vel potentiam intimatio fieri nequeat. vbi quoties appellatur ad sedem Apostolicã, debet fieri intimatio appellato infra certum tẽpus: & ibi dicitur, quòd si impeditur denuntians facere denuntiationem propter potentiam eius, cui debet fieri denuntiatio, vel propter potentiam suorum, quòd illo casu habetur, ac si fuisset impeditus ab ipso, cui debebat fieri intimatio. & sic videtur, ꝙ præsumatur, quòd de mandato ipsius fecerint: & ꝑ illũ textum ita formaliter decidit Bartolus in dicta l. prima. §. idem Labeo. vbi allegat. d. clementinã causam. & dictum capitu. constitutis. in contrarium: & postea residet in decisione illorum contrariorum. Et sic rectè & congruè videtur dicendum, facto & opera ipsius clerici, seu ipsius Simonis illam arrestationem fuisse factam ad vituperium & enorme damnum ipsius domini episcopi. Præterea hoc decidit idem Bartolus in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de operis noui nuntiatione. in decima quæ-
32 stione. vbi dicit: Quid si non† probatur, quòd iudex, a cuius sententia appellatur, non intulit timorem appellantibus: sed eius familia hoc fecit, dicit se putare hoc sufficere: quia ipse hoc videtur tunc inferre, cum potuit corrigere & nõ fecit l. fluminum. §. quãquam. ff. de damno infecto. allegat dictum cap. constitutis. Facit etiam, quod dixit Ludou. Romanus in dicto §. si quis ipsi prætori. vbi allegat contra Bartolum Baldum in l. secunda. C. de episcopis & clericis, & in l. ad inuidiam. C. quod me. caus. postea reducit opiniones ad cõcordiam hoc modo, aut contra dominium vltra famulatum & domesticitatem. sub est aliqua alia præsumptio. & tunc procedat dictum Barto. per dictum cap. constitutis. & bene facit qđ notat idem Barto. in l. fina. ff. de quęsti. aut nulla alia præsumptio est contra dominum: & tunc procedat opinio Bald. per l. j. §. familię. ff. de vi & vi arma. & certè hoc sentit Barto. in d. §. familiæ. inquantum dicit, quòd illud, quod dicim⁹, quòd dominus tenetur de facto familię. de eo quod ad eum peruenit, debet intelligi, si ad hoc peruenit: & allegat Innocent. in dicto capitulo, cum ad sedem. de restitution. spoliatorum. Cum ergo in casu nostro insit vrgentissima arrestatio in persona domini episcopi, ipsis fratribus Simonis procurantibus ad hoc data opera, vt dictus prioratus perueniret ad ipsum Simonem: & ita formaliter extitit secutum. Præterea facit, qđ pulchrè no. reuerendus pater D. archiepiscopus Panormita-
33 nus in d. cap. cum causam. in versicu. sed † an ex facto amici, vel consanguinei præsumatur consensus partis circa impedimentum, vel aliquod aliud: & allegat. d. c. constitutis. ꝙ sic: sed postea in contrariam partem allegat. d. ca. qa præsulatus. j. q. 10. ad quem tex. dicit non videri bene posse responderi: nam nõ apparet ibi, ꝙ presbyter contradixerit, vel consenserit. & subdit se decidere hunc passum hoc modo, videlicet aut delictũ commissum per consanguineos, vel amicos cõtemplatione partis est momentaneũ, vt homicidium, & vulneratio: & nõ præsumitur cõtra partem: saltẽ, vt ex hac præsumptione puniatur pars, seu consanguineus, cuius cõtemplatione illud homicidium factum est. sed oportet, ꝙ alia indicia vrgentia concurrãt, & sic dicit se intelligere ꝑ alleg. c. qa præsulatus. & facit qđ hr̃ in c. penul. de homici. aut delictum est successiuum: & hẽt causam permanentem: & tunc præsumitur contra partem, ꝙ fiat de eius voluntate, ex quo non prohibet, cũ fiat eius contemplatione: præsumendum enim est, ꝙ eo prohibente cessaret impedimẽtum, vel delictum. & ita dicit se intelligere, d. c. constitutis. non. n. caret scrupulo societatis occultę, qui cum potest, manifesto facinori desinit obuiare: de sent. excom. cap. dilecto. li. 6. poterit tamen per aliquas coniecturas hæc pręsumptio elidi, ar. c. sicut. & c. nobis. de simo. not. gl. in d. c. ꝯstitutis. & hæc dicit esse notãda, & per alios nõ discussa. & ita ibi residet. Modo in proposito nostro videtur aperto ore decisa ista consultatio in fauorẽ domini episcopi: quia cum hoc delictum fuerat successiuum & ad vtilitatẽ, & commodũ ipsius Simonis gestum, & per fratres suos, & dictus Simon impetrauerit statim dictum prioratum. ergo sequitur, ꝙ mandato & voluntate ipsius Simonis, illud gestum fuerit contra dominum episcopũ. & per consequẽs cõpetit actio domino episcopo cõtra ipsum Simonẽ. dolus enim probatur per coniecturas: vt dixit gl. in l. dolum. C. de do. & in ca. 2. de renun. libr. 6. & facit,

cit, quod habetur in auth. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. & in l. Iulianus. ff. qui & a q. & per Bar. in l. post contractum. ff. de dona. & sic apparet, ꝙ dolo & opera ipsius Simonis hoc fuit gestũ: & illa facta fuerũt ad finem, vt dictus Simõ haberet ipsum prioratum. exitus enim acta probat. istud etiam decidit D. Pet. de Ancha. in d. clementina. causam. vbi allegat Bar. in d. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. & in d. l. 1. §. fi. qđ vi aut clã. idem etiam voluit in d. c. constitutis. vbi dicit, ꝙ ex delicto cõsanguinei quis punitur quando prohibere potuit, & non fecit. allegat, quod habetur in c. Petrus diaconus. de homicidio. & in d. c. sicut. de simonia. ¶ Nec obstant in contrarium allegata: primo cũ dicitur, ꝙ Bar. in d. l. 1. §. fi. qđ vi aut clam. tenuit contrarium, quia istud non est verum: imo residet in dispositione. d. c. constitutis. alias esset sibi contrarius, cum expresse contrarium dixerit in d. §. si quis ipsi prætori. nec ob. cũ allegatur doctrina Bal. in d. l. 1. de ser. fugi. & in d. l. ad inuidiam. qa ꝓcedit istud dictũ hoc modo, videlicet qñ res peruenit ad dominum ex delicto famuli, alio nõ apparẽte: vt voluit Bar. in d. l. 1. §. familiæ. de vi & vi ar. sed in casu nostro fuit data opera ad hoc, vt superius est dictum. item quia illud dictum Bal. procedit, qñ non extat alia præsumptio, alias secus: vt voluit Ludouicus Ro. in d. §. si quis ipsi prętori. item quia Bal. met. in l. j. C. si qua. prædi. po. tenuit contrarium. Item quia illud dictum procedit in delicto momentaneo, secus ĩ delicto successiuo: vt voluit D. Panormitanus. Nec ob. d. c. quia præsulatus, quia loquitur in delicto momentaneo, & non delicto successiuo: vt superius dictũ est. Et ex supradictis apparet responsio ad ꝯria superius adducta. Ex istis cõcludo ꝯpetere actionẽ dño epo ꝯ ipm Simonem ad dãna, & interesse, & ad iniurias.

34 ¶ Ad aliud, dũ quęrit, ꝙ iste† obtinuit istũ prioratũ ꝑ simoniã: quia dedit pecuniã dño tẽporali laico, an ꝓpter hoc sit deponẽdus a dicto beneficio: super hoc nõ est insistẽdũ: qa tex. est aptus in c. de hoc, de simo. de eo qui dedit pecuniã dño tꝑali, ad hoc vt obtineret beneficiũ: & probat ibi tex. in ver. ab altaris ministerio sunt ꝑpetuo deponendi: & tex. in c. sicut. j. e. ti. ver. ita sine dilatione mox, vt eius signa per aliquã ꝑsonã claruerint, de ecclesia Dei debet eliminari atq; expelli, qui tex. probat singulariter, ꝙ non põt appellare illo casu cũ ergo in casu nr̃o iste Simõ obtinuit ꝑ simoniã istũ prioratũ. ergo est priuãdus & deponendus ꝑpetuo: & qa res est clara, non est opus vti longo sermone. vt l. ille aut ille. §. cũ ĩ verbis. l. nõ aliter. ff. de leg. 3. cum similib. ¶ Ad aliud, cũ queritur, ꝙ tempore quo dictus Simon impetrauit dictum prioratũ, asserendo se velle famulari sub regulari habitu virtutũ domino, erat publicus concubinarius. etiã

35 ad hoc est dicendum, quòd clericus † publicus concubinarius priuatur beneficio, tex. est in c. ex parte. A. de testi. vbi sine aliq̃ monitione priuat̃ beneficio. facit. c. si aũt. de coha. muli. & cle. stat tñ in arbitrio iudicis, an velit eũ a principio priuare beneficio sine aliqua monitione. vel etiam suspendere, per tex. in d. c. si autẽ. in ver. liceat. iuncta gl. vbi episcopus nõ tenet̃ priuare clericũ concubinariũ beneficio: sed põt alijs leuioribus remedijs ꝓcedere ꝯ eũ: nã nõ qcquid subijcitur ꝑtãti iudicis est de necessitate. vt c. consuluit. de officio dele. 32. q. 7. Apostolus. l. nõ qcquid. ff. de iudic. licet enim olim posset secundum rigorem canonũ antiquorũ clericus ꝓpter simplicẽ fornicationẽ priuari. vt in c. presbyter. 81. di. tñ hodie nõ potest pro simplici fornicatione. vt sunt glo. notabiles, in c. Maximianus. 81. dist. & in c. lator. 2. q. 7. sed si est notorius concubinarius, potest de episcopum priuari beneficio. ita cõcludit. D. Panormitanus in d. c. sicut. de coha. muli. & cleri. & in c. si autẽ. & ibi ꝑ alios, vnde si iste Simon est notorius concubinarius, poterit priuari: sed si tempore impetrationis erat publicus concubinarius, & assumẽdo habitũ regularem perseuerauit in concubinatu publico & notorio, vr̃ ꝙ eius collatio fuerit nulla qa causa impulsiua fuit falsa: quia cum expressisset, ꝙ intendebat famulari in habitu religioso virtutum domino: ideo Papa sibi contulit prioratum, videtur ꝙ gratia sit ipso iure nulla, per c. postulasti. de rescript. vbi causa impulsiua, si est falsa, vitiat gratiam, quia si priuatur beneficio, & sic iure quæsito, multo magis iure quærẽdo. & sic collatio facta publico concubinario asserenti se velle famulari domino in habitu regulari: & perseueret in illo concubinatu notorio, erit ipso iure nulla. Et ex istis concludo in fauorem domini episcopi.

EPITOME.

¶ Prohibita alienatione a testatore, prohibitam quoque hæred. institutionem dicit. Et quia testator extra familiam & descẽdentes alienari prohibuit, istam prohibitionem dicit, ultra quartum gradum, etiam in infinitum protendi.

SVMMARIVM.

Alienatione a testatore prohibita extra familiam & descendẽtes, prohibita hæredis institutio videtur, & vltra quartum gradum & in infinitum ea prohibitio extenditur. nu. 1. 3.

Vendicare volens bona testatoris quid probare debeat. numero 5. 42.

Fama antiqua cum aliquibus adminiculis ad probationem dominij sufficit. nu. 6. 7. 8. 9.

Verba enuntiatiua non probant, nisi geminata fuerint, & numero 10. 11.

Instrumenta de eadem re plura, maximè antiqua probant inter contrahentes. nu. 17. 18. & 19.

Sententiæ valde antiquæ statur, & præsumitur lata causa cognita, & partibus citatis. nu. 20. 21

Præsumitur pro sententia, a qua non fuit appellatum. nu. 22.

Filiatio quomodo probetur. nu. 27. vsque ad 42.

CONSILIVM XIIII.

DEum Inuocent adiutorem, q eis sapientiam donauit. 24. q̃stione 5. cap. nõ liceat. j. q. j. c. cũ Paulus. & c. principatus. ideo optimi, clementissimi Dei omni inuocato præsidio, pro præsentis consultationis mihi propositæ clarissima decisione paucula in medium afferam. Et primo quoad primum dubium & secundum satis eleganter dictum est per celeberrimum dominum consulentem, ideo vlterius prolo-

1 qui non opus esse arbitror. Et ꝙ † videatur prohibita hæredis institutio, satis pulchre decidit Baldus in l. si quis prioris. §. cettum. C. de secundis nuptijs. vbi dicit, quòd institutio hæredis est alienatio vniuersalis. & Angelus in suo eleganti consilio, quod incipit. in Dei nomine, & suæ matris Virginis Gloriosæ, ex dicto themate plura dubia possent oriri. quod in ordine est octauum consilium: vbi facit illam distinctionem, quam facit dominus consulens, videlicet an prohibitio sit facta in certum genus personarum: & sic in hoc idem dico, quod dominus consulens. Quo autem ad secundum, an prohibitio alienationis excedat quartum gradum, idem dico: sed moueor alijs rationibus. Et primo præsuppono illud,

illud, quod bellissimè dixit Baldus in consilio incipiente, Martinus Ioannis de Florentia. posito inter consilia Angeli: vbi dixit, quòd mens statuētium volentium familias & agnatos præferri fœminis in bonis deficientium, fuit ratione cuiusdam compensationis præsumptæ ex quadam consuetudine modernorum temporū: quæ est, vt superstites agnationis suæ cedant oneribus defunctorum quantum ad ꝓpulsationem iniuriarū actiuè & passiuè, & ad multa similia incommoda prouenientia ex agnatione, vbi autem collocantur incommoda, ea compensari debent cum alio commodo. l. prima. §. final. ff. de aqua pluuia arcenda. Secūdo ratione cuiusdam publicę vtilitatis, tribuit facultates suas, vt familię salua sit dignitas, quę absque diuitijs non conseruatur l. ab omnibus. circa principium. ff. de legatis primo. l. prima. § si seruus. ff. de ventr. inspici. ideo honores & onera publicorum gerendorum officiorum spectant ad virilem sexum. l. secunda. ff. de regulis iuris. & hęc fuit ratio coniecturatiuè mouens modernos iurisstatores. q̄a ꝑ agnatos virilis sexus ꝑpetuat̄ agnatio l. pronuntiatio. §. familię. ff. de verborum signifi-
2 catione. & ideo ibi dicit Bartolus, ꝙ vbicunque † apparet de ratione legis, debemus verba legis intelligere ad id duntaxat, quod rō se extēdit & hoc dicit esse infallibile. Modo in proposito nostro ista videtur fuisse mens ipsius testatoris, cum voluit ad suam hæ
3 reditatem venire filios, & bona sua prohibuit † alienari extra familiam, & descēdētes. quo casu videtur vocasse descendentes & familiam suā vltra quartū gradum ratione supradicta. hoc decidit textus formalis in l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de legatis secundo. in versiculo, in fideicommisso, quod familiæ relinquitur, hi ad petitionem admitti possunt, q̄ nominati sunt: aut post eos omnes extinctos, qui eo noīe fuerint eo tempore, quo testator moreret̄ & q̄ ex his proximo gradu procreati sunt, nisi specialiter defunctus ad vlteriores volūtatem suam extēderit. vbi est casus, ꝙ si testator reliquit fideicommissum familiæ, ꝙ ad petitionē illius fideicommissi admitti possunt nominati, & eorum filij, & nepotes, & post eos oēs extinctos, qui ex his proximo gradu nominati sunt, & sic vlteriores. cum ergo in casu nostro testator vocauerit familiā, & descendentes: ergo vocauit vlteriores descendentes, & per ꝯns sequitur, ꝙ ista ꝓhibitio alienationis excessit quartum gradū. Vnde Iacobus de Beluisio in authentico, de restitu. fideicommiss. §. nos igitur. quærit, quid si testator ꝓhibuit liberos, vel hæredes alienare, volens ad descēdentes suos perpetuo peruenire, & refert ita fecisse in suo testamento excelsum doctorem dominū Frāciscum Accursij, decidit, ꝙ isto casu talis prohibitio extendetur etiam vltra quartum gradum, & in īfinitum: quia descendentium nomen ad infinitū extēditur. C. de suis & legiti. l. final. in authentico, de hæredibus ab intesta. §. primo. l. liberorum. ff. de verborum significatione. Cum ergo ī casu nostro testator expresserit descendentes & successores. ergo talem prohibitionem in infinitū extendit. Et si dicatur, ꝙ Bartolus aliter loquutus est in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legatis primo. Respōdeo, quòd Bartolus ibi loquitur duntaxat de familia, quando dixit extra familiam: sed q̄n venit ad illa verba descēdētes &c. nō loquitur Bartolus de familia. & sic dictum suum est extra casum nostrum. vnde solennis doctor dominus Petrus de Ancharano in consilijs suis, consilio 25. aliàs. 26. videtur decidere istam quæstionem, vbi consuluit, testator disposui in suo testamento, ꝙ ad duos maiores de domo & agnatione veniret quædam honorantia: modo decesserunt duo maiores, ad quos dicta honorantia perueniebat: fuit dubitatum, vtrum, viderentur inuitati alij duo de domo & agnatione, & sic in infinitum & concludit ꝙ sic: q̄a considerauit progeniem & agnationem. nam videtur habuisse animum ad incognitos de domo & ꝓgenie sua propter affectionem domus. & dicit, quòd hæc affectio ad agnationē & domum, visa fuit prouisionibus & statutis vtilis, & moribus hominum cōueniēs: vt patet instit. de hæredi. ab intestato. §. item vetustas. & de legi. agna. succe. ī princip. Nec obstat s̄m eum, ꝙ postquam testator restrixit se ad duos antiquiores de domo eius, dispositio sit restringēda ad illos duos, & non ad vlteriores. argumento. ca. non pōt. de præbendis. lib. sexto. vbi dispensatio sup duobus beneficijs in simili forma concepta intelligitur de duobus primis. si hoc est in rebus: ergo idem in personis. & ad proximos duos restringitur. sic etiam cum de tempore loquimur. l. eum qui calēdis. ff. de verborum obligationibus. facit, quod notat Ioānes Andreæ post Archidiaconum in capitulo, quāuis. de præbēdis, libro sexto. & quod habetur in l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatione. Et ipse respondet ad casum. d. c. nō potest. quāuis ibi decrescat affectio disponentis, & sic strictè intelligi debeat odio literarum ad beneficia, argument. c. q̄uis. de præbendis libro 6. tamen loquitur in dispositione fauorabili, & per consequens amplianda. l. in testamentis. ff. de reg. iur. Item in illis iuribus nulla est probabilis coniectura dirigendi dispositionem ad alia, q̄ prima: secus hic, vbi testator habuit affectionem ad domum & descendētes. vnde testator videtur voluisse de descendentibus in descendentē prohibitionē venire. & sic dominus Petrus decidit bellissimè istā q̄stionē, ꝙ dicta alienatio comprehendit vltra quartū gradū in infinitū. & bene facit, ꝙ valde eleganter dixit verissimus interpres dominus Paulus de Castro, in quodam suo eleganti consilio, vbi refert multas allegationes factas in contrarium, in contingentia facti, ꝙ testator non videtur habuisse affectionem ad eos, quos non vidit sed sufficienter respondet, vbi per eum: non tamen facit mentionē de consilio domini Petri præallegato, & incipit illud cōsilium domini Pauli, In Christi nomine amē. In causa, quæ vertitur per me &c. placeat domino aduocato videre ista duo consilia. Præterea hoc dico decidi bellissimè per Baldum in l. quoties. la prima. C. de fideicommis. vbi dat regulam, ꝙ quoties
4 testator voluit rē † remanere ī agnatione, præsumit̄ tacitum fideicommissum inter eos, qui sunt de illa agnatione. & ego dico fore casum de hoc in dicta l. cum ita. §. in fideicommisso. & bene facit, quod not. ibi Bal. & q̄d no. Bar. in l. Lucius, in prin. ff. de leg. 3. & vidi anno præterito quæstionem ualde arduam de hoc inter magnificos dominos de Sabellis de Roma: vtrum illa ꝓhibitio alienationis excederet quartum gradū, & consului, hic Bononiæ ꝙ sic. & ꝯsuluerunt ualentiores doctores Italiæ. & etiam consuluit uenerandum collegium Bononiense. & etiam uidi isto anno refricari in dubium istam quæstionem hic Bononiæ, & cōsului, ꝙ in infinitū durat illa alienatio: & ita fuit obtentū per sententiā. Et sic ꝯcludo talem alienationē de bonis prohibitis alienari fieri non potuisse, & talem prohibitionem extendi ultra quartum gradum in infinitum. ¶ Restat nunc uide-
5 re, si quis uult † uendicare dicta bona, tanquam fuerint bona ipsius primi testatoris, an oporteat ip̄m ꝓbare, ꝙ tp̄e mortis ipsius fuerūt ī dn̄io, uel possessione ipsius, q̄d iuris, an sufficiant instituta, de quibus in pūcto dicitur. Et circa hoc diligenter animaduertat dominus aduocatus ad ꝓbandū istud dn̄ium, ut articulet, ꝙ fama est a lōgissimo tp̄e. 50. uel 60. annorum, & ultra, ꝙ dictus dominus Gerardus erat reputatus

tatus dominus dictarum rerum,& probatur ista fa-
6 ma:quo casu sufficiet probando † antiquam famā cum aliquibus adminiculis ad probationem dominij. vnde Angel. in loco satis peregrino & extraneo. s. in l. Titius. ff. quibus modis pig. vel hypo. sol. dicit, quòd per famam probatur dominium. allegat glo. quā dicit esse singularem. in l. atqui natura. §. cum me absente. ff. de nego. gest. quam dicit procedere, quando fama habet alia adminicula, & allegat dominum suum Bald. & allegat in argu. l. non omnis. §. a barbaris. ff. de re milita. & idem Angel. in dicto
7 §. cum me absente dicit, quòd fama † probat dominium. vt ibi est glos. postea subdit se credere illā glo. veram, quādo apellatur dominium esse eius, cuius in contrariū memoria nō existit. & sic ignorat initiū nisi p famā. & ponit exemplum. si volo pbare, ꝙ ista domus fuit Dantis poëte, vel alterius, qui decessit, iam sunt centum anni: ita ꝙ nemo viuit, qui viderit, sed bene per famam dicitur, ꝙ hæc domus fuit eiusdē: quo casu fama ſm eū probat dñium data antiqtate temporis, cuius memoria nō existit. & ita refert se obtinuisse in qstione facti in ciuitate Paduana: quidam inquit, reliquerat in pium vsum conuertendum vsumfructum cuiusdam suæ domus: & ista domus p multas manus discurrerat, possessor domus allegabat se nō teneri ad pstandū vsumfructū sacerdoti: qa negabat dñium illius domus fuisse illius testatoris, allegabat famam non probare illud dominium: nihilominus Angelus ibi cōcludit, ꝙ fama temporis longissimi fuit sufficiēs probatio dominij. & ita refert ibi iudicatū fuisse in illa qstione. Facit glossa in l. proprietatis. C. de probatio. vbi
8 textus dicit, dominium † probari non solum instrumento, sed quibuscūque alijs legitimis probationibus, & gl. ibi dicit, scilicet per famā consentientem. & ibi dicit Bal. ꝙ vbi est fama verisimilis, iūcta cum vno teste, facit plenam probationem: & ideo optimum est ſm eū, iustificare famā per aliquas cōiectu ras. & loquitur ibi Bal. de fama recēti, nō aūt loqtur de fama antiqua. facit, qđ no. Ioan. Andr. in ca. inter dilectos. de fide instrumentorum. vbi dicit, ꝙ fama cū alijs adminiculis probat dominiū: & non loquit̄ ibi Ioan. And. de fama antiqua. Facit dictum Baldi in l. proprietatis. præallega. vbi dicit, ꝙ per famā antiquam probantur dominia, de quorum principijs nō extat memoria: vt l. si arbiter. ff. de probationib⁹. & idem dixit idem Bal. in l. cōuenticulam. C. de episco. & clericis. vbi dicit, ꝙ Papa probabit dominiū terrarū eclesiæ per famā. Facit, quod voluit do. Anto. in c. veniens. el primo, de testi. vbi dicit, ꝙ qn̄ agitur de effectu famæ, respectu finis probandi: si factū
9 est † antiquum, puta cētum, vel quadraginta annorum: tunc fama obtinet locum plenæ probationis. l. si arbiter. ff. de pba. ī summa. §. itē Labe. ff. de aqua plu. arcen. alle. Cy. in l. si qdē. C. de pba. & Inn. & ī c. veniēs. de ver. sig. & idē dicit, si factū nō est antiquū, sed est difficilis probationis: quia tunc sola fama pbat. facit ēt qđ pulchrè no. Bal. in l. indicia. C. de rei vē. vbi dicit, pr̄ meus iā sunt viginti anni, emit pdia, & instra non reperiuntur nec tests; qa sunt mortui: iste pater meus decessit iā sunt. 12. anni, ego postea continuo possedi ista prædia per decennium, cecidi à possessione: an potero vendicare: nam titulum patris mei pbare nō possum. Itē titulus p hærede non hēt locū in suo. Itē nec titulus gnalis, p suo, allegat Bar. dicētē, ꝙ probabo ex eo, ꝙ audiui a patre meo, q dicebat se emisse, & ꝙ hæc fuit publica vox & fama. vnde licet nō probē titulū: probo tamen iustissimam credulitatem tituli, ex qua per decennium possidēdo pscripsi, & p hoc pbatur iustissima credulitas. l. fin. ff. p suo. & per not. in l. Titio fundus. ff. de condi. & demon. allegat dicta per Bar. in l. Celsus. ff. de vsucapio. Modo in proposito nostro, si potest aduocatus articulare & probare famam antiquam: vel famam recentem cum alijs adminiculis, ꝙ prædicta bona vendicanda fuerunt illius quondam Gerardi primi testatoris, res est in porticu salutis & victoriæ: quia ex quo apparet ex primo dubio, quòd non potuit fieri institutio hæredis de dictis bonis: quia est alienatio, & ex secundo dubio apparet, ꝙ illa prohibitio alienationis, transiuit vltra quartum gradum & in infinitum: ergo sequitur necessario, ꝙ dicta bona possunt vendicari. Sed si de fama non potest constare, ꝙ dicta bona fuerunt ipsius quondam Gerardi & quoad dominium & possessionem per ipsum possessa tempore mortis: tunc erit capiēda via, quæ ponitur in puncto, videlicet, ꝙ ex tunc quādoq; instrumenta publica, de quibus sigillatim & specificè faciam mentionē, producantur: quia ego dico, ꝙ posito ꝙ dicta instrumenta essent enuntiatiua, & non loquerentur dispositiue, ꝙ tamē indicant. ꝙ dicta bona preuenerunt in Christophorum filium Francisci filij dicti quondam domini Gerardi propter mortē ipsorum Gerardi & Francisci. Et si dicatur, ꝙ verba
10 † enuntiatiua non probant: vt dicit tex. in c. si Papa. de priui. li. 6. c. fi. de suc. ab intesta. l. ex hac scriptura. de donatio. cum sim. adeo, ꝙ dixit glo. notabilis in l. cum aliquis. C. de iure deli. ꝙ si instrumentum publicum dicat, actum esse in ponte talis districtus per me, ꝙ propter hoc nō probatur, ꝙ sit de districtu illo, ille pōt: quia res inter alios acta non præiudicat alijs: sed quoad ipsos præsentes bene præiudicat: vnde ratione talium verborum præmissorum per me sortitur ille talis forū: nec potest declinare, licet neget esse de districtu. vt l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipula. Ad hoc respondeo. Primo illa cō-
11 munis doctrina doctorum est vera, ꝙ † verba enuntiatiua nō probant, nisi fuerint geminata: nā si sunt geminata, optimè disponunt. iste est text. singularis & melior de corpore iuris in l. 1. C. de plus peti. de quo singulariter exclamauit verissim⁹ iuris īterpres dn̄s archiepiscopus Panormitanus in cōmento c. p tuas. de arbi. bene facit in simili, quod habetur in l.
12 fi. C. ad legē fal. vbi † geminata obligatio naturalis pducti efficacem actionem. facit l. 1. §. debitum. alias l. eum qui. §. debitum. ff. de constitu. pecu. & insti. de acti. §. de constituta. facit gloss. in l. cum scimus. C. de
propria acceperunt id, in quo fuerũt institutæ, quo
casu potuerunt: vt habetur in d. l. ex facto. & in d. c.
quoties. & per Angelum & Ioannem de Imola in
d. l. j. §. si ex fundo. & sic effectæ & incorporatæ sunt
ipsis monasterijs iuxta notata per Bartolum in l. si
vacãtia. libro 10. & per D. Cardinalem in c. 2. de feu.
ergo illud argument. superius formatum nõ obstat
25 aliquo modo. Nec obstat cum Bald. dicat, † quòd si
scholaris agat cõtra scholarem cessat priuilegium,
authentic. habita, primo: quia illud dictum est im-
probatum per doctores, maximè per Salycet. quem
superius retuli. secundo quia ad casum nostrum nõ
procedit: quia non est paritas priuilegij, imo illa ec-
clesia. s. legataria est priuilegiata in specie, & hospi-
tale in genere. Item quia ex superius, dictis apparet
responsio ad illud dictum Bald. Nec obstat, cum al-
26 legatur glossa in dicto capi. in præsentia. primo † qa
illa glossa non loquitur in casu nostro. loquitur enĩ
generaliter, quando priuilegiatus concurrit cũ pri-
uilegiato, nec aliter distinguit. vnde illa glossa intel-
ligitur data paritate priuilegiorum: sed iste non est
casus noster. Item quia de iure communi non detra
hitur falcidia delegato ad pias causas relicto, vt su-
perius dictum fuit. Item quia distinguitur illa gloss.
nisi vnus priuilegiatus esset reus: quia tunc esset se-
cus, vt superius dictum fuit. Nec obstat, cum allega-
27 tur dictum † domini Abbatis in dict. c. in præsentia.
inquantum refert Franciscum præfatum consuluis-
se, ꝙ possit detrahere. primo: quia illud consiliũ nõ
vidi, si ita est: vt dominus Abbas refert. secũdo si est
ita, vt refert dominus Abbas, ꝙ ita cõsuluerit domi.
Franciscus: respondeo, ꝙ non bene cõsuluit ex mul
tis. primo ita consuluit per illã glossam, quæ nihil fa
cit: vt superius dixi. Secundo mouetur per. §. sed hoc
præsenti. in authẽti. de satisfa. episco. nec etiam ille
§. obstat, ex eo quia loquitnr, quando vtraque eccle
sia erat in specie priuilegiata: quia est secus in casu
nostro: quia hospitale est priuilegiatũ in gñe, & mo
naci & canonici regulares sunt priuilegiati ĩ specie,
vt plenius dicit dominus Ludouicus Romanus in
commento dictæ authenticæ, similiter. & ideo pro-
cedit, quando sunt priuilegiati respectu eiusdẽ cau-
sæ, aliàs secus. & ita etiam firmat dominus Abbas
in dicto c. in præsentia. & ibi etiã dicit, ꝙ si sunt pri-
uilegiati respectu eiusdem causæ, & priuilegiũ vnũ
est potentius altero: & ponit exemplum. quãdo cer-
tat vnus de damno vitando, & alter de lucro captã-
do: vel quia causa concedendi priuilegiũ est fauora
bilior. cũ ergo in casu nr̃o fauorabilior est causa ip-
sorum monacorum & canonicorum: quia habent
voluntatem ipsius testantis. ergo, &c. Subdit etiã si
28 dñs Abbas, ꝙ si si priuilegia† sunt paris potentiæ, ꝙ
potior erit conditio possidẽtis. l. si seruum. §. sequi-
tur. ff. de verborum obligationibus. & in ca. in pari
causa, de regulis iuris. libr. 6. & postea subdit idẽ do-
minus Abbas, ista sua dicta esse notanda, ex quibus
poteris allegare pro & contra. & ita residet ibi dñs
Abbas. modo ista ponunt gladiũ ad radicem in præ
senti cõsultatione: primo qnia hic est imparitas pri-
uilegij, vt superius est ostensum. ergo non extingnit
priuilegium monacorum & canonicorum. Secũdo
quia posito, non tamen concesso, ꝙ esset paritas pri-
uilegij, nihilominus melior est conditio possidẽtis:
sed isti canonici, & monaci possidẽt. ergo. & sic licet
dominus

dominus Abbas generaliter recitasset illud consiliũ domini Francisci: tamen postea illud limitauit & restrixit, item quia idem dominus Abbas dicit ex prædictis posse argui pro & contra in prædicta quæstione. & sic nõ simpliciter tenuit, & sequutus est illam opinionem: sed eam limitauit, vt prædixi. & per cõsequens ita videtur intelligenda illa opinio domini Fracisci. & sic dominus Abbas expresso ore decidit istam quæstionem in fauorem monacorum & canonicorum. Et si dicatur ista opinio in fauorem hospitalis est communis, ergo præsumitur verior: ideo non debet iudex ab ea recedere: quia vhe soli. ca. 2. de statu monaco. & cõmuniter maior pars melius inuestigat veritatem, vt ĩ iuribus superius allegatis. in illo Catonico, iudicium populi nunquam cõtem pseris vnus cum ergo tot illustres iuris patres illam opinionem sequantur: vt Dynus, Albericus, Franciscus, Angelus, & dominus Abbas, ergo secũdum eã est iudicandum & consulendum. Ad hoc respõdeo vna cum dicto Hostien. in capitulo primo, de constitu. quod sequitur ibi Ioan. And. vbi dicit, ꝙ com-
29 munis†opinio est sequenda, nisi posset conuinci ꝓbabilibus rationibus, quòd bonus iudex accutissimi ingenij arbitrabitur. pro quo dicto est dare casum valde singularem in l. prima. §. neque. C. de vete. iur. enucl. vbi habetur, quòd non est iudicandum secũdum multitudinem auctorum: quia vnius auctoritas in aliqua parte subtilior est: & sępe Deus reuelat paruulis, quod sapientibus abscondérit. ita bellissimè dicit ibi tex. in versicu. cum possit vnus forsitan, & deterioris sententia, multos & maiores in aliqua superare, & apud Hieronymum in prologo Bibliæ dicit, hæc doctus Plato nesciuit, hæc Demosthenes eloquens ignorauit. abscondam (inquit) sapiẽtiam sapientibus, & imprudentibus reuelabo. vnde non est cõsideranda auctoritas loquentis, sed ratio: quare ad sic dicendum mouetur. 9. distinctione, ca. ego solis. in versiculo alios autẽ ita lego, vt quantalibet sanctitate, quantane doctrina polleant, non ideo verum putem, quòd ipsi ita senserunt: sed quia mihi per alios auctores vel canonicos, vel probabiles rationes, quod a vero non abhorrent, persuadere potuerunt. & est textus Augustini. Et ideo standum est opinioni, quæ melioribus rõnibus & subtilioribus motiuis sustentatur. ita dixit text. in c. capellanus. de ferijs. ideo posito, ꝙ commnnis opinio esset in ꝯriũ, tamen staretur opinioni, quæ melioribus & subtilioribus rationibus moneatur: sed ista opinio in fauorem monacorum & canonicorum regularium est huiusmodi, per rationes superius ostensas: ergo erit pro ea iudicandum. Et est etiam aduertẽdum: quia communis opinio est contra canonicos & monacos. primo glossa est contra hospitale relata ad textum in dicto c. Pontifices. secundo hoc sequitur dominus Abbas in dicto c. in præsentia. cum limitat illud consilium D. Francisci: qñ priuilegia sunt omni ex parte paria, & nemo est in possessione, & ambo sunt actores. & vnus non tractat de lucro, & alter de damno vitando, sed ita est in casu nostro: quia canonici & monaci sunt in possessione, & sunt rei, & tractant de perdendo iure quæsito, & sunt in specie priuilegiati. Item Ludouicus Romanus sequitur istã partem, nec Dy. nec Frãciscus, nec Albericus loquũtur in casu nostræ quæstionis. non enim loquuntur eo casu, qđ vna ecclesia est in possessiõe, vt est casus noster: & sic non merẽtur allegari contra istam partem. nec Angelus tenet ꝯrium: quia loquutus est ꝑ verbum dubitandi, forte, & non per verba decisiua, & assertiua. Et sic potius censetur opinio contra hospitale esse cõmunis, cum eam sequantur glo. & doctores. & maximè, qa rõnes Bald. Bar. Cy. & doctorũ in locis in superius allegatis, concludunt in fauorẽ ipsorum monacorum, & canonicorum regulariũ. & maximè quia moderni doctores, vt fuit dominus Abbas & dominus Ludouicus, sequuntur glo. dicti cap. pontifices. & quãto iuniores. tanto speculatiores: vt dixit glossa, in l. Gallus. ff. de liber. & posthu. & etiam si bene ponderetur dictum domini Petri de Ancha. in d. c. in præsentia. videtur sequi istam partem, cum in quarta oppositione arguat de dicto. §. sed hoc ꝑsenti. & remittat se ad nota. in dicta authẽ. quas actiones. facit etiam, quod dixit dñs meus Ioannes de Imo. in dicto capitulo, in præsentia. super illa gloss. ꝙ non debet cooperiri vnũ altare & discooperiri aliud: quod optimè dictum est in casu nostro: qa discooperiretur altare ipsorum monacorum & canonicorum, cum sint in possessione dictarum rerũ: & cooperiretur altare hospitalis, quod esse non debet. Est etiam ponderãdum hoc casu: quia fauetur duobus, scilicet religioni & volũtati testatoris, iudi-
30 cãdo pro ipsis monacis & canonicis: & sic†duplex fauor est pręferendus fauori vnico ipsius hospitalis, ĩ auth. itaque. C. commu. de succ. & sic fauebimus testamento, quod est fiendum. lege, in testamentis. ff. de reg. iur. lege si pars. ff. de inoffi. test. cũ si. Præterea facit. quod voluit Bal. in auth. habita. in versi. Et primo quæro, si scholaris coram potestate conuenitur a vidua, vel a pupillo: vtrum beneficiũ illius authẽ. vẽdicat sibi locum illo casu, C. ne filius pro patre. &
31 concludit, quandoque †plures sunt priuilegiati sub diuersa consideratione, tunc refert in ratione priuilegij. Si enim est maior rõ spẽlitatis ĩ vno, q̃ in alio: tunc id, quod est magis speciale, derogat ei, quod est minus speciale. ff. de minori. lege, si apud. si aũt sunt æquè specialia, melior est conditio rei, ex hoc dicit detetminari quæstionem præcedentem: quia in pupillo & vidua maior est ratio specialitatis: & allegat no. per Cy. in dicta auth. quas actiones. & sic Baldus in terminis videtur istã q. decidere, ex eo qa firmat, ꝙ priuilegiatus in specie præfertur priuilegiato in genere: sed ecclesia legataria videtur in hoc priuilegiata in specie, vt superius fuit dictum. ergo & posito, ꝙ essent æquè specialia melior est conditio rei. cũ ergo monasterium hoc casu sit reus, apparet, ꝙ multifariè, multisque modis est manifesta iustitia ipsius monasterij. & ita concludo in fauorem ipsorum canonicorum & monacorum.

EPITOME.

¶Statuto cauente, ne minor, si sine certa solennitate contraxerit, iuramẽto obligetur, minor quispiam cum quodam ueluti fratre de hæreditate paterna, data illi illius hæreditatis parte dimidia nullis uocatis consanguineis, iureiurando transegit. Respondet Barb. istum ad obseruandum iuramentum nullo modo teneri. Quinimo absolutionem petere posse, ipso. etiã aduersario inuito. Ad hæc nullam esse istam transactionem, probata, scilicet falsa transigendi causa.

SVMMARIVM.

Minor contrahens cum iuramento, non obseruata forma a statuto super ea re præscripta, iuramentum obseruare nõ tenetur. numero 8.

Spõte non iurauit, qui dolo inductus est, vnde iuramento non obligatur. nu. 11.

Statutum ne minor, sine certa solennitate contraxerit, iuramento obligetur, ad vitandas minorum deceptiones factam, valet. numero 13.

Abso-

Absolutio à iuramento tunc non est necessaria, quando lex iuramento occurrit, vel is, qui contraxit dolo inductus est: tutius tamen videtur, si postuletur. nu. 23.

Transactio ex falsa causa interposita nulla est. nu. 29.

Verba illa in transactione posita, volens agnoscere bonam fidem verba notarij præsumuntur, nec mentem partis arguũt. numero 30.

CONSILIVM XVI.

ILlud In medium afferam, quod Ouidio nr̃o bellissimè venit in mẽtem. Dij, inquit, cęptis aspirare meis. facit c. principatus. & c. cũ Paulus. j. q. j. vbi enim Christus non est fundamentum, nullum boni operis superest ædificium. Ideo optimi maximi Dei omni inuocato præsidio, visis scripturis, & maturè pensatis pro clarissima præsentis consultationis mihi propositę decisione. erit primo videndum vtrum dictus Petrus sit obligatus efficaciter seruare dictam transactionem, seu instrumentum fraternitatis respectu iuramenti per eum præstiti, non obstante statuto Reginæ ciuitatis. Secundo posito, non tñ concesso, ꝙ teneatur vinculo iuramenti ad obseruantiã instrumenti præfati: an possit obtinere absolutionẽ a iuramẽto præfato, inuito ipso Belloto. Tertio erit videndum, vtrum dicta transactio reddatur nulla, si probetur, ꝙ ex falsa causa fuerit interposita: quia re vera dictus Bellotus nõ est frater ipsius Petri. Et istis discussis & accuratè examinatis, apparebit veritas indubitata p̃sentis consultationis. ¶ Capio primũ, & videtur, ꝙ astringatur vinculo iuramenti ab obseruantiam transactionis hoc modo: sacramẽta puberum sponte præstita inuiolabiliter seruanda sunt per ipsos minores: sed iste Petrus iurauit seruare huiusmodi transactionem, & sponte quod apparet: qa fuit facta coram iudice, & coram amicis, quo casu cessat omnis metus. facit. l. j. C. de prędi. curia, lib. 10.

1 vbi ꝯtus † factus coram iudice præsumitur sine dolo gestus: adeo ꝙ non potest intentari remedium. l. 2. C. de rescin. vendi. ita dixit Ange. in l. si quis cũ aliter. ff. de verbo. obliga. & Bal. in d. l. 2. facit c. solicite. de restitu. spolia. vbi si quis fuit spoliatus beneficio, si postea renuntiat iuri suo coram iudice, videt̃ purgatus metus secundum do. Ant. ibi. Facit, quod no. D. Anto. in c. cum pridem. & in c. quoties. de pactis. Facit c. quamuis. eo. titu. libr. 6. vbi metus non præsumitur, sed est necesse illum probare. Facit. l. interpositas. C. de transactio. vbi trãsactio factam coram amicis non præsumitur metu interposita: & ibi Cy. Barto. & Bald. & quod notat Bald. in l. pactum quod dotali. C. de colla. & iã iste Petrus erat pubes maior quatuordecim annis: vt apparet ex isto instrumento transactionis: ergo. & ideo dixit Bal. in d. auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. vbi probatur

2 maior istius argumenti, ꝙ Cynus ipse intelligit† illũ tex. in omni cõtractu & distractu, per no. in l. 3. §. qd ergo. ff. de contra. iudi. tu. ex quo infert, ꝙ refutationes, quas faciunt sorores fratribus de hæreditate paterna, vel materna, vel refutationes, quas faciũt minores suis tutoribus, vel curatoribus administratione tutelę cum iuramento, sunt validæ; in tantum ꝙ a tali iuramento non potest peti relaxatio, aut absolutio. Et si quispiam dixerit, amice, ista tua ratio licet sit vrgens satis: tamen procedit ex dispositione iuris cõmunis, quo casu fateor tibi de plano, ꝙ minor est ligatus suo iuramẽto sponte præstito: sed in casu nostro inest statutum municipij, quo disponit, quòd minor si contraxerit non interueniente certa solennitate, non obligetur ex iuramento, quod fuit in terminis nostris: quia in ista transactione non interuenit debita solennitas. ergo non est ligatus ex iuramento: quia statutum hoc casu fecit inefficacem ad obligandum ipsum minorem: quo casu statutũ potest id disponere. cum sit lex in populo. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. cum simil. Quoad istud ego

3 respondeo, ꝙ iuramentum† est res spiritualis: vt in c. debitores. & in c. & si Christus. de iureiuran. ca. fi. de foro cõpet. lib. 6. & fuit introductum a iure diuino, iurate, vouete, & reddite: vt in d. iuribus, sed sup̃ re spirituali est interdicta oĩs potestas laicis. c. tuam. de ordine cognitio. ca. per venerabilem. qui filij sint legitimi. c. quanto. c. decernimus. c. nouit. de iudi. c. si iudex laicus, de senten. excom. lib. 6. ergo istud statutum tanquam editum a laico super iuramento, improbãdo non tenet, hoc approbat excelsus interpres Baldus in l. 2. C. de indi. vidui. tollen. vbi dicit, ꝙ

4 statuto† inuitantia mulieres, & minores venire contra proprium sacramentum non tenent: sed sunt irrationabilia. l. si vnus. §. igitur nulla. ff. de pact. ergo tale testamẽtum tanquam irrationabile, & contra ius diuinum est nullius momenti. Facit dictũ eiusdem Bal. in præallegata authen. sacramenta. vbi dicit, ꝙ istud statutum valuit secundum opinionem antiquorum aduocatorũ, qui ad hoc allegabat textũ in l. si quis inquilinos. § . fina. ff. de leg. primo. sed

5 ipse ibi tenet, quòd non valet. & ad† l. illam. l. respondet, quòd loquatur, quando ius commune reprobat contractum, & etiam iuramentum: sed in casu isto non reperitur, ꝙ lex reprobat iuramentum minoris: imo approbat, vt in d. auth. sacramenta. ergo tale statutum non tenet. Facit, quod no. do. Anto. in c. cum contingat. de iureiuran. vbi latè prosequens istam materiam concludit, ꝙ licet statutum disponens, ꝙ contractus factus cum minore sine cõsensu propinquorum, etiam cum iuramento sit nullius momenti: ꝙ nihilominus si minor contrahat sine illa solennitate cum iuramento, obligabitur vigore testamenti. facit, quod voluit D. meus Ioan. de Imo. in commento. dicto c. cũ contingat. vbi dixit, statu-

6 to † cauetur, ꝙ minor non possit contrahere etiam cum iuramẽto sine solennitate apposita in ipso statuto: & si aliquis vtatur illo instrumento incurrat pœnam statuti, ꝙ tale statutum non potest imponere pęnam vtenti iur̃o, seu instr̃o, p̃ l. Seius & Augerius. & l. qđ de bonis. §. j. ff. ad l. falci. nec ẽt statutum propter solennitatem omissam infringere potest ipsum iuramentum. Facit, quod pulchrè dixit Bald. in

7 d. l. non dubium. C. de legibus. vbi dixit † ꝙ quando iuramentum emanat super actu prohibito ex iustitia positiua: tunc iuramentum debet seruarj, cum possit seruari sine interitu salutis eternę. p̃ not. in d. c. quãuis. cum ergo istud iuramẽtum emanauit super actu prohibito a statuto, & sic a lege positiua: ergo tale iuramentũ obligauit. Facit, quod voluit do. Ant. in dicto c. cum contingat. vbi dixit, ꝙ ista prohibitio facta in casu istius statuti emanauit fauore personæ: & sic videtur cessare turpitudo ex parte cõtrahentis: & sic iur̃m istud erit obligatorium. quia lex Dei nõ habet pro turpi, ꝙ veritas seruetur in casu isto: & iuramentum parti, cui iurauit, licet lex ciuilis aliud velit. cũ ergo istud statutum, cõsiderauit fauorem personæ: nec considerat peccatum, quod considerat lex canonica propter bonũ animæ. vt dixit gl. notabilis in c. cũ contingat. de iureiurã. debet quis potius omnia mala pati, quàm cõmittere aliquid cum detrimẽto animæ suæ. c. sacris. quod metu. Et propter hoc ibi D. Abb. refert Fed. de Senis, consilio 252. malè dixisse, qui voluit, ꝙ cogatur contrahẽs relaxare iuramentum. ergo. Facit etiam. c. si imperator. 96. dis. vbi dicitur, ꝙ in istis spiritualibus

Impe-

Imperator debet habere recursum ad ecclesiam. er
go sequitur, ꝙ istud statutum nō potuit inualidare
tale iuramentum. Facit, licet istud statutum potue-
rit quoad commodū alteri⁹ impedire obligationē,
quatenus acquirit parti: non tñ potuit illā impedi-
re, quatenus acquiritur Deo principaliter, vt est in
iurō: & hoc cum pręstatur in mā cōcernenti ipsum
iurm. Facit, quod no. Inn. in c. 2. de regul. vbi dixit, ꝙ
in istis spiritualibus ius spirituale præfertur iuri po-
sitiuo. ergo tale statutum nullo modo potuit tolle-
re obligationem ortam ex isto iurō. Et ideo multū
eleganter dixit D. Ray. de Forliuio in cōmēto. l. om
nes populi. ff. de iusti. & iur. ꝙ tale statutum emana-
uit in fraudem iuris canonici, volētis iuramentum
seruari. ideo tale statutum secundum eum, non de-
bet seruari tanquam factum in præiudicium legis
superioris. l. fraus. cum l. seq. ff. de legi. c. quanto. de
priuile. cum simi. Facit etiam, quod dixit Ioā. Andr.
in c. statutum. de hæreti. li. 6. in nouel. vbi dixit, ꝙ nō
valet statutum imponens pœnam contrahenti ma
trimonium sine certa solennitate: tanquam dispo-
nat super re spirituali: ita dicamus in casu istius sta-
tuti, ꝙ non valeat: tanquam sit contra ius diuinum.
Et sic ex istis videtur, ꝙ non obstante tali statuto, di-
ctus Petrus teneatur, & obligatus sit ad obseruantiā
iuramenti: & per consequens ad obseruandum in-
strumentum dictæ transactionis, seu fraternitatis. &
ista erant, quæ iudicio meo reddebant præsentem
consultationem dubiam: ideo istis sublatis appare-
bit veritas in aperto. ¶ Et quanquam ista sint satis
colorata: non tñ attingunt casum nrm: ideo illis nō
obstātibus ꝯriū puto de iure verius: videlicet ꝙ nul-
lo modo teneatur ad obseruantiam ipsius iuramen
ti dictus Petrus minor: quod sic ostendo. Et primo
præmitto formalia verba ipsius statuti Regini, posi-
ta in præfatione, & ꝓemio suo. in rubrica, quis mo-
dus seruari dēat in ꝯtibus minorū. vbi dicitur. Cū
lex noua Federici, sacramenta puberum sponte fa-
cta, signata. C. si aduer. vendi. iubeat, sacramenta pu
berum sponte facta super quibuscunque contracti-
bus rerum suarū inuiolabilem obseruari: ꝓdierit in
lacrymas & perniciē ipsorum minorū: sicut per infi
nita exēpla, vbicunque locorum euidētissime capi
pūt, hac saluberrima lege statuimus. Ista sunt verba
8 ipsius statuti. Præsuppono secundo, ꝙ † verba posita
in præfationibus statutorum declarant & aperiunt
mentem ipsorum statuentium: vt est optimus text.
in l. j. ff. ad macedo. & ibi dixit Bart. ꝙ ex præfatione
cōprehenditur mens condentis, quod dicit esse no-
tandum propter statuta: quia declarantur ex eorū
ꝓemijs. facit. l. fi. ff. de hære. inst. & ibi Bal. facit cle. j.
de ele. & ibi D. Ant. facit §. quibus. in prima cōsti. C.
& quod no. ibi. Bal. facit l. regula. §. licet. versi. initiū
constitutionis demōstrat. ff. de iur. & fac. igno. & l. j.
de orig. iur. Et ideo dixit reuerendus Do. Cardinalis
Florētinus in c. penul. de cle. coniug. ꝙ causa expssa
in proœmio legis psumitur cā finalis. facit c. ex mul-
ta. de voto. & quod ibi no. dñs & cōsiculus meus ar-
chiepiscopus Panormitanus. & iō dixit Bal. in l. cum
hi. ff. de transact. ꝙ illa lex habet locū in alimentis, q̃
debentur ex vltima voluntate, propter verbum reli-
cta, ibi positum: quod denotat actū vltimè volunta
tis, licet ponatur in proœmio illius legis. Et sic colli-
gitur ex proœmio istius statuti causa finalis, propter
perniciem & damnum ipsorum minorum, a qbus
extorquētur iuramenta: ad eos damnificandū. tota
ergo dispositio ipsius statuti regulatur à causa pfa-
ta. Secundo præsuppono id, qđ dixit Bald. in c. j. §. itē
sacramēta. de pace iur. fir. ī vsib. feu. vbi dicit, ꝙ refu
9 tationes factæ † a minoribus ita sunt validæ, si nec
metus, nec fraus interuenit: & ideo tūc præsides ci-
uitatum faciunt talia iuramenta remitti, & captu-
ram personæ. l. illicitas. ff. de offi. præsid. & præsumit
dolus cōtra minorem commissus ex enormi læsio-
ne: nam ex enormitate facti præsumitur consilium
animi. allegat, quod Bar. in l. fin. ff. de præto. stip. vbi
arbitrator præsumitur fuisse ī dolo: si enormiter læ-
sit. subdit idem Bal. ibi, sed nos videmus de consue-
dine seruari ꝯrium: quia minores faciunt refutatio.
nes suis tutoribus, & tales refutationes seruanī. l. 3.
§. ꝯriā. ff. de contrari. iudi. per gl. sed glo. ibi secundū
eū maturè loquitur. quia dicit, ꝙ tunc valet refuta-
tio, quando nō interuenit fraus: & boni præsides fa-
ciunt talia iuramenta relaxari. & ita dicit se vidisse
de facto pluries seruari. & allegat Cyn. in d. auth. sa-
cramenta. dicentem esse odiosam, & multos multis
fraudibus exponere, & ꝙ illa auth. multos misit ad
inferos. nec potest tacere contra inquitatem illius.
10 Tertio præsuppono, ꝙ † paria sunt dolum ad esse re
ipsa, vel ex proposito: vt l. si quis cum aliter. ff. de ver
bo. obli. Et ideo dixit Ange. in consilijs suis. consilio
incipiente, domina Caterina, ꝙ cū quædam puella
iurasset in manibus patrui, non petere de hæredita-
te paterna vltra, quàm habuisset a patruo, a quo pa
truo multo minus habuit, q̃ esset hæreditas pater-
na, ꝙ nihilominus potuit petere hæreditatē pater-
nam: quia dolo videtur inducta ad sic iurādum. Idē
etiam cōsuluit D. Gaspar de Calderinis in titulo de
iureiurando, ꝙ propter dolum præsumptum nō te-
netur iuramētum seruare puella, seu minor. Facit,
quod voluit domi. Pet. de Anch. in repetitione. c. ca-
nonum. de constitu. in 11. q. vel circa. vbi refert se de
facto consuluisse in ciuitate Senarum, vbi statutum
est, ꝙ nullus cōtractus, finis, vel quitantia quæ fieret
per minorē 25. annis valeat: nec de eo reddatur ius,
vbi non intercessit certa solēnitas. euenit, ꝙ patrus
tradit neptem nuptui datis sibi in dotem quingen-
tis, & ipsa renuntiauit patruo omne ius sibi compe-
tens ī hæreditate paterna, quæ valebat multo plus:
& iurauit non contrauenire. consuluit, ꝙ potuit pe
tere absolutionem a iuramento. & ita dicit debere
intelligi & limitari dicta authen. sacramenta. & idē
dixit in disputatione, quæ incipit, cum C. laicus. & in
c. quamuis. de pactis. li. 6. & bene facit, quod ipse di-
xit consilio 328. de nepte, quæ renūtiauit patruo re-
gnum, & quod ipse dixit in consilio 357. & consilio
35. & cōsilio 78. Istis præsuppositis, arguo sic forma-
11 liter. iuramentum † dolo extortum non obligat effi-
caciter ipsum iurantem. c. quamuis. de pact. libr. 6.
debet enim iuramentum habere tres comites, veri-
tatem, iustitiam, & iudicium. c. animaduertendum.
22. q. 2. c. & si Christus. de iureiurand. authen. quod
eis. C. de nup. sed istud iuramentum fuit dolo extor-
tum. ergo efficaciter non obligauit istum Petrū mi-
norem iurantē. & apparet de dolo ex multis. Primo:
quia non interuenit præsentia & consensus consan
guineorum, seu agnatorum, qui obuiassent huic do
lo. & ideo præsumptio est contra istum Bellotum,
ꝙ per dolum extorserit iuramentum non vocando
consanguineos, seu agnatos ipsius minoris, & sic cō
tra dispositionem statuti. Secundo apparet dolus ex
ipso actu gesto, quo agnouit ipsum Bellotum in fra-
trem, dando sibi medietatem hæreditatis paternæ.
vnde domi. Anto. in d. ca. cum contingat. dicit mul-
tum singulariter, ꝙ vbi contractus annullatur pro-
pter legem resistentem: quia contrahens fuit læsus
vel deceptus, ꝙ non obstante iuramento poterit re-
darguere contractum ex deceptione dolosa: quia iu
ra canonica ita approbarunt iuramentum, si iurās
non fuit dolo inductus ad iurandum: vt d. c. quāuis.
Addit etiam, ꝙ ratione doli videtur cessare cōsen-
sus iurantis: adeo ꝙ sine aliqua absolutione posset
con-

cōtrauenire. dicit etiam dolum præsumi ex magna quantitate.l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in frau. cre.dicit etiam, ꝙ vbi minor esset læsus in magna quantitate,& iurasset non contrauenire,ꝙ hoc non obstāte esset audiendus.& ita dicit se de facto consuluisse in quadam puella, quæ a quodam attinente fuit inducta ad sic iurandum. & istud dictum refert & sequitur D.archiepiscopus Panormitanus in disputatione sua incipiente.Statuto Senensi cauetur, cum ergo iste minor fuerit læsus in media parte hæreditatis totius,ergo dolo fuit inductus ad sic transigendum,ergo iuramentum tanquam dolo extortū nō obligauit ipsum iurantē,& per ista videtur ista questio sopita & decisa. Secundo, hoc decidit multum eleganter Bal.in l.secunda. C. de rescindenda vendtione.in ver.nono quæro.vbi dixit,ꝙ minores facile subducuntur:quandoque minis, quandoque pollicitationibus,vt in authen.vt immobilia ante nupti.
12 & ideo dicit esse æquissima † statuta, quibus cauet: ꝙ minores non possint cōtrahere sine consensu ꝓpinquorum,quibus statutis etiam cum iuramento minores renuntiare non possint.& sic Baldus ibi videtur decidere istam quæstionem. ergo multo minus potuerunt renunciare, quando statutum exprimit etiam de iuramento.Tertio facit,vbicūque sta-
13 tuentes† moti sunt ad sic statuendum,aliquo bono motiuo & rationabili: tunc tale statutum tenet,ita formaliter dixit Baldus in l.secūda.C.de indi.vidui.tollen.vbi dicit,ꝙ tenet statutum prohibens minores, vel mulieres iurare.si aliquo bono motiuo & rationabile statuentes moti fuerūt ad sic statuēdum: nec propterea dicentur periuri. Sed causa motiua huius statuti fuit rationabilis & equissima ad euitādum damnum.& perniciem ipsorum minorum:vt apparet ex primo præsupposito ergo sequitur,quòd ...le statutum est validum. & sic in terminis Baldus decidit præsentem consultationem. Quartò facit, quod not.idem Baldus in l.pactum dotali.C.de collati.in 21.q.Quid, inquit, si statutū disponit, quòd mulieres nō possunt cōtrahere sine consensu duorum propinquorum,etiam cum iuramēto:& quòd potestas illius ciuitatis teneatur de facto compellere recipientem ad remittendum omnia iura, quæ videntur sibi quæsita:quod esset de iure communi, quando per fraudem sunt extorta,allegat. d.l.illicitas.ff.de offic.præsid.nunquid hoc erit verum,quando filia renuntiat patri,& putat quòd nō: quia propter naturalem affectionem plurium patri videtur concessum,argumen.l.Aurelius.§. Titius testamento.ff.de libe.lega.si autem non contraheret cum patre sed cum alijs remotioribus: quia plerunque malum cōsilium capiunt pro puellis: vt lege, viduæ.C. de nuptijs.tūc habet locum statutum de contractibus,& etiam in distractibus. l.3. §. per cōtrarium.ff. de contrario iudi.tu.quia istud statutum, quod imbecillitati mulieris prouidet, etiam ad renuntiationes extenditur.l.doli clausula.§. diuersum. ff.de mino.& per Bartolum in l.mutum.§.j.ff. de acquiren. hæredita. Ita resider ibi Baldus, vbi formaliter decidit istam q.istud enim statutū prouidet imbecillitati minorum,& vult, ꝙ interueniat consensus agnatorum,seu coniunctorum in contractu fiendo: accipiendo contractum largissimè. ergo si talis contractus fiat sine illa solennitate,etiam cum iuramento non obligabitur minor. & in l. nec patronus. C. de op e.lib.dixit Bal.ꝙ lex ciuilis potest ex causa remittere iuramentum,sicut potest remittere Papa,vt est glossa singularis in l.adigere.§.quāuis.ff. de iure patro.Quintò accedat elegans doctrina Bal.in authē. sacramenta,versicu.sed quæro: nunquid iuri canonico possit derogari per statutū loci, pone dicit statutum,actus non valeat sine certa solennitate, non obstante ꝙ minor iurauerit, videtur, ꝙ non valeat statutum: quia iuramentum est quid spirituale, & super spiritualibus non valent statuta laicorum, vt in c.tuam.de ordin.cog.secundo,quia istud statutū inuitat minorem ad deierandum. ergo non valet.l. si vnus.§.illud nulla.ff.de pactis.Tertio, quia Imperator specialiter & expresse confirmat hoc iuramentum:vt in dicta authen.sacramēta. ergo quod superior confirmat,inferior non firmat, in authē.de defen.ciui.§.iuramētum.antiqui aduocati huius ciuitatis tenebant cōtrarium:quia vbi statutum reprobat expresse contractum,& iuramentum,neutrum valet.l.si quis inquilinos.§.fina.ff.de lega.primo.tamen ibi loquitur,quando iuramentum erat reprobatum propter publicam vtilitatem.itē erat reprobatum a iure communi.nam ille tex.non probat, ꝙ statutum valeat.& ideo in multis locis statuta sic disponentia dicunt,ꝙ fingatur cōtractus aliter factus,
14 vel extortus per dolū vel metū,pōt† enim statutum inducere fictionē,qua īducta apparet ꝑ illā auth. ꝯtractū nō valere,vt in ver.ꝑ vim aūt.& istā cautelā dicit esse valde bonā.Postea subdit, se credere,ꝙ ēt si illa verba nō sint apposita in statuto, tñ valeat statutū: si habeat rationem.puta,quia malitia hominum illius loci erat multū prompta circa decipiendos minores, & ideo emanauit statutum:nam cū habeat in se equitatem & rationem naturalem,non potest dici statutum esse iuri cōtrarium, & ita seruatur de facto.ista sunt formalia verba Bald.in d. authen. sacramēta.per quę deciditur ista quæstio. Cum ergo in casu nostro istud statutum habeat in se rationē & equitatem naturalem propter perniciem & damnum minorum,vt docet experientia vbicunque locorum:vt dicit dictum statutum Reginum.ergo sequitur, quòd dictus Petrus non tenetur ad obseruātiam talis iuramenti.Præterea facit,quod not. idem Bald. in lege non dubium. in versiculo, ex prædi-
15 ctis concludo, quod † aut iuramentum est contra ius constitutionis,aut contra ius iurantis, aut cōtra ius tertij.Primo casu,aut ratio prohibitionis fundatur in æquitate naturali:& non valet iuramentum. cum ergo in casu nostro istud statutum sit fundatū in æquitate naturali ne minores decipiantur & dānificentur.facit.l.j.de mino.ergo sequitur, quod tale iuramentum est nullius momenti, & plus etiam dixit ibidem Bald. quod si lex occurrit iuramento, iurari prohibendo: tunc non est necessaria absolutio.facit.ff.de condi.insti.l.quæ sub cōditione.§.vlti. cum ergo in casu nostro istud statutum sit super æquitate naturali fundatum, valet & tenet. Præterea facit,qđ no.D.Petrus de Anch.in repetitione. c. ea q. de reg.iur.lib.6.in 11.q.circa fi.vbi dicit,ꝙ si statutū habeat annexam rationē, puta propter multas deceptiones,quas patiūtur minores,tale statutum validum est:quia continet rationem & æquitatem naturalem.Præterea facit,quod no. Barto.in l. omnes populi.de iustitia & iur.vbi voluit,quod licet lex ci-
16 uilis non possit disponere super re spirituali: † vt in c.ecclesia sanctæ Mariæ,de constitu. tamē ex causa bene potest.ideo dicit,quod statutum potest facere quod minor non obligetur ex iuramento: sicut in simili lex ciuilis distinxit illam auctoritatem,in ore duorum vel trium:vt in c.cum esses.de testa.& in l. si vnus.C.de testa. cum si.Ita in casu nostro, licet regulariter minor obligetur ex testō,tñ nō obligabit
17 stante tali statuto.Præterea pacto†remitti potest iuramentum,vt l.si libertus non aluerit.ff.de bo.libe. l.final.ff.qui & a quibus. ergo multo magis potest per statutum,argumen.glo.in rubrica.C.de decret. decur.libro 10.l.generaliter.C.de fideiusso.l.neque pignus.

pignus.& l.ex prætorio.ff.de regu.iuris.gloſſ.in c.pe-
nulti.de conſue.lib.6.alias in c.2.& quod no.Bartol.
in l.omnes populi.ff. de iuſtitia & iur. & l.non īpoſ-
ſibile.ff.de pactis.Bal.in l.de quibus.ff. de legibus.&
in d.l.generaliter.do.Ant.in c.fina.de conſuetu. Do
minicus in dicto ca.2.ergo ſequitur,ꝙ multo magis
potuit iſtud ſtatutum infringere tale iuramentum.
facit etiam ad prædicta,quod no.Bar.in l.ſi quis pro
eo.ff.de fideiuſſio. Præterea facit, ille,qui prohibit
bona ſua alienare,& alij ſe obligare, poteſt æquipa-
rari ei, cui interdicitur bonis.vnde ſi ille alienat,nec
valet cōtractus:vt l.is cui.ff.de verborum obligatio-
nibus.nec etiam iuramētum:vt ibi notat Bartolus,
fuiſſe cōſultum per quendam valentem canoniſtā.
Præterea facit,quod notat Salycetus in dicta authē
18 tica,ſacramenta in finalibus verbis.vbi dicit† ꝙ vbi
ſtatutum annullat contractum, & iuramentum:ꝙ
ſtatutum tenet,per l.non dubium.C.de legi.& d.l.ſi
quis inquilinos.§.fi.de leg.j.& quia non dicitur per-
iurus,qui ex cauſa conceſſa deſerit iuramentum:vt
l.fina.ff.qui ſatiſda.cog.& quia tale iuramētum po-
teſt remitti a parte,cuius fauorem cōcernit:& quia
etiam omnes ciues, ſi non interfuerunt in conden-
do hoc ſtatutum,finguntur interfuiſſe & conſenſiſ-
ſe.l.oēs populi.ff.de iuſti. & iure. & per conſequens
is,qui cū minore contraxit, propter hoc non poteſt
petere iuramētum ſeruari: quia ipſe diſpoſuit vires
non habere,nec ſeruari ſibi, vel allij. & ita formali-
ter reſidet ibi Salyc.& ſic aperto ore decidit in fauo
rem iſtius Petri. Cum ergo tota iuris prudentia ſe-
quatur iſtam partem, vt ſuperius eſt relatum: ergo
ſecūdum iſtam partem eſt iudicandum,cum ſit cō-
munis opinio,q̄ etiā de facto ſeruanda eſt: vt l.j.ff.
de ſen.l.athletæ.ff.de his qui not.infa.l.ita vulnera-
tus.ff.ad l.aquil.c.in canonicis.19. diſt.c. de quibus.
20.diſt.§.quidam de pęni.diſt.j.Bal.in l.j.ff. de vulg.
& pupil.l.obſeruare.§.proficiſci.ff. de offic.procon-
ſul.& in l.j.ff.de ſen. Angel.in l.cum prolatis.ff.de re
iudi.Bartol..in l.fin.C. de pęna iu.qui mal.iudi.& in
quæſtione de ſententia iudicis &c. Io.And.in c.j.de
conſti.& Inn.in c.ne innitaris.de conſtitu.Hoſt.in c.
capellanus.de fer.& ibi doctores Moderni in c.j.de
poſtu.prǽla.lib.6.¶Reſtat nunc reſpondere allega
tionibus factis in contrarium.Primo cum dicitur,ꝙ
iuramenta ſponte præſtita &c. concedo hoc proce-
dere de iure cōmuni: ſed in caſu noſtro infringitur
iſtud iuramentū ex diſpoſitione ſtatuti. Nec obſtat
cum dicitur,ꝙ hoc iuramentum fuit præſtitum ſpō
te:quia fuit coram iudice pręſtitum:quia hoc nega
tur.nam fuit dolo inductus iſte minor ad tranſigen-
dum & iurandum.ergo ſequitur, ꝙ non ſpōte iura-
uit:quia dolo inductus iurauit per ea, quæ ſuperius
19 dicta ſunt. & cum dicitur † ꝙ fuit coram iudice,per
l.j.C.de prædi.cura.quia circa hoc eſt accurate con-
ſiderandū:quia illa doctrina procedit in dubio alio
non apparente:ſed vbicūque de dolo non apparet,
aut ex propoſito,aut re ipſa, tunc non ſtamus p̄ſum
ptioni illius.l. qui in incertis & non certis! locus eſt
coniecturis.l.continuus.§.cum ita.ff. de verb.oblig.
l.ſi certis annis.C.de pact.l.certa forma.C.de iur.fiſ.
lib.10.l.pediculis.§.argēto.ff.de aur.& argen.lega.&
mitatur & reſtringitur illud dictum Ang. & Bald.vt
plene dicit D.meus Io.de Imo.in d.l.ſi quis cum ali-
ter.& plenius accumulat ibi Ludo. Ro. ſed cum in
caſu iſto appareat de dolo re ipſa. ergo non dicetur
tale iuramentum præſtitū ſponte: & per conſequēs
non obligabit etiam de iure ciuili. Item illud argu-
mētum procedit de iure cōi: ſed nos ſumus in iure
municipali:quia ſtatutum Reginum diſponit, mi-
norem iurantem non obligari,vt eſt ſuperius dictū.
Nec obſtat,cum dicitur, ꝙ fuit factum coram ami-
cis ipſius Petri:quia hoc negatur,imo fuit ipſa tran-
ſactio facta coram amicis ipſius Belloti, ita ꝙ corā
amicis ipſius Petri facta non fuerit. ergo. Quod aūt
non præſumitur metu, aut dolo inita, hoc non ob-
ſtat:quia iſtud procedit in dubio.ſed qn̄ conſtat, de
dolo,tunc eſt ſecus:quia in incertis & non certis lo-
cus eſt coniecturis,vt eſt ſuperius dictum. cum ergo
in caſu noſtro appareat de dolo præſumpto, quem
ſufficit probare ex cōiecturis,vt l.dolum.C.de dolo.
l.poſt contractum. ff. de dona.l.Iulianus. ff. qui & a
qui.l.omnes.§.Lucius. ff. quæ in fraud. credi.c.2.de
renun.libro 6.cum ſimi.Nec obſtat: cum allegatur
20 dictum Bal.in d.authen.ſacramenta. dum dicit,† ꝙ
refutationes, quas faciunt minores ſuis tutoribus
cum iuramēto tenent: qa ipſe loquitur ex diſpoſitio
ne iuris cōis. per illā auth.ſed in caſu noſtro obſtat
diſpoſitio ſtatuti annullans contractum & iuramē-
tum.Nec obſtat.cum dr̄, ꝙ tale ſtatutum non valet
ꝯ iurm̄,cum ſit res ſpiritualis,vt c.quāto.de iudi.cū
21 ſi.quia ad hoc reſpōdetur† ꝙ ſtatutum poteſt diſpo,
nere ꝯ iuramentum, qn̄ habet rationem & æquita-
tem naturalem annexā, ne decipiantur minores, ut
ſuperius latiſſimè dictum eſt:ſed iſtud ſtatutum ha
bet huiuſmodi rationē & naturalem æquitatem,vt
dictum eſt:quo caſu habet vim apoſtolici: vt eſt gl.
fi.in d.l.adigere.§.q̄uis. & ſuperius dictum fuit.Nec
obſtat, cum allegatur dictum Bal. in d.authē.ſacra-
menta puberum. dum dicit tale ſtatutum non tene
re:quia ipſe loquitur,qn̄ ſtatutum non habet ratio-
nem & æquitatem naturalem:tunc enim non valet
tale ſtatutum:ſed qn̄ habet rationem & æquitatem
naturalem,tunc valet:& ita dicit ſeruari de facto ta
le ſtatutum,vt ſuperius dixi.Nec obſtat, cum alleg.
dictum eiuſdem Bal.in d.l.2.C.de indi.vidui.qa Bal.
ibi loquitur, qn̄ ſtatutum non habet motiuū rōna-
bile, aliasſecus:ita ibi formaliter dicit, & iam ſupe-
rius retuli.Nec obſtat cū alle.dictū D.Ant. in d.c.cū
contingat.quia ipſe loquitur eo caſu, quo ſtatutum
loquitur ſimpliciter,non autem loquitur,qn̄ habet
rationem & naturalem æquitatē, adeo ꝙ minores
dolo inducuntur ad contrahendum & iurandū:qa
tunc eſt ſecus,vt voluit etiam idem do.Ant.& ſupe-
rius retuli,& ſic non obſtat dictum ſuum.cum ergo
iſtud ſtatutum emanauerit ꝑꝑ perniciem & dam-
num minorum, vt apparet ex ipſo ſtatuto.ergo tale
ſtatutum eſt validum de iure.Nec obſtat,cum alle-
ga.dictū d.mei Ioannis de Imo.in d.c.cū contingat.
qnia ipſe loquitur eodem modo, qn̄ tale ſtatutum
non habet rationem & æquitatem naturalem: ſed
loquitur ſimpliciter,quo caſu tale ſtatutum non te-
net,& hoc cōcedo: ſed iſtud ſtatutum hēt rōnem &
æquitatem naturalem: ergo de tali ſtatuto non lo-
quitur Io.de Imo.Nec obſtat,cum dicitur, ꝙ Bal.in
l.non dubium. dicit ꝙ qn̄ ſtatutum emanat ſuper
actu prohibito ex iuſtitia poſitiua, tunc iuramen-
tum debet obſeruari. Et cum poſtea dicitur, ꝙ iſte
actus eſt ſuper iuſtitia poſitiua,ego nego hoc, & di-
co fore falſiſſimum:imo vbicūque ſtatutum diſpo-
nit.ꝙ iurm̄ non obliget minorem ꝑꝑ perniciē & dā
nū ipſius minoris,eſt æquitas nālis.iſte eſt text.in l.j.
in verſ.pretor naturalem æquitatem ſequutus.ff.de
minor.ex quo enim dolo inducuntur ad ꝯhendū,&
eodem dolo inducuntur ad iurandum, ar.l.fi.C.de
non nu.pecu. tunc tale ſtatutum dr̄ fundatum ſub
rōne & æquitate naturali:nam de iure canonico iu
ramentum dolo extortum non obligat, vt eſt caſus
in d.c.q̄uis. de pac.lib.6.imo tale ſtatutū nō eſt iuri
contrarium,vt ſuperius retuli doctores. ergo ſequi-
tur, quòd tale ſtatutum eſt validū, & ligat in vtro-
que foro. Nec obſtat. cum alleg.dictum Do. Anto.
dicentis in d.c.cū contingat.ꝙ iſta ꝓhibitio in caſu
iſtius

istius statuti emanauit fauore personę, & sic cessat turpitudo ex pte recipiētis: qa salua reuerentia imo versatur turpitudo ex parte recipientis: quia recepit iurm̄ ad perniciē, & damnū minoris, quod esse non dēt, cum iurm̄ debeat habere tres comites iustitiā, veritatem, & iudicium, vt superius dictum est. ergo non debuit recipere tale iuramentū facit dictū Saly. in d. authē. sacramenta. ꝙ iā superius retuli. & iō lex Dei clemētissimi habet pro turpissimo, ꝙ iurm̄ dolo extortum prosit extorquenti doloso: vt d. cap. q̄uis. & reportet commodum ex doloso suo, quod esse non debet, vt in c. sedes apostolica. & in c. ex tenore literarū. de rescri. cū si. nec tēdit ad bonū aīę tale iuramentum: imo tēdit ad mortem aīę ipsius extorquētis tale iurm̄ a minore, non interueniente solēnitate statutaria. Nec ob. alleg. c. si īperator. qa ꝓcedit, qn̄ statutū nō hēt rōnē in se & ęquitatē nālē, aliàs secus. Nec ob. cū dr̄, ꝙ istud statutum non potuit impedire obligationem, quæ acquirit Deo ex tali iuramento: quia ad hoc respondeo, ꝙ ex quo tale iuramētū præsumitur dolo extortū, eoipso ꝙ inuitatur minor ad ꝯhendum omissa solēnitate statuti: vt superius dictū est tale iuramentum ꝓstitū sup tali contractu videtur dolo extortum. iuxta no. in l. si. C. de non nu. pecu. ideo tale iuramentum nō obligat ipsum iurātē, nec Deus acceptat aliq̄ obligationem ex illo iuramēto ꝑ dolū extorto, vt in d. c. q̄uis. & qa tale statutū habet rationē & æqtatē mixtā, vt est superius dictum. ergo. Nec ob. cum dicitur, ꝙ tale statutū emanauit ī fraudem iuris canonici, & in ꝑiudiciū legis supioris. vt voluit Ray. de Forliuio: qa istud est communiter dānatū ꝑ doctores, & ꝯriū tenet Barto. in d. l. oēs populi. & in d. auth. sacramēta. & in d. l. si quis pro eo. & Bald. in d. l. nō dubiū. & in d. l. pactū. & in d. l. 2. C. de rescin. vē. & in d. l. 2. de indi. vidui. & Ang. in d. ꝯsi. Pe. de Ancha. in locis superius allegatis. ergo nō est curādū de dicto suo. Item qa Ray. de Forliuio loquitur eo casu, quo statutum non hēt rationē & ęquitatē nālē, & isto mō pōt saluari dictū eius: sed istud non habet locum in casu istius statuti. vt superius dictū est, ergo. Nec ob. cum adducit dictū Io. An. ī c. statutū. de hæredi. li. 6. quia ipse loquitur in alio casu, quo, & in alia mā: qa loquitur in matrimonio, & loquitur eo casu, quo statutū non hēt rationē & ęqtatē naturalē: quia casu esset secus. vnde dixit Bal. in l. omnem. C. ad Tertul. ꝙ illa decisio Io. An. nō hēt locū eo casu, quo tale statutū ꝯcerneret bonos mores. vn̄ dicit, ꝙ ꝯhere sine ꝯsensu patris, est ꝯ bonos mores hoīum, & maximè prudētiū, & inducit odium capitale: vt l. 2. §. si emācipatus. ff. de ꝯtab. & iō valet statutū, non quia mutat substātiā matrimonij: qa hoc non pōt facere ēt Papa: sed qa punit malos mores. & ita ꝯsuluit. Do. Pe. de Anh. ꝯsi. 20. aliàs 21. & iō tale statutū valuit & tenuit. & per consequens videtur de iure concludēdum, ꝙ dictus Petrus minor, nō teneat ad obseruantiā ipsius transactionis, nec ad obseruantiā iuri, stante prefato statuto Reginæ ciuitatis. Et ita concludo.

¶ Capio nunc secundum dubium, vtrū possit peti absolutio ab isto iuramēto, dicto Belloto inuito? & vr̄ ꝙ nō, ꝑ text. in auth. sacra. præal. vbi dicit Imper. talia iuramenta debere † obseruari inuiolabiliter,

22 sicut ī simili cōseruatur dictum, nullo modo. in clemen. vt ij qui. de æta. & quali. quæ excludit dispensationem, vt ibi est gl. sing. sicut in simili conseruatur verbum, nullo modo, in l. fi. C. de testa. mili. vbi miles pupillus nullo mō pōt testari. & ꝑ illum text. dixit Ang. in l si quæramus. ff. de testa. ꝙ nō pōt disponere statutū, ꝙ pupillus possit facere testamentū, ēt si sit doli capax: ex eo quia illa verba, nullo mō, īducūt: ne possit dispensari: ita dicamus in casu nr̄o, ꝙ illa verba, inuiolabiliter, inducunt, quod nō possit peti absolutio. Secundo facit dictum. ca. cū ꝯtingat. & c. licet mulieres. eo. ti. li. 6. & c. q̄uis. ꝑalle. quæ iura simpliciter absolutè dicant, illa iuramenta, licet contra legis dispositionē prestita debere obseruari: nec ullā mentionem agunt de absolutione. vnde si ī tali casu posset peti absolutio, Papa fecisset mētionem: sicut fecit in sil'i in casu. ca. j. & c. debitores. de iureiu. Tertiò, iur̄a sunt de iure diuino, vt d. ca. j. & si Christus. sed cum hoc iuramentum sit obligatoriū, nec reperitur permissum, ꝙ debeat relaxari. ergo est seruandum. argumen. eorū, q̄ habentur in c. quāto. de iureiu. ne detur materia facile iurandi, & postea veniendi contra iuramenta, quod ius nō patitur. c. si verò. & in ca. verum. de iureiuran. Quarto, iurm̄ representat minorem maiore: vt no. ī d. auth. sacramēta, & in c. pe. de emp. & vē. ergo eo ipso, ꝙ īteruenit iuramentum, cessat ratio statuti, quę prouidit tantum minoribus: & per consequens in tali contractu nulla reperitur turpitudo. ergo nō est indulgendū beneficiū absolutionis. & iō refert Bart. ī qōne facti consuluisse, ꝙ isto casu minor nō pōt intentare beneficiū restitutionis in integrum. Quinto facit, quoties iuramentum præstatur, nec est contra fauorem publicum: sed est ꝯ fauorem iurātis, licet secundario sit ꝯ fauorē publicū, vt in minore & muliere iurantibus, vt in casibus. d. c. cū contingat. & d. c. quāuis. & d. auth. sacramēta. vt ēt est in casu istius statuti, quod prouidet principaliter in fauorem minoris: vt no. Dy. in c. nō est obligatorium. de reg. iur. li. 6. gl. in l. si is. C. de pe. mi. sentiunt scribentes in d. auth. sacramenta. absolutio est deneganda: nam primo adest regula generalis: ꝙ iurm̄ est seruandū ex quo potest seruari sine interitu animę. Item qa nulla reperitur turpitudo, ex quo istud statutum prouidet fauore personæ, talis persona iurando renuntiat fauori suo, nec reperitur turpitudo ex parte recipientis. nā lex Dei non habet hoc pro turpi, vt q̄s seruet iuramentum suum. Et ex istis videtur, ꝙ possit denegari absolutio ipsi Petro ab isto suo iur̄o, ipso Belloto inuito & recusante. ¶ Sed istis nō obstantibus, ꝯrium puto de iure verius, ꝙ oīno sit indulgēda absolutio ipso Belloto inuito & ꝯdicente, qđ sic ostēdo. Et primo adduco elegantem doctrinā Bald. in d. l. non dubium. in versi. & conclude. vbi dicit, ꝙ

23 aut lex occurrit iur̄o iurari ꝓhibendo, & tūc † non est necessaria absolutio, facit. ff. de condi. insti. l. quæ sub conditione. §. vlti. aut iurm̄ destruendo, & tunc aut lex dat super hoc certam formā, puta, ꝙ petatur absolutio, & debet illa forma obseruari: & non potest sua auctoritate venire contra iuramentum, alle. not. per Inno. in capitu. venerabilem. de elec. nisi non esset iudex, a quo peteretur absolutio, quod est no. dignum. aut lex destruit iurm̄ sine ministerio iudicis, tunc ille, qui facit contra sua auctoritate est periurus re vera: sed fingitur non periurus, vt l. qui iurato. ff. q̄ satisdare cog. l. fi. ff. ad municip. sed istud statutum destruit iuramentum præstitum. ergo si veniret contra iste Petrus minor, fingeretur nō periurus. ergo sequitur, ꝙ petēdo absolutionē, erit illa sibi indubitanter indulgēda. Secūdo facit, quod dixit D. Abbas in commento. d. c. cum contingat. ver.

24 sextus casus. vbi † dicit, ꝙ qn̄ iuramētū fuit dolo aduersarij extortum, & tunc cōsidera, si ꝯtractus super quo præstatēst a lege reprobatus fauore ipsius iurantis: tale iurm̄ non est obligatoriū: alle. casum ibi a ꝯrio sensu literę: qa tex. ibi. & in d. c. q̄uis. & in d. c. licet mulieres. & in d. authē. sacramenta. cōmuniter excipiūt casum, in quo dolus interuenit: & idē dicit, qn̄ interuenit metus. ex quo enim talia iur̄a sunt ꝯ legē, nō tenēt: nisi omnino voluntaria: quod sentit

sentit Bart.in d.auth.sacra.in fine. fatetur tñ esse tutius, ꝙ his casibus petatur absolutio: vt sentiūt multi doctores: sed primū dicit esse verius, & notabilius. Si vero iurm non venit ꝯ dispositum a iure, & interuenit tantus dolus, vt excludat mentem iurantis, vt puta cessante dolo, nullo mō se obligasset, tūc iurm nō ligat: & pōt ꝯuenire, nulla petita absolutione, ar. l.tres fratres.ff.de pac.& ita dicit se intelligere consilium Federici de Senis vbi expressè hoc sentit, ponē do terminos in muliere minore, q̃ seducta a fratrib⁹ hæreditati paternæ renuntiauit, q̃ valebat lōgè plus, quàm habuit in dote: quod dicit esse notandum. qa vbi est dolus excludit voluntas.l.j.ff.de dolo.& iurm non ligat vltra intentionē iurantis.c.veniens.& cap. quintaualis. de iureiurando. modo ista ponunt finem huic dubitationi. cum ergo in casu nostro iste minor iurasset contra dispositionem statuti, & etiā dolo videtur inductus ad transigendum & iurandū. ergo sequitur, ꝙ non est necessaria absolutio: fateor tamen, ꝙ cautè faciet, si petat absolutionem a præ-
25 fato iuramento. Tertio facit, vbicunque † iuramentum continet turpitudinem ex parte recipientis, est relaxandum.c.j.de iureiurādo.c.verum.& c. si vero. eodem titulo. sed in casu nostro istud iuramentum continet turpitudinem ex parte recipientis tale iuramentum: quia contraxit cum minore contra dispositionem statuti.ergo videtur esse in dolo: & per consequens erit coactus relaxare istud iuramētum.
26 Quarto facit, ex facto † demeritorio, vnde qs est puniendus, nō debet reportari commodum.c.& si necesse.de dona. inter virum & vxorem.c. eum qui.de præbend.libro 6.l.siue.ff.de negot. gest. sed contrahens cum minore contra solennitatem inductam a statuto Regino incidit in pœnam quinquaginta librarum: vt apparet ex ipso statuto.ergo tenetur relaxare iuramentum, ne per viam indirectam reportet cōmodū ex actu, de quo debet puniri. facit dictum consilium Federic.de Senis.252.aliàs.262.¶Nec obstāt allegata in contrarium, primo cum alleg. auth. sacramenta.in versi.inuiolabiliter. quia respondeo,
27 †loquitur enim eo casu, quo iuramentum est permissum, ideo debet inuiolabiliter obseruari: sed quādo est prohibitum, vt in casu nostro, est secus. ideo nullo modo meretur allegari in contrarium, cum statutum istud obstet huic iuramento: vt superius dictum fuit. Nec obstat, cum allegatur.c.cū ꝯtīngat. c.quis.& similia iura: qa loquūtur eo casu, quo lex approbat illa iuramēta: sed in casu nostro lex municipij reprobat istud iurm, & validum est tale statutū, vt apparet in primo dubio: & maximè, qa præsumitur dolus interuenisse in perniciem & damnū ipsius minoris, vt est dictū.ergo non ligat. Nec ob.cum alle.ꝙ iurm est de iure diuino; qa procedit, si nō īteruenit reprobatio a statuto ex causa rōnabili & naturali æquitate, vt superius est dictū. Nec ob.cū allegat, ꝙ iurm representat minorē maiorem: qa ꝓcedit, qn̄ iurm nō est reprobatū: aliàs secus. Nec ob.cū dicit. ꝙ in tali casu nulla reperitur turpitudo ex parte recipientis: quia imo reperitur: nam pena presupponit delictum, vt l.testamento cēturio.ff.de manu. testa.facit.l.si pēdētes.ff.de vsufru.vbi dicitur, ꝙ ille dicitur bonus vir, q̃ non facit aliquid pœnale, & qđ not. Bal.in l.iustitia.ff. de iustitia & iure. ergo sequitur, ꝙ versat̄ turpitudo ex parte recipientis iuramentum contra legem superioris.iuxta illud, estote principibus obedientes, & q̃ nō obediuerit principi morte moriatur.c.2.de maio.& obe.Bart.in d.l.si qs pro eo: & in d.atuhē.sacramēta. Nec ob.cum dicitur, ꝙ secundario est contra fauorem publicum, & principaliter ꝯ fauorē personę: qa de hoc nō est mirandū, qa sufficit, ꝙ statutum reprobauit tale iuramentum ex cā rationabili & ex naturali æquitate: vt superius est dictum. Et si quispiam dixerit, ꝙ statutum nō loquitur de transactione, quæ est multominus infringēda, q̃ alij ꝯctus. vt in l. Lucius.§.fi.ff.ad Trebel.ad hoc dico, ꝙ cōtractus est ille, qui est vltro, citroque obligatorius, vt l.Labeo.§. contractus.ff. de verbor. sign.sed transactio est huiusmodi.ergo. Itē loquitur statutum generaliter de donatione, mutuo, vēditio-
28 ne, & alio quocūque cōtractu: quæ verba † ampliāt dispositionem ad maiora expressis: vt est glo.fin.in cle.j.de re iudi. & bene facit glo.in clem.j.de iudic. tum ēt qa loquitur de contractu largissimo modo sumpto: sic per illa verba comprehenditur transactio, & etiam quasi contractus.facit, quod no.Bald. in l.quid ergo.§.per contrarium.ff.de cōtrario iudi. tu.& in rubric.C.de pac.Barto.in l.mutum.§.j.& ibi Bal.& Ang.& in l. more.ff.de acqui.hære.cum simi. Et sic remanet firma conclusio, ꝙ dictus Petrus minor potest petere absolutionem a dicto iuramento dicto Belloto inuito & repugnante. ¶Capio nunc tertiam dubitationem, vtrum dicta trāsactio reddatur nulla, si probetur, ꝙ ex falsa causa fuerit interposita. Circa hoc videtur dicendum ꝙ non, ex eo quia in dicto instrumento dr̄, volēs agnoscere bonā fidē &c. nam si ex certa sciā agnouit illum fore suum fratrem, quo pacto, aut modo potest dicere se ignorasse, aut deceptum. nam scienti & volenti non infertur dolus.l.cum donationis.C.de transa.l.quæritur. §.fi.ff.de ædil.edic.l.quisquis.C.de rescin.ven.c.sciēti.de regu.iur.lib.6.& eoque magis, cum interueniret iuramentum, qđ habet virtutem clausulæ specificatæ: vt l.cū pater.§.filius matrē.ff.de leg.2.c.ex rescripto. ibi gl.de iureiu.no.Bal.in l.j.C.cōmod.aliàs mand. quinimo plus est dicēdum dato casu, ꝙ hoc ignorasset iste minor, & transactio nō se extendit ad ignorata, vt l. cum Aquiliana. cū si.ff.de transac.tñ per illud iuramentum videtur habere notitiam in gñe: quo casu sufficit sciētia in genere, licet non habeat scientiā in specie, iste est casus fin.in l.q iure.ff. de test.mili.de quo facit festū Ang.in l.manifestissimi.§.fin aūt nescius & dubitans.C.de furt.& in l.tres fratres.ff.de pact.& in l. qui Romæ.§. duo fratres.ff. de verb.obli.& in l.sicut certi.& in l.si cum in vtero. C.de testa.milit.ergo &c. Pⱦterea facit.l.2.C.si minor se maio.dixit.vbi stat̄ assertioni & iurō minoris, nec pōt ꝓbari ꝯrium.ergo seqtur, ꝙ isto casu nō poterit doceri ꝯrium eius, quod confessus est cū iurō.
29 ¶Sed istis † non obstantibus contrarium puto de iure verius.aut enim ista falsa causa, videlicet ꝙ sit frater istius Petri, fuit allegata dolo ipsius Belloti asserētis se fratrem suum, & re vera non erat, producendo instrumenta ad hoc: & tunc clarum est, ꝙ talis transactio est nulla.l.si ex falsis instrumentis.C. de transactionibus.& maximè in casu nostro, cum esset lis & quæstio inter eos, ipsum Bellotū & ipsum Petrū: & dictus Bellotus asserebat se esse fratrem ipsius Petri, & Petrus negabat hoc: vnde si pōt doceri, ꝙ veritas est, ꝙ dictus Bellotus non erat frater Petri, probādo filiationem negatiuè: ita decidit Baldus in l. filium.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris, & in l. non nudis. & in l. non epistolis. & in l.neque natales. C. de probationibus.& in l.neque.C. de testamen.& in l.etiam.ff. de probationibus. & per Iacobum Butrigar.& in l.quidam.ff.de probationibus.& per Ange. lū in l.vxorem.ff. de manu.testa. per Bartolū in l.j.§. Iulianus. ff. de libe.agno. & per dominnm Antoniū & dominum Abbatem in ca.per tuas. de probationibus.& in c.transmissæ.& ibi Innocen. qui filij sint legitimi.clarum est, ꝙ dicta cōfessio facta per ipsum minorē præsumitur extorta dolo ipsius Belloti, & ex facilitate ipsius minoris.ideo poterit restitui in inte-

integrum, probando, ꝙ veritas aliter ſe habebat. Et
30 ſi bene ponderentur illa † verba tranſactionis, volēs
agnoſcere bonam fidem, &c. videntur appoſita per
ipſum notarium de communi ſtylo ipſorū notariorū, non tñ ꝙ iſta ſit volūtas partis. ita vr̄ voluiſſe Bar.
in ſimili in l. j. ff. de iure codicil. vbi dicit, ꝙ clauſula
codicillaris appoſita in teſtō non vr̄ appoſita per ipſum teſtatorē: ſed per ipſum notarium, q illā apponit de cōi ſtylo notariorū. licet ergo fuerint appoſita, nō vr̄ in veritate cōfiteri illū eſſe ſuū fratrē, maximè cum ſup hoc litigarēt, & negaret ipſe Petrus illū
Bellotū eſſe ſuū fratrē. nec apparet, ꝙ fuerit facta ꝓbatio iſtius filiationis ex pte ipſius Belloti. quo nāq; colore poſſumus dicere iſtum Petrū minorē cōfeſſum fuiſſe illū fore ſuū fratrē, cū non venerit aliqua certitudo, q̄ appareat ſuper hoc. ergo pſumendū eſt, ꝙ ſui facilitate hoc acciderit, & qua facilitate fuit ductus ad ſic ꝯfitendū, eadē facilitate fuit ductus ad ſic iurandū. de hoc eſt caſus in l. fi. C. de nō nu. pecu. vbi probat tex. ibi ſingulariter, ꝙ omnis conditio, ſeu pſumptio, quæ ineſt in ipſo ꝯctu, intelligitur etiā eſſe in iuramēto ſup eo præſtito. & hoc pōderat ibi Bal. qui alle. not. in c. veniens. de iureiur. Sed re vera melius facit, quod not. Innoc. in c. per tuas. de arbi. vbi
31 dixit, ꝙ † ſiquis iurat ſimpliciter ſeruare arbitriū, intelligitur iuramentum conditionaliter appoſitum, ſcilicet quòd ſeruabit arbitrium: vel ſoluet pœnā, ſicut eſt de natura arbitrij: vt ſi obligatio eſt alternatiua, ita & obligatio erit alternatiua in iuramento appoſito ſuper illo ꝯctu. nam cum incontinenti iuretur poſt ꝯctum, præſumitur eodem errore, ſeu eodē dolo inductus ad iurandū, quo fuit inductus ad ꝯhendum. facit, qđ hr̄ in auth. ſiue a me. & in l. ſi mulier. C. ad Velleia. ibi. qa adhuc ex conſequentia ſuæ fragilitatis in ſecundā iacturam inciderit. facit, quod nō. Cy. in l. ſi ex cautione. C. de non nume. pec. facit, quod notat do. Abbas in commento dicti c. cum cōtingat. in verſi. Idem tenet. vbi refert dominū Anto-
32 nium dixiſſe, ꝙ † ſi minor iurauit omnia & ſingula vera eſſe, & ēt illud eſſe verum pretium rei, quam vendidit: ꝙ conſtito de oppoſito, talia poſſunt reuocari. c. cum impoſitionibus. de iureiuran. li. 6. & mouetᷣ: quia iuramentum cenſetur eſſe præſtitū ſub confidentia, ꝙ ſit pretiū verum, de quo eſt cōuentum. vnde conſtito de cōtrario, non eſt periurus, licet taliter iurauerit. c. quemadmodū. de iureiur. c. beatus Paulus. cum c. ſequenti. 22. q. 2. & ſic refert ſe in quæſtione facti conſuluiſſe in cauſa cuiuſdam puellæ, q̄ fuit inducta vt ſic iuraret, cum vendidiſſet certam rem: quia talia verba ſæpenumero apponunt notarij ex ſeipſis: & ſub inuolutione verborum eripiuntur iuramenta a talibus. iſta refert & ſequitur poſt dominum Antonium. do. Abbas. in d. c. cum cōtingat. & ego ſuperioribus diebus ita conſului in quæſtione facti hic Bononiæ. modo iſta apponunt gladium ad radicem in præſenti quæſtione. cum ergo ſic appareat, ꝙ iſte Bellotus nō ſit frater ipſius Petri. ergo ſequitur, ꝙ nec confeſſio, nec iuramentum ſibi obſtabit in caſu iſto. Præterea facit, quod dixit Bald. in l. 2. C. de reſcindenda venditione. videlicet, ꝙ licet emēs equum patientem morbum in loco euidenti non poſſit agere redhibitoria, vt eſt caſus notabilis in l. quæritur. §. fi. ff. de ædil. edic. tamen illud non habet locum in minore, muliere, & ruſtico: quia ſua facilitate inducti ſunt & non ex voluntate: & ſequitur illud dictum D. meus Ioann. de Imola in dicto c. cum contingat. de iureiuran. & ſic videtur, ꝙ cum iſte Petrus ſit minor, poſito ꝙ illa confeſſio emanaſſet ab eo, præſumitur erronea, ſi aliter conſtat de veritate: & dico aliter conſtare eoipſo, ꝙ dictus Bellotus non probat contrariū, ſe eſſe filium patris ipſius Petri, vel ſe eſſe in quaſi poſſeſſione filiationis. vnde dictus Petrus probat eoipſo, ꝙ aliter non probatur contrarium per glo. in l. j. C. de teſta. mil. & l. ſuper ſeruis. C. qui mili. non poſ. libr. 12. & per glo. in c. propoſuiſti. 82. diſt. c. ſuper eo. de teſti. cog. & c. ſicut. el 2. de iureiurand. & l. 2. C. qui teſta. fa. poſ. & l. ſi creditor. C. de pigno. act. & l. in teſtamento. C. de teſta. mili. ex quo minor ſua facilitate fuit inductus ad ſic iurandum, & maximè qa dictus Bellotus dolo nō curauit adhibere ſolennitatem ſtatuti, vt interuenerit cōſenſus agnatorum, & iſtud valde diligenter debet aduertere dominus iudicās: ex eo qa ſi ita erat, ꝙ dictus Bellotus erat frater illius Petri, multo magis debat vocari facere agnatos ſuos ad illam tranſactionē: ſed qa non vocauit, eſt præſumptio doli contra eum, & ideo q hēt aures audiendi audiat, vt dixit beatus Io. in apocalypſi. & ſic vr̄, ꝙ iſta trāſactio efficit nullius mometi, ſi dictus Bellotus nō probat ſe eſſe fratrē ipſius Petri, & ſic filiū Nicolai patris ipſi⁹ Petri. ¶ Nec
33 obſtant allegata in ꝯrium, † primo cū dr̄, ſcienti non infert dolus &c. primo qa hoc, eſt verū regulariter: ſed nō habet locū ī minore, vt voluit Bal. in d. l. 2. de reſcin. ven. itē qa nō apparet clarè, ꝙ iſte Petrus fuerit ſciens, imo illa ſunt verba notarij, & poſito ꝙ eſſent verba Petri, non tñ conceſſo, non ſibi nocent ꝑ illam doctrinā Bald. in dicta l. 2. Nec obſtat, cum dr̄, ꝙ iuramentum habet virtutem clauſulæ ſpecificatæ: quia iam apparet reſponſum ex ſupradictis: qa cenſetur laborare eodem morbo, quo laborat ipſa
34 confeſſio principalis, vt eſt dictum. Nec obſtat † cū allegatur ſcientia in genere: quia illud eſt verum in eo, qui eſt maiorem: non in minore qui præſumitur habere imprudens conſiliū. l. j. ff. de mino. nec Ang. ibi loqtur in minore, qui ſui facilitate inductus eſt, maximè cum illa fuerint verba notarij. Nec ob. cum alle. l. 2. C. ſi minor ſe maio. dix. quia loquitur, quando minor allegauit ſe maiorem proprio dolo & maximè: quia in caſu noſtro interuenit dolus aduerſarij. ſ. ipſius Belloti, vt apparet ex ſuperius dictis, quo caſu tranſactio redditur nulla, vt eſt caſus in d. l. 2. Et ſic videtur cōcludendum, ꝙ dicta tranſactio nō obſtat dicto Petro, niſi dictus Bellotus probet ſe filium patris ipſius Petri, & onus probandi incumbit ſibi: ec quia non erat in quaſi poſſeſſione filiationis tempore, quo viuebat pater ipſius Petri, ſecundū ꝙ poſſum colligere ex ſcripturis mihi præſentatis. iō onus probandi ſibi incumbit, per ea quæ ſuperius dixi. & multo magis procedet hoc, ſi dictus Petrus probabit rem ſe aliter habere, licet ſufficienter videatur probatum eoipſo, ꝙ non probatur contrariū per ipſum Petrum, vt ſuperius dixi. Et ex ſuperius dictis. Concludo in fauorem ipſius Petri.

EPITOME.

¶ Statutum diſponens vt vir, mortua vxore, dotem datam vel promiſſam lucretur, intelligitur de dote per ſtipulationem, non nudo pacto promiſſa, cum de fauore dotis, vel vxoris non agatur. Itaque ſi ſtipulationem interueniſſe non appareat, probari debet, alioquin maritus non obtinebit.

SVMMARIVM.

Statutum, de quo hic, iuris communis regulis eſt contrarium: vnde ſtrictè interpretandum eſt. nu. 1.

Verbum, promiſſum, poteſt intelligi pacto, vel per ſtipulationē: ſed hoc caſu, per ſtipulationem accipi debet, vt ſic ſtatutum minus iuri communi deroget. nu. 2. 3. & 4.

Stipulatio nō probatur teſtibus, aliquem promiſiſſe, dicentibus nec

nec de confeſſione, ſcilicet quòd quis ſe promiſiſſe dixit, deponentibus. nume. 9. & 10.
Iuramentum ſuppletiuum in eundem finem non tẽdentibus non defertur. Item nec in cauſa ardua. nu. 16. & 19.
Iuramentū reo potius in dubio, quàm actori deferendum. nu. 20.

CONSILIVM XVII.

DEum Inuocent adiutorem, qui
eis ſapientiam donauit. 26.
q. 5. c. non liceat. ideo optimi clemen
tiſſimi Dei omni inuocato præſidio
viſis allegationibus redditis per ele-
gātiſſimum iuriſconſultū, & mihi pa
trem ſummo honore obſeruandum, dominum Ia-
cobum de Paganis de Regio, & viſo ſtatuto Regino,
& teſtibus productis. Pro clariori huius ꝓpoſitæ mi-
hi conſultationis deciſione, in primis eſt inueſtigan
dum de intellectu iſtius ſtatuti dicētis, ſi marito fue-
rit aſſignata dos, data, vel ꝓmiſſa, & vxor prædeceſ-
ſerit in matrimonio, ipſe maritus lucretur, vel lucra
ri debeat dotem ſibi datam, vel aſſignatam, vel pro-
miſſam. Eſt nunc dubitandum, quid ſentiant ſtatuē-
tes per illa verba præmiſſa. & circa hoc eſt diligen-
1 ter aduertendum, ꝙ † iſtud ſtatutum eſt contra regu
las iuris communis, cum dos debeat deſeruire one-
ribus matrimonij: vt l. dotis fundus. & l. quàmuis. ff.
de iure do. l. ꝓ oneribus. C. eo. ti. l. fi. in prin. ff. de do-
li excep. l. ſi filia. & l. maritus. ff. fami. erciſcundæ. ꝙ
iſte maritus poſt ſolutum matrimoniū lucretur do-
tem, & ſic eoipſo quòd non ſuſtinet onera matrimo
nij, nec illam reſtituat ſoluto matrim. eſt contra ius
cōmune, vt per totum ti. ff. ſo. mat. eſt ergo ſtrictè in-
terpretandum, vt q̃ minus fieri poſſit, exorbitet a re-
gulis iuris communis: vt l. ſi ſerui veſtri. C. de noxal.
l. fi. §. in computatione. per gl. C. de iur. delibe. c. cum
dilectus. de cōſue. c. cauſam quę. de reſcriptis. & erit
reducendum ad ius commune, etiam per verba im-
propria, vt eſt glo. melior de iure in auth. ex teſtamē
to. C. de colla. & tex. in d. c. cum dilectus. Secūdo erit
2 conſiderandum, ꝙ illud verbum † promiſſam, poteſt
ſe habere ad pactum nudum, & ad ſtipulationem, vt
eſt text. in l. ſciendum. §. dictum. ff. de ædil. edic. tamē
ſi in ſcriptura publica, vel priuata exprimatur ver-
bum, promiſſio, verificatur in ſtipulatione. l. j. C. de
contrahen. & commit. ſtipu. inſt. de inutil. ſtipu. §. ſi
ſcriptum. l. Titia. §. idem reſpondit. ff. de verb. obl. la
tè per Ludo. Ro. in l. ſciendum. ff. de verb. obl. & per
Ang. in d. §. dictum. Eſt ēt ꝯſiderandū, ꝙ vbicunque
3 † verbo attribuit̄ duplex intellectus dēt accipi ille in
tellectus, q eſt benignior, vt l. benignius. ff. de leg. & ꝑ
quē minus ius cōe corrigit̄: vt d. l. ſi ſerui veſtri. præ-
alle. cum ſi. modo in caſu noſtro iſtud ſtatutum eſt
contra ius commune, & apponit verbū, promiſſam,
qđ p̄t verificari in nudo pacto, & in ſtipulatione: &
ſic attribuitur ſibi duplex ſignificatum. ergo debet
ſibi attribui ſignificatum, per quod minus corrigat
ius commune: ſed minus corrigitur ius commune,
ſi intelligatur de promiſſione per ſtipulationem, q̃
per nudum pactum. ergo illud erit amplectendum.
vnde dixit Salyce. in l. j. C. de vſur. quòd quando ver-
bo attribuitur duplex intellectus, capitur ille, qui eſt
benignior. Et ideo dixit glo. in d. auth. ex teſtamēto.
4 quòd per verba † impropria & ſubaudita debemus
excludere iuris correctionem. & ideo dixit gl. valde
notabilis in c. ſtatutum. de præben. lib. 6. quòd exten
ditur ſtatutum de ſtricta ſignificatione ad latam: ad
hoc vt non corrigat ius cōmune, & eo maximè cū
ſtatutum ſit publica ſcriptura. ergo debet intelligi
de ſtipulatione, & iudicio meo iſta eſt veriſſima in-
terpretatio iſtius ſtatuti, vt maritus lucretur dotem,
requiritur, ꝙ per ſtipulationem ſibi promiſſa fuerit,
ad hoc vt minus derogetur iuri communi. Et ſi qſ-
piam dixerit, amice, verba iſtius ſtatuti debent intel
5 ligi & interpretari ſecundum qualitatem † rei, cui di
rignntur: vt in l. ex militari. ff. de teſta. mili. & ibi di-
xit Bald. ꝙ ſi conceditur a Romano Pontifice aliqđ
priuilegium Cardinali, intelligitur ſecundum quali
tatem Cardinalatus. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu &
hab. cum ergo illa verba dirigantur ad dotem, ergo
debent intelligi, ſecundum ꝙ iura diſponunt de do-
te: ſed iura diſponunt, ꝙ ſimplici & nudo pacto con
ſtituatur dos: vnde dixit text. valde notabilis in l. fin.
C. de Velleia. eē ſpeciale in dote, ꝙ fideiuſſor pro do
te obligetur nudo pacto. & dixit tex. notabilis in l. ad
exactionem. C. de iure dotium, ꝙ ex nudo pacto do-
tis præſtandæ oritur actio. & dicūt gl. & doctores, ꝙ
eſt ſpeciale in dote, de quo Bald. ibi remittit ad no.
in l. j. ff. ſolut. matr. vbi ipſe connumerat omnia ſpe-
cialia in dote: quia ad hoc reſpōdeo primo, ꝙ dicta
lex, ad exactionem. nihil facit ad qōnem noſtrā. di-
cit enim ibi tex. ad exactionem dotis, quā ſemel p̄ſta
ri placuit, qualiacūq; ſufficere verba cenſemus. aut
enim illa. l. intelligitur de exactione dotis, quā debet
facere vxor ſoluto matr. & iſto mō illa lex nihil ob-
ſtat, nec meretur allegari contra iſtam conſultatio-
nem. & ideo glo. formaliter ibi dat iſtum intellectū,
dum dicit, ſed hodie fingitur ineſſe ſtipulatio, alleg.
tex. in l. j. in prin. C. de rei vx. act. & idem firmat Bar.
in rub. ff. ſolu. ma. aut illa lex intelligitur de exactio-
ne, quā debet facere maritus, de dote ſibi vel nudo
pacto, vel pollicitatione promiſſa. & tunc loquitur
ille tex. de dote ꝯſtante matrimonio, q̱a ex quo dos
debet deſeruire oneribus matrimonij, vt d. l. ꝓ one-
ribus. & conſeruari pro ipſa vxore, & eſt illa dos pri-
uilegiata ſtāte matrimonio. vnde ex nudo pacto po
teſt agere maritus ad exigendam dotem, dum dicit
ibi tex. ad exactionem dotis, & iſto modo nec mere
tur allegari contra iſtam conſultationem, ex eo q̱a
caſus noſter eſt alius, nos loq̱mur eo caſu, quo pro-
priè iſta non eſt dos, ex quo mortua eſt vxor. nec agi
tur de fauore ipſius mulieris: vn̄. d. l. ad exactionem.
inquantum volumus intelligere eam quo ad mari-
tū exigētem dotē intelligitur ꝯſtante matrimonio:
q̱a iam ſoluto matrimonio maritus nullo mō po-
teſt ad dotem exigendam agere de iure communi.
imo ſi eam exegit conſtante matrimonio, tenetur il
lam reſtituere ſoluto matrimonio. & ſic illa. l. nullo
modo meretur allegari contra iſtam qōnem: q̱a lo
q̱tur in fauorē ipſius mulieris, & loq̱tur de ṯpe con-
ſtātis matrimonij. Nec ēt obſtat. d. l. fi. C. ad Velle. q̱a
etiā illa lex loquitur, qn̄ fuit nudo pacto conſtituta
dos pro muliere, & ne repellatur a viro: & ſic loqui-
tur quo ad fauorē ipſius mulieris, vt apparet in ver.
pro qualibet muliere. neque enim ferēdū quaſi ca-
ſu fortuito mulierem fieri indotatā, & ſic a viro for
ſitan repelli, & diſtrahi matrimoniū, ſed in caſu no-
ſtro agitur de fauore & lucro ipſius mariti poſt mor
tem vxoris, & ſic poſt diſtractum & ſolutū matrimo
niū, & ſic nullo modo obſtat in caſu noſtro. Cum er
go iſtud ſtatutū diſponat, ꝙ vir mortua vxore lucre
tur dotem datam, vel promiſſam, intelligitur de do-
te promiſſa per ſtipulationem, & non per nudū pa-
ctum, cū nō agatur de fauore dotis, nec vxoris. ergo
ceſſabit priuilegiū, quod datur pro dote, cū re vera
6 non ſit amplius dos. Et ſi q̱ſpiam dixerit, ꝙ imo † ho-
die fingit̄ ſtipulatio interueniſſe, vt in d. l. j. C. de rei
vxo. act. reſpōdeo, ꝙ illud cedit in vtilitatē mulieris,
nō autē ad vtilitatem mariti. & ſi dicatur, ꝙ dos eſt
priuilegiata omni tempore. ſ. ante matrimoniū con
ſtante matrimonio, & ſoluto matrimonio: vt l. j. ff.
ſo. ma. in ver. ſemper. & ibi gl. & doct. ergo ſi dos eſt
priuilegiata ſoluto matrimonio, ſeq̱tur, ꝙ per ſtipu
lationē intelligitur promiſſa, etiam quò ad maritū:

licet matrimonium sit solutũ. Ad hoc rñdeo, ꝙ dos est priuilegiata soluto matrim. quoad fauorem vxoris, vt præferatur in hypotheca. l. assiduis. C. qui por. in pi. hab. & per gl. in dicta l. j. sed quò ad maritum secus: vt in §. fuerat. insti. de acti. & per Ioan. de Imo. in l. j. ff. solu. matrim. nisi esset secundus maritus, cui promissa fuisset dos per hæredem primi viri, secundum Dyn. in dicta l. prima. ff. solu. matri. argumen. l. doli exceptio. §. diuersum. ff. de noua. facit, quod no. in l. alia. eodem titulo. ex eo quia id tendit in vtilitatem mulieris, & sic nõ obstat, cum dicitur, quòd nudo pacto potest constitui dos: quia procedit fauore ipsius mulieris, non in præiudicium, quod esset in casu nostro: quia mulier perdit, & dotem, & illam lucrat vir. ergo non debet nocere mulieri id, quod est inductum in fauorẽ ipsius mulieris. Et si dicatur, ꝙ
7 †ẽt ex parte viri fingitur stipulatio interuenisse, licet dos fuerit nudo pacto sibi ꝓmissa. ista est gl. valde singu. in l. j. in prin. præalle. de rei vxo. act. Ad hoc dico, ꝙ licet fingatur stipulatio ex parte viri, vt dicit ibi gl. licet textus hoc non aperiat: tamen illud procedit quò ad petendam dotem, vt ibi dicit glossa. nec loquitur, quando maritus vult eam sibi lucrari, & imbursare. vt est casus noster: sed loquitur, quando constante matrimonio vult eam petere, & sic cedit oneribus matrimonij, & conseruatur vxori, & ideo secus erit, quando vellet eam lucrari pro se; quia tunc cessat fauor dotis. & ibi dicit glo. ꝙ maritus illo casu non habet priuilegium tacitæ hypothecæ, & sic stabimus in hac conclusione, ꝙ si maritus vult lucrari istã dotem, ꝙ probet, ꝙ per stipulationẽ fuit sibi ꝓmissa. ¶ Restat nũc videre, vtrum sit sufficienter ꝓbatum per testes, & an possit deferri iuramentum actori. nam primus testis productus per ipsum Nicolaum contra dictum Laurentiũ dicit se fuisse præsentẽ, qñ dictus Laurentius promisit dictas trecẽtas quadraginta libras ꝓ dotibus ꝑdictis: nec declarat, an ꝑ stipulationẽ, an per nudũ pactũ. Circa hoc est aduertendũ, ꝙ si notarius scribit, talis promisit Titio centũ, intelligitur ꝑ stipulationẽ: sed si testis profert illa verba in sua testificatione, non intelligũtur per stipulationẽ. ita dixit gl. cõiter approbata ꝑ doc. in l. j. C. de vsur. & reddit rationem Barto. in l. sciendum. ff. de verbo. oblig. ex eo; quia testis debet deponere de eo, quod percipit aliquo ex sensibus corporeis, vt l. testium. C. de testibus. l. qui testamento. §. fi. ff. de testa. stipulatio autem est qd iuris. & ideo cum
8 illa per sensum corporeũ nõ possit percipi, ɔ̃ns† est, vt si testis dicat promisit, ꝙ nõ probet stipulationẽ; secus si dicat, obligauit se per stipulationẽ, &c. hec aũt ratio non cadit in parte, q̃ per priuatã scripturã, aut instr̃m asseritur promisisse, qm̃ ipsa scribere potest, vel alteri scribendũ mãdare, ꝙ per stipulationẽ obligat, & si instrumẽtum publicũ sit, ei stabitur in dubio. l. cũ precibus. C. de proba. si priuata scriptura idem. vt l. Publia. ad finem. ff. deposi. cũ ergo in proposito nostro iste testis dicat se præsentem, qñ Laurentius promisit: nec aliter specificat de stipulatione: ergo intelligitur de nuda promissione. Facit etiã, quia verbum, promitto, verificatur in nuda promissione, & in stipulatione: vt in d. l. sciendum. §. dictũ. ideo vbicunque testis profert verbum, promissio, in dubio interpretatio fit contra producentem. cap. in præsentia. de proba. argu. l. veteribus. ff. de pactis. ca. contra eum. de regulis iur. libro 6. Facit etiam: quia secũdum quòd verbum, promissio, verificatur in stipulatione, reus condemnabitur: secũdum ꝙ verificabitur in nuda promissione, reus absoluetur. ideo debemus capere viam, per quam reus absoluatur. c. ex literis. de proba. c. clerici. 81. di. l. Arrianus. ff. de actioni. & oblig. ca. domino guerram, in tit. hic fini. lex Corrad. & incip. consue. re. & ideo in dubio capietur ista probatio contra producentem: vt l. lege Iulia Petronia. in ratione sui. ff. de manu. Et est diligenter ponderãdum, ꝙ in capitulis, super quibus est ꝓductus dictus primus testis, dicit ꝑ stipulationẽ ꝓmisit, & testis loqtur de promissione, omisit de stipulatione. ergo videtur, ꝙ sua intentio fuerit de nuda promissione deponere. Nec ẽt alij testes producti ꝓbant de stipulatione: sed deponũt de confessione, ꝙ
9 †dictus Laurentius dixit se promisisse: & sic nullus eorum probat de stipulatione: ergo sumus extra casum statuti disponẽtis de promissione ꝑ stipulationẽ, & testes deponũt de nuda & simplici ꝓmissione, & per consequens seqtur regula, ꝙ actore non probante reus absoluit. c. vt nostrum. vt eccle. benefi. c. fina. de successio. ab intesta. c. fi. de iureiurando. l. qui accusare. C. de eden. cum simi. & ista procedunt, ẽt
10 si ipsi testes† omnes deponerent de promissione: qa tũc non videret probata intẽtio ipsius actoris, & iõ deberemus remanere in dispositione iuris communis. arg. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. l. cõmodissimè. ff. de liber. & posthu. l. si cum dotem. in prin. ff. sol. ma. cũ sim. sed de iure cõmuni dos venit restituẽda soluto mat. vt superius dictum est. ergo sequitur, ꝙ ex hoc capite reus iste venit absoluendus. ¶ Restat nunc videre, posito, ꝙ ille primns testis probaret de promissione per stipulationem, an propter suam testificationem esset deferendũ iuramẽtũ ipsi actori, an econtra. & quid si ipse non esset tantæ sufficiẽtiæ, ꝙ per eum non posset deferri iuramentum, an præstent adminiculum alij duo testes deponentes de confessione? Circa hoc est aduertendum, quòd Bald. valde singulariter in ti. de controuer. inuesti. in
11 vsi. feud. in prin. dicit, ꝙ si aliqno modo læderet† opinio ipsius testis, non deberet iuramentum deferri actori, qa debet esse testis omni exceptione maior, & qs dicatur testis omni exceptione maior, decidit gl. in c. j. de consan. & affini. & institu. de inutili stipulation. §. itẽ verborũ, facit, quod not. in l. optimã. C. de contrahenda stipulatione. & in c. at si clerici. super gloss. in verbo, probationem. de iudic. Subdit postea ibi Baldus, ꝙ si duo essent testes singulares non conferentes in vnum rei finẽ, ille, qui eos produxit, non diceretur aliquem testem habere. & propter varietatem testimonij nulla fides adhiberetur. capitulo, licet causam. de probationibus. si autem testes non essent adeo singulares, ꝙ nõ propterea discordarẽt in vnum rei finem, sed venirent in eundem finẽ per diuersa media, seu per diuersas coniecturas sibi inuicẽ patrocinantes, puta vnus† testificatur de verita-
12 te, alter de confessione: tunc quia vnus adminiculatur alteri, bene defertur iuramentum. allegat. ca. cũ dilectus. de successione ab intestato. & sic duplex est singularitas, q̃dam obstitiua: & ista infringit testimoniũ, q̃dã adminiculatiua, puta, vnus testis de veritate, & duo de fama, ista coadiuuãt testimonium, vt l. quæro. §. fina. ff. de ædil. edic. Ita ibi residet Baldus, videtur modo ex ista doctrina sua, ꝙ ista quęstio videtur decidi ex eo: qa primus testis deponit de veritate, alij de confessione. ergo sequitur, ꝙ coniungendo eos adinuicẽ, & probãt, & maximè deferẽdo iuramentum actori. vnde dixit Bar. in l. admonendi. ff. de iureiurando. in ver. his præmissis, ꝙ duæ semiplenæ probationes diuersi generis coniunguntur, vt fiat integra probatio: vnde si vnus testis deponit de veritate, & duo alij de confessione facta parte absente: tunc inducũt plenam probationem. alleg. c. fin. de successio. ab intest. & l. capite quinto. ff. de adulte. ¶ Et istud facit dubium in præsenti consultatione: quia videtur, ꝙ probẽt: sed ista doctrina non obstat. Primo isti duo testes producti deponunt de

confessione

confessione facta per ipsum Laurētium de promissione pdictarū librarū, absente ipso Nicolao actore,
13 quo† casu non facit semiplenam probationem confessio parte absente. hoc probat gloss. fina. in l. j. ff. de interrogat. actio. vbi glossa dicit simpliciter, quòd nō pbat: sic nec plenè, nec semiplenè: qa a quo remouetur genus, & quælibet eius species. l. duobus. §. colonus. ff. de iureiurando. Secundo; quia dictum suum non probatur lege, nec ratione. ergo erubesci mus. l. illam. C. de colla. in §. consideremus. in authē tico, de tri. & se. d. l. capite quinto. respōdetur, quòd ibi non dicitur, quòd faciat semiplenam probationem: sed quòd facit iudicium, vt torqueri possit. &
14 indicium† potest esse minus, quàm semiplena probatio: quia etiam ex suspicione procedit, vt per docto. in l. fin. C. de quæsti. qnimo ibi confessio erat facta parte præsente, & coram testibus, & erat coadiuuata indicijs, alijs. s. captiuitatis factæ in loco & tpe congruis ad suspicionem inducendam. Eodem modo respondetur ad l. quero. §. fi. de ædil. edic. Ad d. c.
15 fin. respondetur, † ꝙ ibi confessio nō fuit facta absente abbate, sed præsente, vt ibi patet: sed qa non emanauit ad eius petitionē, vel instantiam, non probat ibi plenè: sed semiplenè. vel pōt aliter responderi, ꝙ ibi fuit facta ad petitionem abbatis, sed per abbatē non fuit deducta in sua petitione, vt ibi no. gl. nam si deducta fuisset, & probata: tūc plenariā probationē fecisset, vel tertio, ibi non emanauit dispositiuè per modum principaliter cōfitēdi: sed per modum causæ. vel quarto illa ꝯfessio sic incidēter facta erat in extremis vitæ facta: & ob causam mortis speratā: ideo maioris est tunc efficaciæ qa tunc nō creditur se laudare, seu iactare, vel ob aliā causam sic fateri. & ita reprehendit eum Bald. in l. in bonæ fidei. C. de iuireiurand. & do. Salycetus in repetitione. l. admonēdi. ff. eo. & in repetitione dictæ l. in bonæ fidei. & etiā omnes doctores communiter scribentes in d. c. fin. Et sic duæ semiplenæ pbationes diuersi generis nō coniunguntur ad probandū plenè: & sic nō potest induci probatio ex istis tribus testibus productis per ipsum Nicolaū contra præfatum Laurentiū. ¶ Sed si quis dicat, or bene succedat regula Bald. superius allegata, quòd deferatur iuramentum, ex quo tendunt ad vnū rei finem: Ad hoc ego respondeo mul-
16 tifariè, primo isti tres testes† non tendunt ad vnū rei finem. nam finis est promissio cum stipulatione solenni, vt plenè dictum est superius. sed isti non tendunt ad testificandum de stipulatione solenni. ergo non probāt nec plenè, nec semiplenè. secūdo rñdeo aliter, negando, ꝙ tendat ad vnū rei finē: sunt enim diuersi generis. ergo non tendunt ad vnum rei finē. Item illa confessio facta parte absente nullo modo probat. Item illa testificatio illius primi testis nō est tantæ efficaciæ, ꝙ possit deferri iuramentū. qđ ex plu
17 ribus ostēdo. primo ad hoc vt ex depositione† testis deferatur iuramentum, reqritur, quòd testis reddat causam sui dicti non interrogatus. ita dixit Ludoui. Roma. in l. admonendi. alleg. Bald. in c. j. §. sacramentum. de consue. rect. feu. in vsib. feudo. sed in testificatione istius primi testis dicit interrogatus de causa scientiæ. ergo nō poterit deferri iuramentū actori propter eius testificationem. Est ēt ponderādum, ꝙ iste testis licet reddat causam sui dicti, quam doctores approbant, dicēdo: quia fui præsens, tamen non est sine dubitatione Bart. tamen in l. j. ad fi. ff. de auctorita. tuto. tenet, ꝙ sufficiat reddere causam: qa fui præsens, per l. coram. ff. de verb. signi. & l. diem pferre. §. coram. ff. de arbi. & sequitur Bal. in l. testium. C. de testib. per illum textum. & dominus Ant. in pemio decretalium. & facit. ca. j. de postula. prælato. & sequitur dom. Abb. in c. peruenit. de testibus cogen. &

Bald. in l. solam. C. de testi. tñ in contrarium facit fortiter tex. in d. c. peruenit. in versi. adstantibus & vidētibus. cui non potest dari sufficiens responsio. & etiā in contrarium facit gloss. notabilis in cap. primo. 2. q. j. in versicu. præsente. quæ exponit, & intelligente.
18 ergo† præsentia non infert necessario intelligentiā. & glo. in l. j. C. de erro. aduo. quæ dicit, præsentibus & intelligentibus. facit, quod dixit Bar. in l. j. in prin. ff. de verb. ob. vbi dicit, stipulatio conficitur vtroque loquente. & Bar. ibi supplet, & efficaciam sermonis intelligente: & sic præsentia nō infert necessario intelligentiam. & bene facit tex. in l. hæredes palam. in prin. ff. de testa. vbi possibile est, aliquem esse præsentem actu, & illum actum non intelligere. & ibi Bald. & Ange. inducunt ad quæstionem, ꝙ si testes dicant aliquid fieri coram se & coram A. & B. licet A. & B. dicant, se nihil scire de actu illo: tñ non sunt contrarij primis testibus: qa possibile est, ꝙ fuerint præsentes, & nō intellexerint actum illū. Facit. l. 2. §. voluntate. ff. so. mat. vbi gl. sentit, ꝙ qs pōt esse præsens corpore, sed nō animo. & ibi Bal. inducit ad q. testis interrogatus de causa scientiæ dicit, ꝙ præsens fuit: ꝙ nō probat, si erat actus, q debebat percipi intellectu, quia possibile est, ꝙ fuerit pręsens corpore, & nō animo. facit tex. in c. sicut. in ver. præsentibus & videntibus. de regula. & sic est dubiū, an si testis reddat causam dicti sui, dicendo, qa fuit præsens, an probet. maximè qñ factū est de longinquo, vt dicit D. Ant. in c. auditis. de ele. & sic non ex toto est expedita illa redditio causæ: qa fuit præsens. ergo ad depositionem eius nō erit deferendum iurm. Præterea est etiā ponderandum, si iste testis est omni exceptione maior, vt voluit Bal. in d. l. admonēdi. & Bal. in d. l. in bonę fidei. & doctores in c. fi. eo. tit. & glo. in c. mulieri. de
19 iureiuran. Pręterea† est ponderandum, ꝙ in causa ciuili ardua non defertur iuramentū per ea, quæ not. gloss. in d. l. admonendi. & ibi Bar. & Bal. in d. l. in bonæ fidei. argumen. l. propter litem. ff. de excusa. tuto. nam causa ciuilis ardua æquiparatur causæ criminali: vt dixit Bald. in l. parentes. C. de testi. vbi in materia testificationis æquiparat causam ciuilem arduam causæ criminali: ex eo quia repellitur quis in causa ardua ciuili sicut repellitur in causa criminali: & idem voluit Iacob. de Are. in l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. facit. l. propter litem. ff. de excus. tuto. & dicitur causa ardua considerata qualitate personarum. c. & si quæstiones. de simo. & l. fideicōmissum. aliàs in l. & si susceperit. ff. de iudic. & in authē. nisi breuiores. C. de sent. ex bruic. reci. & l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de officio pſid. vbi oculus rustici dr porcellus, & ideo ista causa, considerato loco, & ꝯsideratis personis, inter quas agit̄, dicitur causa ardua, vt dicit Do. aduocatus. ergo stamus regulæ, ꝙ in arduis non debet deferri iuramentum, vt voluit Bart. & Bal. in locis superius allegatis. ergo sequitur, ꝙ nō debet deferri iuramentum. ¶ Restat nunc videre, posito non tamen concesso, ꝙ debeat deferri iuramentum, est dubium, cui sit deferēdum an reo, an actori. Circa hoc facit primo regula. c. fi. de iureiurand.
20 vbi† iuramētum est deferendū regulariter reo. ergo defertur potius isti Laurentio, eoq; magis, cum habeat pręsumptionē iste Laurētius pro se: qa regulariter frater non tenetur dotare sororē: vt dixit gl. notabilis in l. cū plures. §. cū tutor. ff. de adm. tut. & Bal. in l. fi. C. de dot. promis. & doctores in l. j. ff. so. ma. & sic habet iuris pſumptionē pro se, arg. l. cum de indebito. ff. de proba. cum si. tū ēt qa fauorabiliores sumus in liberando. l. Arrianus. ff. de act. & ob. & ēt, vt dicitur in allegationibus domini aduocati, quòd dictus actor est maximus litigiosus, quo casu ꝯtinuus, aut maximus litigator repellitur ab accusando, vt est

tex.in c.suspecto.& c.nullus,3.q.5.ergo multomagis repelletur a iurando. & per consequens nullo modo erit deferendum istud iuramentum actori,& ista procedunt eo casu, quo sufficeret probare solã promissionem nudam : tunc enim haberet locum ista dubitatio,videlicet vtrum esset deferendum iuramẽtum:sed in casu nostro istius cõsultationis, puto de iure aperto,nullo modo esse insistendum circa hęc, ex eo qa statutum ipsum affert lucrum marito,quoniam dos est data,vel promissa, quod est intelligendum,qñ est promissa per stipulatione,& non per nudã promissionẽ,vt superius dictũ est. & isto casu minus lædetur ius commune. Et per consequens cum dicta probatio non concludat necessario,erit absoluendus reus actore non probante: qa debuit necessario probare causam suę intẽtionis.c.in præsentia, de proba.l.non hoc.C. vnde cog. cũ si. Et per consequens partes domini iudicis erunt in absoluendo ipsum reum , nedum a petitione cẽtum librarum sed a tota dote,tanquam sit casus non prouisus a præfato statuto Regino. Et ita concludo in fauorem ipsius rei.

EPITOME.

¶ Argumẽtis potissimum duobus probari dicit, teneri Comitem quendam & alium montis Falconis dominum,ad personaliter deducendum Episcopum Vticensem per equi sui frenum, cum primum in episcopatum ingreditur. Primum est ; quia in eã rem quidã se illorum veluti procuratores illorum nomine paratos obtulissent,ac illos tanquàm legitimo impedimẽto detentos excusassent illis id sciẽtibus,nec tamen contradicentibus,nec protestantibus. Alterum,quia famam antiquam ac vocem publicam esse contendebant ad id illos teneri.

SVMMARIVM.

Facta palam & publicè in ciuitate scire omnes , qui in ea sunt, nisi graui valetudine affecti,præsumuntur.& nu.4.& 5.

Taciturnitas eius,qui non ignorat aliquid suo nomine geri,consensum inducit.nu.6.& cum sequentib.

Fama longissimi temporis , cuius initij memoria non extat,operatur plenam probationem ,præsertim si verisimilis fuerit. num.18.19. & 20.

Fama,quæ dicitur,vel combussisse , vel in causa esse quępiam, vt priuilegia comburerentur, ipsa quidem per se non sufficit ad pęnam infligeudam,sed ad plenam priuilegiorum probationem contra ipsum proderit.num.22.& 24.

CONSILIVM XVIII.

A Ioue principium musæ Iouis omnia plena.gl.in c. sedes Apostolica.de rescript.tex. in c. cum Paulus.& c. principatus.1.q.1. in authen. quomodo oporteat epos. in princ.iõ optimi maximi Dei omni inuocato præsidio.viso puncto,& his quæ in facto narrãtur in causa Reuerendissimi in Christo prïs,& dñi dñi Oliuerij episcopi Vticẽsis,mihi patris dñi summa reuerẽtia obseruandi. Pro clariori præsentis consultationis mihi ꝓpositæ decisione,est primo videndum,cũ dr̃ nõ posse ꝯstare,ꝙ dñs Vicecomes & dñs de mõte Falcone cõstituerint illos ꝓcuratores ad illũ actũ.s. ad destinãdũ equũ dñi epi Vticẽsis tpe ingressus sui ꝓ parte & noĩe ipsorũ Vicecomitis, & dñi montis Falconis, qui detinebantur legitimo impedimẽto, vtrum in præiudicium ipsorum sufficiat probare,ꝙ sciuerint illos esse procuratores ipsorum ad illum actum,nec cõtradixerunt:& sic videant,pp hæc ratificare, & approbare gestum per ipsos procuratores, in præiudiciũ ipsorum dominorum: Et videtur prima consideratione dicendum ꝙ nõ, hoc modo.tũc

1 †tacẽs vr̃ ꝯsentire,qñ ex actu,cui ꝯsentire p̃sumitur, euidẽter resultat vtilitas ipsius tacẽtis.l. ꝗ patitur.ff. mand.sed vbi ex actu, cui præstat taciturnitatẽ,non euidẽter resultat vtilitas, neq; certitudinariè:vt est, cum patitur aliũ nomine suo agere ea , quæ sunt sibi præiudicialia, certum est , ꝙ tũc ipsa taciturnitas consensum non inducit. bene facit ad hoc elegãs & memoratu dignum dictũ Inn.in c. in genesi.de elec. vbi dixit , ꝙ taciturnitas licet in actu desiderabili & concupiscibili,& honorabili inducat cõsensum,nõ tamẽ in actu oneroso & damnoso. l.filiusfa.§. inuitus.ff.de ꝓcura.& ideo pulchrè dixit Io.An. in addi. Spe. in ti.de arbi.§.sequitur.ver.sed nũquid arbitrator.aliàs ver.cæpisse.ꝙ tacens cum in se cõpromittitur vt in arbitrum, vel arbitratorem,non videtur cõsensisse:qa talis taciturnitas infert onus, allegat tex. in l. filiusfa.§. inuitus. de procurator. & bene facit, quod pulchrè voluit Ioann.Andr.in capitulo.Ioannes.de testa.vbi dicit, ꝙ taciturnitas in actu , in quo quis eligitur executor vltimæ voluntatis, non inducit consensum,ex quo est onus. vnde formaliter dixit Bar.in l.sępe.ff.de re iudi.ꝙ si ego scio aliquẽ mãdato carentẽ, vt procuratorẽ agere nomine meo , & non contradico,non videor consentire in eum vt in procuratorem , adeo ꝙ gesta per illum in præiudicium meũ nõ tenent.& sic Bart.vr̃ decidere in terminis istã quęstionẽ : cũ ergo in casu nostro agaẽ de præiudicio ipsorũ Vicecomitis,& domini mõtis Falnis posito ꝙ sciuerint in illos,tanq̃ eorũ ꝓcuratores noĩe eorũ cõduxisse equũ dñi epi,seu ipsum D.epm exeuntẽ supra equũ ad ingrediẽdũ vsq; ad epatũ,nõ p̃iudicauit eis ille actus qa sciebãt ius suũ eis durare & saluũ fore. Et ideo eleganter dixit Io.An. in c.nu-
2 per.de testi.ꝙ si testis † deponat nõ iuratus , & pars nõ ꝯtradicit, ꝙ nihilominus nõ videtur consentire. vt nõ iuratus deponat,qa in actu sibi præiudiciali tacens non videtur consentire. Facit,quod dixit Bal.in l.licet.C.de procur.& in authẽ.qua in prouincia.C. vbi de crimin.ag.oportet. vbi in hoc passu vr̃ distinguere,ꝙ aut est procurator actoris , aut est procurator rei. primo casu sciens & patiens videẽ cõsentire, & sic illũ talẽ ꝓcuratorẽ ꝓbare,ẽt si sit talis persona, q̃ agere non possit sine mãdato: puta, qa nõ cõiuncta ꝑsona.secũdo verò casu nõ inducit ex tali patiẽtia cõsensus.& est ratio:qa inuito reo, & sine mãdato põt alterius defensionẽ assumere.l. exigẽdi.C. de ꝓcura.l.solutionẽ.ff.de solu.ergo nõ inducit cõsensum,propter regulã,q̃ vult, ꝙ patientia pręstita per eum,qui contradicẽs posset actũ impedire,consensum nõ inducit.l. Caius.ff.de legatis secundo. Cum ergo in casu nostro sumus in procuratoribus ipsorũ reorũ, ex quo taciturnitas ipsorum dominorũ non inducit ꝯsensum. & sic stamus in illa regula vera & indubitata , ꝙ tacẽs nõ ꝯsentit in actu oneroso & p̃iudiciali.per ea q̃ no.in c.nõne.de p̃sum.l. q̃ dotis.ff. soluto matrimonio.l.maritus.C.de ꝓcurato.l. inuitum.ff.de seruitu. & per Bartolũ in disputatione incipiente.mulier habens amplum patrimoniũ.& in capitulo,qui tacet.de regulis iuris.libro sexto.glossa secũda in quæstione.capitulo plerique. & in capitulo insuper.qui matr.accusare poss. Et multo minus in casu nostro est dubia ista consultatio; ex eo quia non clarè constat de sententia ipsorum Vicecomitis & domini de monte Falcone;ex eo qa non apparet,ꝙ sciuerint:licet dicatur,ꝙ erat fama per ciuitatem , ꝙ tunc temporis cũ D.episcopus fecit introitum suũ ad episcopatum, illi tanq̃ procuratores dictorum dñorum cõduxerunt equum D.episcopi te-
3 nendo frena ipsius equi:nã†allegãs scientiã illã probare tenet, vt est text. in c.a nobis.de excep.Bar.in l. nullus.C.de fabri.libr.11.& in l.omnes.C. de agri.& censi.

cenſi.lib.11.& in l.j.C.de omni agro deſerto. lib.12. & in l.j.C.de colo.illiri.lib.11.& in l.Metrodorum. ff.de pęn.Bal.in l.data opera.C.q acc.non poſ.Ang. in l.j.C.de Nili ag.non rũp. gl.in c.concertationi.de ap.li.6.facit gl. notabi. in l.ex maleficio.§.longè minus.ff.de actio.& obli. & ſic tamen non eſt probata ſcientia. & ẽt poſito ꝙ eſſet probata, tñ nõ nocebit talis actus geſtus ꝑ illos aſſertos ꝓcuratores ipſi Vicecomiti & dño montis Falconis.& iſta erãt, q̃ in ꝑſenti ꝯſultatione faciebãt dubitationẽ.¶ Et quanq̃ iſta ſint ſatis colorata, tñ caſum nr̃m nõ attingũt, iõ illis nõ obſtantibus ꝯ̃rium puto de iure verius, videlicet ꝙ talis actus ꝑiudicauit ipſis dñis ſcientibus, & nõ ꝯ̃dicentibus, nec proteſtantibus. Et pro clara deciſione præmitto illud, qđ in pũcto dr̃, videlicet ꝙ tales actus geſti fuerint per ipſos ꝓcuratores gerentes ſe palam & publicè pro procuratoribus eorundem & habentibus ſpeciale mandatũ ab eiſdem ipſis dñis exiſtentibus in ipſa ciuitate, & alibi, vbi eſt veriſimile, ꝙ ad eorũ peruenerit notitiã, & maximè quia tꝑe introitus domini Oliuerij epi Vticẽſis ipſis dominis exiſtẽtibus ꝑſentibus in ipſa ciuitate, quo tꝑe dictus Do. Oliuerius eps fecit introitũ ad epatũ, comparuerũt ipſi procuratores noĩe ipſorũ dñorũ: offerentes ſe paratos ducere ipſum dominũ æquitãtem per frenum equi: ſed dñs epiſcopus nõ admiſit eos ex eo, ꝙ non conſtabat ſibi ipſos dominos fore impeditos legitimè: licet dictus Vicecomes ſimulauerit ſe pati infirmitatem in vna tibia. iſta preſupponuntur in facto, quo caſu nemini dubium, ꝙ præſu-
4 mitur ſcientia. ea † enim, quæ publicè, & palam fiũt in ciuitate, præſumunt̃ ſciri ab omnibus de ipſa ciuitate. l.j.C. qui & aduer.quos.l.pupillus.§.proſcribere.ff.de exercito.c.j.de poſtul.prælato. & c.quod dicitis.16.diſt.c.cum in tua.qui mat.accu.poſ.c.propoſuiſti.82.diſt.& etiam præſumitur ſcientia ab his, qui ſunt in prouincia vicina, vt eſt text.in c.quoſdã. & quod not.in cap.quanto.de præſumpti. Et ſi quiſpiam dixerit, ꝙ illud procedit, niſi qs eſſet infirmus:
5 quia ſi † eſſet infirmus, non præſumeretur in eo ſciẽtia eorum, q̃ in ciuitate fierent: vt no.Bar.in l.is põt. ff.de acqui.hær.cũ ergo in propoſito noſtro præſupponat̃ in facto, dictũ D. Vicecomitẽ fuiſſe infirmũ. ergo ſeqtur, ꝙ ceſſat præſumptio ſcientię, ꝙ illi ſe vt procuratores eorum geſſerint, & noĩe eorũ duxerint dñm epiſcopũ ꝑ frenũ equi. Ad hoc dico, ꝙ dictum Bar. nõ procedit in eo, q eſt leui infirmitate detẽtus. ꝓut tex.in c.ſi eps.in verſi.excepta graui infirmitate. 18.diſt.& l.j.§.proinde leuis.& l. ob quæ vitia.§.ſi.ff. de ædi.edic.l.quæſitũ.ff.de re iud.l. itẽ apud Labeonẽ.§.qõnem.ff.de iniurijs.& ita dicit Lud.Roma.in d.l.is põt. Cum ergo iſta erat leuis infirmitas: quam patiebat̃ in tibia. ergo nõ excuſatur propter hoc ab eo, qđ publicè fiebat, & maximè qñ fiebat noĩe ſuo in re eum tangente: iuxta illud. Res tua te reperit argum, res altera cęcum.facit.c. ab excõmunicato.de reſcriptis.l.fin.ff.ꝓ ſuo.& ſic videtur certo certius & penitus indubitatum, ꝙ dicti ſciuerint & notitiam habuerint de actu geſto per illos procuratores. Hoc præſuppoſito dico, ꝙ iſtam quæſtionem ſingulariter decidit Innocẽ.in tribus locis. primo in c.ex parte decani.de reſcrip.& in c. in noſtra.de procu.& in
6 c.cum in iure peritus.de offi.dele.vbi dicit† ꝙ ſi ego ſcio aliquem ſe gerere pro me, & taceo: ꝙ taciturnitas mea inducit conſenſum, adeo ꝙ videor cõſentire illi actui, vel in fauorem meũ tendat, vel in præiudicium: ex eo quia videamus, ꝙ tacitus cõſenſus ex patientia reſultans inducit mandatum: vt l.qui patitur.ff.mãda. & hanc opinionẽ Innocentius ſequit̃ veriſſimus iuris interpres. Archidia.in c.qui ad agẽdum.de procurato.libro 6.& Cyn.in l.ſi pecuniam. C.de negot.geſtis. Idem ſequuntur domini de Rota, deciſi.467.& ſequenti.vbi per illud dictum Inno-
7 centij dicunt, quòd † ſi quis appellat pro me præſente & non contradicente, valet appellatio & proceſſus inde factus. Et idem dicunt, ſi procurator patitur aliquem gerere ſe pro ſubſtituto. & non contradicit. Sed D. Abbas de Sicilia, in d.ca. ex parte decani. refert Barto. in d.l. ſæpe. & etiam Cyn.in d.l.ſi pecuniam. tenere oppoſitum, ex quo enim ipſe agit ad incommodum, quod finis declarauit, cum ſuccubuerit in cauſa, nõ videtur conſentire: ſed potius contradicere. & ſic non obſtat text. in dicta l. ſæpe. ſed certè, inquit dominus Abbas ibi, iſtam non fore bonam reſponſionem: ex eo quia a principio agendo nõ apparet, ꝙ inutiliter ad meum damnũ agat: cum potuiſſet obtinere, & ſufficit cauſam vtiliter fuiſſe cœptam, licet contrarius euentus ſequatur. l. ſed an vltro.ff.de negocijs geſtis. & quod no.in cap. cũ pro cauſa.de procuratoribus. Item ſi diceremus oppoſitum, nũquam, vel rarò competeret actio negociorum geſtorum, cum a principio ſit dubium de euentu leto, vel aduerſo. & ſic dicit poſſe reſponderi ad doctrinam Innocentij, in dicto cap. cum in Geneſi. quam ſequitur gloſſ.in d.cap. is qui tacet. licet D.Ant.in d.c.ex parte decani. ſequatur Bar.in d.l.ſæpe. dicendo, quod vbi certitudinaliter agitur de fauore meo, videor conſentire: ſed agitur de damno, vel poteſt tendere ad damnũ, nõ videor dare mãda-
8 tũ. Et ſubdit ibi D. Ab. ꝙ† vbi aſſerens ſe procuratorẽ alterius tendit ad obligandum perſonã domini, tunc dominus ſciens & patiens non videtur conſentire. l.filiusfa.§.inuitus.ff.de procura. aut eſt caſus, q ſe poteſt habere indifferẽter ad damnum, vel ad vtile ipſius domini. & tunc ſi eſt caſus, in quo dominus poteſt prohibere, non prohibendo vr̃ conſentire: vt no.in l.Caius.ff.de pigno.acti. modo ſi nos dicimus, ꝙ iſte actus eſt præiudicialis ab ipſo initio ipſis dominis, geſtus per illos aſſerentes ſe procuratores: tũc oportet fateri, ꝙ dominus Abbas tenet cõtra Inno. & etiã D. Ant. tenet cõtra Inn. ſimpliciter. & ẽt Cy. in d.l.ſi pecuniam. licet ſaluet dictum Inn. in cõiuncta perſona, vel in amico: qa ad hoc poteſt rñderi, videlicet ꝙ iſte actus nõ tẽdit ad obligandũ ipſum dominum: ſed potius ad eum exonerandũ, vt apparebit ex alijs inferius deducendis. modò ſit ita, ꝙ dominus Abbas, Cy. Bar. D. Ant. teneant contra In. nihilominus domini de Rota, Archi. in locis ſuperius allegatis, & Bald.in l.2.C.ſi ex fal.inſtru.& in l.2.§.fi. ff.ſol.ma.ſequuntur In. & probatur opnio Inn. ſubtilioribus rationibus & melioribus motiuis, hoc mo-
9 do. Primo nõ † contradicere ratihabitioni æquiparatur: ita dixit glo.in l.quo enim.§.j.ff.rem ra.ha. ſed ratihabitione falſi procuratoris geſta cõfirmant̃. l. licet.ff.de iudi.in l.in cauſæ. poſt prin.ff.de procura. gl.& Bar.in l.ſi mr̃.§. hoc iure.ff.de except.rei iud.& plenè no.in d.l.ſi tutor. ergo ꝯñs eſt, vt iſta validẽt̃ nõ cõtradicendo. & per conſequẽs verior eſt doctrina Inno. Secundò facit text. valde notabilis in c.j.ad
10 fi.de iureiur.lib.6.hoc modo inducendo, † procurator gñalis cõſtitutus non cenſetur habere mandatũ ad delinquendũ, ſeu ad obligãdum dominũ ad pœnã.l.3.§.ſi procurator.ff. quod quiſq; iuris.l.j.§.ſi ꝓcurator.ff.ſi quis ius dic.non obtemp. l. ſi procurator.ff.de ꝯd.indeb.l.ſi pater.ff.quæ in frau. credi.c.j. vt lite nõ cõte.cũ ſi. ſed taciturnitas vnã cũ ſcientia dñi notitiã habentis procuratorem in iudicio delinquere, vel quid agere, ex quo veniat pœna inferẽda, ipſum malè actũ procuratoris validũ reddit in ꝑiudiciũ ipſius domini: vt eſt caſus apertus, in d.ca.j. ad fi. ergo eſt ibi caſus, ꝙ ſcientia domini vnã cũ nõ ꝯ̃dictione inducit mandatum tacitum, & actus firmi-

ad monasterium.de statu mona. ad fi.& illū tex. ad
hoc allegat Io.An.cōiter oēs doctores in d.c.j. de te
sta.& cū dr ille tex.ꝓbat,ꝙ bona transeāt, & sequun
tur personā monaci.ad hoc rñdeo, dr ibi, quòd mo-
nacus postq̄ est effectus eps, velut hæres legitimus
acquirit sibi hæreditatem paternam, quasi dicat, ꝙ
acquiritur epatui & non monasterio.Istud nō facit
ꝯ decisionē istā: quia nō est casus noster. Loquitur
enim in rebus q̄rendis:sed in rebus quæsitis nō: vn
de in casu nostro sumus in rebus quæsitis ipsi mo-
nasterio:non in quærendis:quia iā est Abbas,& ista
bona acquisiuit tpe, quo erat Abbas, vnde q̄stio ꝓ-
cederet, si tpe, quo iste Abbas esse ꝓmotus in epm,
consanguinei sui sibi legassent illa bona.faterer tūc
de plano, ꝙ acquirerentur episcopatui & nō abba-
tiæ.& iste est casus ibi, sed iste nō casus noster, ex eo
quia sumus in iure quæsito ipsi monasterio. & non
in iure quærendo. vndelicet ius quærendū acqui-
rat secundæ ecclesiæ, non tñ ius quæsitum tempore
primę ecclesię. Nec est mirū hoc, ꝙ sit secus in iure
quærendo, quā in iure quæsito per illud elegans di-
ctum Inno.in capitu.admonet.de renun. vbi dicit,
16 ꝙ licet clericus † non possit ignorante prælato repu
diare ius ī beneficio quæsitum, vt in c. ꝙ in dubijs.
& in c.dilecti.eo tit.tamen ius, quod habet in bene-
ficio quærēdo, potest renuntiare inscio suo prælato.
Facit.l.quid aūt.ff.q̄ in frau.credi.vbi debitor potest
repudiare ius quærendum: nec pp hoc creditores
possunt dicere hoc factū esse in fraudē eorū.facit. l.
si spōsus.§.si maritus.ff.de donat.inter vi. & vxo. Et
iō valde elegāter consuluit Federicus de Senis, con-
silio nono, ꝙ prælatus ecclesiæ pt repudiare legatū
factū ecclæ, ex quo est ius q̄rendū: refert & seqt re-
uerendus D.Cardinalis Floren.in ca.tua.de his q̄ fi.
a præla.vbi ēt alle.Bal.in l.si pupillorū. C.de repud.
hæred.& idem voluit in c.vt super.de rebus ecc. nō
alie.& idē tenuit Lapus in suis allegationibus. 15.
aliàs 16.& ibi D.Ant.idē voluit D. Archiepiscopus
Panormitanus,in c.j.de do.& cōtu.Et ideo pulchrè
dixit Bal.in auth.si qua mulier præalle. in finalibus
verbis. vbi quærit, an prælatus possit refutare bona
ingressi.& dicit se putare ꝙ sic, agēdo ī ipso ingres-
su, ꝙ non acqrantur monasterio: qa in q̄rēdis pōt
sibi præiudicare:secus in q̄sitis.alle.l.iubemus. C.de
sacrosan.eccle.Et ideo dicit, ꝙ monasteriū pōt pati,
ꝙ hæreditatem delatam monaco possideāt alij cō-
sanguinei, ad quos forte Abbas vel monaci pietate
mouentur, vel affectu: anteq̄ agnoscat tale ius per
monasteriū quia non est in bonis monasterij. alle. l.
pretia rerum.ff.ad l.falci.Facit, quod dicit solennis
doctor D.Bartholomeus de Saly.ī l.pactū curatoris.
C.de pact.post Richar.vbi dicit, ꝙ tutor ī iure quæ-
rendo & nascēdo ipsi pupillo pōt remittere, & eius
natiuitatē impedire,l.sed si vn⁹.§.j.ff.de iniur. licet
in quęsito nō possit.Et ideo dixit D.Car.in c.potuit,
de loca.ꝙ pōt prælatus in non accipiendo canonē
non solutum pteritorū annorū piudicare eccle. vt
emphyteutę nō cadāt a re emphyteutica:qa agitur
de iure q̄rendo,& nō de iure quæsito.facit, qđ no.ꝑ
scribentes in c.verū.de condi.appo. & per Hostiē.in
c.quoniam.de deci.& quod no.Bald.in l.imperato-
res.ff.de pac.& moderni in l.is q.§. neque.ff. de acq.
hæred.& in l.seruus.C.de iudic.Ideo in ꝑposito nřo
non est mirum, sicut in d.ca. statutum.colligitur, ꝙ
monacus effectus episcopus acquirat hæreditatem
patris sibi delatā episcopatui,& non primo mona-
sterio:qa quoad primū monasterium erat ius quæ-
rendum,& non erat ius q̄sitū: sed in casu nřo erant
ista bona quæsita Abbatię, seu monasterio. ergo nō
potuit secū asportare, cū essent in dñio monasterij:
qa monacus nihil hēre pōt: vt in d.c.cum ad mona
sterium.ad fin.& Abbas monacus est, vt est casus in
c.fi.de simo. Et si qspiā dixerit, ꝙ ille tex.loqt in mo-
naco,& non in Abbate. iō Abbas effectus epus po-
terit secum asportare quæsita intuitu psonæ suę,&
illa administrare ex eo: qa constitutio loquens de
simplici nō habet locū ī eo, cui est annexū accidēs:
qa alterat & deducit in alterā speciē, vt est gl.sing.in
c.statutū.de elec.li.6.iūcto.cap.licet canon.eo.ti. &
17 lib.vbi dr, ꝙ cōstitutio† loquēs de ecclesia parochia
li, non habet locum in ecclesia parochiali collegia
ta. Ad hoc rñdeo, illa gl.loquitur im materia pena-
li & odiosa,& ideo procedit: sed ista nō est mā pę-
nalis, nūc odiosa: imo est fauorabilis monasterio, er
go. Facit tex.valde singul.in c.per exemptionem. de
priui.lib.6.vbi sunt exempti clerici, videntur exem-
pti canonici,& tñ canonicatus addit quandā quali
tatē ad clericatum, vt in c.statutū.§.1.de rescrip. lib.
6.Facit tex.notabilis ī c.qm, de si. fm cōmunē ītel-

lectum. vbi in materia pœnali appellatione monialium venit abbatissa: eo quia ipsa etiã monialis est. Et facit. capitu. j. de statu regu. li. 6. vbi idem probatur, ꝙ appellatione monialium venit abbatissa. ergo ita dicamus in casu nostro, ꝙ licet ille tex. loquatur de monaco effecto episcopo, idem erit in abbate effecto archiepiscopo. Et est diligenter ponderandus ille tex. ꝙ si quis dixerit, ꝙ principium illius ca. loquitur de hæreditate delata monaco, tẽpore, quo erat monacus: quia istud non est verum per illum text. in versic. de monaco episcopum, & paulo post, hæreditatem postea &c. nam illa dictio, postea, regulariter, de natura sua importat interuallum: vt habetur in capitu. j. de excess. prælato. & per gloss. in c. cum vintoniensis. de elec. & per Dominicum in c. j. de constitu. libr. 6. & per text. in l. quoties. §. si quis ita. ff. de hære. insti. vbi speciale est fauore libertatis, ꝙ dictio, postea, importet ĩcõtinenti. & bene facit, quod no. gl. in l. qui de crimine. C. de accus. & quod no. Bald. in d. §. si quis ita. & sic d. capitu. statutum. loquitur eo casu, quo hæreditas fuit delata monaco, postquam fuit ꝓmotus in episcopum. Et etiam est ponderandus ille tex. in quãtũ vult, ꝙ hæreditas parentum delata monaco post promotionem in episcopatũ acquiratur episcopatui: quia ꝓbat, ꝙ hæreditas quæsita monaco proueniẽs a suis ꝯsanguineis & sic contemplatione suę personę quæsita acquiritur monasterio: & sic isto casu ista bona q̃sita huic abbati anteq̃ esset ꝓmotus in archiepiscopum: acq̃sita sunt monasterio, cuius erat Abbas tũc tẽporis. Quarto facit, quod no. Laurentius. Archi. & Ioãnes de Fantutijs in præalleg. c. statutum. vbi dicũt, pone
18 † aliquid debetur monaco sub conditione, postea promouetur in episcopum, & purificatur conditio tpe episcopatus, an acquiratur monasterio, an episcopatui: & decidunt, ꝙ si per viam possessionis, & sic per viam contractus illud debebatur: tunc semper est spectandum tempus promissionis. & sic purificata conditione illud tale debebitur monasterio. l. si filiusfa. ff. de verborum obligationibus. nã stipulatio. de p̃senti capit vires. l. vsufructus. ff. de stipula. seruo. si vero relinquitur per viam legati, vel fideicõmissi, & tunc non inspicitur tempus promissionis: sed tempus purificatę cõditionis. & iõ tũc legatum competit ecclesiæ episcopali. l. si vxorẽ. C. de ꝯdi. inser. cõditio enim in legatis nõ trahitur retro quoad acq̃sitionem, vt est text. melior de iure in l. j. §. serui appellatione. ff. ad Sillan. Bal. in lege finali. §. sed q̃a nostra. C. commu. de le. in lege. j. in prin. C. de cadu. tol. Ange. in l. qui balneũ. ff. qui po. in pig. ha. textus in l. quod dicitur. & ibi Bal. ff. de test. mili. & l. is cui. §. si. ff. quemad. serui. ami. & ibi Bald. tex. in l. is cui. & ibi Ang. ff. de ac. & obliga. & per Ioannem de Imola in l. si. ff. de dona. cau. mor. & benefacit, quod no. Cy. in l. ea demum. C. de accusa. & ideo dñs Petrus de Ancha. in cle. si. de elec. ponit illã doctrinam Archi. de legato facto alicui monaco sub conditione, q̃ purificatur monaco promoto in episcopum, vt acquirat episcopatui. Ita in proposito nostro sentiunt præfati doctores, ꝙ si legatum fiat monaco, purè, & non sub cõditione, acquirit monasterio: licet postea efficiatur episcopus. & sic videtur decisa & sopita ista q̃stio. Quinto facit glo. notabilis in authẽ. de non alie. §. sin autem creditorẽ. per quã gl. dicit Saly.
19 in authẽt. ingressi. C. de sacrosan. eccle. ꝙ † monacus transfert in monasterium nedũ bona præsentia, sed etiam bona futura: & istud operatur secundum eũ votum paupertatis, & renuntiatio seculi: vt ibi. & in d. c. cum ad monasterium. & ex hoc dicit patere falsam esse opinionem quorundã Patauinorũ dicẽtiũ, ꝙ bona postea quæsita nõ transferũtur in monasterium. & sic monacus tãquam eorum dominus possit testari: & hoc probant per nota. per gloss. in lege, intercidit. ff. de conditio. & demon. ad quam respõdet ibi Salycetus. ergo sequitur, ꝙ ista bona futura, prouenientia huic abbati ex genere suo, acquirunt abbatię: & ꝑ consequens nõ potuit secum illa asportare tanquam sint acquisita ipsi monasterio. Sexto facit; quia præsupponimus in puncto, ꝙ iste Abbas acquisiuit ista bona a suis consanguineis, dum esset Abbas: vnde eo ipso ꝙ Abbas acquisiuit, fuerũt acquisita monasterio per id, quod notat Bartolus in lege, is potest ff. de acquirenda hæreditate. & Baldus in lege cum proponas. C. de hæredibus institu. & in l. j. C. qui admi. & per eundem Bart. in l. j. ff. de vulg. & pu. & per Io. An. in c. pręsentia. de proba. vbi quæ-
20 runt, quid † si monacus non adiuit hæreditatem sibi delatam in vita, & mortuus est ipse monacus: an monasterium possit adire, & concludunt, ꝙ non, ergo eo casu, quo monacus adiuit illa bona sunt ipso iure acq̃sita monasterio. Et ideo dixit Bald. in d. l. j. C. qui admit. ver. septimo arguo, ꝙ ius adeundi nõ acquiritur monasterio in vita ipsius monaci: quia sequeretur, ꝙ licet monacus efficeretur episcopus, hæreditas remaneret ipsi monasterio semel ei quæsita, quod videt falsum: quia sicut seruus manumissus, & filius emancipatus sibi adeundo quærit, vt l. non est dubium. C. de iure delibe. ergo idem in monaco. & sic Bal. sentit, quando hæreditas est iam q̃sita & adita per ipsum monasterium: secus si adhuc non est adita, sed in casu nostro ita bona fuerũt acquisita per ipsum Abbatem tempore, quo erat abbas. ergo sunt acquisita abbatię: & per consequens monasterium ista bona poterit vendicare: & si ĩ isto casu acquisitionis ad ipsum monasterium interuenit actus & voluntas ipsius abbatis: quia eo ipso, ꝙ illa accepit, videtur voluisse acquirere monasterio. Septimo facit, quod no. D. Car. in d. ca. quod a te. de
21 cle. coniug. vbi quærit, quid si monacus † recedit voluntariè, & in casu licito de primo monasterio, secundũ formã. c. licet. de regu. q̃d fiet de bonis allatis in primũ monasterium? Decidit, ꝙ transeũt in secũdũ monasterium, ẽt quoad proprietatẽ: quia intelliguntur tradita sub cõditione, si remanserit in primo monasterio ad instar dotis datę marito. l. j. §. cũ aũt. C. de rei vxo. act. c. 3. de dote post diuor. resti. refert tamen, quod D. Petrus de Perusio dicit, ꝙ bona remanẽt in primo monasterio, per. c. statutũ. 18 q. j. sed ipse D. Cardi. respondet, ꝙ illud. ca. statutum. intelligitur de acq̃sitis, postq̃ fuit monacus primi monasterij, & anteq̃ recederet: quia talia recta via transeunt in ipsum monasteriũ. vt in c. in p̃sentia. cũ ibi no. de proba. & ca. cũ olim. de priuileg. sed illa, quæ prius habebat, non sic cõsolidantur monasterio primo: sed in ꝯsequentiã sequũtur ꝑsonã ipsius monaci, & iõ trãseũt simul cũ ꝑsona. & ita refert D. meus Io. de Imo. in ꝑalle. c. q̃d a te. & sic D. Car. facit differentiã, an illa bona fuerint collata per ingredientẽ religionem in ipso ingressu ipsi monasterio, & illa transeunt cum persona intrante aliud monasteriũ in casu licito: & iste nõ est casus nr̃, aut illa bona fuerunt interim acquisita ꝑ ipsum monacũ, q̃a talia bona directa via acquiruntur ipsi monasterio, & tunc remanent in ipso monasterio: licet iste religiosus postea promoueat in episcopũ, & inq̃tũ allegat dictum. c. statutũ. videtur intelligere & sentire, ẽt si illa bona sint acquisita per ipsum monacũ a suis cõsanguineis, & sic. D. Car. & D. Io. de Imo. quoad casum præsentis cõsultationis expresse concludũt in fauorem ipsius Abbatię, cum allegant. d. c. cũ olim. de priuile. & per consequens ista ꝯsultatio est sopita. ¶ Nec obstãt ĩ cõtrariũ superius allegata. primo

cum dicitur, ꝙ D. Archiepiscopus in d.c.quod a te. tenet, ꝙ bona patrimonialia ipsius monaci transeũt in personã ipsius, & sequũtur eum intrantem aliud monasterium: quia aut ipse sentit, ꝙ patrimonialia collata tẽpore ingressus ad ipsam religionẽ, sequantur personam intrantem aliud monasterium: & de hoc fateor, ꝙ sunt opiniones, vtrum remaneant in primo monasterio, an transferantur in secundum, & an quoad vsumfructũ, seu quoad proprietatem: de quo plenissimè ibi tractant doctores, & ibi Io.de Imo.& per Host.ibi in summa.de cler.coniug.§.j.circa fi.& in Spe.de stat.mona.§.j.ver.6.& per dominũ Ant.in consilio incipiente, monialis quædam honestissima. & p Cy.& alios in aut.ingressi.C.de sac.san.
22 eccle.& iste non est casus noster. aut ipse sentit † de patrimonialibus q̃sitis post ingresũ ad religionẽ,& isto causa est quæstio nostra: & tunc est dicendum, ꝙ recta via acquiruntur ipsi monasterio, per iura superius allegata.& hoc formaliter sentit idem dominus Archiepiscopus in prę̨al.c.quod a te.vbi dicit,ꝙ quando illa bona fuerunt collata monasterio, nulla habita contemplatione ad ingressum, puta quia longè ante ingressum collata fuerunt ipsi monasterio, vł subsit alia coniectura, quàm coniectura ingressus, tũc nõ fit reuocatio, licet persona inde transferatut. sed in casu nostro ita est; quia dicta bona fuerunt relicta ipsi Abbati non habita ↄsideratione ad ingressum. ergo sunt acquisita perpetuò & irreuocabiliter ipsi monasterio: vt in d.c. in præsentia.& in d.c. cũ olim.& p cõsequẽs dñs Archiepiscopus sentit istã partẽ in fauorẽ abbatiæ. Nec obstat domi.Bartholomeꝰ de Sal.ĩ d.auth.ingressi.dũ refert opinionẽ quorũdã Patauinorũ dicentiũ, ꝙ bona futura acquisita p ipsum monachũ nõ transeunt in ipsum monasteriũ:qa est erronea opinio,& contra eã sunt iura apertissima: vt in d.c. cum olim. & ĩ d.c.statutũ.& in d.c. in prę̨sentia.& etiã ille Salicetus illã opinionẽ dãnat, p iura allegata per eũ: quæ superius retuli. Nec etiã obstat, cum allegatur dictũ Hosti.in c.j.de testa. primò: quia contra illud dictum est text.rotundus in c. cum olim.& in d.c. statutum glos.in d.c.j.& tota iuris prudentia tenet contra Hostiẽ. ideo standum erit opinio.communi, vt est tex.& ibi Bal.in l.j.ff.de senato.& in l.athletæ. in princip.ff. de his qui no.infa. & in l.ita vulneratus.ff.ad l. Aquiliam. Bar.in l.fi.C.de pœna iudi.& in quæstione incipiente a sententia iudicis. Baldus in l.prima. ff.de vulga. & pupill. & in l. obseruare.§. proficisci. ff.de officio proconsul. & in d.l.finali.Ange.in c.cum prolatis.ff.de re iudicat.textus in capi.in canonicis.19.distinct.& in cap.de quibus.20. dist. & glo.in cap.quidam.de pę̨ni.distinct.j. Ioan.An.in c.primo.de consti.& Innoc.in c.ne innitaris.eodem tit.Hostien.in c.capellanus. de fer.& ibi per dominum Anton.& modernos.in ca.primo. de postula.prę̨la.libro 6.silet ergo dictum Hostien.Nec obstat,cum dicitur, ꝙ authẽt.ingressi.& similia iura intelligũtur de his,quę̨ in prę̨sentia sunt,& nõ de rebus futuris, quas acquirunt monaci: quia istud est falsum per ea, quæ superius dicta sunt. Nec obstat, cum allegatur auth.licentiam.C.de epis.& cle.quæ authen.non obstat ex eo, quòd non habet locum in prælato regulari: vnde dixit ibi Bal.ꝙ prælatus regularis non potest facere testamentum, vt disponit illa authen.etiam si esset Cardinalis.nam nulla dignitas liberat monacum a substãtialibus regulæ: & est ratio: quia dignitas secundum eum facit ascendere in deteriorem statum,& dicit apertè probari in prę̨allegato capitu.statutum.18.q.j.& sic d.auth. licentiam. debet intelligi secundum dispositionem iuriũ superius allegatorum. & per consequens sequitur, ꝙ quicquid acquisiuit iste Abbas eo tempore, quo fuit Abbas,illud acq̃siuit abbatiæ,siue illud acq̃siuerit de reditibus,aut prouentibus,aut ex pecunia ipsius monasterij,siue illud acquisiuerit ex largitione, aut donatione, aut vltima voluntate suorum consanguineorũ. totũ illud est de iure ipsiꝰ monasterij,non obstãte ꝙ fuerit promotus ĩ archiepiscopũ. Nec obstat,cum allegatur in authentica si qua mulier.C.de sacrosanctis eccles. & §. nunc autem.19. q̃stione. vltima.quia eodẽ mõ respondetur inquantũ ibi dr̃ res suas, quia intelligitur tam de præsentibus tempore ingressus, q̃ etiã de futuris post ingressum ad ipsum monasterium. Et per consequens ex superius iam dictis concludo in fauorem ipsius abbatię̨,aut monasterij.

EPITOME.

¶Iure communi licet tres sententiæ sint conformes earum tamen executionem impedit nullitatis exceptio: siue ea appareat ex actis,siue probari incontinenti offeratur. Decreti vero prouisio a principe facta,nec a sententia potestatis appellari, reclamari,vel de nullitate dici, nisi semel dũtaxat possit,exorbitans est a iure communi,proinde stricte interpretari debet.

SVMMARIVM.

Nullitas ex actis apparens, vel quæ statim probari potest, impedit trium sententiarum conformium executionem.nu.1.
Rescriptum ad lites mentionẽ expressam de statu causæ facere debet.nu.3. & 6.
Sententia lata nõ visis exceptionibus allegatis est nulla.nu.7.
Nullitas tam per actionem, quàm per exceptionem potest intentari.nu.11.

CONSILIVM XXI.

BEne Cuncta geruntur, si fiat principium decens & amabile Deo.in auth.quomodo oporteat episcopos,in prin.j.q.j. c.cum Paulus.& ca.principatus. Ideo optimi maximi Dei omni inuocato prę̨sidio. viso pũcto,& his quę̨ agitata sunt in processu super dubio, de quo quæritur, scilicet vtrũ ista appellatio sit admittenda, qđ clarè demõstrat decretũ illustris principis Imolæ, in quo dicitur, ꝙ a sententijs p̃fati domini potestatis possit,& liceat appellari, quærelari, releuari, & de nullitate dici semel tantum pro qualibet parte,ad vicarium præfati domini.& sic verba decreti sunt clara,ꝙ semel tm̃ pro parte licitũ est appellare,vel de nullitate dici: nam fuerunt latæ tres sententię̨ conformes, ergo sequitur,ꝙ merẽtur executiouem: vt in clement.vt calumnijs. de re iudi. & in l.1.C.ne liceat in vna, eademq; cã tertio ꝓuo. vñ aut volumus considerare dispositionem iuris communis.& clarum est, ꝙ non potest impediri executio.per d.clemen.vt calumnijs. Aut volumus cõsiderare decretũ præfati principis: & tũc ẽt nõ põt impediri executio,ex quo verba clara sunt.l. ille aut ille.§.cum in verbis.& l. non aliter. ff.de le.2.quia si prohibet bis appellari, ergo multomagis prohibet appellari ter, seu a tribus sententijs conformiter latis, ar.c.cum in cunctis.de elec.& ca.nõ ęstimemus. decimatertia quæstione secunda, & auth. multomagis.C.de sacrosanct.eccle.cũ si. ¶
1 †Sed istis nõ obstãtibus cõtrarium puto de iure verius, videlicet, ꝙ talis appellario, seu nullitas est admittenda, ꝙ ostẽdo ratione incõuincibili: hoc modo, vbicunque opponitur nullitas euidens & sunt latę̨ tres sententiæ vniformes: tunc semper admittitur talis exceptio, & im-

& impeditur executio talium sententiarum: ita singulariter dixit Bal. in l. j. C. ne lice. in vna & eadē cā tertiò prouo. in prin. vbi q̄rit, qd si altera illarū triū sententiarum est ipso iure nulla, & petit eius executio, & excipit de nullitate, vel officio iudicis implorato petit declarari nulla, nunquid procedit exceptio, vel petitio, & respondet hoc modo, aut nullitas est patens, puta ex actis, vel q̄ statim pōt ꝓbari: & impeditur executio. aut nō, & tunc nō impedit executio ꝓpter naturā executionis, q̄ summariè dēt fieri, arg. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. & l. is a quo. vt ī pos. leg. si vero nō excipit, sed agitur de nullitate, & tunc indistinctè procedit libellus. tamē per ipsum nō retardat executio. l. fin. C. de or. cog. & hoc est, qd dicit Inn. nullo iure caueri: ꝙ exceptio nullitatis, scilicet agēdo ineptè impediet executionē sententię, vt ipse no. in c. cum in iure. de offi. deleg. & est ratio differētię: qa exceptio est p̄iudicialis: sed nō actio, & rō rationis est; qa exceptio est summaria: actio aūt est ordinaria. Et ex hoc dicit se ponere talē ꝯclusionē. ꝙ post tres sentētias de nullitate earum potest agi & excipi, & si excipitur, & probatio sit liquida, nō fit executio. & hoc dicit probari ex verbis illius text. in verbo, roborauit, a contrario sensu. certū est em̄, ꝙ illud, quod nullū est, nō accipit robur, nec tribuit. l. si expressim. ff. de appel. sed ius canonicum nouissimè statuit, vt calumnijs litigantiū obuietur, ꝙ post tres diffinitiuas, vel interlocutorias sn̄ias latas in petitorio, vel possessorio ad agēdum de nullitate reus nullatenus admittatur, donec huiusmodi sentētiæ plenariè fuerint executioni mandatę: vt in clem. vt calumnij. de re iud. in cuius cle. verbis primo notat rationē, vt calūnijs occurrāt. ergo sit nullitas est euidens: qa cōstat de nō calūnia opponētis, pōt dici de nullitate, nec fit executio. l. thesaurus. ff. ad exhibē. vñ & si nō excipiatur: tamē officio iudicis impeditur: vt no. in l. vbi pactum. C. de transactionibus. Ita formaliter dicit Bal. in præalleg. l. j. ita etiā voluit solennis doctor dominus Bartholomeus de Salyceto in d. l. j. nō em̄ præsumitur reus esse in calūnia, secundū eum, q̄n statim vult probare nullitatem, vel illa calūnia apparet ex actis, & re vera illa fuit elegās doctrina domini Oldra. licet ipse nō viderit, in cōsilijs suis, consilio 106. quod incipit, ꝙ litera executoria. vbi vult, ꝙ exceptio nullitatis sententię, de cuius executione agitur, excutionem impedit & retardat. l. vltima. C. si ex fal. instru. l. si prętor. §. Marcellus. ff. de iud. l. si cum nulla. ff. de re iudi. secundū vnū ītellectū: qa eius, qd nullū est, nullus dēt sortiri effectus Et ad d. cle. j. respondet, ꝙ nec verba illius cle. nec ratio mouens illius cle. cōditorem vendicant sibi locum in casu isto: quia propter maturitatem trium sententiarum non est præsumēdū errorē, vel circūuentionem aliquā interuenisse, iuxta l. dicētē, cū nemini venit in dubium, quòd repetita prelectio comprobauit, hoc satis validum, satisq; esse firmum. C. de emenda. Iusti. C. circa finem cōstitutionis. l. si mulier. C. ad Velleia. & C. de repu. & diuor. l. dubiū nō est. & quod not. in authē. de appel. circa princi. q̄ oīa cessant in proposito nr̄o. nam præsupponit ī pūcto, ꝙ dominus Margaritus, & dominus Petrus Paulus, non visis iuribus & exceptionibus corā ipsis productis, protulerant sententiam. ergo cessat ratio dictæ clemen. quia nulla interuenit maturitas, & si dicāt, ꝙ rō dictæ cle. est, vt calumniæ litigantiū reprimantur, rn̄det ibi Oldra. verum est: sed nulla potest ibi præsumi calumnia, vbi in cōtinētī, vel ex actis principalis causæ prompta nullitatis offertur probatio, & dicit esse casum rotūdū, q̄ decidit q̄stionē in l. j. C. q̄n prouo. non est nec. & in ca. literas. in penul. rn̄so, ibi, & probationes offerunt in cōtinēti paratę. de re. sti. spo. Nec obstat illa dictio, nullatenus, apposita in d. cle. vt calumnijs. quia sermo vniuersalis, nullatenus, debet ciuiliter intelligi, videlicet, ꝙ saluæ essent exceptiones, quarū ꝓbatio esset parata, & altiorem indaginē nō requireret, sicut habet in d. l. is a quo. ff. vt in pos. le. & in d. l. 3. §. ibidē. & in l. ille a quo. §. si de testamēto. ff. ad treb. & in l. 2. C. de edic. diui Adria. tol. & ꝙ illa dictio vniuersalis aliorum iurium determinationē recipiat: probatur expresè. ff. qđ vi aut clā. l. j. §. deniq; & ibi no. in gl. & l. & nō tantū. §. ꝙ si ꝑ emptore. ff. de peti. hær. ita eleganter determinat Oldra. in præfato cōsilio. Et si forte quispiā dixerit, amice, Papa voluit denotare aliquā specialitatē latis tribus sentētijs, & etiam dato, ꝙ nullitas appareret ex actis, vel esset parata probatio, nihilominus nō deberet impediri executio. vnde sequeretur, ꝙ Papa nullā specialitatē notasset, seu notare voluisset, latis tribus sententijs, quod patet ex not. in l. 4. §. cōdēnatū. ff. de re iudi. Ad hoc rn̄deo, ꝙ illa cle. limitat per iura superius allegata, vt non hēt locū, quando nullitas patet ex actis, vel offertur probari incontinenti, & in hoc nullā specialitatem Papa considerauit: imo dēt reduci ad ꝯcordiā, cū alijs iuribus superius allegatis, arg. c. causam q̄. de rescri. & c. cū dilectus. de cōsue. & l. fi. §. ī cōputatione. C. de iur deli. & l. 2. C. de noxa. cū si. Facit. elegās dictū Bar. in l. 1. in prin. ī 7. q. ff. đ op. no. nū. vbi dicit, ꝙ si nūtians nouū opus esset ī possessione, vel quasi nō esset necessaria exp̄ssio causæ: qa nūtiatio calūniosa esset spernēda, & sic nullitas resultās ex facti euidētia semp opponi pōt, Et sic ex istis apparet conclusio verissima, ꝙ d. l. j. & d. cle. vt calūnijs. limitantur, nisi latis tribus sn̄ijs cōformibus opponeretur nullitas resultās ex actis, vel nullitas, quæ offertur incōtinenti ꝓbari. Modo ista ponunt gladium ad radicem in ꝑsenti cōsultatione. nam in casu isto est nullitas resultans ex actis,
2 quo casu dicitur notoria nullitas. acta enim † transeunt in notorium, vt communiter allegatur dictū Inno. in c. ex insinuatione. de app. & est tex. & glo. in c. significauerunt. de testi. & tex. in c. cū olim. de ver. sig. & quod no. in c. penul. de excep. & per Inn. in c. ꝑ tuas. de testi. Hoc probo incōuicibiliter hoc mō: latum fuit laudum per ser Iacobum arbitrū cōtra ipsum Petrum & ipsum Marchionem, a quo laudo non fuit reclamatū, nec contradictū. infra legitima tēpora per ipsos Petrum & Marchionē, aut per legitimum eorum procuratorem: & sic ipsum laudum transiuit in rem iudicatam, nec fuit dictū de nullitate: postea vero fuit supplicatū ex parte ipsorum Petri & Marchionis principi Imolæ, ꝙ dictū laudū fuit iniustissimum & iniquissimum, quatenus dignetur dominatio sua committere alicui, q̄ illud corrigat: tūc princeps rescribit, committimus ser Carpiano & ser Iacobo, vt dictam litem terminare debeāt. &
3 regulare dictas expensas, vt petitur. Mō † regulā habemus, ꝙ vbicunq; impetratur rescriptum, debet fieri mentio expressa est statu causæ. vnde pulchrè dixit Bal. in l. j. C. de rela. in finalibus verbis, quidam petebat causam cōmitti alij iudici nunqd dēat fieri mētio de processu habito corā primo iudice: & decidit ꝙ sic, allegat. l. penul. ff. de appel. reci. c. īter monasterium. de re iudic. facit, quod no. Pe. de Ancha. consilio 16. vbi consuluit, ꝙ nō solū debuit fieri mētio de litis pendentia verbis generalibus: sed dēt fieri expressa mentio de articulis principalibus, vt latè ibi cōsuluit ī ciuitate Ferrariæ, & facit. ca. ex literis. de do. & contu. l. 2. vt lit. pē. & ideo dixit D. Archiepiscopus Panormitanus, in ca. j. de rescrip. ꝙ non sufficit, ꝙ secundū rescriptū faciat mentionē de primo, nisi fiat mentio de litis cōtestatione facta vigore primi rescripti. & latè ibi scribit ꝑ doctores mō in casu

nostro

nostro non fuit mentio de transitu in rē iudicatam ipsius laudi. ergo sequitur, ꝙ tale rescriptum censet esse surreptitium,& per consequens nullā tribuit iurisdictionem.c.super literis.de rescrip.c. ad audientiā. eo. tit.& sic ex isto capite resultat nullitas dictarum sentētiarum ex inspectione ipsorum actorum. vnde rex.in l.causas.vel lites, C.de transac.dicit,causas, vel lites transactionibus legitimis finitas imperiali rescripto suscitari nō oportet,vbi est casus formalis,ꝙ nō valet rescriptum,in quo Imperator annullat sententiam,seu transactionem.& ibi gl.dicit, ideo non valet: quia exhaurit in totum ius alterius, & præsumitur contra ius.ideo non valet, vt ibi, & l. quoties.C.de preci.impera.offe.& l.omnes.C.si contra ius,vel vti.publi.& l.fin.C.sen. rescin.nō poss.nisi diceret, non obstante hac lege. ita ibi formaliter dicit gl.Cum ergo in casu nostro laudum transiuerit in rem iudicatam,nec mentio de illo transitu facta expresse fuerit in supplicatione, nec etiam in rescripto ipsius principis fuit apposita clausula. Non obstāte.dicta l.causas.ergo sequitur, quòd princeps non commisit istam causam iterum cognoscendā: cum transiuerit in rem iudicatam. Nec fuit mens sua illam committere, & suscitare lites iam sopitas, & decisas: & per consequens tales sn̄ię fuerūt ipso iure nullę: & per consequens apparet exceptio nullitas ex ipsis actis, & sic potest opponi. Præterea est
4 etiam accurate ponderandum: † quia in ipso rescripto dicitur, ꝙ commitimus ser Carpignono, &c. ꝙ dictam litem terminare debeant, ex quibus verbis manifestissimè apparet de nullitate dictarum sentētiarum,hoc modo. Ad illum casum non adaptatur dispositio rescripti, aa quem casum nō adaptantur verba ipsius rescripti.ca. indemnitatibus.§.sed cum eas.de elec.lib.6.& ibi Dominicus.c.ex parte Astensis.de concess.præb.l.4. ff.de damno infect. & ibi dixit Bar.cauetur statuto ꝙ de contractu soluatur gabella sex denariorum pro libra,& si cōtractus super re inestimabili, ꝙ tunc non habebit locum dispositio statuti:quia verba sua non adaptantur ad illum casum,& ibi dixit Ang.cauetur statuto,ꝙ iudex debeat adhibere iudicium medicorum, an sit remansura cicatrix, & est notorium cicatricem remansuram,ꝙ non tenebitur iudex adhibere cōsilium medicorum:quia verba adaptātur ad casum dubium, & non ad casum notorium, & reuera, illud dictum fuit Bal. in l.j. C.de his quæ desunt aduo. & ibi dixit Rapha. Cumanus. statuto cauetur, ꝙ in contractu minoris debeat interuenire consensus, propinquorum, & minor non habet propinquos, ꝙ tunc non vendicabit sibi locum dictum statutum, & reuera hoc fuit dictū Bal. in l.in copulandis,aliàs in l.in ꝯiūctione.C.de nup.facit,quod no.D. meus Io. de Imo. in d.l.4.& Bart. in l.qđ constitutū.ff.de testa.mili.& quod ibi habetur in l.hos accusare.§.omnibus.ff.de accusa.sed verba istius rescripti dicunt, vt dictam litem,&c.sed ista nō erat lis:quia iam decisa erat per laudum, quod transiuerat in rem iudicatam, vt est casus in d.l.causas vel lites.& bene facit glo.ibi.ergo sequitur, ꝙ dicti delegati processerunt ex capite inhabili,& sine fundamento iurisdictionis, & per consequens fecerunt contra cōmissionem:quia lis erat eis cōmissa, & huiusmodi non erat prædictum laudum. ergo cōtra formam mandati.ideo non valuit sententia eorum.capi.cum dilecta. de rescript.cap. Pisanis.de restitu.spo.c. prudentiam. de offic.deleg. cle.j.de iure patro.per glo.& bene facit,qđ no.Host. in c.fi.de præben.ergo sequitur, ꝙ nullo modo potuerunt contra ipsum laudum transactum in rem iudicatā pronuntiare:& sic nullo modo obstabunt dictæ sententiæ: quia omnes habuerūt effectum, & causam ab infecta radice: & per cōsequens ipso iure fuerūt nullæ, & sic illarum executio impedietur: & sic ista exceptio nullitatis impediet ipsarum executionem: & ista est indubitata veritas in præsenti
5 ꝯsultatione.†Præterea facit,quod habetur in l. post rem.ff.de transac.vbi post rem iudicatam non est licita transactio:quia res est finita, & non dicitur amplius esse lis.eo enim ipso ꝙ princeps Imolæ cōmisit litem terminandam: videtur sensisse,ꝙ adhuc ipsum laudum non transiuit in rem iudicatā,quo casu non commisisset iterum cognosci: vt in d.l. causas vel lites.& sic nec commisit, nec committere potuit post rem iudicatam non tollendo legem contrariam,cum clausula derogatoria: vt voluit gl.ibi. Facit,quod habetur in l.eleganter. §. si quis post.ff. de condi.inde. & in ca.interposita.de arbitris.& ibi per do.Cardinalem, & modernos,& per scribentes
6 in c.super eo. de transac. †Præterea est diligēter aduertendum, ꝙ licet dicta clemen.j.de re iudi. velit, ꝙ non possit opponi nullitas post tres sententias cōformiter latas ad impediendam executionē,nihilominus semper potest opponi nullitas resultans ex incompetentia iudicis. Modo in proposito clarissima est incompetentiā iudicū; eo quia processerunt eo casu, quo non erat lis:quia iam transiuerat in rē iudicatam: vt dictum est, & eo ipso, ꝙ processerunt ad cognoscendum super eo, de quo non erat in veritate lis, incompetenter egerunt. ergo tunc potest opponi nullitas resultans ex incompetentia: vt est gloss. singu.in cle.j.de sequestra. pos.& fruc. & ita limitatur.d.clemē.j.de re iudi.& pro illa glo.est casus. iuncta gloss.in l.non erit.§. dato.ff.de iureiur. in l.3. in l.deportatorum.C.de pen.& in l.j.ff.de his qui nota.infa.& cum illa gl.transiuit Bal.in l. testam. C.de testa.& in l.fi.C.de excep.& in l.fi.ff.de iusti.& iur.& in l.diuus.ff.de testa.mili. Ange.in l.de pupillo.§.qui opus nouum.ff.de noui ope.nun.& in consilio 190. & 192.& in l.j.ff.de his qui.no.infa.& in l.j.C.si a nō compe.iudi.& ibi per Bal. & per consequens impe-
7 dietur executio dictarum sententiarum.† Præterea ex capite alio etiam potest comprehendi ista nullitas,nam in puncto dicitur, ꝙ dicti dominus Pettus Paulus,& dominus Margaritus processerunt non visis,nec cognitis exceptionibus,oppositis & allegatis pro parte ipsius Samuellis,nec vllo termino sibi dato ad probandum dictas exceptiones, tam cōtra rescriptum,quàm contra ipsam supplicationem, quo casu resultāt nullitas,hoc decidit tex. valde elegans in §.oportet autem.in ver.sciat, quod ab eo fit, pro nihilo esse.in auth. quomodo oporteat episcopos. per quem dicit ibi Ange.ꝙ eo ipso ꝙ iudex pronuntiat non discussis exceptionibus, cū recipi debeant sententia lata per eum, est nulla: & sic dictæ sententiæ latæ per eos fuerunt ipso iure nullæ, hoc decidit gl.quam D.Cardinalis Flore. allegas pro singulari in c.Ecclesia Sanctæ Mariæ.de consti.quæ dicit, ꝙ sentētia lata sine medijs probationum est nulla. Ita dicamus in proposito, cum dicti iudices processerint ad decisionem nullo dato termino ad probādum exceptiones oppositas contra rescriptum, & ꝯ ipsam supplicationem,ergo.facit. l. prolatam. C.de sen.& interlo.omn.iudi.& c.tū ex literis.de in integ. resti.& in l.si quis ex argentarijs.§.cum autem. ff.de eden.& c.ponderet quisque. 50.di.& quod no.Bart. in l.is apud quem.C.de eden.& in l. quæsitum. ff.de re iudi.& iu l.multum.ff.de condi.& demon. & in l. si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infec.& Bald.in l.sed si de sua.ff.de acquiren. hęre.& in l.generaliter.C.de rebus credi.& quod no.Barto.in l.cum autem.ff.ex quibus cau.in poss.ea.gl.in c.sæpe.de appel. ergo sequitur,ꝙ indubitāter ista exceptio nullitatis opposita

sita est admittenda ɔ executionē dictarū sniarū. & per consequens excellens doctor dominus Vicarius excelsi principis domini Imolensis, debet admittere dictam appellationem, seu dictam exceptionem nullitatis, oppositam contra executionem ipsarum sentētiarum, & procedunt ista omnia allegata quoad dispositionem iuris cōmunis, videlicet ꝙ secundum ius commune non obstantibus præfatis sentētijs, exceptio nullitatis impedit executionē dictarum sentētiarū, siue dicta nullitas appareat ex actis, siue offeratur probari incontinenti sine altiori indagine, & per ista tollitur illud contrarium de l.j.ne liceat in vna eademque causa tertio prouo. & cle. vt ca
8 lumnijs. de re iudicata. ¶†Restat nūc videre quid iuris stante noua prouisione decreti, quo disponitur, ꝙ non possit appellari, reclamari, vel dici de nullitate a sententia potestatis, nisi semel dumtaxat pro parte. Et ad hoc est diligenter aduertēdū, ꝙ dicta ꝓuisio est exorbitās a iure cōi, & ꝑ ɔ̄ns dēt interpretari strictè: vt l. quicqd astringēdę. ff. de ver. ob. l. j. §. is q̃ nauē. ff. de exercito. cum si. dr̄ enim decreto, statuit præfatus dominus, ꝙ a sententijs pręfati domini potestatis possit appellari, &c. semel tantum. Modo in proposito, si nos loquimur quoad sentētiam latam per dominum Vicarium domini potestatis, certe dicendum est ꝙ dicta prouisio nullo modo obstat, ex eo quia prouisio loquitur de sententia lata per dominum potestatem, sed ista sententia fuit lata per Vicariū domini potestatis: ergo sumus extra casum positū in dicta prouisione: ergo remanere debemus in dispositione iuris communis: vt l. cōmodissimè. ff. de libe. & posthu. l. si cum dotem. in prin. ff. soluto matrimonio. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. ergo talis prouisio non obstat, cum non loquatur de sentētia lata per Vicarium potestatis. l. si seruus. §. si q̃s. versi. non dixit prætor. ff. de acqui. hære. cum simili. Item & posito, non tamen concesso, quia talis prouisio comprehenderet sententiam latam per Vicarium potestatis, tamen non obstat ex eo: quia semel dumtaxat est appellatum a sententia domini Vicarij, & sic sequitur, ꝙ talis exceptio impediet executionem ipsarum sentētiarū. Si vero loquimur quoad sententiam latam per dominum Petrum Paulū & Do. Margaritum, quoad eos non obstat talis ꝓuisio: quia cum loquatur de sententia lata per dominum potestatem. sequitur, ꝙ quoad sententiam latam per illos delegatos talis prouisio non loquitur, & per consequens stabitur dispositioni iuris cōmunis. illud enim ꝓsumitur voluisse illa ꝓuisio. qđ verbis declarat. l. Labeo, §. idē Tubero. ff. de supple. l. ille aut ille. §. cū in verbis. l. non aliter. ff. de leg. 3. voces enim sunt signa earum, quæ sunt in animo passionum notæ; vt dixit philosophus primo perihermenias. Præterea licet dicta prouisio dicat, ꝙ semel tantum possit dici de nullitate: tamen non intelligitur de nullitate, quæ resultat ex incompetentia, vt dixit gl. in d. clemē. j. de sequestra. poss. & fructuum, vt superius dictum est. cum ergo ista sententia dicatur nulla, etiam ex incompetentia iudicum, vt superius est ostensum. ergo sequitur, ꝙ talis nullitas
9 opponi poterit. Præterea, licet †enim statutum, seu prouisio ita loquatur: tamen non habet locum in nullitate resultante ex actis, vt voluit Bal. in pręalle. l. j. & ibi Salyce. & Oldr. in præalleg. consilio 106. nec in nullitate, quæ incontinenti offertur probari. Facit, quod voluit Bar. & Rapha. Cuma. in præalleg. l. j. in prin. ff. de ope. no. nuncia. vbi dicunt, ꝙ illa non habēt locum, vbi resultat nullitas ex euidētia facti, & sic debet reduci, inquantum fieri potest, ad terminos iuris communis talis prouisio, vt l. fi. §. in computatione. C. de iure deliber. per glo. valde elegant. in authē. ex testamento. C. de colla. & text. in c. cum dilectus. de consue. cum si. facit, quod voluit Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de senten. execu. in §. postremo. versi. 16. in additione, quæ incipit, vltra hoc sciēdum, ꝙ Guido de Suza. dicit. in l. j. C. de iur. fac. igno. ꝙ de nullitate dicitur, quādo statim de illa potest fieri fides, tunc enim, & nō aliàs impedietur executio, allegat. l. 3. §. ibidem. & d. l. ille a quo. & l. satis aperte. C. ad l. Corneliam de fal. ergo sequit̄, quòd ista prouisio intelligitur secundum dispositionem iuris cōis quoad hoc, quòd exceptio nullitatis euidēs, vel quæ offertur probari incōtinenti, impediet executionem illarum sentētiarum, posito quòd semel & vltra fuisset appellatum, vel dictum de nullitate. Præterea ista prouisio in nullo obstat: quia in finalibus verbis dicitur, & prædicta omnia & singula suprascripta non vendicent sibi locum in causis motis & pendentibus, sed de nouo inchoandis, quo casu certum est, quòd non comprehendit pendentia, quinimo plus dixit Bartol. in l. sancimus. C. de
10 sacrosan. eccl. in finalibus verbis, † ꝙ licet lex imperialis & communis possit ad pendentes lites extendi; tamen statuta & reformationes ciuitatum non possunt extendi ad lites pendentes, etiam si hoc expressè dicant, allegat text. in authen. vt in med. lit. in prin. & hoc etiam posuit in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. quod not. Bal. in d. l. sancimus. dicit esse verum quoad decisionem causæ: sed non quoad litis ordinationem. vnde poterit prouisio municipij statuere, quòd comprehendat pendentia quoad ordinationem iudicij, & ita dicit se consuluisse, & allegat Archid. sed non recordatur in quo loco Archi. illud voluerit: sed re vera Archi. illud, dixit in c. licet canon. de elect. libr. 6. ergo quāto magis in casu nostro talis prouisio non comprehendit pendētia cū expressè disponat, quòd vendicet sibi locum in causis de nouo inchoādis. facit, quod plenè no. do. Anto. Ioan. de Imo. & moderni in c. quoniam. de consti. glo. in c. licet canon. de elec. libro 6. Hostien. Cōpostell. quæ in cap. 2. de consti. gloss. in l. leges. C. de leg. Bartol. in l. omnes populi. Et sic circa hoc nō est insistēdum, ex quo prouisio expressè dicit, quòd nō habeat locum eius dispositio in causis motis & pēdentibus. ergo stādum erit verbis. l. ille aut ille. §. cū in verbis. l. non aliter. ff. de lega. 3. ergo &c. Et est etiā ponderanda dicta prouisio: quia dicit, quòd semel tantum possit de nullitate dici: nam nullitas potest intentari per viam actionis, & potest intentari per viam exceptionis: vt latè per Bartol. & Salycet. in dicta. l. prima. C. ne liceat in vna, eademque causa tertio prouo. ergo tale statutum tanquam exorbitans a dispositione iuris communis debet restringi vt intelligatur, quando dicitur de nullitate per viā actionis: secus quando per viam exceptionis: quia fauorabilior est causa rei, quàm actoris: vt in capitulo ex literis. de probationibus, cū similibus. Et sic ex istis tollitur illud, quod dicebatur. quòd verba constitutionis comprehendebant casum istum: quia nullo modo est verum. Et ex istis sequitur, quòd dicta prouisio nullo modo impedit opponi & dici de nullitate, seu appellare a dictis sententijs, & per consequēs impedietur illarū executio: & ideo remanebimus in dispositione iuris communis. Nec etiam ius cōmune obstat, vt superius est dictum. Ex prædictis cōcludo D. vicarium domini Imolensis posse & debere admittere exceptionem nullitatis dictarum sententiarum, & per consequens non fiet executio.

EPITOME.

¶ Clericos pœna l. quisquis. C. ad legem Iuli. maiesta. non teneri, nec etiam statuto de eadem re

re loquente. Quare eorum bona confiscari non posse.

SVMMARIVM.

Lex generalis ciuilis, vel municipalis clericus non comprehendit. nu. 1.

Clericus, cum non sit domini tẽporalis subditus, maiestatis reus dici non potest. 2. 3. & 4.

Processus & sententia iudicis secularis in clericum quamuis citatum nec comparentem non valent. nu. 8.

Repudiatio hæreditatis post inquisitionem & fugam a clerico facta ante banni sententiam dici non potest in fraudem fisci, & valet. nu. 9.

Episcopus clerici bona fisco suæ cameræ confiscare non potest. numero 11.

Episcopus fiscum non habet. nu. 12. & 14.

CONSILIVM XXII.

A Ioue Principium musæ, Iouis omnia plena. Virgilius in bucolicis, glo. in c. sedes Apostolica. de rescrip. facit c. cum Paulus. & c. principatus. 50. quæstione prima. & in authen. quomodo oporteat episcopos. in prin. ideo optimi clementissimi Dei omni inuocato præsidio, viso puncto, & bannis, & statutis ciuitatis Lucanæ, capio primũ dubium, videlicet, vtrũ crimen positum in vtroque banno sit tale crimen læsæ maiestatis, in quo vendicent sibi locum, præter pęnam statutariam, pęnæ iuris, de quibus in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiesta. & videtur dicendum, ꝙ sic. per tex. expressum in c. si quis laicus. 22. quæstio. 5. in versicu. iuramentum violando prophanat, quod regi & domino suo iurat & postea peruersè & dolosè regnum tractauerit, & in mortem ipsius aliquo machinamẽto insidiatur: quia sacrilegium peragit: in Christum dominum manum mittens, anathema sit, nisi per dignam pęnitentiæ satisfactionem emendauerit. sicut constitutum a sancta synodo est. i. seculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, & pęniteat omnibus diebus vitæ suæ: veruntamen communionem in exitu vitæ suæ cum eucharistia accipiat. Episcopus, presbyter, diaconus, si hoc crimen commiserit, degradetur. Ista sunt formalia verba illius canonis, vbi si episcopus, sacerdos, aut diaconus turbauerit regnum domini temporalis, debet degradari, & per illum tex. dixit reuerẽdus dominus Archiepiscopus Panormitanus ĩ c. at si clerici. in princi. in finalibus suis verbis, de iudi. ꝙ si clericus fecerit coniurationem contra principem, aut dominum terræ, est degradandus degradatione reali, per illum tex. ex quo crimen horrendum est. & allegat in argumentum l. quisquis. præalleg. & sic sentit dominus Abbas, ꝙ clericus committens proditionem contra dominum terræ, incidit in pęnam l. quisquis. sed in pœna illius. l. venit bonorum publicatio: vt ibi. nec est correcta illa pęna per authẽ. bona damnatorum. C. de bonis damn. nec cõtrarium est iure canonico cautum. ergo sequitur, ꝙ quo ad confiscationem bonorum contra ipsum clericum seruabitur d. l. quisquis, & etiam degradabitur realiter, per illum tex. in c. si quis laicus, & tradetur curiæ seculari iuxta not. in c. degradatio. de pęn. lib. 6. vnde tunc succedit illud, quod dixit Bal. in l. cunctos populos. in lec. C. de summa trinita. in versi. no. episcopus condemnauit aliquem ad perpetuum carcerem, Potestas vult ea decapitare, an possit? & videt̃ ꝙ non: quia condemnatio episcopi est terminus pęnę. in contrarium postea arguit: quia licet sit terminus pęnæ quo ad iurisdictionem episcopalem: tamen temporaliter maior pœna debet imponi. & ideo iudex secularis potest vti in puniendo, sicut dictũ est. nam pęna episcopi propter qualitatem iurisdictionis non correspõdet excessui. & ideo cum delictum non sit plene punitum. debet plenè puniri: vt ff. de offic. proconsu. l. si quidem. l. 2. C. de sporru. in ratione sui. facit, quod no. idem Bal. in l. nullum. C. de testi. Modo in proposito nostro sequitur, ꝙ dominus episcopus potuit condemnare istum clericum ad pęnam perpetui carceris, & etiam confiscare bona sua, & etiam potestas Lucanus poterit illum punire secundum dispositionem. d. l. quisquis. postquam fuerit degradatus. Facit, quod dixit dominus Petrus de Ancharano in capitulo primo. de homi. & in ca. cum non ab homine. de iudi. & in c. ea quæ. de reg. iur. li. 6. ubi dixit, ꝙ propter horrendum crimen per clericum commissum poterit non spectata incorrigibilitate degradari, & tradi curiæ seculari puniendus: sed in casu nostro istud delictum est huiusmodi: quia immane & horrendum: quia contra pacificum statum & populum Lucanum: & maxime: qa etiã ipse clericus est Lucanus, & pro patria fuit pugnandum potius, vt dixit glo. in l. fin. C. de abolitionibus. pugna (inquit) pro patria. quam Ange. allegat ꝑ singulari in disputatione, quæ ĩcipit, extorta guerra, alias renouata inter dominum Paduanũ, & dominum Veronense, sed similis est glos. in l. veluti. ff. de iusti. & iur. & bene facit illud, quod præclarè scripsit Cicero in primo Officiorum: vnicuiq; (inquit) necessario chari sunt liberi, chari sunt familiares: sed oẽs hĩum charitates vna patria complexa est: pro qua non dubitet quis bonus mortem appetere. & in quarto Rhetoricorum dixit, nullum periculũ pro patria graue putandũ est: & qui aufugiunt, stultè faciunt, & ingrati in ciuitate reperiũtur. facit tex. in l. j. §. Seia. ff. de vẽ. ĩ pos. mit. in ver. reipublicæ nascimur. l. minime. ff. de relig. & sump. fun. cum ergo iste clericus commiserit istam coniurationem contra patriam suam. ergo videtur committere scælus horrendum & immane. & per consequens cõtra ipsum clericum vendicat sibi locum dispositio præalleg. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiesta. & sic imponi pœna confiscationis bonorum tanquam reo maiestatis. & ista erant, quæ iudicio meo reddebant præsentem cõsnltationem dubiam: sed istis sublatis remanebit veritas indubitata præsentis consultationis.

¶ Et quanquam ista sint colorata & apparẽtia satis: tamen casum nostrum non attingunt. ideo illis nõ obstantibus, contrarium puto de iure verius, videlicet, ꝙ iste clericus non veniat puniẽdus pęna. l. quisquis. & sic nõ possint confiscari bona sua, & iudicio meo, ista pars mihi videtur vtilior & sustentabilior. Et est primis in rebus accuraratè ponderandum, ꝙ licet in statuto Lucano dicatur, ꝙ quæcunque persona cuiuscunque conditionis existat. tamen talia verba nõ cõprehendunt clericum, nec etiam verba illius. l. quisquis. quod sic ostendo, generalia verba

1 † legis ciuilis, vel legis municipalis nõ referuntur ad impossibilia ipsi statuenti, puta ad ea. quæ sunt suæ iurisdictionis: isto modo loquendi vtitur Bal. in l. fi. §. in cõputatione. in finalibus verbis. C. de iure deliberan. allegat, quod habetur in l. qui tabernas. ff. de cõtrahen. emp. & Barto. in l. si quis sub conditione. ff. de cõdi. insti. vnde formalius & in terminis loquutus est excellens doctor Ioannes monac. in c. vt animarum periculis. de consti. libr. 6. vbi dixit, ꝙ statuta laicorum generaliter loquentia nõ comprehendũt clericos, etiam si sit de mente ipsorum statuẽtium. refert & sequit̃ D. Anto. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. ad

ad fin.de consti.facit c.tua nuper.de deci.& ibi dixit D.Anto.in c.secūdo notabili, ꝙ præsupposito potestatis defectu, illud, quod non potest fieri in specie, nec factum in genere valet,& quod in genere est dispositum,non extenditur ad speciem a potestate disponentis exemptam.& dicit illum esse bonum tex. propter statuta,quæ fiunt multoties,ꝙ non suppositus potestati statuentis non possit ibi aliquid quærere: quia tale statutum non intelligitur quo ad ecclesias & ecclesiasticas personas: quia in illas non posset statuens ille disponere. Facit c.a nobis.de sen ten.excōmunica.& ibi dixit dominus Archiepiscopus Panormitanus,statuto cauetur,ꝙ bona immobilia non alienentur in non subditum, ꝙ tale statutum non comprehendit clericum, & ipse etiam voluit in c.quod clericis.de foro competēti,& idem dixit Bal.in l.fi.C.de sacrosan.eccle.cauetur statuto,ꝙ non possit fieri alienatio bonorum immobiliū contra forensem,ꝙ non comprehenditur ecclesia.Facit etiam,quod voluit dominus Petrus de Anchara. in commento.c.ea quæ.in 15.q.de regul.iur.lib.6.vbi dixit,ꝙ aut lex ciuilis, seu statutum facit mētionem specialem de clerico, & non valet talis constitutio. argum.auth.cassa.C.de sacrosanc.ecc. aut loquitur generaliter, & tunc non comprehendit clericum, quinimo potest iudex ecclesiasticus compellere iudicem laicum,vt declaret,ꝙ illud statutum non cōprehendat clericum.allegat.Ioan.Andr.in c.eos.de immuni.eccl.libro sexto. Nec ob. quod voluit Bar. in l.cunctos populos.C.de summa trini.quia loquitur in alio casu,quàm in nostro, & etiam cōtra dictum Bart.est tex.in cap.fina.de vita & hone.cleri.& contrarium consuluit dn̄s Petrus de Ancha. in cōsi.18. & ēt ꝯ eodem ipse in repetitione|. capit.j.de constit. & contra eū etiam tenuit dominus archiepiscopus Panormitanus in dicto c.tua.nihilominus illud dictū Bar.est in alia materia.& est dare rationem optimam in ista materia, videlicet, condere legem,seu statutum est iurisdictionis:ita dicit Inno. in ca.cum accessissent.de consti. & Bal.in authen. quibuscunque modis.C.de sacrosan.eccle. Bar. in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.glo.& Bald.in l.prima.ff.de iur. om.iudi. tex.in l.fina. eo.titu. & in ca.vt animarum periculis. de consti.li.6.cum simi. sed laico nulla cōpetit iurisdictio supra clericū: vt in c.ecclesia S Mariæ.de consti.c.duo.96.distinctione, cum simi. ergo nulla competit potestas statuendi supra clericum, & per consequens dicta l.quisquis.& dicta constitutio municipalis nullo modo habet locum in clerico,& per consequens iste clericus non est reus læsæ maiestatis,secundum dispositionem.d.l.quisquis.& statutum laicorum dicens,quæcunque persona,nō comprehendit clericū.ergo Potestas Lucanus nullo modo potuit bannire dictum Azonem: nec confiscare sua bona, hinc dixit Bald. & ibi eum sequitur dn̄s meus Ioan.de Imo.in l. si quis filio exhæredato. §.quatenus tamen.ff.de iniusto testamen.ꝙ si iudex laicus condemnat clericum ad pœnam furcarum, ꝙ propter hoc nō est effectus intestabilis: quia erat incompetens.& sic potest isto casu opponi exceptio nullitatis incompetentiæ: vt est gloss. in clementina prima.de sequest.pos. & fruc. quam allegat Bald.in dicto §.quatenus tamen.& in l.diuus.ff.de testa.mili.& in l.testamēta.C.de testa.& in l.j. C.si nō à ꝯpe. iudi.& in l.fi.ff.de iusti.& iur.& in l.prima.C.de iur. & fac.igno. Angel.in l.de pupillo.§. qui opus nouū. ff.de ope.noui nun.& in l.non erit.§.dato.ff.de iureiuran.& in l.prima.ff. de his qui no.infa.& in consi. 190.& 192.& facit tex.& gl.& ī d.l.nō erit. §.dato.& in l.procurator.& in l.deportatorum.C. de pę.& in d.l.prima.ff.de his ꝗ not.infa.& in l.scire oportet.§. fin.ff.de excusa. tut. & sic talis sententia fuit nullius

2 effectus.¶Præterea † est diligenter ponderandum, ꝙ ille dicitur esse reus læsæ maiestatis,qui est subditus maiestati.dicitur enim quasi maior status, siue maior potestas,arguendo ab etymologia vocabuli. l.decernimus.C.de episco.& cle.cum simi. vnde nō committitur crimen læsæ maiestatis,nisi cum læditur maior potestas. sed in casu nostro nulla est potestas in læso respectu lædentis, loquendo de potestate,prout accipit lex.ff.de verborum significa. l.potestatis.vnde si non habet in eum imperium, non est in potestate sua,& sic eum lædendo non dicitur lædere maiorem potestatem:quia nec potestatem.Itē & hoc modo accipitur verbum illud euāgelij.nam & ego homo sub potestate sum constitutus. & hoc satis colligi potest.: quia quis tenetur protegere ducem belli:sed hoc non dicitur de quocūque duce, sed de suo:& ideo additur in l.qui præpositum suū. & in l.omne delictum. §. præpositum suum.ff.de re milita.lex autem iulia maiestatis, præcipit eum qui maiestatem publicā læserit teneri,&c. ff. ad leg.iul. maie.l.lex duodecim tabularum.in 4.respon. vnde maiestas populi Lucani nō est communicabilis isti

3 clerico. ille†ergo propriè dicitur crimen læsæ maiestatis committere, qui iurisdictioni & potestati imperij, seu populi suppositus attentat coniurationē, & similia contra illud imperium, seu contra illum populum. vnde Bal. multum eleganter in l.nihil.C. de manu.vin.ad fin. refert Paulum de Leaza.in cle. pastoralis.de re iudica.dicere, ꝙ nemo fit reus læsæ maiestatis,nisi subditus:hostes tamen bene possunt esse de quacunque gente:vt singularitet no. in l.hostes.ff.de capti. & idē voluit satis copiosè. Oldradus Laudensis in consilijs suis, consilio 43. Et ideo dixit Angel.in l.2. ff.de parricidijs. ꝙ si forensis,& sic non subditus scit tractatum & coniurationem cōtra ciuitatem,& non releuat eam, non punitur tāquam commiserit crimen læsæ maiestatis, ex quo non est subditus,allegat gloss.j.in l.vtrum.ff.de parrici.facit cle.pastoralis.præalle. in §.rursus.ibi, ꝙ rex ipse noster,& ecclesiæ nostræ Romanę ratione regni prædicti notoriè subditus.& ibi dicit glo.notabilis, in versicu.non sufficit.illum tex.innuere, per non subditū crimen læsæ maiestatis non committi. vbi clare probatur, quòd iste clericus tanquam non subditus domini temporalis non dicitur reus læsæ maiestatis.Et si quispiam dixerit, quòd imo in dicta clementina pastoralis.§. rursus.a contrario sensu ꝓbatur,quòd nō subditus committit crimen læsæ maiestatis,quādo habet domicilium in loco ipsius principis,quem offendit:nam ibi in versiculo,eodem regno, vt præmittitur,non imperio,certnm, continuū & notorium domicilium suum habens, videtur ibi colligi,ꝙ non dicitur commisisse crimen læsæ maiestatis:quia non habitabat in ciuitatibus imperij.ergo si habitasset in terris imperij,& turbasset imperatorem,incidisset in crimen lęsę maiestatis, quod argumētum est validum: vt l.j. §. huius rei argumētū. ff.de offic. eius cui man.est iurisdictio. cum simi.cū ergo iste Azo licet esset clericus,nihilominus habebat domiciliū originis & habitationis ciuitate Lucana,& istam coniurationem commisit in ciuitate Lucana.ergo sequitur,ꝙ incidit in crimen læsæ ma

4 iestatis. Ad hoc respondeo,† vbicunque constitutio pœnalis loquitur principe maximi gradus, nūquam extenditur ad principem gradus inferioris, nisi illa constitutio emanasset in fauorem animæ: ita singulariter dixit Ioan. Andr.in c. primo.§. primo,de homi.lib.6.sed constitutio clemen.pastoralis.loquitur de principe maximi gradus: quia loquitur de imperatore,& est pęnalis,ergo non extenditur ad principem

pem inferiorem: & sic non extēditur ad populum Lucanum, ergo stamus in regula, ꝙ nō subditus incidat in pęnam criminis lęsę maiestatis. Facit, quod voluit dominus Cardinalis Florentinus in dicta clementina pastoralis. §. rursus. vbi dicit, ꝙ crimen lęsę maiestatis non potest committi per non subditum. cum ergo clerici non sint subditi populi Lucani, vt in capitu. duo sunt genera. 12. q. j. ergo nō potuerūt committere crimen læsæ maiestatis contra ipsum populum: & per consequens præfatus Azo non po-
5 tuit committere crimen læsæ maiestatis.† Præterea istud decidit in terminis reuerendus dominus Cardinalis Florentinus in capitul. vergentis. de hæreti. vbi dicit, ꝙ l. quisquis. C. ad l. iul. maiesta. nō afficit clericos. allegat. c. bene quidem. in versic. nec licuit laicis, 96. distin. & isto Azo non venit puniēdus pœna. l. quisquis. ergo non veniunt publicanda bona sua, nec venit puniendus pœna statuti Lucani: quia tale statutum nō potuit ligare clericum, vt superius est ostēsum. ergo sequitur, ꝙ nec iudex laicus potuit ferre sententiam amputationis capitis & cōfiscationis bonorum contra ipsum Azonem clericum. Et si dicatur, ꝙ licet hoc non potuerit facere potestas laicus: tamē istud facere potuit episcopꝰ Lucanus, per d. capitul. si quis laicus. Ad hoc respondeo, & est circa hoc aduertendum, quia nescio videre, ex quo capite dominus vicarius potuerit imponere pęnam illam confiscationis: quia hodie est sublata illa pœna: authen. bona damnatorum. C. de bon. damnat. licet nō sit sublata in crimine læsæ maiestatis, vt ibi, & (vt dictum est) Azo non incidit in crimen læsæ maiestatis: ergo non potuit imponere sibi pœnam confiscationis bonorum: quia si pro crimine læsæ maiestatis venisset puniendus, episcopus apposuisset pœnam degradationis, & traditionis ad curiam secularem, quæ de iure canonico succedit loco pœnæ mortis corporalis: vt dixit Inno. in c. qualiter & quando. de accusa. el secundo, ecclesia enim deputauit carcerem perpetuum ad pœnitētiam peragendam, non ad pœnam: vt in capit. nouimus. de verb.
6 signi. Præterea est ponderandum, † hodie est derogatum per consuetudinem mūdi omnibus legibus punientibus conatum: vt dixit Spe. in tit. de accusa. §. j. ver. quid si primo. in fin. præterquàm in crimine læsæ maiestatis: vt est dictum. ergo, & iam istud crimen nō fuit sequutum, nec fuit principalis iste Azo ī isto delicto: sed requisitus præstitit assensum. vnde d. capitu. si quis laicus. nullo modo obstat: quia nō ponit dispositionem iuris, sed est palea. ideo in decisionibus causarum non arctat iudicem ad illam pœnam inflingendam. Nec loquitur in degradatione verbali. licet dicat degradetur, ar. eius, quod not. in capitu. degradati. de pœn. lib. 6. & c. tuæ. de pœni. in ver. a suis ordinibus degradat ī arctis detrudi debeāt monasterijs. facit in ar. de pœnit. dis. j. §. pœnę. & l. si pręses. cum simi. ff. de pœn. & ideo dicit do. Domini
7 cus in cap. degradatio. in primo notabili, ꝙ † verbū degradatio. in genere sumptum potest comprehendere degradationem & depositionem. & sic facit, ꝙ statutum imponens pœnam degradationis simpliciter sumitur in mitiorem partem, vt in c. in pœnis. de regul. iur. libr. 6. & sic non est verū, dum dixit Do. Archiepiscopus in d. capitul. at si clerici. ꝙ ca. si quis laicus. intelligitur in degradatione reali. tum etiam quia ipse nō bene affirmat illud dictum, cum dicit, ꝙ posset intelligi. Item quia non mouetur lege hoc disponente. sed allega. d. l. quisquis. in argumētum, & iam vbi inducitur lex in arg. non est ibi casus, vt dixit text. in c. forus. in §. argumentum. de verb. sign. & Io. An. ī ca. j. de pactis. tum etiam quia. d. l. quisqs. non habet locum in clerico, vt voluit D. Cardin. tū etiam quia dict. cap. si quis. loquitur in actu perfecto, dum disturbauerit. & in casu nr̄o non fuit actus perfectus. ergo non vendicat sibi locum dispositio illius capitu. & sic nō obstat cum dicitur: ꝙ delictū est horrendum: quia non sequitur. ergo potuit imponi pœna confiscationis, & detrusionis in perpetuos carceres. ad panem & aquam, tanquam fuerit reus læsæ maiestatis: quia (vt probatum est ex superius dictis) iste Azo non fuit reus læsæ maiestatis, & per consequens nec pęna. l. quisquis. vēdicat sibi locum contra ipsum Azonem: nec pęna statutorum, tanquam non comprehendāt impossibilia ipsis statuētibus, vt est superius dictum. Et ex istis satisfactū est primo quæsito, ꝙ sententia potestatis fuit nulla: vt voluit dominus Petrus de Anch. & Inn. in capitu. quamuis. de pęni. in 6. ¶ Ad secundum dubium: qa iste clericus inquisitus non comparuit allegaturus priuilegium suum: an propter hoc sentētia lata cōtra eum per iudicem laicum seruanda sit, iuxta no. per glo. in c. si diligenti. de foro competenti. in versi. etiam si pro eis lata sit, & videtur, ꝙ in odium sui seruetur: ex eo quia. c. si diligēti. vtitur verbo potrahāt. & tunc dicitur clericus protractus ad seculare iudicium, quando inuitus protrahitur. ideo dicit Spec. in titulo, de compe. iudi. adi. §. primo. versi. sed quomodo appareat inuitus, dicit debere potestari, ꝙ est clericus, & ꝙ non debet respondere coram illo: & si iudex cogat respondere: tunc protestetur se facere viribus præfecturę, idest iudicis metu. Cum ergo in casu nostro non fuerit protestatus. ergo sequitur, ꝙ
8 sententia seruabitur contra eum. ¶ † Sed istis nō obstantibus ꝯrium puto de iure verius, videlicet ꝙ talis sententia sit ipso iure nulla. nam Ioan. An. in d. c. si diligenti. quærit, an valeat processus habitus per iudicem secularem, contra clericum citatum, qui non comparuit ad allegandum priuilegium suum? & concludit ꝙ non, de quo in Specul. in titul. de cita. §. primo. & per gl. in ca. conuenior. 23. quæstione 8. & 3. quæstione 2. episcopus. capit. veniēs. de accu. per Archidiaco. 14. quæstione 5. c. placita secularia. & plenè per Ioan. An. in capitu. scienti. de regul. iur. libr. 6. in mercu. ad fi. quæstionis, vbi concludit clericum non teneri ad comparendum, & contra eum non comparentem nō valet processus: nec in principali, nec in pęnam contumaciæ: quia citans nullo modo potest esse iudex nec in principali, nec in incidenti. ergo non arctatur citatus comparere. capitulo, si iudex laicus. de sententia excommunicationis, libro sexto. & idem sequitur dominus Antonius in dicto capitulo si diligenti. & idem ibi sequitur dominus Archiepiscopus Panormitanus. Nec obstant allegata in cōtrarium: quia procedūt eo, casu, quo clericus comparuit coram iudice seculari, & litigauit coram eo: nec allegauit priuilegium clericale. & istę est casus noster. facit illud, quod dixit Bal. in l. si quis filio. §. quatenus tamen. ff. de iniusto test. per q̄ patet, ꝙ nec sententia, nec bannum valet. & in præcēdenti dubio fuit allegatum. ¶ Ad tertium dubiū,
9 † vtrum repudiatio hæreditatis facta per inquisitū post inquisitionem & fugam ante latam sententiā banni valeat: ita ꝙ sit locus cohæredi per ius accrescendi, & non fisco. iuxta not. in l. j. C. quan. non pe. part. ita ꝙ non dicatur facta in fraudem fisci, & sine magno verborum hortamine: mihi videtur de iure dicendum, ꝙ non fuerit facta in fraudem fisci. hoc decidit textus ad hoc propositum elegantissimus in l. quid autem. in versicu. & qui repudiauit hæreditatem, vel legitimam, vel honorariam, vel testamentariā, non est in ea causa, vt huic edicto locū faciat: noluit enim acquirere: nō autem suum proprium patrimonium diminuit. ff quæ in frau. credi. vbi videtur

detur casus formalis, debitor institutus hæres in hereditate legitima, vel testamentaria illam noluit acquirere: sed repudiauit. an talis repudiatio videatur facta in fraudem creditorum: adeo ꝙ eis non preiudicat: & decidit ibi text. non videri in fraudem factam: & loquitur in creditoribus, qui certant de dãno vitando. ergo multo fortius non videtur talis repudiatio facta per ipsum Azonem in fraudem fisci, qui certat de lucro captando, & sic lex post contractum. ff. de dona. & similes non habent locum in rebus quærendis. facit, quod pulchrè dixit Fed. de Sen. consi. 9. vbi consuluit, ꝙ licet prelatus non possit ꝑiudicare ecclesię in rebus quæsitis: vt in d. ca. delictũ personę. ff. de regu. iur. lib. 6. tamen potest præiudicare in quærendis. ita dicamus in proposito nostro. facit sing. verbum Inno. in capit. admonet. de renũ. vbi dixit, ꝙ licet clericus beneficiatus non possit renuntiare beneficium inuito superiore: vt in capitu. quod in dubijs. & in capitul. dilecti. de renun. l. legatus. ff. de offi. præsi. tamen potest renuntiare beneficium quærendum superiore inuito & ignorante. facit, quod voluit do. Cardi. Florentinus in capit. tua. de his quæ fiunt a præla. vbi sequitur illud dictum Fe. de Sen. & in capit. potuit. de loca. vbi dixit idem Do. Cardi. ꝙ si emphyteuta non soluit debitũ canonem, adeo ꝙ potest peti declarari cecidisse ab emphyteusi, & prælatus recipi. solutionem prædictorum annorum non solutorum, quòd videtur permittere dictum emphyteutam purgare cõtumaciã in non soluendo. Nec obstat, ꝙ tunc prælatus præiudicat ecclesiæ, ex quo illa res acquirebatur monasterio: quia prælatus potest præiudicare in quærendis: licet non in quæsitis. facit text. in l. si sponsus. §. si maritus. ff. de dona. inter virũ & vxo. vbi licet donatio nõ valeat inter vir. & vxo. tamẽ valet in rebus quærendis: ita dicamus in casu nostro, licet eñ nõ possit quis præiudicare fisco in rebus quæsitis suis: tamen in rebus quærendis potest: quia non dicitur diminuere suum patrimonium. Facit, quod nota Lapus, & ibi D. Ant. in suis allega. 15. aliàs 16. allegatione. & idem D. Ant. in c. j. de dolo & contu. & qđ not. Bald. in l. si pupillorum. C. de repudi. hęredi. facit l. seruus. C. de iudi. vbi in quęrendis potest seruus prę iudicare domino. Facit, quod voluit Bal. in authen. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. in finalibus verbis, vbi dicit, ꝙ potest prælatus præiudicare ecclesię in quærendis, adeo ꝙ potest pati, ꝙ hæreditatẽ delatam monaco possideant alij cõsanguinei, antequã tale ius agnoscatur per monasterium: quia adhuc non est in bonis monasterij. Ita dicamus in casu nostro: facit, quod voluit do. Barthol. de Salice. in l. pactum curatoris. C. de pac. vbi dixit, ꝙ vbicunque tractamus de iure quærendo, tutor potest illud ius remittere, & eius natiuitatem impedire. l. sed si vnius. §. j. ff. de iniur. alle. Richar. Malũ. quãto magis dicemus, ꝙ in casu nr̃o potuit iste Azo repudiare hr̃ditatem maternam, delatam sibi ex testamento, nec dicitur ĩ fraudem fisci fecisse. bene facit, quod no. elegans doctor. D. Lu. Ro. in l. neque. §. filius. ff. de acq. hære. & D. Archiepiscopus Panor. in capitu. j. de dolo & contu. & in capitu. quoniam. de deci. Et ex istis videtur concludendum, ꝙ potuit D. Azo repudiare hæreditatem maternam. & sic procedit istud dubium eo casu, quo illa sententia capitalis & confiscationis bonorum lata contra ipsum Azonem clericum tenuisset: sed in casu nostro illa sententia fuit ipso iure nulla, vt est dictum. ergo frustra quærimus vtrum potuerit repudiare hæreditatem maternam. & etiam posito, non tamen concesso, ꝙ sententia lata per vicarium valuerit, nihilominus potuit renũtiare hæreditatẽ delatam sibi, ex quo erat ius quærendum.

10 Et si dicatur, ꝙ eo ipso, ꝙ quis est † damnatus ad ꝑpetuos carceres: est effectus itestabilis, & ꝑdit omnia bona sua: vt est text. in l. j. C. qui ad lib. ꝑue. non pos. vt tenet ibi Bald. & ita dicebat esse per illam l. recolẽdæ memoriæ. D. Benedictus de Plũb. vt refert & sequitur D. meus Ioã. de Imo. in l. 1. ff. de pub. iu. adeo ꝙ nec alimẽta possunt sibi relinqui, vt ibi per eũdem. & bene facit, quod voluit do. archiepiscopus Panor. in rub. de testa. & in capitul. tuæ. de peni. referens emanasse consilia super hoc. ergo sequitur, ꝙ non potuit repudiare ista bona in fraudẽ fisci. Ad hoc respondeo primo, ꝙ iste Azo clericus, non fuit per vicarium condemnatus ad perpetuos carceres: sed banniuit eum, ꝙ non possit stare in ciuitate Lucana, & in eius territorio sub pęna perpetui carceris ad aquam & panẽ. & sic principalis pœna fuit, ꝙ non possit stare in ciuitate. ergo non fuit damnatus ad caceres ꝑpetuos. & sic tollitur, quod primo dixi in primo dubio, videlicet ꝙ malè fecit vicarius condemnare ad pęnam perpetui carceris: quia, reuera an carceres perpetuos non condemnauit simpliciter: quinimo eo casu, quo dictus Azo veniret ad territorium Lucanum, non incideret ipso facto in pęnam carceris perpetui: sed esset necessaria sententia, vt dixit glos. in capitulo j. de sagittar. & in cap. potuit. de locato. cum simi. & sic nõ obstat dictum Bal. Benedicti, & sequacium. item & posito, non tamen concesso, ꝙ fuisset simpliciter dãnatus ad perpetuos carceres, nihilominus illa pęna non succedit loco mortis. Ita dixit do. Archiepiscopus ĩ dicto capitu. tuæ. quia carcer datur ad pęnitentiam peragendam: vt in capitu. nouimus. de verbo. signi. & ita ibi refert fuisse consultum, licet aliqui consuluerint cõtrarium. Item dicit etiam do. Archiepiscopus, ꝙ dato, ꝙ illa pęna ęqparetur morti: vt voluit Inno. in d. capitu. qualiter. el 2. de accusat. tamẽ illa bona non applicanť fisco, sed dicit, ꝙ applicanť venientibus ab intestato. ergo nõ potuit Do. Vicarius confiscare dicta bona, sed veniunt applicãda veniẽtibus ab intestato. & per consequens portio illa hæreditaria venit applicanda cohæredi. per l. j. C. quãdo non pe. cum simil. Præterea facit: quia ista repudiatio fuit facta ante latam sententiam banni & cõfiscationis bonorum, quo casu cõfiscatio nihil operata ex quo ad illa bona repudiata: & sic q̃ nõ erant ipsius Azonis clerici, & per consequens concludo ex superius dictis, ꝙ do. Azo potuit repudiare suam portionem hæreditariam: & per consequens accreuit cohæredi. ¶ Ad aliud dum quæritur, vtrum dominus episcopus potuerit confiscare dicta bona patrimonialia ipsius Azonis clerici. cameræ suæ episcopali, & quidem glos. valde no. in capitul. quia diuersitatem. de conces. præben. & ibi Pet. de Ancha. dicit per illam gl. ꝙ vbicunque ex aliquo delicto laici, veniunt confiscanda bona ipsius laici fisco laici. ita ex delicto clerici bona sua veniunt confiscanda cameræ diœcesis, non autem confiscantur cameræ fisci laici, quod dicit esse singulariter notandum dominus Archiepiscopus ibi dicit, ꝙ episcopus occupabit pro camera sua. allegat, quod no. Inno. in ca. insinuante. qui cler. vel vo. & Feder. de Sen. cõsi. 20. & quod no. Ioan. An. in c. cum olim. el 2. de pri. & ẽt hoc dixit in capit. excommunicamus. de hæreticis. & procedit hoc in patrimonialibus ipsius ecclesiæ clerici, non autem in bonis ipsius, ad quam est intitulatus: vt in capitu. delictum personæ. de reg. iuris. libr. 6. & facit ratio: quia clerici in suis patrimonialibus nõ cẽsent laici, sed clerici, & gaudent eodem priuilegio in suis patrimonialibus, quo gaudent in ecclesiasticis: vt est glos. in capitu. ex literis. de pig. & in cap. fin. de vita & hone. cler. & in capitu. ecclesia

sanctæ

sanctę Marię.de cōsti.& in l.munerum §. patrimo-
nium.in ver.pontifex.ff.de mu.& ho.& text. iuncta,
gloss.in authē.item nulla communitas. C. de epi.&
cle.& in capitu.quanquam.de cēsi.lib.6.& Do.Ant.
in capitu.j.de consuetu.& in capitul.si diligenti. de
præscriptionibus.sicut ergo ex delicto laici ꝯfiscan-
tur bona laici fisco laici: ita confiscantur bona pa-
trimonialia clerici propter delictum fisco ecclesiæ,
seu episcopi. ¶Sed istis non obstantibus contrariū
puto de iure verius in casu nostro, videlicet, ꝙ iste vi
carius, seu dominus episcopus non potuit confisca
re bona patrimonialia istius clerici fisco suæ came-
ræ ex pluribus. primo, pęna confiscationis bonorū
hodie non apponitur, nisi in casibus expressis in iu-
re, vt in authentica bona damnatorum. C. de bonis
damnatorum, & in dicta lege quisquis. C. ad legem
iuliam maiestatis.& in capitul. cum secundum le-
ges.de hæreticis libro sexto,& in capitul.excōmmu-
nicamus. eodem titulo, sed non reperitur expressū
in iure, quòd in casu ista bona patrimonialia istius
clerici veniant confiscanda, ergo non potuit episco
pus bona ista confiscare, episcopus enim est custos
canonis & legis: & non violator, vnde nō potest cō-
tra ius disponere: vt in capitu.institutionis 25. quæ-
stione; aliàs 2.& notatur in clementina ne Roma-
ni.de elec.& in capitul. 2. de constitutionibus. libro
sexto, licet possit ius commune obuiare: vt ibi nota-
tum: non tamen contrarium disponere: vt per Bal-
dum i l.programma.C. comminat. vel epistolas. ꝓ-
grammata, subscriptiones auctoritatem rei iudica-
tę non habere.& per Ioannem Andream & alios in
capitu.nō solum.de appellationibus.libro sexto. &
Hostiensis in capitulo fina.de officio Archi.cum er-
go iste clericus nō inciderit in crimen lęsę maiesta-
tis, vt superius est dictum, ergo sequitur, ꝙ bona sua
non potuerunt confiscari. Secundo facit, quod dixit
12 Baldus in rubrica.C.de priuil.fisc. vbi dixit, ꝙ † epi-
scopus non habet fiscum; quia camera sui fisci nō
habet priuilegia tacitæ hypothecę. vnde si quis con-
traxerit cum episcopatu, non ideo bona sua sunt ta
citè obligata: quia hoc nulla lege cauetur, & sic cō-
cludit, ꝙ episcopus non potest condemnare ad pę-
nam applicandam cameræ suæ: quia tūc esset iudex
in causa propria: dicit tamen, ꝙ episcopi de consue-
tudine seruant ꝯtrium, & malè: & sic formaliter de
cidit, ꝙ episcopus iste nullo modo potuit confisca-
re bona sua cameræ. Tertio accedat, quod pulchrè
13 voluit Angelus in authētico, † vt nulli iudicū liceat
habere lo.seruatorem.§.quoniam. in versiculo, vlti-
mo videtur hic casus, ꝙ episcopus, qui punit aliquē
clericum, non potest sua sententia dicere, ꝙ pęna si-
bi detur. nam ibi dicitur, ꝙ nullus iudex inferens pę
nam potest sibi pęnam applicare. & in eodem au-
thentico.§. vt autem. idem Angelus dicit, ꝙ episco-
pus condemnans clericum non potest ipsum con-
demnare ad pęnam applicādam suæ cameræ: quia
solus fiscus habet priuilegium; vt bona possint suæ
camerę applicari: & si secus diceremus, sequeretur,
quòd iudex iudicaret in propria causa, quod esset
absurdum l.j.C.ne quis in sua cau.dicit tamē, quod
episcopi seruāt de facto cōtrarium: sed de iure hoc
facere non possunt.& sic concludit ibi Ange. quòd
non potuit iste vicarius confiscare bona suæ came-
ræ episcopali. Quarto facit tex.in capitu.excommu
nicamus, de hære. vbi dicit, ꝙ si clericus est hæreti-
cus, bona sua debent applicari ecclesię, a qua stipē-
dia accepit.& loquitur ille tex. si subtiliter pondere-
tur, de bonis proprijs ipsius clerici. non de bonis ec-
clesiæ: sed clericus nō præsupponitur, quòd habue
rit stipendia ab episcopo Lucano. ergo sequitur, ꝙ
bona eo casu, quo deberent publicari, non publica-
rētur cameræ episcopi, a quo nulla stipienda præ-
supponitur habuisse. Quinto facit glo.in clemen.2.
de hæreti. quæ dicit, quòd multominus episcopus
potest sibi ipsi confiscare bona clericorum hæreti-
corum, vel suis officialibus, quæ gl. formaliter pro-
bat opinionem Bal.& ibi Guliel.de monte Laudu-
no dicit, ꝙ ecclesia habeat fiscū, nec ibi dicit, ꝙ epi-
scopus habeat fiscum. & ideo dixit Baldus. in l.hac
edictali.§.ad hęc.de pac.iu.fir. ꝙ propriè fiscus non
est nisi imperij, vel Papę: vt l.j.C.de bo.vacā. li.10. &
Bar.in rub.C.de iure fisci.li. 10. dicit ꝙ idem est dice
re cameræ fisci & camera imperij.& ita dicit, ꝙ vti-
tur curia Romana. ergo sequitur, ꝙ non potuit iste
vicarius confiscare bona istius clerici.& posito, nō
tamen concesso, ꝙ fuisset in causa cōfiscationis: tñ
nō potuit confiscare cameræ episcopali. ¶Nec ob-
stāt allegata in ꝯrium, cum allegatur gl.in ca.per di
14 uersitatem. † quia illa glo.non loquitur de fisco epi-
scopi, & ꝙ episcopus habeat fiscū: sed loqt̄ de fisco
ecclesiæ: vnde dicit no.ar.pro fisco eccl'iæ. fateor ta-
men, ꝙ ecclesia Romana habeat fiscum: vt cle.2.de
hæreti. sed ꝙ eps habeat fiscū, nec gl. nec tex. nec ēt
docto. illud dicunt, licet aliter loquatur D. Ant. ibi.
& D. Abb.& ideo sequitur, ꝙ non potuit episcopus
cōfiscare bona suæ cameræ fiscali. Nec obstat, cum
dicitur, ꝙ bona clericorum cēsetur ecclesiæ, & gau-
dent eodem priuilegio cum bonis ecclesiasticis: qa
hoc concedo: sed in multis differunt. vt est gl. elegās
in c. nouum genus. de decimis vbi clerici tenentur
ad decimas de suis patrimonialibus.& sic per prædi
cta concludo, ꝙ dicta confiscatio non valuit.

EPITOME.

¶Ecclesia, uel capella quædam iuris patronatus dotem suam perdidit. Barba. secundū ea, quæ proponuntur, respondit patronos istos, de quibus agebatur, ius patronatus ibi retinere uolentes in dicta capella, compellendos esse iterum dotem illi assignare congruam, ut sacerdos in illa quotidie celebrare, & residere horis congruis ualeat.

SVMMARIVM.

Dote ecclesiæ patronatæ consumpta, patronus, qui ius patronatus illius retinere vult eam rursum dotare tenetur, licet semel dotauerit. nu. 1.2.& 3.

Redditus annuus pro rei conditione, a qua debetur, vel immobilis censetur, & in hoc iudicis arbitrio statur. nu.6.& 7.

Actus habens instantaneam & momentaneam causam, quæ momento explicatur & perficitur, sufficit semel impletus, licet non duret: sed habens causam successiuam & tractum non dicitur impletus, nisi duret. nnmero 12.

Verbum, possit, ad actum nedum præsentem, sed etiam futurum pertinet: Item verbum valeat tantum habet. nu. 14.& 15.

CONSILIVM XXIII.

DEum Inuocent adiutorem: qui eis sapiētiam donauit. 26. q.5. c.non liceat. j.q.j.c.cum Paulus. & ca. principatus, iō optimi maximi Dei omni inuocato ꝑsidio. Viso pū-
cto, & maturè pensato, mihi vr̄ de iu
1 re † aperto dicendum, ipsos hæredes compellendos
esse per officiales prædictos, ad redotandum, seu de
nouo dotādum ipsam capellam. & pro clariori hu-
ius consultationis decisione in primo sciendum, ꝙ
2 † ecclesia nō debet ædificari, seu capella, nisi habeat
redditus sufficiētes, in auth. vt nullus Fabri. ora.§.j.
in

in ver.ſeruientium alimenta.& in auth.vt determi. ſit numerus cle.§.j.in verſic.redditus dederunt ſufficientes.col.j.capitu.propoſuit.de filijs præsbyt.cap. in omnibus.81.diſtin.capitu.illud 7.q.j.c. placuit.1. q.2.c.nemo.& c.hæc quoque.de conſecratio diſtin. 1.facit c.vt q̄ſquis.de vita.& honeſtate cleri.vbi probatur, quòd eo ipſo,quòd eccleſia,ſeu capella reperitur ędificata præſumitur habere dotem ſufficientem,inquantum text.ibi arctat præsbyterum ad tenendum clericum: & alleganti contrarium incumbit onus probandi.l.ei qui.ff.de proba.facit gl. in d. c.placuit.Secundo eſt aduertendum, quòd licet ſacri canones omnes dicant, eccleſias, ſeu capellas eſſe dotandas ſufficienter:nec aliter exprimant, in q̄bus rebus ſit illa dos conſtituēda:nihilominus text. valde elegans hoc exprimit in c.j.de cēſi.in ver.ſancitum eſt,vt vnicuique eccleſiæ vnus māſus integer abſque vllo ſeruitio tribuatur: vbi deciditur, ꝙ dos illa debet cōſiſtere in re verè immobili,& perpetuo duratura:ſicut vnus manſus.eſt enim manſus,vt ibi dicit gloſſ.2.vulgo Italorū quantitas terræ,quæ ſufficit duobus bobus in anno ad laborandum. & habetur in capitu.j.§.ſi quis de manſo. in titulo de cōtrouer.inueſti.in vſibus feudo.& ibi Bald.& licet vario modo capiatur,vt latiſſimè refert do. An.in d. c. j.tamen cōiter capitur pro dote eccleſiæ:vt ibi not. & ſic dos eccleſiæ nō debet fieri de re,quæ veriſimiliter efficiet caduca, & nullius effectus: per illū text. Tertio eſt ſciendum,quòd doctores,vt refert D. An. in c.quoniam.de iure patrona.dicunt, quòd patrò-
2 nus† ex dote non perdit ius patronatus deſtructo ędificio.Idem dicunt,ſi dedit fundum in dotem , & fundus perijt,quod perdit ius patronatus.tamē Hoſti.dicit eſſe ęquum,quòd ſi extraneus in ędificādo, & patronus antiquus concurrāt, ꝙ epiſcopus aſſentiet patrono,& illum præferet extraneo.Idem dicit, ꝙ ſi ꝯſumpta dote aliq̄s velit ipam dotare & dotet, ꝙ per hoc acquiritur ius patronatus. 16.q.ſi.c.quon q̄; dicit ēt D.Abb.de Sicilia ibi,ꝙ ſi eccleſia eſt ſine dote,& non poteſt haberi recurſus contra eum,qui primo eccleſiam ædificauit,vel conſecrari fecit, acquirit nouus patronus ius patronatus, illam eccleſiam dotando cum conſenſu epiſcopi:debet tamen requiri primus patronus per c.ſicut.de conſe.eccle. vel altar. quod dicit eſſe not. pp aliquas capellas, q̄ ſunt in eccleſijs conuentualibus, & ita dicit eſſe de mente Inno.in rub.de iure patro.& Io.And.in cap. j.infra eo.& ſic videtur eſſe de mente doctorum : ꝙ prima dote extincta,ſi primus dotans velit redotare præfertur extraneo volenti dotare.ſi autem non apparet extraneus,qui velit dotare compellentur primus patronus,ſed clarè & apertè hoc non aſſerunt. ſed excelſus doctor Laurentius gloſſator, quem refert & ſequitur reuerendus Archidiaconus, & etiā Ioan.de Fātu.in c.ſi plures.16.q.7.vbi text. dicit formaliter,ſi plures hæredes contenderint de communi eccleſia. auferri iubeant epiſcopus reliquias ſacras,& eccleſiam faciat claudere,donec communi conſenſu conſilio epiſcopi ſtatuant ibi presbyterū, & vnde viuat.vnde ille tex.habet dublicem intellectum in verſicu.vnde viuat.vnus eſt, ꝙ verè habere debēt, quod iam dote ſtatuerunt : quia ante conſecrationem dos debet conſtitui:vt in capit.piæ menti.& in capit.Frigentius.eadem cau.& q. & in iuribus ſuperius allegatis præſumitur dos conſtituta:vt ſuperius eſt dictum : ſed iſti intellectus iudicio meo non videtur habere ſaporem iuris.Primo : quia de nihilo nobis ſeruirent, quod eſſe non debet:vt in c. ſi Papa,de priuil.libro 6.l.ſi quando.C.de inoffic. teſta.gloſſ.in capit.ſi Romanorum.19.diſtinc.quę dicit, ꝙ nullum verbum poſitum in aliqua ſcriptura vacare debet, vel ſuperflue poni.c. ſolitæ. de maio. & obedi.Et dicit Bal.in rubrica.C.de cōtrahē. emp. in 9.q.ꝙ minimum verbum poſitum in diſpoſitione eſt poſitum cum miniſterio aliquid operandi , ſi fieri poteſt.vnde ſi in c.ſi plures.pateretur iſtum intellectum,ꝙ eccleſia nondum fuerat dotata,ſequeretur,ꝙ eſſet contra diſpoſitionem iuris,qua eccleſia conſecrata præſumitur eſſe dotata , & etiam de nihilo nobis ſeruiret,ſeu de ſuperfluo:quia iam per alios canones ſancitum erat faciētes conſecrari eccleſiam teneri ad ſufficiētem dotem aſſignandam: & ideo merito & iure datur ſecūdus intellectus ſm Laurentium,videlicet ante fundationem,vel conſecrationem data fuit dos etiam ſufficiēs : poſſit tamē eſſe,ꝙ ita nunc eſt annullata,ꝙ ſacerdotem ſuſtentare non valeat.vnde oportet,vt nūc tātum aſſignetur eccleſiæ.vnde poteſt dici,ꝙ ibi loquitur de eccleſia conſecrata,cuius dos erat annihilata ſecundum Lauren.& etiam ſupplet ibi,& hoſpitem recipiat.c. de monacis.de præben.ſecundum Laurētium. Iſta ſunt formalia verba Arch.ibi, quam ſeq̄t ibi Ioānes de Fantutijs.vnde eſt ibi caſus formalis, ponens gla-
3 dium ad radicē in præſenti conſultatione:ꝙ † ſi patronus dotauit eccleſiam,ſeu capellā, & dos ex poſt facto eſt annihilata ,& ipſe vult retinere ius patronatus,poteſt compelli iterum & de nouo dotare dictā capellam:ita dicamus in caſu noſtro.Cum ergo iſte patronus vult retinere ius patronatus in iſta capella.ergo ſequitur, ꝙ poterit compelli per ipſos officiales dictam capellam redotare,& procedit hoc ex diſpoſitione iuris communis,ergo multo magis ꝓcedit ex diſpoſitione conuentionis:vt ex inferius dicendis liquido oſtendam . Et per hoc iudicio meo eſt ſopita & deciſa præſens cōſultatio. Secūdo hoc
4 oſtendo viua ratione:ſi pater † aſſignauit dotem filiæ,& filia ipſam dotem caſu fortuito perdiderit.tenetur pater iterum ipſam filiam dotare.ita decidit Barto.in l.ſi cum dotem.§. ſi poſt ſolutum. ff. ſolut. matri.& Bal.in authentic.quod locum.C. de colla. & idem in patre aſſignante filio legitimam. & caſu fortuito ſit deperdita, qđ pater iterum tenetur filio ad legitimam.ita etiam decidit Bartol.in d.l.ſi cum dotem.§.ſi poſt ſolutum.& Bald.in authentic. contra rogatus.C.ad Trebel.& in authen. ſi captiui. C. de epiſ.& cleri.& plenè Ludouicus Roma.in auth. ex teſtamento.præall.tūc a:guo ſic,ille, qui fundat, vel cōſecrari facit eccleſiam,tenetur ad dotem aſſignādam eccleſiæ,ſeu capellæ , ſicut pater legitimus tenetur filiæ ſuæ ad dandam dotem.ita arguit gloſſ. in c.cum ſicut.de conſecra.eccleſiæ vel alta.allegat. l.q liberos.ff.de ritu nup.facit l.q̄ro.ff.de iure dotiū, cum ergo iſta dos fuerit annihilata ſine culpa & dolo eccleſiæ,ſeu capellæ, aut rectoris ipſius capellæ. Ergo ſicut pater aſſignans dotem filiæ , ſi eſt deperdita ſine dolo ipſius filiæ, tenetur eam iterum dotare,eodem modo dicemus in eccleſia,ſeu capella, vt iterum teneatur aſſignare dotem dictæ capellæ præfatus patronus. Tertio ſi quiſpiam dixerit,ꝙ iſta dos fuerat cōſtituta in annuo redditu,qui inter immobilia computatur: vt in le.iubemus. in princip. C. de ſacroſanct.eccle. & in l. quemadmodū. C.de agri.& cenſib. libro 11. & in l.ſi quis inquilinos. de leg.j.& in authenti.de non alienan.§.hæc ergo.& in l.hac edictali.§.his illud.C.de ſecūd. nupt. & in cle. exiui.§.cum annui.de verbo. ſigni. adeo, quòd minor ſine auctoritate curatoris non poſſet cedere talia iura,ſecundum Baldum in dicta l.iubemus.qui allegat Dy.in l.poteſt pupillus.ff.de aucto.tuto. quē refert & ſequitur Bald.in d.hac edictali.§.is illud. & in capitulo primo.de feud.guard.in vſib. feud. dicit,
5 †eſſe verum, quādo animus redditus eſt perpetuus,

vel

vel competit ad longum tempus: quia tunc inter immobilia computatur, secus si ad parum tempus, quia tunc cōputatur inter immobilia. Primum probatur in c. querelam. de elect. vbi datur possessorium interdictum pro annuo redditu perpetuo recuperādo, licet aliter dixerit Cy. & nō bene in l. si certis annis. C. de pactis, in vlti. quæstione, ita dixit Bal. in d. §. his illud, secundum probatur in l. fi. C. quorū bono. Cum ergo in casu nostro fuerit assignatus redditus annuus perpetuus. ergo habetur, ac si res immobilis fuisset data in dotem: & per cōsequens est satisfactū dispositioni legis, volentis mansum, idest, rē immobilem dari in dotem ecclesiæ, vel capellæ ædificādæ, & etiam posset hoc modo argui casus fortuitus contingens post factam solutionem, & post absolutum contractum damno debet esse ipsi creditori, cui est facta soluti, non autem debitori solventi: vt habetur in l. necessario. ff. de pericu. & commo. rei vend. solutione enim debiti, soluta est omnis obligatio naturalis. l. solutionem. ff. de solutionibus, cum similibus, sed iste patronus, qui ædificari aut cōsecrari facit capellam, erat debitor ipsius capellæ in assignanda sibi dotē sufficiētē: eo ergo ipso, quòd assignauit dotem sufficientem, est absolutus a debito, & sic liberatus ab obligatione, tam naturali, quam ciuili. ergo si postea casu fortuito, capella perdat dotem, non videtur iuri, nec æquitati consonum, quòd patronus iterum compellatur dotare. Ad ista enim respondeo, & est diligenter aduertēdum, quòd licet annuus redditus computetur inter immobilia: re vera tamen non est res immobilis: vt iam probant iura allegata superius. & si dicatur, sufficit, ꝙ ius præsumat illos esse immobiles: iuris enim præsumptiones sunt probationes liquidæ: vt l. si tutor. C. de peric. tuto. l. prima, & secunda. C. de testament. milita. l. licet imperator. ff. de legat. primo, cum similibus. Ad hoc respondeo
6 illud est verum, quando ille † annuus redditus debetur super re, quæ verisimiliter est duratura: sed si verisimiliter non est duratura, tunc censetur mobilis. Et ideo dicebat Federicus in loco superiꝰ allegato, quē doctores sequuntur, quòd si debetur ad breue tempus, censetur mobilis, per dictam l. fin. quorum bonorū. Ita in proposito, quādo debetur super re verisimiliter non duratura, est secus. Simile dicimus in actione, quia si competit ad rem mobilem, censetur mobilis; si competit ad rem immobilem, censetur immobilis, vt dixit gloss. in l. prima. C. si aduer. transac. sed in proposito nostro iste annuus redditus fuit constitutus super monte verisimiliter nō duraturo, quod accuratè ponderet & consideret subtilissimus dominus iudicans, considerata qualitate loci, & hominum: & considerato eo, quod communiter in illo loco accidit: & cōsiderato, quòd ille talis locus nō consueuit habere montem publicum. & dispositio legis est adaptāda ad ea, quæ quotidie & frequenter accidere solent: vt in l. legaui. in versic. quotidiana enim sunt. ff. de liber. lega. capit. qa sæpe. de electio. libro sexto. c. frequens. de restitu. spolia. eo. lib. l. nam ad ea. ff. de legib. & ideo nullus iustè iudicans, arbitraretur istum redditum censeri perpetuū & immobilem: & ideo tunc habebit locum elegans doctrina gloss. in authenti. præterea. C. vnde vir & vxor. quam sequitur Bartol. in l. si constante. ff. solu. matri. quòd an aliquis dicatur pauper, stat in arbitrio iudicis. Simile dixit Ioan. Andr. in c. quoniā frequenter: vt lite
7 non contesta. quòd † an quis dicatur senex, stat in iudicantis arbitrio: & quis dicatur esse personæ miserabilis, statur iudicis arbitrio. ita no. in c. significantibus. de offi. delega. & an quis dicatur inimicus, statur etiam arbitrio iudicis, ita no. in c. cum oporteat. de accusationibus. & quę causa dicatur magna, vel parua, statur arbitrio iudicis; considerata qualitate personarum. ita dicamus in casu nostro, quòd an dicatur iste redditus annuus, mobilis, vel immobilis, considerabitur qualitas rei, ex qua solui debet. si illa est verisimiliter duratura, vel ne: & sic indubitanter iste redditus annus fuit constitutus super re mobili, & per consequens non est satisfactum dispositioni: d. capitul. primi, de censib. requirentis vnum mansum terre, nec est satisfactum dispositioni. §. primo. in versicu. redditus sufficientes, in authentic. vt determi. sit numerus cleri. illud enim dicitur sufficere, quod ad perfectionem actus non indiget alio adminiculo: vt est glossa singularis, in capitul. statutum, in versicul. canonicis, de rescriptis, libro sexto, de qua exclamat dominus Abba. in capitu. primo, de postulat. prælato. de quo per Bald. in titu. de pace Constan. in §. omnes, in ver. sufficiens. ergo ista dos non fuit sufficienter data, cū non esset verisimiliter duraturus ille red
8 ditus annuus. Ex eo maximè, quia † cum ex mutuo capiatur redditus annuus, in pecunia vltra sortem, sapit prauitatem vsurariam, licet certo casu talis redditus, qui debetur ex monte, censeatur licitus: vt eleganter disputauit solennis doctor dominus Petrus de Ancharan. in quadam solenni disputatione, & in consilio 27. & domi. Bald. in l. cunctos populos. C. de sum. trinitat. in l. si maritus. ff. soluto matrimo. & in dicta l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nup. & Angel. in l. si tibi decem. ff. de pactis. Salycet. in authent. ad hæc. C. de vsuris, & dominus Laurentius in suo tractatu, de vsur. in tertia parte, in quinta & vltima quæstione, & per domin. Cardina. domin. Anton. & dominum Abbat. in capitul. in ciuitate, de vsuris, & sic insunt duo in ista dote denotantia, capellam non fuisse dotatam sufficienter, videlicet, quia constituta fuit dos super re verisimiliter non duratura, & super annuo redditu debendo ex monte, qui sonat in vsurariam prauitatem, licet certo casu possit licitè percipi. Item etiam tollitur ex alio: quia posito, non tamen concesso, quòd ista dos fuisset constituta super re verisimiliter duratura, & super re licita: nihilomi
9 nus ex quo † iam dos illa perijt, & est annihilata, sequitur, quòd patronus volens retinere ius patronatus in d. capella, tenetur eam iterum dotare: vt est text. secundùm intellectum Lau. & Archid. in præallegat. capitul. si plures. 16. quæstion. septima. ergo nullo modo potest dictus patronus se excusare a dotando iterum dictam capellam: tum quia eam malè dotauit a principio, tum etiam posito, quòd sufficienter dotasset: tamen iterum tenetur, postquam dos perijt, si vult sibi retinere ius patronatus. Nec obstat, cum dicitur, quòd debitor semel soluendo est liberatus a suo creditore: quia hoc concedo, vt in iuribus superius allegat. & procedit illud in debito hominis: sed in debito contracto ex iuris dispositione, puto esse secus dicēdum: vt est in casu nostro, nam eo ipso, quòd quis ædificat, vel consecrari facit ecclesiam, ius obligat eum ad dotandam ecclesiam sufficienter, & ad manutenendam illam dotem, vt superius est dictum: secus in debito hominis. faciat, quod in simili dicitur in ca. cum in officijs. de testa. Item quia illa regula procedit, quando debitor fecit solutionem eo modo, quo de iure debuit, sed in casu nostro non assignauit dotem capellæ, vt de iure debebat, vt est dictum superius. Item quia illa regula non habet locum in filia, cui data est dos, & deperdita casu fortuito, vt superius dixi: ergo idem est dicendum in ecclesia, & multo magis: quia si illud contingit propter fauorem reipublicæ: quia oportet dotatas esse fęminas propter sobolem procreandam, ad replendam liberis ciuitatem: vt l. j. ff. so. ma. ergo multomagis debet esse idē fauore ecclesiæ, ad

augẽdũ cultum diuinum propter salutem animarũ, licet enim ius ciuile tendat ad bonũ publicũ tuendũ & ꝯseruandum: vt dixit gl. notabilis in c. cũ ꝯtingat. de iureiur. tamen ius canonicum tendit ad salutem animarum: vt dixit ibi gloss. & facit c. vt animarum periculis. de cõsti. li. 6. & in proœ. decre. rex pacificus. & c. fi. de præscrip. & c. peccatũ. de re. iu. li. 6. & c. prodest. 23. q. 5. iuxta illud, quod dicitur psal. 58. Lex domini immaculata conuertens animas. ergo multomagis fauore animarum tenebitur iterum dotare dictam capellam, ar. l. sancimus. C. de sacrosan. eccl. & cap. cum infirmitas. de pœnit. & remis. Et sic dictæ rationes allegatæ in contrarium ex toto, & funditus deletæ sunt, quæ reddebant præsentem ꝯsultationẽ dubiam, & ista omnia procedunt ex dispositione iuris communis, ꝙ teneatur patronus ad iterum dotãdum dictam capellam. ¶ Restat nũc videre pacta & conuentiones celebratas inter dictos officiales, & dictum patronum. Et quidem extat prouisio dictæ ecclesiæ, in qua est ædificata dicta capella, hoc modo videlicet. Et si voluerit aliqs ius patronatus in vna ex dictis capellis habere, soluere teneat̃ ad minus libras q̃ngenta Bono. & vltra teneat̃ dotare ipsam capellã: ita ꝙ vnus sacerdos possit ꝓ illa dote stare ĩ dicta ecc. horis ꝯgruis, & missam oĩ die ĩ ipsa capella celebrare arbitrio dictorum ꝓcuratorum. Postea in quadã supplicatione porrecta Romano Põtifici super concessione, vt ista capella posset fieri in dicta ecclesia, licet testator voluerit capellã p̃dictã cõstrui debere in alia ecclesia, dr̃, volebãt dictã capellã honorabiliter construere, pariter & dotare, ẽt paramẽtis & alijs ad diuinũ cultũ necessarijs ornare, sic ꝙ capella propriũ hẽt sacerdotẽ, q ipsi capellæ valeat ĩ diuinis & alijs laudabiliter deseruire. Et in quodã instr̃o apponunt verba ipsius prouisionis. Et in fine dr̃, ea pp ipsi procuratores voto ꝯcordi voluerunt & ẽt statuerunt, ꝙ talis in dicta capella hẽt decætero illa iura: q̃ prouisiones p̃dictæ circa similia faciẽtes ordinãt & disponũt, quas prouisiones dicti ꝓcuratores hæc referri plenariè voluerũt, & in ipso instr̃o dicti ꝓcuratores & officiales ꝯsenserũt, ꝙ dos ipsius capellæ ꝯstitueret̃ ex redditu sexcentum librarũ debitarũ ex pecunia montis Bonon. Stat dubitatio nũc stantibus prædicti, posito ꝙ de iure communi non teneat̃ iste patronus redotare dictam capellam, non tamen concesso, an vigore prouisionis & pacti teneatur redotare. Et videtur dicendũ, ꝙ nullo modo teneatur ex verbis ipsius ꝓuisionis, in qua dr̃, ꝙ dicti officiales possint componere cum hominibus & personis, vno vel pluribus volentibus ædificare in vna ex capellis fiendis in dicta ecclesia: & eam dotare per modum & formam, qui videbitur dictis procuratoribus, & ad id qđ ipsi procuratores cum dictis aliquid fabricare volẽtibus, vel ad fabricam conferre, composuerunt, vel conuenerunt, sit firmum & validum presentis legis auctoritate, & debeat inuiolabilter obseruari. Et postea dr̃. ita ꝙ vnus sacerdos possit pro illa dote stare in dicta ecclesia arbitrio dictorum procuratorum: tunc arguo

10 sic formaliter. Potestas † procuratoris, seu officialis regulatur a forma mandati. l. diligenter. ff. mandat. cap. cum dilecta, de rescrip. cap. prudentia, de offi. deleg. cum simi. Sed isti procuratores possunt componere secundùm, ꝙ eis videbitur, adeo ꝙ illud sit firmum & validum, quod verbum exponitur per gl. & Bar. in l. id quod pauperibus. C. de episc. & cle. & debet inuiolabiliter obseruari, & illa dictio, inuiolabiliter, exponitur oĩno, vt in cle. hi, qui. de ꝯta. & qual. & plenè per do. Abb. in quadam sua disputatione, quæ incipit, statuto Senensi cauetur, & text. in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. in versi. inuiolabiliter. ergo ista conuentio & compositio facta super ista dote, vt consistat in reditibus montis, valuit, & tenuit, nec potest infringi. vnde sufficit semel dotem congruem fuisse assignatam, vnde obligatus ex sententia, vel contractu ad rem, tradẽdo illam adeo liberatus est, ꝙ licet ad eum possessio reuertatur facto suo, vel alieno, non tenetur ea actione, qua tenebatur primo. extincta enim fuit per traditionẽ actio primitiua, adeo ꝙ non renascatur, vt eleganter dixit glo. in l. si cum fundum. ff. de contrahen. emp. in ver. tradat. idem not. glo. magna. in l. emptione. ff. de pactis. l. 3. §. vnde vi. ff. de vi & vi arma. idem hr̃ in auth. sacramenta puberum, preælleg. in gl. fi. sic ergo in casu proposito, sufficiat semel congruam dotẽ assignatam de voluntate ipsorum officialium. Sufficit enim

11 † semel factum esse perfectum. l. iubemus, in ver. sufficit obligationem ex delicto natam, semel hæreditariam factam esse, vt in omnes hæredes sit trãsitoria: licet ad reliquos heredes nihil perueneri t. ff. qđ met. cau. facit not. tex. in l. si quis heredem. C. de institu. & substit. vbi relictum mulieri, si nupserit, debetur: nec extinguitur legatum secuto diuortio, aut aliter matrimonio dissoluto. facit. C. quando dies lega. ceda. l. cum vxori. vbi qñ relinquitur alieni, cum filios susceperit, incontinenti debetur susceptis filijs: nec est necesse, ꝙ durẽt. sic in legato, si Titius factus fuerit ꝯsul, aut si nauis ex Asia venerit, vel imperator venerit in Italiã. nam sufficit consulẽ factum esse, licet sit a consulatu remotus. & sufficit nauẽ venisse, licet ex portu recesserit. ita vr̃ in nr̃o proposito dicendũ, ꝙ sufficiat semel ꝯgruã & sufficientẽ dotẽ assignatã p ipsum patronũ, ipsis ꝓcuratoribus ꝓsentiẽtibus, acceptãtibus, & volentibus, & per ꝯñs vr̃, ꝙ non teneatur iterũ dotare. Et ista erant, quę p̃ntem consultationem reddebant dubiam. ¶ Et licet ista colorata esse videantur, tñ casum nr̃m non attingunt, ideo illis non obstantibus, ꝯ̃riũ puto esse de iure verius, videlicet ꝙ teneantur redotare ex dispositione prouisionis prædictæ, & conuentionis, qđ sic ostendo, vbicunque illud, qđ est

12 in dispositione † actus, habet causam instantaneã, & momentaneam, quæ momento explicatur & perficitur: tunc sufficit actus impletus, licet non duret: qa per talem existentiam implementi habuit actus suũ esse perfectum. sic loquitur gl. in l. si cũ fundũ vendere s, & in l. pacta conuenta. ff. de contrahen. emp. & in auth. sacra puberum. sed si habet causam successiuã & tractum, qui per singula momenta suum sortitur effectũ: tunc nõ dr̃ actus impletus, si nõ durat impletus. ista maior fuit Ang. in quodã suo eleganti ꝯsilio, qđ incipit, in Dei nomine, & suæ matris gloriosæ, in proposita q̃stione. & est in ordine. 33. Subdit postea ibi Ang. cu attribuemus hãc ꝯditionem, si nupserit, si vidua remãserit, si monasteriũ intrauerit: an illi q̃ explicatus momẽto, an illi, q̃ habet causam successiuam, & dubiũ est, quia quilibet dictorum casuũ habet esse in momẽto ꝑfectũ, sed in tractu & duratione quotidie insurgũt & insurgere p̃nt effectus diuersi, finaliter dicit ꝯ̃siderandũ esse, qđ verisimiliter cõgruebat, seu congruere debebat testatoris voto, si n. eius voto congruebat viduitas, qa filius matri suæ legauerat, si vidua remaneret, tũc nõ sufficit eã viduã remãsisse, si postea nubat. idem dicit si maritus legasset vxori, si vidua remaneret. vnde non est verisimili testatorẽ voluisse tales mulieres habere legatum, nisi in viduitate perseuerarẽt, ex quo propter eius imperseuerantiã iniuria fieret eorum animæ & memoriæ, vt in auth. de nõ elig. secundo nuben. §. prospeximus. in authẽ. de nup. §. soluto. si autẽ voto legantis congruebat, mulierem nubere post viduitatem, tũc sufficit viduitatem semel fuisse per momentum, facit, quod not. Bar. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell. Si autem voto testantis non congruit

vnum

vnum plusquam aliud: tunc in benigniorem partē
est interpretatio facienda: vt legatum nō pareat ita
ibi decidit Angelus. Modo in proposito ista ponunt
gladium ad radicem in præsenti consultatione, si
nos consideremus mentem dictæ prouisionis, vt est
ex iuris dispositione.c. cum voluntatem. de sentētia
excommunica.& in c.ex multiplici.de deci.& in c.fi.
de præben.c.sedulo.38.di.22.q.4.c.humanę.l.3.C.de
liberis præteri.l. scire leges.ff. de legibus.l. cum mu
lier.ff.solut.matr.l. scire oportet. §. vel maximè.ff.de
excu.tuto. nemini dubium esse potest, quin mēs pro
uisionis fuerit, quòd dos constituta duret & perseue
ret, nec sufficiet semel extitisse propter augmentum
diuini cultus.licet ergo fuerit constituta dos: tamen
si non durauit, non fuit sufficiens. ideo fuit opus du-
rare. & per consequens tenebitur iterum dotem assi
gnare congruentem considerata mente ipsius proui
sionis, quæ habetur in hoc casu pro lege, vt clarè ap-
paret ex sui serie, cum dicitur præsentis legis aucto-
ritate. Facit notabilis text. in l.fi.§.C.de bonis quæ li-
13 be. vbi non dicitur ad filium peruenisse, † quod mo-
mēto est duraturum. facit l. inter Castellinum.ff.de
arbit. vbi non dicitur sententiæ arbitri paruisse, nisi
patiatur immissos in possessionem durare, quod in-
ducitur ad quæstionem determinatam Bononiæ, de
ciuitate damnata ad destructionem murorum, quia
non sufficit muros destructos fuisse, nisi destructi du-
rent, de quo per Bar. ibi, & per Cy. in l. seruus. C. de pa
ctis. facit l. qui cum maior. §. accusasse. & in l. seruitu
te. §. petijsse. ff. de bo. libe. l. amplius. ff. rem ra. habe. l.
alia. C. de his qui. vt indig. l. j. §. habitare. ff. de his qui
deie. vel effu. authētica, cui relictum. C. de indi. vidui.
toll. l. 2. §. peruenisse. ff. de hæred. vel acti. ven. & l. pro
parte. §. versum. ff. de in rem vers. & sic ex isto capite
considerata mente ipsius prouisionis teneatur iste
patronus ad redotandam dictam capellam. Secun-
do hoc colligitur aperto ore ex verbis expressis in ip
sa prouisione, in ver. & vltra teneatur dotare ipsam
capellam: ita ꝙ vnus sacerdos pro illa dote possit sta-
re in dicta ecclesia horis ꝯgruis, & missam oī die cele
14 brare. si bene ponderet̄ illud † verbū, possit: ꝯsiderat
actū nedū præsentē, sed actū futurū: vnde tex. nota-
bilis. in l. si ita qs. ff. de leg. 2. dicit, ꝙ licet verbū, pōt,
sit pn̄tis tēporis: tñ porrigitur ad futura, & sic est extē
siuum actus ad futura. Facit l. si quis ita. ff. de auro &
argen. legat. vbi ponitur quæstio, testator in testamē-
to dixit, lego oēs res, quæ sunt, vel reperiri possunt
Perusij, & testator superuixit longo tēpore, an veniāt
futura. Quidam aduocatur dicebat, ꝙ non per illam
l. cum sua materia. ipse vero decidit ibi, ꝙ futura illo
casu non veniunt ex eo: quia verbū, potest, est exten-
siuū eius, ad quod refertur. ibi vero ad verbū, reperi-
ri, nō autē ad verbū, res. & ideo est sensus illo legato
lego omnes res meas, q̄ sunt, vel reperiri possunt Pe-
rusij, idest, quę sunt in presenti, vel reperiri possunt in
futurum: non autem refertur ad essentiam rerum,
sed extenditur ad actum reperiendi. Facit etiā, qđ di
xit Bal. in d. l. si ita quis. ꝙ si testator dicat in clausula
codicillari, pōt: ꝙ talis clausula operatur, etiā si post
testamentum insurgat inualidatio testamenti. Bart.
autē aliter loquitur in d. l. si qs ita. & facit, qđ voluit
idem Bar. in l. j. ff. de iniusto testamento. in ver. scias
etiā, ꝙ hoc verbum, pōt, habet quandā virtutē exten
siuā, allegat. d. l. si ita quis, de lega. 2. Et si quispiā dixe-
rit, amice, licet ita sit cautum in ꝓuisione, & constitu
tione dictæ ecclesiæ; nō tñ sic illā capellā ꝯcesserunt
dicti officiales p̄fato patrono. Ad hoc r̄ndeo, ꝙ imo
eodē modo: vt dicta prouisio ꝯcesserunt: & ita etiam
acceperūt ex pluribus, primoq; in supplicatione por
recta Romano Pōtifici fuit narratū, ꝙ volebāt orna-
re capellā, sic ꝙ capella ipsa haberet proprium sacer-
dotē, qui in ipsa capella valeat in diuinis, & alijs lau-
dabiliter deseruire, & in instrumēto concessionis fa-
ctæ de dicta capella ipsi patrono per dictos officiales
dicitur, eidem capellæ dotem exhibeant congruen-
tē: ex qua vnus sacerdos in dicta ecclesia valeat per-
sonaliter residere, & in dicta capella missam quoti-
die celebrare. Ista sunt formalia verba concessionis.
Modo clarum est, ꝙ illa † verba, valeat &c. habent tra 15
ctum de futuro. vnde dixit Bartolus in l. prima. ff. de
iure codicillorum. in 8. quæstione. quid si testator di
xit, si non valeat iure codicillorum: an illa verba refe
rantur ad futurum tēpus? & decidit, ꝙ illa verba sub-
iunctiui modi habent significationem futuri. l. si ita
quis. §. Seia. ff. de verborum obligationib. & ibi per
Iacobum de Aret. & l. si debitor. §. verisimile. ff. de
contrahenda emptione. & l. si cui libertas. in princi.
ff. de conditionibus & demnstrationibus. Item facit;
quia in fine instrumēti concessionis dicitur, ad quas
prouisiones dicti procuratores, hæc referri plenariè
voluerunt, & sic apertis verbis dicta concessio iuris
patronatus, fuit facta secundùm dispositionem di-
ctæ prouisionis. Cum ergo in casu isto illa verba sint
futuri temporis significatiua, ergo sequitur, ꝙ ex pa-
cto expressio fuit conuentum, quòd in futurum tem
pus dicta capella haberet proprium sacerdotem, ꝙ
resideat personaliter in ecclesia, & quotidie missam
celebret, & dictam capellam adimpleant dicti patro
ni, & quòd dicta capella habeat proprium sacerdo-
tem, qui quotidie in ea celebret, & in ecclesia perso-
naliter resideat, & in hoc diligenter animaduertat
D. iudicās, vnde in futuro tempore sunt dicti patroni
obligati, ad hoc, maximè cum in libello supplicato-
rio Papę dixerint, se velle ornare dictam capellam, ꝙ
habeat proprium sacerdotem, qui valeat ipsi capel-
lę in diuinis, & alijs laudabiliter deseruire. vnde non
solùm videntur se obligasse ad dotādum: sed etiam
ad manutenēdum pro futuro tempore sacerdotem,
qui valeat in diuinis dictæ capellæ deseruire. seruent
ergo hanc conuentionem & obligationem. Preterea
est accuratè ponderandum, ꝙ constructio, seu ædifi-
cium ipsius capellæ, ascendit ad expensas prope, vel
vltra duo milia librarū Bonon. & dicti officiales, seu
procuratores concesserunt ędificium in ius patrona
tus dictis patronis, ꝙ possent ponere arma sua: & se-
16 pulturas pro libris quingentis Bono. & in hoc est sa-
tis grauata ecclesia: quia ius † patronatus acquiritur
fundatione: vt in c. Abbatem. 18. q. 7. in plena glo. c.
piæ mentis. 16. q. 7. & plena gl. Inno. in rubrica, de iu
re patr. & in casu isto ecclesia ædificauit istam capel-
lam, & expendit vltra duo milia librarum, & conces
sit illam in patronatum soluendo ecclesię quingētas
libr. & sic ꝯ dispositionem iuris cōis, vt laicus acqui-
rat ius patronatus, non soluendo oēs expensas ædifi-
cij merito ergo deberet haberi quędam ęqua consi-
deratio. Et posito, non tñ concesso, ꝙ de iure cōi non
teneretur iterum dotare capellam eo casu, quo dos
data perijt: nec ex vigore prouisionis prędictæ, nec vi
gore conuentionis. iste patronus non teneretur re-
dotare capellam, qđ non est verum, vt superius ostē-
sum est: tñ ex æquitate teneretur: qa si ex modica ex-
pēsa est effectus patronus magni, & sumptuosi ędifi-
cij, perempta, vel annihilata dote ipsius capellę, tene
retur iterum illam capellā dotare, ne ecclesia prædi-
cta fraudet̄ in iure suo, & ne duplici onere grauetur,
ar. l. eum qui. ff. de iureiu. 7. q. j. c. cum percussio. 5. di.
c. cum mulier. l. omnes. C. de epis. & cle. cum si. debet
ergo releuari ecclesia in eo, ꝙ dote perempta patro-
nus teneatur illam iterum dotare, & si aliter dicere-
mus, sequeretur quoddā incōueniēs, ꝙ eccl'ia patere
tur defectū in ministris, & diminueret̄ cultus diuinus
ꝯ dispositionem. c. penul. de cler. non resi. qđ non vi-
 detur

detur fuiſſe de mente ipſorum procuratorum cōcedentium: nec de mente ipſorum patronorum dotātiū. Eoq; maximè, quia in dicta ſupplicatione dixerunt hoc modo, ꝙ ſi in dicta eccleſia capella ipſa fundaretur tā de prædicta ſumma, q̃ de nonnullis alijs bonis ipſius teſtatoris capella huiuſmodi ꝯmodius, & decentius fundaretur, & ornamētis & alijs neceſſarijs huiuſmodi fulciretur: & etiam ibi quotidie diuinis deſeruiretur laudabiliter. Ecce nunc, qualiter tota mens ipſorum patronorum fuit, ꝙ ibi deſeruiretur quotidie, & pp hoc obtinuerunt a Papa ſuam petitionem: ergo ſeruent illud, quod promiſerunt, ſcilicet, ꝙ quotidie ibi deſeruiatur laudabiliter, & p ꝯns manuteneant, ibi capellanum quotidie deſeruientē horis congruis & oportunis. Et ex prædictis multifariè, multiſque modis reſultat concluſio indubitata: ꝙ ex diſpoſitione prouiſionis eccleſiæ prędictę, item ex forma cōceſſionis eis factæ, item ex libello eorum ſupplicatorio tenentur dicti patroni, iterum dotare cōgruenter ipſam capellam, vt ſacerdos proprius ea agat, de quibus ſuperius dictum eſt & iſta pars eſt ſequenda, quia per eam fauetur religioni, vt l. ſunt perſonæ. ff. de reli. & ſump. fu. eſt. n. eccleſiæ fauendum: vt in c. fi. de teſta. 12. q. 2. c. religioſam. 14. q. 2. c. ſuper prudentiam. l. id quod pauperibus. C. de epiſcop. & cle. cum ſi. ¶ Nec obſtant allegata in contrarium. primo cū dr̄, ꝙ dicta capella veniebat dotanda ſm modum, qui videbitur dictis procuratoribus: & ſic firmum & validum, & inuiolabiliter ſeruetur: qa iſtud
17 tollitur multipliciter: primo per illa verba, † prout videbitur, quæ important arbitrium boni viri: vt l. fideicommiſſaria libertas. ff. de fideicommi. & per Bartolum in extrauag. ad reprimendam, in verſi. videbitur. & no. in l. ſi ſic. ff. de leg. 1. & in l. alio. ff. de alimē. & cib. lega. & in c. j. de conſtit. per ſcribentes, & ideo talis cōceſſio regulabitur ſm arbitrium boni viri, & omnis bonus vir ita arbitraretur, quòd iterum tenetur dotare capellam, annihilata dote. & ideo non obſtat contrarium. Secundo modo tollitur & aliter, videlicet licet in dicta prouiſione dicatur. ſecūdùm modum, qui videbitur ipſis officialibus: tamen illa ita lata poteſtas eſt reſtricta, & limitata p ipſammet prouiſionem, dum dicit, ſit firmum & validum, & debeat inuiolabiliter obſeruari cum modificationibus tamen & conditionibus infraſcriptis, videlicet, & immediate apponit illam clauſulam, ꝙ teneatur dotare capellam: ita ꝙ vnus ſacerdos poſſit pro illa dote ſtare, &c. & ſic licet poſſint componere, prout eis videbit̄, nihilominus non poſſunt excedere, quin vnus ſacerdos debeat pro illa dote ſtare, in dicta eccleſia horis congruis, & miſſam celebrare quotidie. & ſic non obſtāt prædicta verba. Nec ob. cum etiam dicitur, arbitrio dictorum procuratorum, quia illa verba ſi bene ponderēt̄ur, ſunt prolata ad aliud ſignificatum, videlicet ꝙ ſacerdos omni die teneatur celebrare in dicta capella arbitrio procuratorum: & referuntur illa verba ad horam celebrandi tempore debito: ex eo qa conſuetū eſt in dicta eccleſia, ꝙ celebrēt ſigillatim certis horis ad hoc, vt populus poſſit diuerſis horis mane audire miſſam. & ideo dicti officiales conſueuerunt arbitrari, ꝙ vnus capellanus celebret miſſam poſt alium, & hanc interpretationē habent illa verba. l. minimè. ff. de legib. cum ſi. Et ſic cum arguebatur. poteſtas officialis regulatur ſecundùm formam mandati, concedo iſtud: ſed cum dicebatur, ꝙ iſti procuratores poterant componere, vt eis videbatur, hoc procedit, vt prædictū eſt. Nec ob. cum dicebatur, ꝙ extincta fuit actio primitiua per aſſignationem congruæ dotis: per gl. in l. ſi cum fundum. cum multis ſuperius allegatis, quia illud non procedit in caſu noſtro: loquuntur enim illa ꝯria in caſibus requirentibus cauſam inſtantaneam & momentaneā, ſecus ſi requirerent cauſam ſucceſſiuam, quia tunc momēto non eſſet ſatisfactum actui requirenti durationem & perſeuerantiam, & ita eſt caſus noſter, vt ſuperius dictum fuit, & plus etiam videtur dicendum, ꝙ poſito, non tamen conceſſo, ꝙ eſſet dubium, an iſta actus requireret cauſam monentaneā, an cauſam ſuceſſiuam, tamen fauore eccleſiæ & cultus diuini prę́ſumeremus cauſam ſucceſſiuam, vt voluit An. in præalleg. conſilio: vt enim fauore vltimæ volūtatis, ita dicamus fauore cultus diuini. Et ex prędictis concludo, dictos patronos volentes ſibi retinere ius patronatus in d. capella compellendos eſſe iterum aſſignare congruā dotem dictæ capellæ: vt proprius ſacerdos valeat quotidie celebrare, & reſidere in eccleſia præfata horis congruis.

EPITOME.

¶ Stante ſtatuto, quòd de omnibus bonis ſoluatur gabella, nō ſoluetur de bonis quæſitis per eleemoſynas.

SVMMARIVM.

Lex generalis nūquam derogat priuilegio ſpeciali, niſi de eo mentionem faciat. nu. 2. & 3.

Confirmatio generalis non confirmat iniuſta ſtatuta. nume. 6.

Conſtitutio dicitur contra libertatem eccleſiaſticam, quando clerici timidiores fiunt. numero 9. & 11.

Dictū in vno, quod frequētius eſt, nō videtur ī alio negatū. n. 12.

CONSILIVM XXIIII.

VIſo puncto & bulla beati Antonij & inſtitutione eccleſiæ Beati Petronij, & confirmatione Eugenij Papæ, pro clariori huius conſultationis deciſione paucula in medium afferam. & videtur primo dicendum, quòd officiales Beati Petronij poſſint exigere a fratribus, & nūtijs beati Antonij, quęrentibus eleemoſynas in comitatu & diſtrictu Bononienſi, hoc modo. Quæ ſunt † conſuetudinaria non
1 ſunt arbitraria. ita dixit Baldus in lege quicūque. C. de ſer. fugi. cōſuetudo enim eſt lex, prima diſtinctione. capitulo conſuetudo. & mos eſt. l. de quibus. ff. de legi. §. ex non ſcripto. inſtit. de iure naturali. ſed conſuetudo longæua viget in eccleſia Beati Petronij: vt officiales dic. eccleſiæ exigant certā portionem, iuxta arbitrium ipſorum officialium. ergo talis conſuetudo ſeruanda eſt. minimè enim mutanda ſunt, quę certam interpretationem habuerūt. l. minimè. ff. de legi. Et ſi dicat̄ ꝙ illa ꝯſtitutio fuit edita a laicis. ergo in præiudiciū monaſteriorū, & præceptoriarū beati Antonij nō valuit, vt capitulo eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. Ad hoc reſpōdeo, ꝙ licet fuerit edita a laicis, nihilominus fuit in forma ſpecifica cōfirmata a Romano Pōtifice, ex certa ſcientia & proprio motu, quo caſu dicitur effecta eſſe cōſtitutio papalis, & ceſſat eē ꝯſtitutio laicalis, omnia. n. noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur, capitulo primo & ſecundo, de confirmatio. vtili vel inutili. lege prima. §. omnia enim noſtra merito facimus. C. de veteri iure enucleando. ideo dixit Baldus in lege ex placito. C. de rerum permuta. quòd ſi Papa confirmat ſtatuta ſpoletana, quòd amplius non dicuntur ſtatuta ſpoletana, ſed ſtatuta papalia, adeo quòd trāſgreſſio illorum dicitur trāſgreſſor ſtatutotum papalium. facit, quod notat Innocentius & glo. in ca. j. & ſecūdo, de ꝯfirma. vtil. vel inutili. dicamus in caſu nr̄o, ꝙ iſti officiales beati Antōij q̄rētes iſtas eleemo-ſynas,

synas, seu quæstas, sunt ligati constitutione papali, quo casu possunt. 9. quæst. 3. c. cuncta per mundum, & ca. per principalem. conditori enim canonis subdita est omnis creatura: vt singulariter dixit Innoc. in capitulo primo, de constitutionibus, & sic per istā constitutionem Sancti Petronij effectā papalem per confirmationem Papę Eugenij poterunt isti quęrentes quæstas in diæcesi Bononiensi cogi ad soluēdum illud, quod pręfatis officialibus videbit: & ista erant, quæ iudicio meo reddebant præsentem cōsultationem dubiam, sed istis subratis apparebit indubitata veritas. ¶ Et quamquam ista sint colorata & apparentia satis: tamen casum nostrum non attingunt. ideo illis, non obstantibus contrarium puto de iure verius, videlicet, ꝙ nullo modo possint exigi ab istis officialibus beati Antonij quęrētibus quęstas, quod sic ostendo. Et pro clariori euidentia dicendorum præmitto, ꝙ fratres & nuntij monasterij beati Antonij pro quæstis faciendis, ac votis, eleemosynis, & legatis recipiēdis nomine eiusdem sancti ad opus pauperum & infirmorum hospitalis monasterij antedicti, sunt priuilegiati, vt ordinarij ecclesiarum prçlati eis concedāt literas oportunas, liberè & sine exactione aliqua pro huiusmodi eleemosynas colligēdis, & liberi sunt adeo, ꝙ nec subditi ipsorū ordinariorum nec cathedraliū, nec collegiatarum ecclesiarum possunt ab eisdem extorquere aliquid occasione supra dicta, idque est a multis Romanis Pontificibus confirmatum: vt ex tenore bullæ liquidæ apparet. & etiā illud priuilegium, si bene ponderatur, fuit indultū, antequā emanasset illa prouisio beati Petronij, seu saltem antequam emanasset confirmatio Papæ Eugenij: vt ex ipsius bullæ serie manifestè colligitur: nā Martinus Papa quintus refert in sua bulla, hoc priuilegium fuisse indultum per Clementem quintum, & per Innocentium sextum, & per Bonifacium octauum, quibus præsuppositis arguo sic formaliter: lex
2 † generalis nunquam derogat priuilegio speciali, nisi fiat mentio de ipso priuilegio, ista est gloss. singularis in l. decurionibus. C. de silētiar. lib. 12. quam ad hoc summè ponderauit illustris doctor Bald. in l. placet. C. de sacrosan. eccle. & idem Bal. in l. j. C. de Iusti. codi. per illum text. in ver. si quæ verò. vbi dixit, ꝙ lex superueniens non tollit priuilegiū, nisi de eo faciat mētionem, & ibi Bal. allegat gl. in d. l. decurionibus. sicut non tollit ꝯsuetudinē spālem alicuius loci. allegat. c. licet Romanus Pontifex. de cōsti. lib. 6. & idē Bald. in c. j. in princ. vbi tex. dicit de anno & mense, & alibi dicitur de anno & die, & sic lex posterior nō intelligitur derogare priuilegijs militum, de quo dicit esse glo. singularē in d. l. decurionibus, & ibi Bal. dicit ita esse tenendum omissis ambagibus, quas indocti recitant in cathedra, quæ non sedetur, sed incumbitur ab eis secundùm eum ibi. bene facit ad hoc cap. multi. 40. dist. & etiam illam glo. allegauit pro singulari Lud. Ro. in l. hac consultissima. C. qui testa. face. poss. ad hoc videlicet, ꝙ reuocatio generalis priuilegiorum non extenditur ad priuilegium alicui specialiter concessum. Et optimè facit ad hoc gl. in d. l. hac
3 consultissima. vbi † quando lex est in casu speciali, & specialiter dicit, debere interuenire aliquam solennitatē, quæ generaliter interuenire debebat in actu ab vno quoq; confecto, tunc lex noua superueniens illam solennitatem generaliter remouens non intelligitur remouere in casu illo speciali, ex quo de eo mētio specialiter facta non est. Modo in casu nostro ista ponūt gladium ad radicem. nam istis fratribus nuntijs monasterij sancti Antonij est specialiter indultū: vt pro literis obtinendis ab ordinarijs & ab alijs similibus psonis pro suis quęstis faciendis nihil soluant, licet constitutio beati Petronij disponat generaliter, quòd euntes ad quęstas faciendas soluāt officialibus prædictis illud, quod ipsi arbitrari fuerint, non videtur derogasse illi priuilegio specialiter indulto: vnde licet comprehendat, alios facientes dictas quæstas: non tamen comprehendit ipsos fratres, & nuncios beati Antonij in hoc specialiter priuilegiatos, nec ēt mens Papæ Eugenij fuit in confirmanda dicta constitutione præiudicare iuri tertij in hoc priuilegiati. cap. super eo, de offic. deleg. cap. quàmuis, de rescrip. lib. 6. l. cum auus. C. de emancipat. lib. l. j. §. merito. & §. si quis a principe. ff. ne qd in loco publico. cum si. Et per ꝯsequens passim, & sine exactione aliqua possunt obtinere literas ab officialibus prædictis, & videtur per ista sopita & decisa præsens quæstio. Præte
4 rea est ponderandum diligenter, quia ista † prouisio fuit edita a laicis. ergo non pręiudicat nec rebus, nec personis ecclesiasticis. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, de consti. condere enim constitutionem est iurisdictionis, vt dicit Innocen. in c. cum accessissent. de consti. & ibi per omnes scribentes. gloss. in l. j. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Bartol. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. & Bald. in authentica, quibuscūque modis. C. de sacrosanctis ecclesijs. text. in l. fin. ff. de iurisdictione omnium iudi. & in c. vt animarum, de constitut. libro 6. sed laico est interdicta omnis iurisdictio in personis & rebus ecclesiasticis: vt in dicto capitulo ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. & in c. bene quidem 96. dist. cum simil. ergo est interdicta omnis potestas statuendi in tantum, quòd nedum non possunt per suam constitutionem ligare res & personas ecclesiasticas expresse, imo nec etiam tacitè per verba generalia ipsius constitutionis. ita dixit Bald. in lege final. §. in computatione. C. de iure deliberā. quòd generalia verba statuti laicorum non comprehendunt impossibilia iurisdictioni ipsorum statuentium, quod dictum fuit Ioannis monaci in capitulo vt animarum, de constitutionibus lib. 6. refert dominus Antonius in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. pręallega. tex. in capitu. a nobis, de sententia excommunica. & ibi domi. Abbas de Sicilia, text. & ibi domin. Anton. in cap. tua, de decimi. Bald. in l. finali. C. de sacrosan. eccle. ergo sequitur, quòd ista constitutio Sancti Petronij non ligat res & personas ecclesiasticas expressè, vel tacitè. & sic est nullius effectus, aut vigoris. Si dicatur, amice, fateor tibi de plano constitutionem non tenere: sed accessit confirmatio Papæ, quo casu sustentatur vigore confirmationis, & eoq; magis cū
5 interuenerit pluries confirmatio, quo casu † est fortior, & efficaciorem effectum operatur. argumento eius, quod dicimus de geminatione: vt l. 1. C. de plus peti. & in l. cum scimus, de agr. & censi. lib. 11. l. antiquæ. C. ad Velleian. l. fina. C. ad l. Falcidiam. instit. de actio. §. de constituta. cle. cum a repulsione, de appe. & per hoc dixit Angelus, in l. de pupillo. §. qui opus nouum. ff. de operis noui nun. quòd potest peti confirmatio sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, & voluit Bartol. in l. si expressim. ff. de appellatio. sed si fuerit bis confirmata, operabitur alium effectum, cle. j. de re iudic. Ita in proposito nostro ista constitutio fuit pluries & pluries confirmata, & per Romanos Pontifices & per legatos de latere. Ad ista ego re
6 spondeo, aut ista † confirmatio fuit generalis, & tunc non videtur ꝯfirmare statuta iniusta. vnde dixit Bal. in capitulo primo, in tit. per quos fiat inuesti. in vsib. feud. illum tex. esse argumentum ad generalem confirmationem priuilegiorum, ꝙ non intelligitur confirmare, nisi iusta priuilegia, alle. l. j. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & ibi dixit Bart. ꝙ cōstitutio generaliter confirmatoria statutorum, seu consuetudinum non extenditur ad constitutionem iniustam, & videtur casus notabilis, in l. j. C. de monopol. & ita illum

tex.not.ibi Bal.& facit c.j.de iureiur.lib.6.c.Quintauallis,& c.veniens,eo.titu.glo.in l.non videtur.§.qui iussu.ff.de reg.iur.& sic cũ ista constitutio sit iniusta, ergo non videtur confirmata per illam confirmationem generalem. Et si forte quispiam dixerit, ꝙ ista
7 † ↄfirmatio fuit facta in forma specifica:quia ex certa scientia & proprio motu Papę:& sic confirmatio fuit in forma,vt voluit Bal.in d.l.ex placito.quia Bal. ibi, in versi.& hæc facere ad quæstionem.dicit Papa confirmauit statuta spoletana:an illa statuta dicantur papalia, ita ꝙ trãsgressor puniatur tanquã transgressor statutorum papaliũ,& subdit,aut Papa confirmat tanquam causa vniuersalis, & non sunt effecta statuta papalia.l.omnes populi.ff.de iustit.& iur. aut tanquàm causa specifica: puta confirmat statutũ,ꝙ pater possit relinquere spurijs,& tale statutum intelligitur papale,& sic Bal.ponit regulam, ꝙ tunc Papa dicitur confirmare tanquam causa specifica, quãdo Papa exprimit illud statutum, quod non fuit factum in casu nostro. Et si quispiam dixerit, ꝙ imo fuit facta specialiter mentio: quia in ea dicitur,omnia & singula tam vetera, quàm noua dictæ ecclesiæ & fabricę statuta,& constitutiones,quorum statutorum & constitutionum principia,seu rubricę de verbo ab verbum inferius descripta existũt auctoritate Apostolica,motu proprio:& ex certa scientia prędictis inhæremus,& etiam confirmamus,& præsentis scripti patrocinio communimus,& postea cõnumeratur rubrica de quæstis faciẽdis:& sic tanquam causa specifica Papa confirmauit cõstitutionem præfatam,loquentem de quęstis.quinimo adest fortius,ꝙ
8 in dicta confirmatione apponuntur† clausulæ derogatoriæ in optima forma, videlicet non obstantibus præmissis,ac cõstitutionibus,& ordinationibus,nec non priuilegijs,& literis apostolicis generalibus, vel specialibus,quoruncunque tenorũ existant,etiam si de illis, vel eorum quolibet specialis & expressa, ac de verbo ad verbum mentio habenda sit,quibus, & ipsorum cuilibet, quo ad præmissa specialiter derogamus,statutis quoque, consuetudinibus dictæ ecclesię,iuramento,confirmatione apostolica,vel quacunque firmitate alia roboratis, cæterisque contrarijs quibuscũq; &c.ista clausula derogatoria ita pinguis, & prægnans est apposita in huiusmodi confirmatione:quo casu videtur sublatum illud, quod superius dictum fuerat,ꝙ constitutio contraria non videtur tollere priuilegium specialiter concessum alicui,per illam glossam in d.l.decurionibus:quia glo. procedit eo casu, quo constitutio reuocatoria esset generalis: sed quãdo est expressa & specifica,ac si de verbo ad verbum deberet fieri mentio,tũc est secus, vt in casu dictæ confirmationis, & hoc videtur facere magnam dubitationem in ista consultatione:per hoc tollitur illud,quod dici potuisset,videlicet,ꝙ ista confirmatio videtur esse quoddam priuilegium, & videtur fecisse illam constitutionẽ transiuisse in vim priuilegij,iuxta nota.per do.Anto.in c.cum omnes, de constitu.in c.dilectus,de temp.ordi.& in c.nouit, de iudi.quo casu priuilegium generale non derogat priuilegio speciali, vt latissimè nota.in capitulo primo,de rescript.per omnes scribentes,& quod nota. in l.sancitio legum.ff.de pet.& in capitulo generi,per speciem,de regulis iuris libro sexto,decret.quia imo ista constitutio videtur per illam confirmationem transiuisse in priuilegium speciale,quo casu derogat alteri priuilegio speciali contrario: posteriora enim derogant prioribus.l.pacta nouissima.C.de pact.capitulo licet,de constitut.libro sexto, cum similibus. Ad omnia ista potest dari sufficientissima responsio, videlicet posito,quòd ita sit: quòd per istam confirmationem sit derogatum priuilegio illorum fratrũ, & nuntiorum monasterij Sancti Antonij,nihilominus per bullam moderni Pontificis est reductum illud priuilegium in suum pristinum vigorem, & in suam primæuã firmitatem.vnde sanctissimus D.noster Nicolaus in sua bulla confirmatoria reponit illud priuilegium in suam validitatem. dicit enim dicta bulla,cęterum vt earundem literarum tenor prędictus sit insertus omnimodam rei seu facti certitudinẽ faciat apostolica auctoritate decernimus, vt illud idem robur,eandemq; vim,& eundem vigorem dictus tenor habeat,quam haberent originales literæ supradictæ, ac eadem prorsus ipsi tenori fides adhibeatur, quandocunq; & vbicunq; in iudicio, vel alibi,vbi fuerit exhibitus, vel ostensus:ac eidem stetur in omnibus, sicut ipsis originalibus literis staretur, si forent exhibitę, vel ostensæ.si ergo Papa in ista confirmatione confert illis bullis, vel literis illud ius quod haberent literæ originales,sed per literas originales habẽt isti fratres priuilegium, vt liberè sine aliqua exactione habeant literas: ergo sequitur,ꝙ non obstante confirmatione Eugenij,isti fratres poterũt sine exactione facere quæstas suas.Nec etiam obstat ꝙ in dictis literis dicitur,ob hoc autẽ nullum ius præfatis Abbati & conuẽtui de nouo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo reseruari. Quia ad hoc respondeo, ꝙ istud sufficit, ꝙ eis reseruetur ius antiquum: & per ꝯñs non est sublatum priuilegium eorum. Præterea, & ad hoc est accuratè animaduertendũ: quia in capitulis celebratis inter sanctissimũ dominum D.Nicolaũ Papam & cõmune Bononiæ, extat vnum capitulum, ꝙ cõstitutiones beati Petronij habeãt & teneant,ni si eatenus,quatenus sint cõtra libertatem ecclesiæ,quo casu Papa videtur infirmare illas constitutiones, inquantum sapiunt & disponunt contra libertatem ecclesiæ: sed ista constitutio beati Petronij,vt fratres facientes suas quæstas pro eleemosynis,& pijs factis votis in honorem beati Antonij,teneantur soluere illud,quod dicti officia
9 les arbitrabuntur, est contra† libertatem ecclesiæ, ergo sequitur, ꝙ est nullius momenti.Quod autem sit contra libertatẽ ecclesiæ talis constitutio,probo euidentissimè. Constitutio tunc dicitur esse contra ecclesiasticam libertatem,quando per talem constitutionem clerici efficiuntur timidiores.ita dixit Bar.in auth.cassa.& irrita.C.de sac.san.eccle.& in l.1.§.quę onerandæ.ff.quarum re.actio.non detur.& est gloss. singul.in authent.de non alie.§.vult enim,quam ad hoc allegat Bal.post Gulielmum in d.authent.cassa. & istam doctrinam Bar.sequitur do.Abb. de Sicilia, in c.nouerint,de senten.excommu.ergo sequitur, ꝙ est nullius effectus.Facit etiam, quod voluit Innoc. in d.cap.nouerint.vbi dixit, quòd tunc dicitur constitutio esse contra ecclesiasticam libertatem,quando est contra priuilegium in vniuersali,sed si sit contra priuilegium datum huic ecclesiæ,dicitur esse cõtra priuilegium huius ecclesię,& non contra libertatem ecclesię,quod dictum sequũtur communiter doctores, in d.cap.nouerint.& illud reputat singulare D.Card.Florentinus in repetitione.c.perpendimus, de senten.excom.in 3.q.sed ecclesiæ in vniuersali.est concessum, vt sit immunis a collectis impositis per constitutiones laicorũ,vt in c.non minus,de immu. eccle.ergo.Facit etiam.c.j.de priuile.libr.6.& ibi do. Dominicus de sancto Geminiano dicit in primo no
10 tabili, ꝙ priuilegia † exemptionis dicuntur concernere libertatem ecclesiasticam,& ideo dicit,ꝙ statuta laicorum, quæ tendunt contra exemptionem clericorũ,& ecclesiarũ dicuntur esse contra libertatem ecclesiæ. Cũ ergo ista constitutio tendat contra exemptionem monasterij & conuentus beati Antonij.ergo sequitur, ꝙ est cõtra ecclesiasticã libertatẽ:& per consequens

consequens non tenet talis constitutio. Facit etiam, quod eleganter dixit idem dominus Cardinalis in p̄allegata repetitione, vbi quærit, quid si ab vna ecclesia particulari exiguntur collectæ per laicos, an dicatur fieri contra ecclesiasticam libertatem: & decidit ꝙ sic: & allega. d. c. non minus. de immu. eccle. Idem etiã dicit ibidẽ, cõmune Prati fecit statutum, ꝙ nullus allegaret, ꝙ p̄positus Pratensis nõ haberet quasi ep̃alem iurisdictionem in loco: an dicatur contra libertatẽ ecclesiæ: & decidit ꝙ sic: & ita refert in quæstione facti ꝯsuluisse Lapũ, allegat. c. quoniã. de immu. eccle. lib. 6. & c. fi. de re. eccl. nõ alie. dicit etiã ibi
11 dñ D. Cardi. Pone, ꝙ alicui † ecclesiæ particulari cõpetit aliquod priuilegiũ, & illud priuilegiũ violatur: an dicatur fieri ꝯ libertatẽ ecclesiæ: & valde solenniter decidit ibi ꝙ sic. Et sic certo certius est, ꝙ siue dicamus, ꝙ istud priuilegium sit excitatiuum iuris cõmunis, talis constitutio est contra libertatem ecclesiæ; cum contra ius commune in fauorem ecclesiarum sit inductum, vt libere, & sine exactione possint consequi vota pia, & legata, & eleemosynas, siue dicamus, ꝙ istud sit priuilegiũ speciale indultũ fratribus monasterij Sancti Antonij, seu indultũ ꝯuentui, dicet ꝯ ecclesiasticã libertatẽ: vt voluit do. Car. & per consequẽs talis constitutio est nulla non obstante confirmatione facta per do. Eugenium, & per hoc etiam tollitur contrarium superius allegatum. Præterea tollitur ex alio: nam in bulla concessa præfato monasterio Sancti Antonij dicitur. Dilecti filij Abbas & conuentus monasterij Sancti Antonij, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, quæ verba, ex quo sunt prolata a Papa, probant, vt in cle. 1. de prob. licet verba enũciatiua regulariter non probent, vt in c. si Papa, de priuileg. lib. 6. c. fi. de succ. ab intesta. l. ex hac scriptura. ff. de dona. cum si. & sic apparet clare, ꝙ dictum monasterium immediate est, subiectum Romanę ecclesię. tunc arguo sic, ista constitutio Sancti Petronij nõ loquitur de fratribus, aut nuntijs beati Antonij venientibus ad faciendas quæstas. ergo sequitur, ꝙ sine exactione aliqua possent facere quęstas, quod sic ostendo, illa constitutio loquitur de venientibus ad faciendas quæstas in ciuitate, aut comitatu Bononiæ, aut Imolæ, & sic loquitur generaliter: non enim loquitur specialiter de fratribus, aut nuncijs beati Antonij: sed regulam habe-
12 mus, ꝙ † generalia verba statutorum non comprehendunt impossibilia ipsi statuenti, idest eos, q non sunt subiecti iurisdictioni statuẽtis. l. qui tabernam. ff. de ꝯtrahen. emp. Bar. in l. si quis sub conditione. ff. de condi. insti. ita dixit Bal. in l. fin. §. in computatione. in finalibus verbis, & superius late retuli. C. de iure delib. sed impossibile est, ꝙ ista constitutio beati Petronij liget istos fratres beati Antonij: ex eo quia nõ sunt de iurisdictione ecclesiæ Sãcti Petronij: sunt enim immediate subiecti Papæ: ergo sequitur, ꝙ nõ potest eos ligare per suam constitutionem, quia condere statutum est iurisdictionis, voluit Inn. in c. cum accessissent, de consti. & superius late dictum fuit. ergo si non habet iurisdictionem supra illos fratres, sequitur necessario, ꝙ non habet potestatem ligandi eos per suam constitutionem, licet ergo illa constitutio loquatur generaliter, non tamen comprehendit illos fratres beati Antonij, & per consequens sequitur, quòd confirmatio Eugenij Papæ, posito, quòd confirmasset istam cõstitutionem, licet esset contra libertatem ecclesiasticam, non præiudicauit istis fratribus, quia licet confirmatio in forma specifica validet confirmatum, non tamen illud extendit ad ea, quæ nõ erant comprehensa sub illo confirmato, iuxta not. in d. c. 1. & 2. de confirma. vtil. vel inutil. inducta enim ad vnum effectum non debet contrarium, vel aliud operari. l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. cum simi. & sic ex isto capite non obstat confirmatio Eugenij Papæ, istis fratribus beati Antonij. Et si diceretur ex aduerso, quòd ista bulla nullo modo comprehendit ecclesiã Sancti Petronij. ergo sequitur, quòd officiales dictæ ecclesiæ possunt exigere. loquitur. n. de Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & de ecclesijs cathedralibus, & collegiatis, & de earum capitulis, sed ecclesia Sancti Petronij non est cathedralis in ciuitate Bononiæ: nec etiam est ecclesia collegiata. ergo sequitur necessario, ꝙ dispositio dictę bullæ nõ disponit ꝯ constitutionem Sancti Petronij. Ad hoc respondeo, ꝙ licet ecclesia Sancti Petronij non sit cathedralis, vel collegiata, nihilominus vltra cathedralem ecclesiam in ciuitate Bononiæ, quæ est ecclesia beati Petri, existit principaliter: ita formaliter disponit D. Eugenius in bulla confirmatoria superius allegata, & in prin. & sic est secunda & prima immediate post ecclesiam cathedralẽ. ergo sequitur, ꝙ sicut bulla beati Antonij disponit de ecclesijs cathedralibus & collegiatis, ita disponit de ecclesijs, quæ sunt principales post ecclesiam cathedralem: vnde ideo fecit specialẽ mentionem de ecclesijs cathedralibus & collegiatis, & earum capitulis: quia de his verisimiliter erat cogitãdum, quòd istam exactionem imponerent. illud idem ergo censetur statutum de alijs ecclesijs principalibus post cathedralẽ. Facit ad hoc glo. quę reputatur singula. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. & glo. elegans & solennis in cle. Abbates, de rescript. in versicu. & licet, de religiosis, quę dicit, quòd illud idem, quod Papa statuit ibi expresśe de religiosis habentibus loca subiecta, procedit in secularibus habẽtibus loca subiecta in aliena dięcesi. & ideo ibi expressit de religiosis: quia magis frequentabatur, & ibi dicit domi. Anto. quòd dictum in vno non videtur in alio negatũ: quando ratione maioris frequentationis id est dictum & expressum, quam glo. dicit ibi Ioannes de Imol. alibi non reperiri de iure canonico. sed ego allego aliam glo. in clem. 1. de sup. neg. prælato. & etiam ego aliam in c. si post præstitum, de confess. libr. 6. super versi. reus, quæ quærit, cum ille text. loquatur in reo, an idem erit in actore, quando est eadem ratio in vtrobique, & decidit, ꝙ sic. & ideo illa constitutio disposuit de reo: quia cõiter actus, super quo disponit, accidere solet in reo, ergo idem in actore. Ita dicamus in proposito nostro. & ibi do. Dominicus allegat gloss. in d. cle. Abbates. & etiam ego allego aliam glo. in cap. diaconus. 26. dist. & ibi Dominicus allegat gloss. in capitu. vno, de re. permut. libro sexto, & glossa in dicta clementina Abbates, ergo sequitur viua ratione, quòd dicta bulla comprehendit ecclesiam Sancti Petronij. Hoc ostẽditur clarius ex ipsa bulla: quia loquitur de subditis Patriarcharum, Archiepiscoporum & Episcoporum. ergo sequitur, quòd comprehendit ecclesiam Sancti Petronij. Nec obstant in contrarium allegata. primo cum dicitur, quòd quæ sunt consuetudinaria, non sunt arbitraria: concedo, quando illa consuetudo est de iure valida, & non est contra ecclesiasticam libertatem: vt in capi. finali, de consuetudin. Sed in casu nostro ista consuetudo est corruptela; & contra ecclesiasticam libertatem, vt est superius ostensum. ergo sequitur, quòd non potest allegari ista consuetudo, & ideo de facto videtur fuisse seruata: & forte potuit illud contingere ex negligentia ipsorum fratrum non vigilantium pro iure ipsius monasterij. Nec obst. cum dicitur, ꝙ per confirmationem Papæ incepit habere robur & firmitatẽ: quia posito ꝙ ita esset: non tñ præiudicauit priuilegio ipsorũ fratrũ ex eo: qa monasteriũ beati Antonij est immediate subiectũ ecclesiæ Romanæ. Itẽ quia illa [illegible]

quoad constitutiones, quæ sunt contra libertatem ecclesiasticam, non prodest: vt in capitulis factis inter do. Nicolaum Papam, & commune Bononiæ, vt superius est dictum. Item quia posito ꝙ dicta confirmatio valuisset, nihilominus dicta bulla beati Antonij reassumpsit illud robur, quod ab antiquo habebat per cõfirmationem domini Nicolai Papæ. Item tollitur illud contrarium ex his, quæ superius dicta sunt. Et ex istis videtur elici conclusio manifestissima, quòd fratres & nuntij, aut alij nomine ipsorum fratrum beati Antonij possunt obtinere literas liberè, & sine aliqua exactione ab officialibus beati Petronij. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Testator quispiam Bononiæ testamentum fecit, ac de bonis suæ hereditatis capellam, quam Ferrariæ curauerat ædificari, dotari voluit summa trecentum librarum. Cæterum cum Bononiensi statuto caueretur, vt de contractu gabella solidorũ duorum pro libra, pro fabrica ecclesia Sancti Petronii solueretur, respondet Barb. secundùm ea quæ proponebantur, hæredes dicti testatoris solidos duos pro libra illius dotis, licet alibi legatæ, dictæ ecclesiæ Sancti Petronii debere.

SVMMARIVM.

Argumentum, de contractibus ad vltimas voluntates validum est. nume. 1.

Legatum in genere de hæreditate adiectũ, non magis bona vnius loci, quàm alterius afficit. nu. 3.

Gabella soluenda est in eo loco, vbi testamentum fuit factum, numero 4.

CONSILIVM XXV.

Bene Cuncta geruntur, si fiat principium decens & amabile Deo, in auth. quomodo oporteat episcop. in principio. j. q. j. c. cum Paulus, & ca. principatus. Ideo optimi maximi Dei omni inuocato presidio, quia presens consultatio clara esse vr̃, ideo paucula in medium afferam. Et pro eius clara decisione præmitto pro euidentia, ꝙ † de contractibus ad vltimas voluntates va-
1 lidum est argumentum. l. fina. C. de verbo. significa. & per Dyn. in l. seruum filij. §. eum qui. ff. de leg. j. sed in materia contractus, si ꝯficitur, seu ordinatur contractus hic, & eius effectus porrigatur Florentiam, quoad soluendam gabellam, attenditur locus iste, vbi ordinatus est contractus, & non locus, in quem dirigitur. istud decidit multum singulariter Bald. in l. 1. C. vbi conue. qui cer. lo. promi. in ver. quero ergo de isto contractu, duo scholares contrahunt Perusij, & confertur solutio Bononiæ, vbi soluetur gabella, an Perusij, vbi contractus oritur, an Bononiæ, vbi confertur effectus, an vtrobique? & videtur, ꝙ Bononiæ, per l. quæro. ff. de solut. & l. contraxisse. ff. de acti. & obligat. in contrarium videtur, quòd imo soluetur Perusij: quia illa solutio pertinet ad conformitatem ꝯctus. ergo sicut in solennitate dẽt inspici locus vbi ꝯhitur: ita idem locus attendetur, qñ ꝯctus inter partes absoluitur, quod est verius ẜm Bald. ibi loquitur tamen per verbum forte, quod verbũ in consultore non inducit dubitationem: vt est text. & ibi hoc dicit Ioan. de Imo. in l. in substitutione. ff. de vulgari & pupilla. vbi est glo. in versic. forte. idem etiam determinauit Bald. in l. vniuersa. C. de preci. impe. offer. in finalibus verbis, vbi dicit, ꝙ cautio, quæ fit ad cautelã probationis super veteri debito, non addit forum foro: vt l. exigere dotem. ff. de iudi. secundum vnum intellectũ. & facit ad solutionẽ gabellæ, vtrũ debeat solui in loco contractus: & illa lex facit, ꝙ in loco primi ꝯtractus. ita formaliter decidit Bal. & sic licet Bal. in d. l. j. vtatur verbo, forte, nõ tamen dixit hoc dubitanter, ex quo affirmauit in dicta l. vniuersa. sequitur ergo, quòd idem debemus dicere in vltima voluntate. vnde si testator est Bononiensis & facit testamentum hic Bononiæ, & moritur hic Bononiæ, licet effectus testamenti debeat exequi alibi, gabella soluetur in loco cõditi testamenti. Præterea facit, quod voluit Barto. in commento. l. cunctos po-
2 pulos. C. de summa trini. & fide catholica. versic. nũc veniamus ad gl. ibi, † & primo quæro, quid de ꝯtractibus, vbi dicit, ꝙ aut statutũ respicit solennitatem, seu ordinationem contractus, & inspicitur locus cõtractus. l. si fundus. ff. de euic. l. 2. C. queadmodũ testamen. aperian. aut loquimur de his, quæ pertinent ad iurisdictionem, seu executionem contractus, seu decisionem quo ad ea, quæ oriuntur secundum naturam ipsius contractus tempore contractus: & tunc inspicitur locus contractus: vt d. l. si fundus. & intelligo locum contractus, vbi est celebratus cõtractus, non de loco, in quem est collata solutio. nã licet fundus debeat solui, vbi est. tamen inspicitur locus celebrati contractus: vt dicta l. si fundus. & ita sentit Dy. in l. contraxisse. ff. de actio. & obligatio. fallit in dote: vt l. exigere dotem. ff. de iudic. propter rationem ibi positam in textu: ita formaliter dicit ibi Bar. & sic decidit, ꝙ quo ad decisionem attenditur locus, in quo est celebratus contractus, & non locus, in quem est destinata solutio. Ita dicamus in casu isto, attẽdetur locus. vbi est conditum testamentũ, & non locus, in quem debet fieri executio ipsius testamenti: & per consequens soluetur gabella hic, vbi fuit conditum testamentum. Et ideo multum eleganter dixit dominus Petrus de Anchara. in c. dilecti. de foro compe tenti, in versi. Et aduerte. qa inspicere debemus locũ solutionis quoad forum, quo autem ad solẽnitatem contractus, vel quoad hoc vt sciamus, de qua moneta solui debeat, locus contractus inspicitur. vnde dicit, ꝙ si Senis promitto soluere decem libras in ciuitate Bononiæ, ꝙ intelligitur de libris Senensibus, & non de libris Bononiensibus. allegat Barto. hoc dicẽtem in dicta l. contraxisse. quod dicit esse notandum & sic cõcludit quoad forũ inspici locum solutionis: sed quoad decisionem, & ordinationem contractus inspici locum celebrati contractus: & per ista tollitur illud, quod dicebatur, ꝙ locus contractus considerátur dupliciter. scilicet locus in quo, & locus in quem: locus in quo consideratur solum quoad ordinationem & solennitatem: quia imo etiam ꝯsideratur quo ad decisionẽ, vt voluit Bart. in l. j. & 2. ff. de eo quod cert. loco. & Ange. in l. exigere dotem. præallega. & etiã quo ad solutionem gabellæ, vt voluit Bald. & etiam quoad qualitatem monetæ, vt voluit Barto. & dominus Petrus. locus vero in quem cõsideratur quoad forum: vt per glossam in dicta l. j. Nec obstat, si forte dixerit quispiam, ꝙ statutum, seu constitutio ista loquitur referendo verba sua ad bona. dicit enim, ꝙ de quibuscũq; relictis, quo casu quoad bona alibi sita nõ ꝯsideratur dispositio statuti: sed attenditur ꝯsuetudo, vel statutũ loci, vbi posita sunt: secus si verba statuti concernant personam. ista est elegans doctrina Bart. in d. l. cunctos populos. in versi. mihi autem videtur verba statuti esse consideranda. & sic videtur, ꝙ talis constitutio ligat solum bona sita hic Bononiæ. Item consideranda etiã sunt verba ipsius constitutionis,

constitutionis, dum dicunt retineantur, & retineri debeant pro fabrica solidi duo pro qualibet libra, p hæredes testatoris, & executores, vnde constitutio ista, si bene ponderentur, non intendit ligare forenses alibi habentes domicilium: quia condere constitutionem est iurisdictionis, vt voluit Innocen. in ca. cum accessissent. de constitutio. & glo. in l. j. ff. de iurisdic. omnium iudicum. Bart. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. & Bald. in authent. quibuscunque modis. C. de sacrosan. eccle. text. in c. vt animarum. de constit. lib. 6. l. fi. ff. de iurisdi. omnium iudicum. si ergo statuentes non habent iurisdictionem supra hæredes, & executores forenses. ergo non habent potestatem statuendi: & per consequens ista constitutio non intellexit de hæredibus & executoribus habitantibus extra territorium Bononiæ. Et ista faciunt dubitationem aliqualem in præsenti cōsultatione. Obstat etiam tex. in l. si fideicōmissum. §. tractatum. vers. Quid tamen si forte certis oneribus destinatum sit illud patrimonium, vt puta alimentis præstādis, quæ Romæ præstari paterfamilias iusserat. vbi est casus, ꝙ licet onus hæreditatis respiciat totum patrimonium defuncti: tamen si testator deputauit illud onus soluēdum de patrimonio, quod habet Romæ, tale onus non respicit vniuersum patrimonium, sed illud dumtaxat, quod est Romæ. ff. de iudi. Et ibi dixit tex. per illum tex. ꝙ licet executio testamenti spectet ad illum episcopum, vbi est maior pars hæreditatis, tamen si ad certum locum est executio facienda, puta fabricæ alicuius pij loci, ꝙ ad episcopum, vbi est ille locus, spectabit executio. Ita in proposito, cum ista capella debet fieri Ferrariæ, sequitur, ꝙ illa expensa respicit patrimonium, quod est Ferrariæ. Sed ad omnia ista respondeo, ꝙ illa doctrina Barto. non militat in casu nostro: ex eo quia non est hic casus noster præcisus, ꝙ ista capella sit dotanda de bonis Ferrariæ positis: nec in casu nostro petitur, ꝙ de bonis sitis Ferrariæ, soluantur isti duo Bononini pro libra. Nec ēt ipse testator di-
ff.de aqua pluuia arcen.& etiam Barto.ibi idem vo
luit,ꝙ nō requirat diem & conſulem.Modo in pro-
poſito noſtro iſta ſecūda partita, ſi bene pōderetur,
non dicitur carere tempore, ſecundum ſuperius di-
cta,& poſito non tamen conceſſo, ꝙ careat tempo-
re,non tamen propter hoc vitiat̄.qa eius fundamē-
tum & ſubſtantia non conſiſtit in tempore, nec agi-
tur de prælatione alterius creditoris.Et ſic ex prædi-
ctis elicitur cōcluſio veriſſima ex parte libri, ſeu par
titæ ipſius ſer Laurētij,ꝙ orit̄ pręſumptio ita violen
ta,ꝙ iuncta cum alijs adminiculis probat,& eſt ſatis
æquum. ¶ Reſtat nunc videre de alijs adminiculis
perficientibus probationē plenā.Et circa hoc multa
ſunt adminicula vrgentia. Primò extat fama & vox
publica,ꝙ dictus Laurētius dederat pecunias dicto
Vānucio,ſeu dicto Petro.extat etiā liber ipſius Petri,
ſeu ipſius Vannucij,in qno ꝯtinent̄ illæ partitæ con-
cordes cū libro illius ſer Laurētij,& eſt pōderandū,
ꝙ in libro ipſius Petri dr̄,ſer Lorenzo hauere p con
tāti,&c.& poſtea eſt alia ptita,in qua dr̄, ha hauuto
fiorini cēto,liquali diedi p dote:& ſic ille liber,ſeu il
læ partitæ ſunt ſcriptæ in fauorē ipſius Petri, ſeu ip-
ſius Vannucij. etiam cōtra eos extāt teſtes producti
aſſerētes de illa ſcripta, vt inferius adducam: adeo
ꝙ vnum de iſtis adminiculis ſufficienter coniunctis
partitis ſcriptis in libro illius Laurentij inducit ple-
nam probationem.Primo videamus de fama,& cer
7 tū eſt,ꝙ † fama ſi eſt antiquiſſima de ſe ſola probat
dominium:ita voluit gl.in l.ait q natura.§.cum me
abſente.ff.de neg.ge.coniuncta doctrina elegantiſſi
ma Ang.ibidem,vbi refert ſe in quæſtione facti obti
nuiſſe in ciuitate Paduæ. qdam teſtator reliquerat
domū ſuam cuidā eccleſiæ, quo teſtatore defuncto
illa domus diſcurrerat per multas manus: tandem
rector eccleſiæ petijt dictam domū.opponebat̄,ꝙ di
cta domus non erat illa, quæ relictá fuerat in pſato
teſtō,fuit pbatū,ꝙ erat fama vltra centū annos ela-
pſos,ꝙ illa domus fuerat illius teſtatoris:ꝯcludit ibi
An.ꝙ aut fama erat antiquiſſima vltra metam ho-
minū, ex tempore cuius nō erat memoria hominū
in ꝯ̃rium:& tunc fama inducit plenā probationem.
Aut fama erat recens,& tunc probata fama recenti
cum aliqbus adminiculis, tunc plenè probatur do-
miniū:& ita dicit ſe in facto obtinuiſſe Paduæ. & iō
dicebat Bal.in l.cōuenticula.C.de epi.& cler.ꝙ licet
eccl.Ro. nō poſſit probare dominium terrarū eccl.
per inſtrumenta: tn̄ ſi illud probat p famā antiquā,
ſufficit probare dn̄ium illo modo.Accedat gl.elegās
in l.proprietatis.C.de prob.vbi dicit tex.ꝙ dominiū
probatur ſingularibus teſtibus, & alijs legitimis p-
bationibus.& ibi gl.dicit,ꝙ inter probationes legiti
mas connumeratur fama conſentiens.i.conſonans
cum alia probatione.Vnde dicit ibi Bal. ꝙ vno pro-
bante veritatem & famā, & alio probante veritatē
nudam: præfertur probatio iūcta fama, allegat Iac.
8 de Are.qđ dicit eſſe notādum. nam fama† ſecundū
cum operatur ſupplēdo:nā vbi eſt vnus teſtis, famā
veriſimilis cū iſto vnico teſte iuncta facit plenā pro-
bationē,alleg.no.in d.c.veniēs.de teſti. & ideo dicit
in redditione cauſæ famæ,optimū eſſe iuſtificare il-
lam per aliquas cōiecturas:nō enim hoc eſſet dicen
dū de fama ex abrupto,qa poti⁹ diceret̄ vana vox po
puli:& inter leues hoīes de facili induceret̄, all.Bar.
circa finem in l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſti.
vbi idem dicit,ꝙ operatur fama antiqua(vt ita dixe-
rim)pſcripta,per quā pbantur antiqua dominia,de
quorum principijs nō erat memoria.ff.de proba.l.ſi
arbiter.bene facit,c.qd per nouale.de ver.ſig.& hoc
dicit eſſe maximæ veritatis ī dn̄ijs vniuerſalibus Re-
gū & Comitū,alle.qđ no.in d.§.cū me abſente.& ſic
cōcludit ibi Bar.ꝙ ſi fama eſt antiqua, tunc ipſa ſo-
la eſt ſufficiens ad probandū dn̄ium,ſed ſi eſt recens,
ſufficit ꝯcurrentibus adminiculis.Facit,qđ no.Ang.
in l.Titius.ff.qbus mo.pig.vel hypo.ſol.vbi dicit eſſe
ſingularē gl.in præalle.§.cū me abſente.& D.Floria
nus in l.j.ff.fini.regun.ſequitur iſtā partem:& alleg.
gl.in præalle.l.proprietatis, quā ad hoc reputat ſin-
gularē.Facit ēt,qđ no.Bal.in l.indicia.C.de rei ven.
in ver.quarto quæro,pater meus iam ſunt 20.anni,
emit pdia,& inſtrumēta nō reperiuntur, nec teſtes:
qa ſunt mortui:iſte pater meus deceſſit iam ſunt 12.
anni, ego poſtea cōtinuo poſſedi iſta prędia per de-
cēniū,cecidi a poſſeſſione:quæro,quomodo potero
vendicare:nam per titulū patris mei vendicare non
poſſum.Itē titulus pro hærede nō hēt locū in ſuo,vt
not.ff.pro ſuo.l.ſi ancillam.§.ſi pater.allegat Bar.di-
centem,ꝙ pbato eo,quod audiui a patre meo, qui
dicebat ſe emiſſe: & ꝙ hæc fuit,& eſt publica vox &
fama,licet nō probo titulū, probo iuſtiſſimā credu-
litatē tituli,ex quo per decenniū poſſidendo pręſcri
pſi,all.gl.in l.Titio fundus.ff.de ꝯd.& demon. vbi di
ctum notabilis viri inducit iuſtiſſimam credulitatē,
multomagis fama,l.4.ff.ad macedo.l.cū quidā.§.ꝙ
dicitur.ff.de acqu.hære.all.Bar.in l.Celſus.ff.de vſu-
cap.& ſic reſultat cōcluſio veriſſima,ꝙ fama recens
cū aliquibus adminiculis probat dominium plenè.
Mō in propoſito noſtro clariſſimè eſt per teſtes pro-
batū,ꝙ fama & vox publica erat in loco,ꝙ dictus ſer
Laurentius erat creditor in dictis ducētis florenis.er
go iuncta cū libro ſuarū rationū, in qbus ꝯtinentur
data & accepta inter ipſum & dictū Petrum, ſeu di-
ctū Vānuciū,inducit̄ plena & ſufficiēs probatio, di-
ctum Vānucium eſſe debitorem ipſius ſer Laurētij,
maximè concurrente bonitate,& legalitate, & pro-
bata fide ipſius Laurētij: & ſic ex hoc ſolo ſunt dicti
actores in caſu victorię.Pręterea accedat nunc liber
ipſius rei,quo caſu videt̄,ꝙ probet, qđ decidit Bart.
9 in d.l.nuda ratio.vbi dicit,ꝙ ſi liber † rationū conti-
net aliqd ꝯ̃ ſcribentē,probat,alle.d.l.rationes,& l.q̄-
dā.§.nūmularios.ff.de edē.& l.fi.C.arbi.tu.Cū ergo
in propoſito noſtro liber iſtius Petri ꝯtineat in fauo
rem ipſius Petri, ſeu ipſius Vānucij, & ēt contra ip-
ſum Vānucium.ergo ſeqtur,ꝙ multofortius proba
bit:nā ſi in fauorē ſui inducit aliqualē fidē,ſi eſt bo
nus,& legalis vir: ergo ſeqt̄, ꝙ multomagis inducit
probationem contra ſe.& cū dr̄, ꝙ eſt nuda iſta par
tita a cauſa,reſpondeo, ꝙ nō eſt nuda:qa dicitur ha
hauere a contanti:quia dr̄ voluiſſe fidem facere, ꝙ
a contanti recepit a dicto Laurentio.vn̄ facit primo
ad hæc tex.ſingularis cōiuncta gl. ſua in l.triticū.ff.
de verb.obl. vbi quotieſcunq; præcedit aliqua cau-
ſa ſpecialis,propter quam ad id obligor,ꝙ ſimplici-
ter promitto:tunc ego videor hanc ſimplicem pro-
miſſionē ex illa cauſa feciſſe.De quo textu facit feſtū
D.Lu.Ro.in l.gn̄aliter.ff.de ver.ob.facit,qđ no.Bar.
in d.l.triticū.Modo in propoſito noſtro iam pręceſ-
ſit cauſa ſufficiens iſtius debiti:qa in pecunia nume-
rata

rata receperat dictus Vānucius ipsos ducentos florenos, vt cōstat ex libro ipsius ser Laurentij, cōcurrentibus adminiculis, de quibus supra, ipso libro referēte se ad partitam scriptam manu ipsius Vannucij: modo constito, quòd dictus liber sit scriptus manu ipsius Vannucij, satis apparet de causa. ideo refertur ad causam præcedētē, vt in d.l. triticū. Et, qa ex quo negat, ꝙ dicta partita fuerit scripta manu ipsius Vānucij, est videndū, quid iuris. est enim aduertēdum, ꝙ testes sunt cōcordes, ꝙ dictæ partitę sunt adinuicē cōcordes, nec adinuicē discrepant, & quidam testis Iannucius de Barga dicit, quòd iam sunt anni 40. ꝙ intellexit & audiuit dici, sed non recordatur a quo, & est verisimile propter longitudinē temporis, arg. l. peregre. ff. de acq. poss. & quod habetur in l. j. C. de seruis fugiti. dicit tñ, ꝙ suo iudicio hoc audiuit ab ipso Vannucio, quòd dictus ser Laurentius dederat sibi ducentos florenos, vt reaptaret apothecam suam, quæ clarior probatio haberi posset, quam quòd ipse Vannucius ore proprio confessus fuerit, & causam expresserit pro aptanda apotheca, & testis deponit, quòd suo iudicio audiuit ab ipso Vannucio, & est cōuenientissimum testimonium, considerato quòd de hoc erat publica fama, & quòd iam apparet hoc in libro rationum ipsius Laurentij, & apparent partitę scriptæ manu ipsius Vannucij. ergo istud sufficit. Et ideo dicebat Bal. multum eleganter in rubrica. in ti. de controuer. inuesti. quòd si probo per vnum testē de cōfessione, & per alium testem de numeratione,
10 † ꝙ est ꝓbatū mutuū. facit, quod no. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiuran. & Sal. in d. l. in bonę fidei. ita dicamus in casu nostro. & bñ facit, qđ habet in l. si qs ex argentarijs. §. cogentur. ff. de eden. & quod no. Iac. Bu. Bal. & Ange. & quod no. Ange. in consilio primo, vbi dicit, quòd sustentatur dictum testis domestici, vel minus idonei propter habilitatem aliorū. & qđ no. Bal. in l. imperator. ff. de statu ho. Accedat secundus testis d. Francheta, qui dicit, quòd iam sunt anni trigintaocto, vel circa, quòd audiuit a quodam Antonio quondam Petri Vannucij marito dictę dominę Iacobæ, quòd dictus ser Laurētius sibi dederat denarios in manibus, nō autē sibi specificauit quantitatem, sed tunc temporis dictus testis intellexit in terra Castri Noui a pluribus personis, quòd vulgo dicebatur, ꝙ erant trecenti aurei, & concordat dictū testis & fama, & partitæ prædictæ de dicto mutuo, & dicit se audiuisse illa verba in domo Petri Vannucij dici a dicto Antonio, & sic satis concordat cum proximo teste, & dictus Antonius erat vnus de illis ad quam spectabat onus soluendi partem dicti debiti. Facit etiam tertius testis magister Petrus, qui dicit se audiuisse a dicta do. Iacoba, & a Iuliano eius fratre, quòd dictus ser Laurentius dederat dictas pecunias, &c. quòd dicta partita scripta in ipso libro, est scripta manu ipsius Vannucij patris dicti Petri. & hoc cognoscit ex eo: quia vidit alios libros scriptos per ipsum Vānucium in apotheca, & quòd videndo literam dictorum librorum, & præsentem partitam apparet vna litera sola manu ipsius Vannucij scripta, & quòd de prædictis omnibus est publica vox & fama & vulgaris. Facit dictū Ioan. Peregrini testis, qui dicit quòd publicè dicebatur in loco, ꝙ ser Laurentius debebat habere ab hæredibus quondam Petri Vānucij florenos trecentos, & ꝙ dicta partita apparet manu ipsius Vannucij. Facit dictum Nicolai medici, qui dicit se audiuisse in terra Castri Noui corā omnibus rationantibus de factis aliorum, ꝙ dictus Laurentius dedit ducatos ducentos in depositum ipsi Petro, & centum nomine dotis ipsius dominæ Iacobæ, & dicit de legalitate & bona fama ipsius Laurentij, & quòd dictę partitę videntur esse scriptæ manu ipsius Vannucij, quia sæpius vidit ipsum scribere, & cognoscit literam eius: quia stetit in domo ipsius Petri: & quod est publica vox & fama. Modo iūgēdo omnia ista insimul, quis dubitabit, quin ex eis oriatur plena probatio. nam quæ non prosunt singula, multa iuuant. vnde dixit gloss. quæ reputatur singularis in l. 2. de excu. tuto. ꝙ duę præsumptiones faciunt vnam plenam probationē. facit ca. illo vos. de pigno. & c. ad nostram. de emp. & ven. l. instrumēta. C. de proba. Et ideo dicebat Barto. in l. j. §. itē Cornelio. ff. de qsti. quandoque plura tendunt ad faciendum vnum totum, tunc quæ non prosunt singula, multa iuuant: ponit exemplū. paries de per se, vel tectum de per se non facerēt vnam domum, sed simul iuncta sic. ita dicēdum est in proposito nostro; cum oīa ista tendant ad faciendam fidē iudici, ꝙ iste Vānucius sit debitor, seu Petrus fuerit debitor dicti ser Laurentij in prædictis ducentis florenis, tunc q̃ non prosunt singula, multa iuuant, qñque plura non tēdunt ad perficiendum vnum totum, & tunc q̃ non prosunt singula, multa iuuāt. l. prima. C. qui pro nu me. tute. & sic dicit, quod dicto huius testis. cum fama publica deberet credi tenendo opinionem, quā tenet gloss. in lege tertia. §. diuus. ff. de testibus. & qđ not. in l. in bonæ fidei. & in l. admonendi, superius
11 allegatis. nam ex † pluribus minutis probationibus resultat vna integra probatio. l. in modicis, ff. de cōtrahen. emptio. & quod not. Bal. & Salyc. in l. sciant. C. de proba. & optima glos. in c. accedens. el 2. vt lite non contesta. & in c. cum causam. de proba. & quod no. D. Petrus de Anchar. in cōsilijs suis, consilio 265. & Bal. in l. 3. C. ad l. Iul. maie. plenè per d. Abbatē in c. tertio loco. de proba. & in d. c. cū causam. & ꝑ do. meum Ioan. de Imo. in cap. veniens. el 3. de testi. Et sic ex ꝑfatis iuribus clarissima elicitur conclusio, q̃ iunctis oībus insimul resultat ꝓbatio integra & plena in fauorem actorum contra ipsum Petrum reū, posito, ꝙ de comparatione nihil esset. Nūc vero accedo ad istam comparationem, circa quam est aduertendum, ꝙ in puncto. & etiam in processu colligitur, ꝙ illæ partitæ, in quibus dicitur, ser Laurētius debet habere a cōtanti, &c. sunt scriptæ in libro apothecæ dicti quondam Petri Vannucij, signato litera B. & ideo nixi sunt isti actores probare, qualiter partire per ipsum Laurentiū in sua vacheta, quā in cā ista producit, concordant cum libro apothecæ dicti Petri Vannucij, signato litera B. & iam plene probatum est hoc per ipsos actores, vt liquidè apparet ex testibus per eos productis, quos superius retuli. & vr ꝙ nullo modo sit fienda comparatio. & hoc decidit gloss. elegans in auth. nouo iure. C. si cer. pe. quæ dicit, ꝙ ita demū fiet cōparatio scripturæ priuatæ, qñ testibus non subscriptis non coadiuuatur, vel si qui sunt subscripti, qui suis subscriptionibus attestenī: sed in casu nostro iste liber istius rei est scriptura priuata, nec coadiuuaī testibus subscriptis ī eo, nec coadiuuatur alijs testibus dicentibus se vidisse dictum Vannuciū manu sua scripsisse. ergo sequitur, ꝙ nullo modo est recurrendum ad cōparationem literarū, cum de facili posset committi falsitas: & tollenda est materia falsitatis, vt in l. comparationes. C. de fide instrumento. vbi text. loquitur de comparatione, quæ fit ex suprascriptionibus testiū, qui sunt scripti in scriptura, ex qua fienda erat cōparatio ad aliā scripturam, quæ nunc cooperatur ad fidem sibi faciendam: & in hoc illa lex corrigitur, imo hodie tali comparatione statur: qa nō sic ꝑt de facilī errari: cū plures scripturæ, & diuersarū ꝑsonarū ad hmōi comparationem & fidem faciendā concurrūt: vnde vehemens ꝑsumptio est, ꝙ ita sit. & ista non hñt locum in casu nostro: qa non sunt subscripti testes. ergo.

ergo. vnde d.l. comparationes. est correcta, inquantum loquitur de comparatione, per quam imponit fides scripturæ, & primo & principaliter deductæ in iudicio, cui stabatur, si literæ vtriusq; scripturæ erãt similes. & in hac parte illa l. cõparationes. est incorrecta. & est ratio quia faciliter posset isto casu errari. & ideo talis cõparatio hodie non admittitur. & ista est comparatio, quæ haberet locum in casu nostro. ergo sequitur, ꝙ nullo modo est deueniendum ad comparationem. ¶ Sed his nõ obstantibus contrarium puto de iure verius, ꝙ imo possit fieri comparatio in casu nostro: nec illa l. cõparationes. in casu
12 nostro sit correcta. quod sic ostendo, cõparatio † est quædam subsidiaria, siue adminiculatiua ꝓbatio, ex scripturarũ collatione procedens: vt voluit Cyn. & Saly. in d.l. com parationes. & in authen. ibi posita. ideo dicitur subsidiaria: quia desunt argumenta: nec aliæ probationes sunt, ad cõparationem recurritur: vt ĩ corpore, in §. si vero nullus. & §. si quis igitur. in glo. quo casu in proposito nostro non est necessaria: quia sine ista comparatione satis est probatum debitum prædictum, sed posito, non tamen cõcesso, ꝙ esset necessaria comparatio ad probandum huiusmodi debitũ, dico, ꝙ fieri potest. Et primo allego elegantem docto. Salyce. in præalleg. auth. sed nouo iure. versic. vltimo glo. hic aggreditur, vbi dãnat & reprehendit glo. ibi positam dicens, ꝙ si scriptura priuata nullam habet subscriptionem, vel cõ adiuuationem alicuius testis non subscripti, nihilominus ad comparationem proceditur, & mouetur ex tex. in corpore, vnde illa authẽ. sumitur, in §. siue igitur, a contrario sensu: quia comparatio omnino non fuit similis: ideo reus pro actore terminum accipere non potuit. Item probatur hoc in versic. si ĩn quis. vbi loquitur de vltimo refugio cõparationis, cum ad ipsam deueniatur in subsidium: vt in eo. tit. §. si vero nihil. & sic firmat ibi Salyce. ꝙ comparatio in subsidiũ fit in scriptura priuata, licet non habeat adminiculum testis in ea subscripti, vel non subscripti. & sic non obstant superius allegata. Et est accurate considerandum, ꝙ etiam illa glo. nullo modo obstat in casu nostro. quia non loquitur in libro rationũ. licet enim loquatur in scriptura priuata, nõ tamen loquitur in libro rationum. vnde Bartol. in præalleg. l. nuda ratio. dixit, ꝙ licet dicta l. comparationes. sit correcta in scriptura priuata, non est correcta in libro rationũ. & eum sequuntur omnes scribentes ibi. vnde Bal. multũ solẽniter dixit in d. auth. sed nouo iure. in versic. Item dixit Barto. ꝙ codex rationum alteri codici comparatus probat ex sola cõparatione sine testium depositione: quia in codice rationum non reperitur correcta dispositio. d.l. cõparationes. sed solũ in apodissis, & apochis, in q̃bus facilius potest cõmitti mutatio veritatis, alleg. Bart. in d.l. nuda ratio. & ita dicit consuetudinem obseruare, ad quam semper est recurrendum, alleg. Inn. in c. 2. de fide instr. facit l. minimè mutanda sunt. ff. de legi. nam illud, quod est consuetudinarium, non est arbitrarium, vt dixit Bal. in l. quicunque. C. de seruis fug. cum ergo iste sit codex rationis: ergo potest sola cõparatione alterius codicis approbari. & aperte potest per iudicem comparari codici scripto per ipsum Vannucium, vbi ipse habet scripta facta, seu introitus communis. & eo maxime, quia in casu nostro habet coadiuuamen ex testibus deponentibus, quod illæ partitæ videntur scriptæ manu ipsius Vãnucij, quo casu non obst. glo. allegata superius in cõtrarium, ex quo coadiuuatur testibus. nam libros rationum quis facit in absentia alterius propria volũtate. ideo nihil est imputãdum creditori. facit, quod no. idem Bart. in auth. & si contractus. C. de fide instrumen. & no. do. Anto. in c. 2. de fide instru. vbi sequitur istam opinionem Bartol. & opinio Barto. sapit æquitatem secundũ D. Abb. in d.c. 2. ergo sequitur, ꝙ posito ꝙ nõ adiuuaretur testibus, posset probari sola comparatione, quanto fortius in casu nostro, cum habeat fomentum a testibus attestãtibus, non solum, ꝙ illa litera erat scripta manu ipsius Vãnucij: sed etiam probatur, ꝙ ex dicto Vannucio audiuit quidam testis, ꝙ erat debitor ipsius Laurentij, & quidam alius testis dixit, ꝙ audiuit ab ipsomet, vt iam superius retuli. Præterea facit, quod dixit Salycetus in dicta l. comparationes. versicu. ex prædictis omnibus possum colligere vnam breuem conclu-
13 sionem, videlicet, ꝙ vbi fides scripturæ † ex qua petit fieri comparatio, est approbata: potest fieri comparatio ad aliam scripturam negatam: & dixit videri casum in d.l. comparationes. in versic. ideoque sancimus. ibi, & prius literis eorum fides imponatur: sed in casu nostro dicitur, vt oraculo viuæ vocis accepi, ꝙ dictus Vannucius scripsit quendam librum communis, qui censetur approbatus, ex quo est publicus. cum ergo fides illius libri est approbata, poterit ex illo sumi comparatio ad istas partitas negatas fuisse scriptas manu ipsius Vannucij. Et idem voluit idem Saly. in dicta l. comparationes. vbi dixit, ꝙ tantum sunt quinque scripturæ, ex quibus comparatio fieri potest, vt ibi plene no. casus autem cõtingentes possunt esse plures ad illos reducibiles. & dicit apparere ex superius dictis ibi, per eum: ꝙ ĩ quacunque scriptura si est negata, prius scripturæ fides est adhibenda, antequam ad comparationẽ perueniat: licet diuersimodè ei fides imponatur. Cum ergo imponitur illi libro cõis scripto per ipsum Vannuciũ. ergo sequitur, ꝙ potest sumi ꝯparatio ex illo ad istas partitas negatas. Itẽ potest ẽt assumi ista cõparatio ex alijs libris apothecæ, scriptis manu ipsius Vãnucij: & maximè procedit hoc, si dictus reus vtitur libris apothecæ scriptis manu ipsius Vannucij in iudicio, vel extra: quia tunc poterant isti actores petere comparationem fieri ad istas partitas, quibus actores vtuntur ꝯ ipsum reũ: vt latè scribunt omnes in d.l. comparationes. & plene ibi per Salyc. in 4. oppositione. & etiam firmant oẽs Canonistæ in d. ca. 2. de fide instru. Et sic vr̃, ꝙ in casu nostro potest fieri comparatio: nec gl. nec iura superius in ꝯtrium allegata obstant. & sic videtur, ꝙ stantibus supradictis, est sufficientissime probata intentio ipsius actoris contra ipsum reum quo ad debitum prædictum, nec est necessaria comparatio: quia est subsidiaria, vbi nõ est probatum principale debitũ: sed si d. iudicans vult comparationem admittere, seu adhibere ipse potest ad abundantem cautelam. Nec obstant allegata superius in cõtrarium, primo cum dicitur, ꝙ testes singulares non probant: quia ad hoc respõdeo, inducendo doctrinam Bal. in rubri. de contro-
14 uer. inuesti. vbi formaliter dixit, ꝙ † si testes sunt singulares non conferẽtes ad vnum rei finem, ille, qui eos produxit, non diceretur aliquem testem habere propter ipsam varietatem testium, & nulla fides eis adhiberetur. c. licet cãm. de proba. si autẽ testes non essent adeo singulares, ꝙ nõ propterea discordarẽt in vnũ rei finem: sed venirent in eundẽ finem per diuersa media: seu per diuersas cõiecturas, sibi inuicẽ patrocinantes, puta vnus testificatur de veritate, alter de confessione: tunc quia vnus adminiculatur alteri coniunguntur: est ergo duplex singularitas, q̃dam obstatiua, & ista infringit testimoniũ: quædã adminiculatiua, & ista coadiuuat testimoniũ. l. q̃ro. §. fi. de ędil. edict. Facit, quod habetur ĩ c. cum dilectus. de successio. ab intestato. modo isti testes tendunt omnes ad finem vnum. nam probant omnes de

de fama. item vnus probat de confessione illius Vannucij: alter de confessione illius Antonij. Et etiã põderandum est: quia iura allegata in singularitate testium probant, quando sunt soli testes singulares: sed vltra singularitatem testiũ sunt alia adminicula sufficientia, quo casu non loquũtur dicta iura: quãto ergo fortius in casu nostro: qa nec testes sunt singulares, & si aliqui ex eis essent singulares: tamen tẽdũt ad vnum rei finem. Facit, quod habetur in l. ob carmen. §. fi. ff. de testibus. vnde illi duo testes soli, q̃ probant de confessione, sufficerent ad probandum debitum prædictum: & tamen vltra hoc est fama & vox publica: & extat liber rationum Laurentij olim viri probati, legalis, & optimę opinionis, extat etiam liber ipsius rei. Quis esset animi tam agrestis, aut iniustus rerum æstimator, q̃ assereret istud debitũ nõ esse probatum? Certè nullus. Nec obstat, cum dicitur, ꝙ illę partitę, posito quòd constaret eas scriptas manu illius Vannucij, tamen sunt nullius effectus: quia informes. & sine causa, vt in d. c. si cautio: quia ad hoc rñdeo, ꝙ posito ꝙ nõ essent dictæ partitę: tñ debitum esset probatum sufficientissimè per probationes factas per ipsum actorem: puta probando famam publicam & confessionem, & probando per librũ rationũ ipsius Laurẽtij, vt superius est ostẽsum nihilominus tale partitę non sunt informes, vñ multipliciter rñdeo. Primo allegando singulare dictum
15 Hosti. in d. c. si cautio. vbi dicit, ꝙ si emanat † cõfessio sine causa in instrumento, non probat: quia notarius scripsit id, quod sibi placet. ca. dudũ. de ꝯuer. cõiuga. sed si emanauit sine cã extra instrũm, tũc obligat, & imputet sibi confitẽs: cur causam nõ expressit. ergo sequitur, ꝙ imputet sibi iste Vannucius scribẽs, cur causam nõ expressit. Et si dicat, amice, istud dictum Hosti. non seruaretur in practica. & in contrariũ facit gl. solẽnis in d. l. cũ de indebito. §. fi. Possum respondere secundo, & aliter: nã si in libro mercatoris reperitur scriptum, debeo Titio cẽtum: nec exprimitur causa, an præsumatur fuisse depositum. & Io. An. in addi. Spe. in ti. de deposi. ĩ rubri. in addi. quæ incipit, fuit etiam quęstio Bartolucij de Prætis. reperit descriptũ in libello mercatoris non expressa causa: an præsumatur depositum. & decidit ꝙ non. ita ꝙ fideiussor depositori non tenebitur. ad illud mouetur ex d. l. nuda ratio. & d. l. cũ de indebito. §. fi. hoc dicit esse verũ, nisi ex ꝓcedentibus ꝓsumi possit cã depositi. l. si quis ex argẽtarijs. §. initiũ. ff. de eden. insti. ad l. aquil. §. certum. l. Titia. §. idem respondit. ff. de verb. ob. modo ista decisio ponit gladiũ ad radicem in præsenti q. nã ex præcedentibus, quę causa fuerit, bñ apparet: qa dictus Laurentius scripsit in suo libro rationũ, ꝙ causa fuit, ꝙ poneret ad traficũ apothecæ. & iam primus testis dicit se audiuisse a dicto Vannucio, ꝙ dictus ser Laurẽtius posuerat dictas pecunias penes eum, vt aptaret apothecã suã, & videtur, ꝙ causa fuit ipsum traficũ: & ẽt apparet ex fama publica, & sic sufficienter constat de causa, & procederet hoc quando non esset aliud, nisi illa partita scripta manu ipsius Vãnucij: sed in casu nostro extãt tot adminicula, vt superius est dictũ: ergo. Pręterea facit: qa posito ꝙ nõ essent nisi dictæ partitæ: tñ inducerent semiplenã probationẽ, vt est dictum Spec. in titu. de confes. §. nunc videndum. vers. nunquid semiplenã. quod refert D. Ant. in d. c. si cautio. refert & seqĩ elegãs d. D. Lud. Ro. ĩ d. l. nuda rõ. alleg. gl. in l. instra. C. de ꝓba. vñ posito, ꝙ cã nõ colligeret ex præcedentibus, non tñ concesso, nihilominus esset semiplena probatio iunctis dictis testium, & fama publica, ex quibus induceretur plenissime ꝓbatio. Itẽ apparere potest rñsio ex his, q̃ superius latissime dicta sunt. Nec obst. cũ dr, ꝙ istud debitũ est præscriptũ. & aduertat D. Iudicans, qa nõ nisi cum maxima calumniæ suspicione iste reus opponit illas partitas non esse scriptas manu ipsius Vannucij, & postea opponit debitũ esse solutum, postea opponit in eisdem exceptionibus debitum præscriptum, quę exce-
16 ptiones † oẽs sunt ꝯriæ, & apertè manifestant aĩum esse calumniantis, quo casu ꝯsideret iudex talem calumniam, & mente capiat, & repellat. l. vbi pactum C. de transa. c. calumniam. de pen. cle. vt calumnijs. de re iudi. Et certè dicendũ est, ꝙ nullo mõ præscripserit: iõ dictus Petrus & ẽt dictus Vãnucius & ẽt dictus Antonius, oẽs quo ad istud debitum nõ soluendum, erant in mala fide. iõ nullo tpe potuerunt præscribere. c. fi. de præscri. c. 2. de re. iur. li. 6. cũ si. Iste nũc Petrus reus est sucessor. rła est aũt verissima, ꝙ mala fides prædecessoris, seu actoris transit in sucessorem: vnde dixit Bar. in l. ex diuerso. in prin. illius l. in finalibus verbis. ff. de rei vendi. ꝙ si hæres est bonæ fidei, & succedit de facto ei, qui habuit malam fidẽ, nihilominus hæres præsumitur esse in mala fide: adeo ꝙ nõ præscribit, nec facit fructus suos. allegat gl. cũ hæres. ff. de diuer. & temp. pręscrip. & gl. in l. si ego. §. partus. ff. de public. & bene facit, qđ not. Ang. in l. vitia. C. de acqui. posses. & in præal. l. si ego. §. partus. & in l. eũ qui. §. in hac. ff. de publi. & Bal. in præal. l. cũ hæres. & Bal. in l. 2. C. de vsuc. pro hęre. gl. in c. cũ quis. da re. iur. li. 6. do. Anto. in c. si diligenti. de præscript. & in c. qa, de iudic. & in c. cura. de iure patrona. & ꝑ do. Io. de Imo. in c. fi. de præscri. Cũ ergo in casu nro iste Petrus sit hæres & successor vniuersalis illius Vãnucij qui scripserat illas partitas: ergo cẽsetur esse malæ fidei. ergo sequit, ꝙ nullo tpe potest ꝑscribere, & sic D. Petrus auus non potuit præscribere tanquam existens in mala fide, nec etiã dictus Vãnucius potuit ꝑscribere: quia etiã fuit in mala fide. ergo nec iste Petrus vniuersalis successor illius Vannucij: & per ꝯñs sublata sunt, quæ allegata fuerunt in contrarium. Et ex supradictis ꝯcludo probatum esse debitum ipsius ser Laurentij ꝯ ipsum reum debitum, videlicet ad traficum mercantiæ: & sic ad societatem vsq; ad tempus mortis illius, Petri primi debitoris: nec esse pręscriptum, & partes domini iudicantis esse in pronuntiando, & declarando debitum ipsorum ducentorum florenorum esse sufficiẽter probatum contra ipsum reum per ipsos actores: & ipsum reum condẽnare, compelli, & cogi ad satisfaciendum ipsis actoribus de dicto debito. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Si pater filio in potestate existẽti donationem propter benemerita fecerit, probari benemerita debent, alioquin non valet.

SVMMARIVM.

Donatio inter patrem & filium regulariter est prohibita. num. 5.

Actus prohibitus, vbicunque ex aliqua qualitate licitus est, de illa qualitate verè constare oportet. nu. 6. & 8.

Confessio inter prohibitos facta, simulata & in fraudẽ facta præsumitur, nisi veritas appareat aliter, q̃ confessione ipsa. nu. 9.

Benemerita instrumento donationis paternæ expressa talia esse debent, vt tali & tanta remuneratione digna sint. nu. 12.

CONSILIVM XXVIII.

A Ioue principium, musæ Iouis omnia plena. Virgi. in Bucolicis. gl. in c. sedes Apostolica, de rescr. c. cum Paulus, & c. principatus. 1. q. 1. ideo optimi maximi Dei omni inuocato præsidio, viso pũcto, & his, quæ in facto gesta sunt, & elegãti consilio celeberrimi dñi ꝯsulẽtis, q̃ subtiliter, & copiosè rem aperuit, paucula in mediũ afferã. Et plura sunt, quæ iudicio meo in hac ꝯsultatione faciũt dubium non mediocre? Primo illud, qđ Baldo nro venit in men-

tem in l.illud.C.de sacrosanctis ecclesijs. vbi tangit de valore donationis factæ filio a patre, pp beneme rita: aut(i quit) sunt merita colorata, quæ reuera nõ præcesserunt: & tunc talis donatio regulis & dispositioni iuris contrariatur. aut sunt merita vera: tũc refert, aut qualitas meritorum concurrit, & non requiritur insinuatio, argumẽt. l. Aquilius Regulus. ff. de donationibus. p gloss. aut qualitas meritorum non cõcurrit: quia est parum meritũ, & premiũ est excessiuum: sicut contingit, quando pater donat filio: qa contingit hoc de effectu magis, q̃ cõdignis meritis: tunc requiritur insinuatio: vt in gloss. ibi, in dubio non distinguit: aut in instrõ fit mentio certorũ meritorum in specie: tunc stabo instrumẽto: vt in dicta l. Aqlius. aut fit mentio meritorũ in gñe: & tũc per istud instrumentũ non probantur merita: quia ista
1 incertitudo † gñat incertitudinẽ & obscuritatẽ, alleg. quod not. in l. si donatione. C. de colla. & authẽ. vñ si parens. C. de inoffi. testa. & l. si forte. ff. de castr. pecul. & in authen. vnde si parens. præalleg. dixit idẽ Bal. ꝙ si pater donauit filio vt extraneo. i. meritis pcedẽtibus, tunc statim talis donatio valet: dẽt tamẽ de istis meritis liquere, nisi qualitas meritorum appareat, non præsumũtur merita precessisse. ergo inquit, quando pater donat filio vt benemerito, debet specificare quæ & qualia sint benemerita. non em̃ debent esse merita perfunctoria: sed arbitrio boni viri tali remuneratione digna. Et in præalle. l. si do-
2 natione dixit idem Bal. ꝙ si pater in donatione † exprimeret speciem & qualitatem meritorum cũ iuramento: & tunc heredes deberẽt stare tali iuramẽto: vt in auth. quod obtinet. C. de pba. aut sine iurõ & tunc non videtur, ꝙ talis confessio faciat fidẽ, ar. l. cũ quis decedens. §. Titia. de le. 3. l. qui testamentũ ff. de proba. subdit postea: sed certè illæ ll. nõ faciũt: quia loquuntur inter prohibitos & nõ capaces: sed iste filius est capax. & iõ est standum confessioni, vt d. l. Aquilius. & sic per talem confessionẽ fundat do natio de præsenti, & etiam iustificatur. Facit etiã gl. in l. si tibi decem. §. si pactus. ff. de pactis. in gloss. sed quid si dubitet. quæ vult, ꝙ patri debeat credi de meritis filij. Et ideo dixit Salycetus in l. filiæ. C. fa. er. versicul. Quæro, donatio facta filio pp eius benemerita statim valet. sed qualia debẽt fuisse seruitia, vt dicatur bemeritus: decidit, ꝙ non debent esse obsequalia: quia tũc potius solueret debitum originis & naturæ, sed dẽnt esse officialia, vel artificialia ex superabundanti charitate præcedenti, quod totũ vt inde terminatũ iudicis arbitrio est relinquendũ, ita ibi dicit Salyce. donatio enim remuneratoria dicit quædam permutatio: vt dixit Baldus in l. sed si lege. §. cõsuluit. ff. de peti. hære. adeo ꝙ licet bona, quæ veniũt ad fiscum, non possint alienari: tamẽ propter remunerationem possunt. l. multarum. C. de modo mult. facit, quod not. Bartol. post Gulielmum de Cu. in l. prima. ff. de iustitia & iure. Baldus in l. programma. C. commin. vel epistolas. Facit l. si pater. §. primo. ff. de donationibus. vbi non reuocatur donatio pter ingratitudinem, si est remuneratoria. Et ideo dixit Baldus in lege, si vnquam. C. de reuoca. dona. ꝙ illa lex non habet locum in donatione remuneratoria, & l. metum. §. sed licet. ff. ꝙ metus caus. vbi donatio metu facta si est remuneratoria, non reuocatur. facit capitulũ quicũque suffragio. & c. q ecclesias. 12. q. 2. & c. per tuas. de dona. & l. iubemus. C. de sacrosanc. eccle. vbi res ecclesiæ possunt alienari pp remunerationem, & qđ no. Ange. in l. sed hoc ita. ff. de re iudi. vbi non habet locũ exceptio, ne qs cõueniatur vltra, q̃ facere põt, ĩ donatione remuneratoria. facit l. diuus libertus. ff. quæ in frau. pa. & quod not. glos. in l. si volũtate. C. de do. promis. & l. non omnis. §. fi. ff. de re mili. Modo in proposito nostro iste pater donauit huic filio Marsilio propter remunerationem. ergo iura loquentia de donatione certo modo regulanda non habẽt locum in donatione ista, quæ fuit remuneratoria. vnde in dicta donatione pater facit specificã. & qualificatã mentionẽ meritorũ: qa dicit ꝙ mediãte opera istius Marsilij pr̃ donator habuit quãdam possessionem a dominis de Pijs, quam nõ habuisset, nisi fuisset dict⁹ Marsilius, refert se habuisse quoddã casamentũ mediãte ipso Marsilio: adeo ꝙ releuatus est ipse donator, & hæredes sui ppetuo a multis oneribus realibus, & alijs grauaminibus a communi Carpi. Adeo ꝙ reputãtur castellani dictæ terræ Carpi, q̃ oĩa habuit cooperãte dicto Marsilio, & sic iurauit dictus Ant. pr̃, se dicta bñficia & benemerita percepisse mediante ipso Marsilio. & sic expressa est qualitas seruitiorum in specie cũ iuramento. ergo stãdũ est huic donationi remuneratoriæ tã q̃ veritatem continenti. & per ꝯñs non potest pter hoc allegari inequalitas ĩter ipsos filios: qa q capit pp remuneratione dicitur capere ex pmutatione, vt dictum est. & sic iste Marsilius non vr̃ esse inæqualis alteri filio eius fratris, pp istam donationem remuneratoriam. licet ergo dictus Ant. pater dixerit in dicto instrõ donationis, ꝙ si donaret Gul. alteri eius filio aliquã quantitatẽ pecuniæ, vel rẽ mobilẽ, vel immobilẽ, vel alteri psonæ ẽt extraneæ, ex nnnc put ex tũc tm̃dẽ donat, vel tradit dicto Marsilio donatario. Cum ergo donauerit nepoti suo, videlicet filio ipsius Gui. seqt̃, ꝙ tãtũdem vr̃ donasse dicto Marsilio. Et si quispiã dixerit, amice, iste pater voluit hoc, eo casu. l. qñ donaret dicto Gui. suo filio, vel psonæ extraneæ, sed iste nepos non est filius, nec extraneus: ergo sumus extra casum expressum in dicto instrumẽto donationis. Ad hoc respondeo dupliciter. primo: quia si voluit tantundem donatum esse dicto Marsilio eo casu, quo donaret filio suo, ergo multomagis quando donaret nepoti: & sic filio ipsius Guil. arg. gl. quæ reputat̃ singularis in l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. & est similis ĩ cle. j. de rescript. & ĩ cle. j. de suppl. neg. præla. & in capitu. j. de rerum permut. li. 6. & in c. 2. de confes. li. 6. Item etiam põt rñderi ex eo: qa in ipso instrõ donationis dicitur, vel si alteri psonæ etiã extraneæ. & sic voluit comprehendere patrem, & filium. & extraneũ quemlibet, & sic pr̃ iste donator ꝯsiderauit casum, quo donaret filio filij. Et ẽt si dixerit quispiam, ista donatio, ꝙ tantundem intelligat donatum dicto Marsilio, est donatio futura, nec põt firmari iuramẽto, tanq̃ incerta: & etiã quia est possibile fuisse, ꝙ iste pater donasset tm̃ alteri filio, qđ potuisset ascendere ad eam quantitatẽ, quæ requireret insinuationem. ergo tanquam incerta nullũ effectũ operatur, p no. in l. cũ post. §. gener. ff. de iure dot. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tu. qa ad hoc rñ. videlicet iura futura conditionalia. & q in spe fundata sunt, põt cedi & donari: vt est tex. in l. specie. C. de dona. & certum est, ꝙ iurm̃ censetur eiusdẽ naturæ, cuius est ꝯctus: vt in l. fi. C. de non nu. pe. ergo talis ꝯctus põt iuramento firmari, & maximè in casu nostro: quia iam iste pater nõ donauit dicto suo nepoti summã requirẽtẽ insinuationẽ: & sic sumus extra casum reqrẽtẽ insinuationẽ. Nec oportet insistere, vtrũ iuramẽtũ suppleat defectũ insinuationis. Nec obstat, si dicat̃, ꝙ ista donatio collata huic nepoti est donatio ob cãm: quia imo salua pace est mera liberalitas, vt est tex. melior de corpore iuris in l. pe. C. de emãc. liber. sm̃ Bal. de quo per Bar. in l. j. §. nec castrẽse. ff. de colla. bo. Et per consequens sequitur, ꝙ dicto Marsilio filio videtur donatum. Et iõ dixit Bal. in l. lata. C. de dona. ꝙ qñ pr̃ donat filio in premiũ emãcipationis, videtur exercere liberalitatem: quia eo viuo nõ debetur

debetur legitima filio: vt ibi per eum. allegat Bart. in d. §. nec castrense. & bene facit, qđ not. idē Bal. in l. illud. C. de sac. san. ec. Et sic ꝯsiderato, ꝙ ista prima donatio facta dicto Marsilio fuit remuneratoria: & sic non habuit eā ex causa lucratiua. & tenuit de iure: nec propter hoc videtur generari inæqualitas inter filios: quia omnis rō dicat, vt bñfacienti benefaciamus. l. sed si lege. §. cōsuluit. ff. de peti. hære. & cōsiderato ꝙ iste nepos habuit donationem ex liberalitate aui, & sic ex causa lucratiua: sequitur, quòd dicto Marsilio videtur donatū tātundē. Et ista erāt, quæ iudicio meo faciebant dubium in ista consultatione: sed istis sublatis apparebit veritas indubitata. ¶ Et licet ista sint satis colorata: tamē casum nostrum non attingunt. ideo illis non obstātibus ꝯriū puto de iure verius. videlicet, ꝙ nullo mō intelligat donatū tm̄dē dicto Marsilio. Et præsuppono illud, quod dicitur in dicta donatione facta ipsi Marsilio, si ipse donator vellet cuidam Gui. eius filio aliquam quantitatem pecuniæ, vel aliam rem donare, vel alteri personæ etiam extraneę vellet titulo donationis donare, vel donaret. quo casu iste donator non videtur se astrinxisse eo casu, quo donaret: sed si vellet donare: quo casu comprehenditur clarius & facilius impietas ipsius patris, & donatio contra om-
3 ne paternum officium. animus † enim probatur ex verbis, & ex præfationibus, vt pulchrè not. gloss. in l. apud Celsum. in princ. ff. de dol. exceptio. l. quæro. §. fin. ff. de ędil. edi. l. dolum. C. de dolo. l. Fulcinius. §. hoc autem. ff. ex quibus cau. in pos. ea. facit capit. 2. de renunti. lib. 6. & sic voluit pater iste venire cōtra illud, quod statuit sapientissimus Imper. in l. cū oportet. §. si autem. in versi. quatenus in omni pace
4 † inter se successio eius permaneat: ne alterationis cuiusdam maximè inter fratres oriatur occasio. C. de bon. quæ libe. vbi legis voluntas est, quòd fratres viuant in omni pace, & sine aliqua quæstione. facit l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. 2. cum similibus. ita satis aperte declarant, ꝙ iste pater non uidetur asseruisse verum, dum expressit speciem & qualitatem seruitiorum ipsius Marsilij, quod inconuincibiliter
5 sic ostendo. donatio † inter patrē & filiū rīr est prohibita, vt l. 2. & per totum illum titu. C. de inoffi. do. tenet Bar. l. si cum filius. ff. de dona. vnde speciale est in rege, vt possit donare filio: vt voluit Bal. in ca. j. §. item sacramenta. de pace iura. fir. in usi. feud. arg. l. pe. C. de dona. inter virū & vxorē. & originaliter fuit dictū Oldra. in suis consilijs. ergo in ꝯriū erit ius cōmune. l. ius singulare. ff. de legi. cum sim. tunc arguo
6 sic formaliter. vbicunque agitur † de actu prohibito, & habilitatur ex aliqua qualitate, tunc oportet verè de illa qualitate ꝯstare. textus est melior de iure in l. et. §. ex ꝑterito tpe. ff. de manu. vindi. in versi. quas æstimare debeat is, apud quem de ea re agetur. ideo dixit Bartolus in l. per diuersas. C. mādati, ꝙ nō sufficit si instrumento cessionis cedens confiteatur sibi solutum esse, nisi re vera sibi solutum probetur: secus dicit quo ad ipsum cedentē: qa bene noceret sibi illa confessio: sed non quo ad tertium, quod tenuit Ia. de Bel. in authen. de æqualita. doti. §. j. & Ia. Bu. & Ray. de Forl. facit l. ab Anastasio. C. mandati. Et etiam dixit Barto. in l. si forte. ff. de castr. pecu. ꝙ si aliquis donauit aliqd alicui pro benemeritis & seruitijs habitis & receptis ab eo: si qdē ista donatio fit ab eo, qui possit donare liberè nullis meritis præcedentibus: tunc illa verba enunciatiua inducunt ꝓbationē īter easdē ꝑsonas: sed si de necessitate reqrunt, & aīr nō posset donare: tūc illa verba nō ꝓbarent merita ꝑcessisse. Facit, qđ voluit Bal. in d. l. si donatione. C. de col. vbi saluādo dictū. Barto. in dicta l. si forte. tenet, vt ꝓcedat eo casu, quo extra actū verbi quædā alia requirūtur, tunc verba non sufficiunt:
7 vt d. l. si forte. Modo in casu nostro, ex † quo pater faciebat istos filios inæquales, ꝙ est contra omnē pietatem paternam. & ideo pater faciebat istam donationem dicto Marsilio ex eo: quia benemerita ab eo receperat. ergo non videtur esse standum soli assertioni paternæ. Bene facit dictum excelsi doctoris domini Bartholomæi de Sal. in d. l. si donatione. vbi dānando opin. Baldi, qui voluit, ꝙ si pater venit ad speciem meritorum, stabitur eius confessioni: vt in d. l. Aquilius Regulus. quia non videtur bene dictum: quia illa l. procedit vbi persona, cui donatur, est capax donationis: secus si non sit capax, vt lege, qui testamentū. ff. de proba. l. cū qs decedēs. §. Titia honestissima. ff. de le. 3. sed filius in potestate est huiusmodi: nisi merita præcesserint. ergo oportet, ꝙ de eis aliter ꝯstet: & per ꝯsequens si de eis dubitetur, per filiū sunt probāda: aliàs daretur occasio legem eludēdi. & idem etiam videtur sentire Ange. in d. §. ex præterito tempore. dum ibi text. dicit, ꝙ iudex debet æsti-
8 mare merita. & Ange. ibi dicit not. quando pater donat † filio propter benemerita, & sic sciuit benemerita esse probanda. Facit, quod voluit D. Ludo. Rom. in d. l. Aquilius. vbi referēs illam distinctionē Bal. in d. l. illud. quādo testator specificauit qualitatē & speciem seruitiorum in instrumento donationis, dicit procedere, quando donatio fit ab eo, qui potest liberè donare absq; meritis præcedentibus: secus si sine eis donare nō posset, vt est inter patrē & filiū: qa tūc nō statur assertioni. allegat doctrinā Bar. in præalle. l. si forte. & pinguius loquens dicit sibi videri, ꝙ etiā in nullo casu credatur assertioni prædictæ ꝓpter euitandas fraudes, quæ contra legem fieri possent: ar. l. conuenire. ff. de pac. dota. & l. siue hæreditaria. ff. de neg. ge. quia secundū hoc nulla donatio requireret insinuationem: quia semper in instrumento apponeretur de benemeritis. Facit, quod voluit idē Bart. in d. l. si tibi. §. si pactus. vbi idem tenuit, ꝙ non statur assertioni patris super seruitijs & benemeritis. Facit etiam, quod voluit idem Baldus in leg. si tibi pecuniam. ff. si certū petatur. vbi quærit, an de istis meritis statur assertioni donātis, & allegat Guido. de Suz. ꝙ nō: etiam si confessio specificet qualitatem meritorum, allegat Guido. in l. finali. de exercito. & quod habetur in dicta lege, si donatione. postea refert Bartolum dicere, generalem confessionem nō probare, quia continet merita incerta: secus si contineret merita specificata: vt l. Aquilius secundū eum: sed Bartolus ibi dicit, ꝙ prima opinio est verior, ar. l. qui testamentum. ff. de proba. non obstat dicta lex, Aquilius. quia ibi merita præsupponebātur esse vera, nec negabat aduersarius. Facit, quod voluit Angelus in
9 dicta l. si donatione. vbi dicit, ꝙ † quoties confessio fit inter prohibitos, illa confessio præsumitur simulata, & in fraudē facta: nisi appareat de veritate eius, quod continetur in instrumento: allegat dictam legem, qui testamentum, vnde licet pater confiteatur benemerita filij ꝑcessisse, nil operatur confessio. Eodem modo dicit, si pater spurij confitetur a spurio se recepisse pecuniā, aut aliud, allega. d. l. si postea. Subdit postea ibi Ange. in quantū gl. ibi dicit, nec postea confirmatur: singulariter ponderandam istam glos. quam non ponderarūt nostri maiores: ex quo dicit, ꝙ si pater donat filio hodie vt benemerito, & merita nō præcesserunt: ꝙ ista donatio nō ꝯfirmatur morte: licet olim esset secus. ratio est: quia præsumitur simulata & in fraudē facta: vnde ex ea nō quærit etiā ius confirmationis: quia ex ea non transit etiam possessio ad filium. tex. est singul. & nō alibi in l. emptor.
10 ff. de aq. plu. arcen. sed donatio facta filio † nō ꝯfirmatur morte, nisi interuenerit vera traditio: aut aliud,

quod pro traditione habetur: vt l. donationes. C. de dona. inter vir. & vxo. sed hic non interuenit: qa fuit simulata, ista est doctrina Ange. formaliter in præfata l. si donatione. & indubitanter ponit gladium ad radicem in præsenti consultatione. Modo in instrumēto donationis præfatę factę Marsilio prædicto dicitur, dedit, tradidit, & donauit eidem Marsilio tantum de bonis suis, quæ ascendant ad valorem trecētorum quinquaginta florenorum, quę dictus Marsilius maluerit & elegerit in bonis ipsius donatoris, quæ mandat donator dictum Marsilium posse habere & recipere, quandocunque sibi placuerit. Pōderet diligenter dominus iudicās: quia in casu isto, non interuenit vera traditio, sed in confuso & indeterminatè. & sic videtur simulata: cum merita non præsumantur, nisi probentur, inter patrem & filiū, vt est superius dictum. licet ergo donator in ipsa donatione specificauerit qualitatem meritorum, nisi fuerint probata, ista donatio est ficta, simulata, & nullius effectus, vel momenti, cum nō interuenerit vera traditio. sed confusa & indeterminata. ergo sequitur, ꝙ iste Marsilius nullo modo poterit cōsequi bona istius donatoris pro illis trecētis quinquaginta florenis. Et si dicat: amice, iste donator apposuit
11 † constitutionem precarij, quo casu videtur facta traditio possessionis iuxta no. in l. ab emptione. ff. de pac. Ad hoc respon. ista donatio censetur simulata, vt est superius dictum, ergo constitutio precarij etiā præsumitur simulata. Ita dixit Bartol. in l. sicut. §. superuacuum. ff. qui mo. pig. vel hypo. sol. & ideo dixit Bal. in ca. j. §. si quis. in ti. de feu. dato in vicem. le. comi. & in l. ex testamento. C. de fideicom. qđ vbi contractus non tenet, eo modo non tenet constitutio precarij apposita in eo. facit in simili tex. singularis in l. fi. ff. de consti. pec. & quod voluit Bald. in l. si absentis. C. si cer. pe. Facit glo. q̄ cōmuniter reputat̄ singularis in l. si patronus. §. patronū. ff. quę in frau. pa. quæ dicit, ꝙ si principalis contractus est simulatus, vel ī fraudem gestus, ꝙ omnis clausula & omnis obligatio sequēs præsumitur simulata, & in fraudē: quam glo. Bal. dixit esse auream in consilio incipiēte. filia instituta. Facit simile, quod dixit Bar. in l. fi. §. idem quæsijt. ff. de condict. indebi. & Bald. in l. si ex cautione. C. de non nu. pe. Facit ēt ad prædicta dictū Bal. in l. iubemus. la 2. in prin. C. de sacrosan. eccle. vbi dicit, ꝙ licet prælatus possit remunerare bn̄meritū de fructibus rerum eccl. tamen non sufficit sola assertio prælati, sed debēt probari benemerita, allegat gl. in d. l. si donatione. & Gui. de mōte Lauduno in cle. j. de rebus eccl. nō alie. & idē voluit in l. fin. C. de vsucap. ꝓ dona. vbi dixit, ꝙ oportet exprimi ī donatione de bn̄meritis, & postea probari. allegat. d. l. Aquilius. & sic cōclusio est firmissima & verissima, ꝙ ista donatio tanquām ꝯ omne officiū pietatis est nulla, & non præiudicat dicto nepoti. Et ēt pōderet
12 dn̄s iudicans, posito ꝙ ista † benemerita expressa in dicto instrumento donationis probarētur, an essent digna remuneratione. nam glo. valde singul. in ca. si quos. 12. q. 2. dicit, ꝙ ille benemeritus est præmiandus ab eo, q̄ regulariter donare pōt, q̄ fecit aliquod seruitium insigne. & textus melior de iure in dicta l. etiam. §. ex præterito. in ver. ꝙ dn̄m in prælio adiuuerit cōtra latrones tuitus sit, ꝙ eū seruauerit, ꝙ insidias detexerit. & tex. in l. si pr̄. §. j. ff. de dona. ī ver. si quis aliquem a latrūculis captū eripuit, & ī ver. merces em̄ eximij laboris appellāda est, qđ contēplatione salutis certo mō æstimari nō placuit. & ibi dixit gl. ꝙ sicut homo non ęstimat̄: ita non ęstimatur id, quod eā salutis eius dat, & iō pulchrè dixit Bal. in l. j. C. māda. ī finalibus verbis, ꝙ illi, q̄ sunt aduocati episcoporum, vel Abbatū pro statu dignitatis ipsorum

pn̄t recipere magnū salariū: allegat Rayn. de Forli. in d. l. si pater. §. j. Et idem Bal. in l. fi. C. de vsucap. ꝓ do. ad fi. dixit, ꝙ benemerita sunt extimāda arbitrio iudicātis. & idem voluit Saly. in d. l. si donatione. & in d. l. filię. superius allegata. & probatur in text. dicti. §. ex præterito. Modo ponderet D. iudicans, si ista seruitia præstita per ipsum filium, posito quòd verè probari possent, an sint digna tacita remuneratione in præiudicium fratris, attento ꝙ est filius, & naturaliter erga patrē debet esse obsequialis, officiosus, & obediens: vt in l. veluti. in versi. parentibus. pareamus. ff. de iusti. & iure. Primò commemorat, ꝙ dictus donator debebat hēre certas pecunias a dominis magnificis de Pijs, & ipse Marsilius fuit causa ꝙ illi domini dederunt insolutum quoddam terrenum dicto Antonio, quis esset tam rudis rerum ęstimator, qui putaret propter hoc, ꝙ pater faceret disparitatem inter filios iustè, & rectè & causaret inuidiam & discordiam inter eos, contra dictum. §. sin autem. nam filius id agendo egit commodum suū
11 lificato, & alterato, adeo† ꝙ dispositio loquens simpliciter de illo ente, si est pęnalis, non habet locum in ente qualificato. hæc decidit tex. & gloss. multum singularis in c. statutum. de electio. libro sexto. coniuncto c. licet canon. eo. titu. & lib. nam in dicto capitulo licet canon. punitur promotus ad ecclesiam parochialem, si non facit se promoueri intra annū: sed in dicto capitulo statutum. & in glos. dubitatur, quid erit in promoto ad ecclesiam parochialē collegiatam, an habebit locum illa pęna & dispositio? & deciditur ꝙ non, ex eo: quia illud est pœnale, & loqt in ecclesia parochiali, & sic in ente simplici, non in ente qualificato: & sic non habebit locum in ecclesia collegiata parochiali: quia addit ad parochiā illam qualitatē, quæ est collegium. Facit, quod not. domi. Anto. post antiquos doctores in proęmio decretalium, vbi dicit, ꝙ appellatione scholaris in materia pęnali nō venit rector, qui etiam scholaris est. Facit, qnod bellissimè dixit domi. Abbas consiculus meus in rubrica, de vita & honesta. clerico. vbi dixit, ꝙ si statutum est pęnale, & loquitur de clericis, non habet locum in canonicis, qui etiam clerici sunt: qa addunt illā qualitatē canonico vltra clericatū. vnde speciale est, vt exemptio facta de clericis comprehendat canonicos, & hoc est propter euitādam absurditatē: quia absurdum esset, ꝙ clerici essent exēpti, & canonici non essent exempti: vt est casus valde solennis in c. per exemptionem. de priuil. lib. 6. & etiam est speciale in casu. ca. fi. de simo. ergo in contrarium est ius commune. ff. de legib. l. ius singulare. & l. quod vero. cum simil. & sic istud assumptum est verissimum, & notum cuique in iure exercitato viro: sed istud statutum dicit, ꝙ nullus mercator artis lanæ, nec Iudæus, nec aliquis vsurarius, inquantum istud statutū loquitur de Iudæo, loquitur simpliciter de Iudæo, prout est Iudæus simpliciter: sed iste Iudæus est vsurarius, & non accepit istam lanā pignori tanquam Iudæus, sed tanquam vsurarius: & istud statutum est pęnale & prohibitorium; ergo nullo modo extendetur ad ens qualificatum, videlicet ad Iudæum, qui etiam vsurarius est. Et est dare optimam rationem diuersitatis ex eo: quia Iudæus vsurarius exercet vsuras palam & publicè in fauorē & vtilitatem euidentē ciuitatis Parmæ: sed Iudæus simpliciter si caperet pignori, & nō exerceret publicam vsuram propter bonum ciuitatis, esset bene cōprehensus in tali statuto, vnde formaliter statuētes voluerunt comprehendere Iudæum fœnerantem propter publicam vtilitatem: quia iam bene sciuissent exprimere de Iudæo fœnerante, si voluissent. l. vnica. §. sinautem ad deficientis. C. de cadu. tollend. c. maiores. de baptis. c. ad audientiam. de deci. l. j. ff. si mens. fal. mo. dix. cum simi. Et si recte intelligatur ipsum statutum, non comprehendit Iudæum exercētem vsuras. & est hoc verisimile: quia statuētes semper videntur excipere casum fauorabilem & euidēter vtilem reipub. vt est iste casus. Et si quispiam dixerit, quid voluerunt comprehendere statuētes, cū dixerunt, nec aliquis vsurarius. ponderat nunc D. iudicans: quia si statutum loqueretur de Iudęo vsurario dixisset, nec alius vsurarius, argumen. l. si fugitiui. C. de seruis fug. & c. sedes Apostolica. de rescript. ideo illa verba, nec aliquis vsurarius, optime & aptè declarant verba præcedentia, ꝙ non intelligantur de Iudæo vsurario. nec etiam illa verba, nec aliquis vsurarius comprehendūt Iudæum: quia ex quo statutum expresse fecit mentionem de Iudæo, sub verbis sequentibus non comprehenditur iudæus: sed comprehenditur vsurarius christianus. nam vbicū-
12. que† exprimitur vocabulum in genere, tunc nunq̄ veniunt homines diuersæ sectæ: vnde dixit singulariter D. Abb. Siculus in præallcg. rubri. de vita & honesta. clericorum, ꝙ appellatione populi nō veniūt homines diuersæ sectæ, allegat. ca. duo sunt genera. 12. quæstione prima, ita in proposito nostro, nō cōprehendetur Iudæus sub illis verbis, sed extraneus, cōsiderato ꝙ de Iudæo statutum fecerat expressam mentionem: & etiam quia illa verba generalia, nec aliquis vsurarius, non comprehendunt casum contrarium reipub. vt in dicta l. iubemus. Et sic indubitanter ista ponunt gladium ad radicem in præsenti cōsultatione, & sic tale statutum nullo modo meretur allegari contra ipsum Iudæum publicum fœneratorem, propter euidentem vtilitatem ciuitatis Parmę: bene tamen comprehendit Iudæum simpliciter, vt dictum est. vnde si iste Iudæus non esset ille, de quo est facta mentio expresse dictis pactis & conuentionibus factis per dictam communitatem: bene comprehenderetnr. Et sic succedit illa doctrina, ꝙ ad eum casum, ad quem nō adaptantur verba statutornm, non adaptatur dispositio ipsorum statutorum. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. & ibi Bart. l. qđ constitutum. & ibi Barto. ff. de testa. mili. l. iam autē. & ibi Bartol. ff. de admini. tuto. c. indemnitatibus. §. sed cum eas. de electio. libr. 6. & ibi D. Dominicus. c. ex parte Astensis. de concessio. præben. cum si. sed verba ipsorum statutorum artis lanæ, non comprehendunt istum casum. ergo sequitur, ꝙ in eo nō habebit locum dispositio ipsorum stututorum. Præterea istud statutū dicit, audeat, vel præsumat, vnde pondero ista verba, quæ non excludunt simpliciter,
13 ꝙ quis non possit mutuare, sed dicunt † præsumat, istud verbum, præsumat, significat, quando quis facit auctoritate propria istud, quod per se facere nō debet: ita probatur in c. decernimus. in versi. præsumitur, de iudi. no. do. Abb. Sicu. ibi. Facit c. cum laici. de iurepat. c. j. de vita & honesta. cleri. c. monasteria. eo. titu. c. fin. de elect. c. omnis. §. caueant. de pœni. & remiss. c. fi. de tempo. ordi. libr. 6. vnde quoties quis facit auctoritate superioris, tunc non dicitur præsumere, vt probatur in dictis iuribus. Et sic bene

est

est ponderatum, ꝙ istud statutum non obstat in casu nostro: ex eo quia iste Iudæus accepit pignori istã lanam auctoritate superioris, videlicet communitatis Parmæ concedentis sibi liberam potestatem accipiendi omne pignus, & mutuandi cuicunque psonæ. nam illa est mens ipsorum statuentium, quam exprimunt verba eorum. voces enim sunt earum, quæ sunt in animo passionum notæ, vt scribit Aristoteles primo perihermenias. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de sup. lega. l. ille, aut ille. §. cũ in verbis. l. nõ aliter, ff. de leg. 3. cum simil. & licet dicat sine licẽtia rectoris: tamen sufficit, ꝙ interueniat licentia superioris, argumen. l. ob ęs. C. de prædi. mino. Præterea facit, quia in ipso statuto dicitur, super aliqua tela lanæ, aut panno non completo, videlicet non garzato: nec super aliqua lana filata, vel non filata, & iste Iudeus mutuauit super lana succida, & istud cõsiderauit accuratissimè subtilissimus doctor D. aduocatus mihi summo honore colendus, allegando legem. si cui lana. ff. de leg. 3. nam licet in d. l. si cui. §. lanæ dicatur, appellatione lana succidam contine-
14 ri, etiam illud verbum † contineri, sui natura importat propriam significationem vocabuli, vt est tex. & ibi hoc colligit Barto. in l. si cui. §. affinitatis. in versi. continere ait. ff. de postula. tamen in casu nostro statutum istud non loquitur simpliciter de lana, quo casu veniret lana succida: vnde dicit de lana filata, vel non filata, ex eo, quia superius statutum fecerat mentionem de panno non completo: & sunt multæ species lanæ, ideo dixit statutum super lana filata, vel non filata, vt comprehendat lanam tinctam, quæ non venit appellatione lanæ: vt in d. l. si cui lana. §. j. & ideo statutum istud pęnale est restringendum in quantum fieri potest, non enim pęna debet proprium casum excedere, vt dixit text. aureus in §. pe. de pęni. di. j. facit. l. præses. ff. de pę. cum si. & sic istud statutũ non loquitur de lana succida, eo maxime: quia (vt superius dictum fuit) istud emanauit ad euitandum, ne garzoni & baptilanæ furarentur pannos non completos, & lanam filatam, vel nõ filatam, quæ omnia communiter & passim veniũt ad manus suas, & facilius possunt in illis committe-
15 re furtum: non sic in lana succida, quia lana † succida est, quæ tonsa est de inferiore parte ouis, quæ nõ est lota, vt dicit glo. in d. §. lanæ. in versi. succida, quæ lana non venit ita facile ad manus illorum, nec pñt ita faciliter committere furtum ĩ ea: quia oportet, ꝙ in magna quantitatè acciperent, quod non contingit in lana filata, vel non filata: quia modica valet multum. Et sic bonus iudex arbitrabitur mẽtem ipsorum statuentiũ. c. intelligentia. & c. pręterea. de ver. sign. l. cũ mulier. ff. so. ma. c. Marchion & Basilides. j. q. j. & per cõseqẽs istud statutum nullo modo potest allegari contra istum Iudæum & socios tenẽtes publicum bancum fenoris. Præterea in dictis cõuentionibus celebratis inter ipsum Iudæum & socios & ipsam communitatem Parmæ dicitur, ꝙ d. communitas promisit seruare omnia capitula infrascripta, & conuenta in eis, & intelligitur attendere, ac attendi, & obseruari facere per quancunque personam, collegium, corpus, & vniuersitatem omni exceptione & contradictione cessante: & sic communitas tenetur curare cum effectu, ꝙ ipsa vniuersitas artis lanę obseruet dicta pacta conuenta: quo casu vr, ꝙ ipsa communitas possit cogere illos rectores lanæ ad declarandum, ꝙ non intẽdunt comprehendere in ipsis suis statutis istum casum istorũ Iudæorum, tanquam resultet contra publicam vtilitatem ipsorum ciuium, & ipsius communitatis: arg. eius, quod pulchrè dixit Bar. in l. sub prætextu. ff. de extraor. crimi. & Bal. in l. j. C. de monopol. vbi dixit, ꝙ potestas potest compellere istas societates ad ostẽdendum, & præsentandum statuta sua: vt videant, si sapiunt aliquid contra religionem: ita dicamus in casu nostro, quando sapiunt aliquid contra rem publicam, vt illa tollatur de medio. & facit illud, quod voluit Ioan. And. in c. eos. de immu. eccle. libr. 6. vbi dicit, ꝙ si statutum laicorum est generale, & oritur dubitatio, vtrum comprehendat clericum, potest tunc iudex ecclesiasticus compellere ipsos statuentes, quatenus declarent, ꝙ per illud statutũ ipsi non comprehendant clericum, ne forte de facto grauarentur vigore illius statuti: sequitur D. Pet. de Anch. in repetitione. c. ea quæ. ĩ 25. aliàs 30. quæstione. Bal. in authen. statuimus. C. de episcop. & clẽ. ita poterit facere cõmunitas Parmæ, compellere illos rectores artis lanæ, quatenus declarent, ꝙ per illud statutũ non comprehendunt Iudæum istum publicè fęnerantem propter euidentem vtilitatem communitatis Parmæ, ne de facto in hoc grauaretur per istud statutum, cũ ciuitas se obligauerit, ꝙ illa pacta seruarentur per commune, collegia, vniuersitates &c. vt in capitulis exprimitur. Et ex supradictis oritur & elicitur conclusio manifestissima, ꝙ dictus Iudæus nullo modo potest impediri mutuare pecunias sup omni pignore, & sic super illa lana filata, vel non filata, & ꝙ illud statutum in præiudicium illius Iudęi non potest allegari, nec comprehendit casum nostrũ, ideo partes iudicis erunt in absoluendo ipsum Iudæum a petitis, tanquam non fecerit actum sibi prohibitum. Et sic in fauorem ipsius Iudæi concludo.

EPITOME.

¶Quidam cum a suo episcopo excommunicari metueret, nisi beneficio, uel ecclesiæ, cuius erat rector renuntiasset, consultus Barbatias an ualeret huiusmodi renuntiatio. respõdit metu ab ipso episcopo illato restituendum hunc rectorem.

SVMMARIVM.

Qualificata voluntas in aliquo actu requisita interueniẽs absq; illa qualitate non sufficit. nu. 1.

Excommunicatio nedum corporis, sed etiam animæ detrimentũ continet. nu. 4.

Reuerentia nimia accedit ad metum: & minæ præcedentes præsumptionem actus per metum gesti inducunt. nu. 7.

Qui vult vnum, necessario vult illud, per quod ad illud deuenitur. nu. 11.

CONSILIVM XXXI.

Bene cuncta geruntur, si fiat principiũ decẽs & amabile Deo, in auth. quomodo opor. episcopos. in principio. c. cum Paulus. & c. principatus. j. q. j. iõ optimi maximi Dei, omni inuocato præsidio, viso pũcto, & maturè pensato, & visis bullis & accuratè examinatis & discussis, & quia præsens hæsitatio est decidenda per doctissimum & iustissimum dominum D. Egidium episcopum Ariminẽsem omnia sanctimonia plenissimum, mihi dominum summa reuerentia obseruandissimum, Ideo paucula in mediũ afferam: quia nihil est tam elegans, aut subtile in iure, summo, & alto ingenio excogitandum, quod reuerentiæ suæ dignissimæ non sit facile manifestum. Et videntur duo elicienda in puncto dubia. Primũ est, vtrum ex quo dominus episcopus & etiam eius vicarius

Vicarius minati fuerūt excommunicare ipsum fratrem Bitinum, si non renuntiaret beneficium præfatum, an talis renuntiatio facta per ipsum fratrem timore excommunicationis imminentis teneat. Secundo erit vidēdum, vtrum dictus frater Bitinus sit habilis ad tenēdum dictum beneficium. Ad primū, ꝙ talis renuntiatio non tenuerit, sic ostendo: & pri-
1 mò præsuppono,† ꝙ vbicūq; in actu requiritur voluntas qualificata; tunc nunquam per solam volūtatem non interueniēte illa qualitate videtur satisfactum illi actui: qualitas enim adueniens enti illud reducit in esse qualificato, in tantum ꝙ ius pœnale loquens simpliciter de ente non habet locum in ente qualificato, vt est gl. singul. in c. statutum. iuncto c. licet canon. de elec. libr. 6. vbi promotus ad ecclesiam parochialem tenetur facere se promoueri intra annum, aliàs punitur, vt ibi. sed si est ecclesia parochialis collegiata, tunc non habet locum illa dispositio pęnalis: quia addit illam qualitatem collegij ad ecclesiam parochialem, & sic requiritur, ꝙ adsit ens & qualitas: sed in electione, seu in contrahendo requiritur voluntas qualificata, idest, voluntas libera. iste est tex. clarior de corpore iuris. in cap. vbi periculum. §. cæterum. de elec. libr. 6. idē est
2 in dissoluendo: vt in l. ab emptione. ff. de pac. nam q̄ sunt principia † generandi, sunt principia corrumpēdi: vt l. stichum aut Pamphilum. §. naturalis. ff. de sol. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. cap. omnis res. eo. tit. extra. ergo renunciatio erit nulla. facit gl. notabilis in c. notificasti. 33. q. 5. quod not. per scribentes in c. veniens. & in ca. cum locum. de sponsal. Domini, de Rota, deci. 36. & quod habetur in c. Abbas. & in c. ad audientiam. quod me. causa. in cle. multorum. §. sanè. de pę. Inn. & D. Ant. in c. ad aures. quod me. causa. Host. in summa, de renunci. §. qualiter. Et licet fiat dubitatio īter doctores, an sit ipso iure nulla reuūciatio beneficij metu facta, an veniat rescindenda actione quod metus causa: vt in d. cap. Abb. tñ oēs inclinant, ꝙ talis renunciatio nō teneat, iuxta illud, non stant fędera facta metu. Secundo præ-
3 suppono, ꝙ † metus debet esse talis, qui cadat in cōstantem virum: vt dixit gl. in ca. cum dilectus. quod me. causa. idem dicimus in dolo, ꝙ debet esse talis, qui cadat in hominem sapientem, & non in hominem supinum, vnde debet esse magnæ calliditatis: vt probatur in d. c. cum dilectus, & quod no. ibi Inn. & etiam no. Bal. in rubri. C. de rescin. vendi. debet tamen relinqui arbitrio iudicis, pensata qualitate ꝑsonarum & facti. & ita dicit glo. quam sequitur Do. Anto. & communiter omnes in d. ca. cū dilectus. ita etiam dicunt de metu perdendæ spei promotionis, vt in c. cum venissent. de insti. no. Archi. 15. q. j. ca. 1. consideranda tamen est qualitas personæ: quia leuior metus iudicabitur cadere in constantem quo ad fęminam, quæ est fragilior, quàm quo ad hominem, vt no. gl. solennis in c. cū locum. de spōsal. Hostiē. in summa de matri. §. qualiter vero supradicti. gl. 36. q. c. indignatur. & dicit glo. valde singularis in d. c. cum dilectus. ꝙ non prætextu cuiuslibet metus datur actio, nisi metus cadat in cōstantē: sed vbi minorem metum quis est passus, dabit iudicis officiū: secundum glo. ibi. facit l. non est verisimile. ff. quod metus causa. vel prouidebitur per constitutionem principis, vt l. pe. C. qđ me. causa. vel per respōsa prudentum. l. medicus. ff. de var. & extraord. cogni. & iō dixit gl. valde singul. in l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarū re. act. non detur. ꝙ reuerentia episcopi excusat, tanquam inducat metum. facit, quod not. in l. ad inuidiam. C. qđ met. cau. & in l. interpositas. C. de trāsac. His modo præsuppositis pro verissimis & indubita-
4 tis: arguo sic inconuincibiliter. Excōmunicatio † cōtinet nedum corporis detrimentum, sed etiam animę. 2. q. 1. de manifesta. in ver. tradidit satanæ ad interitū carnis, in tātum ꝙ scriptum est, ꝙ propter excommunicationem, quis moritur. 11. q. 3. c. epi. ibi, cuius ne forte per excommunicationis peccatū excommunicati longo tempore morte ꝑueniant, nec ecclesia habet maiorē pœnā excommunicatione, vt in c. corripiantur. in ver. & ipsa. quæ damnatio nominatur, quam facit episcopale iudiciū: qua pœna in ecclesia nulla maior est. 24. q. 3. & iō Imperator vltionis acrimoniā excōmunicationem esse dixit: vt est, tex. in l. placet. C. de sacrosan. ec. & in l. hi qui sanctam. C. de aposta. vers. dicitur, ꝙ grauis est pęna, esse inter homines, & hominum carere suffragio. ergo timor excommunicationis est timor grauis pœnę, vt in c. sacro approbante concilio. de sen. excō. in versi. cū non leuis sit pœna. Nec obstat, si dicatur, ꝙ
5 † est medicina: quia illud est verum, cum subesset cā, vel propter bonū obediētię, & ita intelligat. c. cū medicinalis. de sen. excō. li. 6. vñ dixit valde eleganter Hōst. in c. cū dilectus. præalleg. quod metus causa. ꝙ si pauperum presbyterum, de cuius promotione spes est, episcopus cōminetur excommunicare, nisi det decē: certè iste tunc timebit. vñ gl. valde elegans in c. olim. el 3. de resti. spol. dicit, ꝙ populus excusatur in casu illo: quia timore excōmunicationis id fecit. & sic infert, ꝙ timor excōmunicationis æquiparatur metui cadenti in constantem virum. & benè facit gl. in l. nec timore. ff. quod metus causa. quæ dicit, ꝙ infamia iuris inducit iustū metum: & dixit Bartol. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. ꝙ propter honorem conseruandum licitus est timor, adeo ꝙ qs potest occidere impune. & sic ibi Bartol. ęquiparat honorem & vitam. facit l. si parer. §. j. ff. de dona. ī vers. quod cōtemplatione salutis certo mō ęstimari nō placuit. & quod ibi not. gl. & facit. l. etiam. §. ex ꝑteri to tempore. de manu. vindic. in ver. ꝙ dominum in prælio adiuuerit. ad idem nos dicemus, quando agitur de honore conseruando, & de infamia euitāda. Et sic timor excōmunicationis dicitur talis timor, q cadit in constantem hominem: multo fortius in casu nostro: qa iste frater Bitinus est religiosus & pauper, & quærit vitam ex missis & diuinis officijs celebrandis, & infirmus homo, seu parum prosper de ꝑsona. Et si quispiam dixerit, amice, glos. in cap. cum
6 dilectus. præalleg. dicit contrarium. dicit eñ, ꝙ † metus excommunicationis non est iustus timor: quia est medicina. Ad hoc respon. Primo, ꝙ gl. est in contrarium. ī d. c. olim. Scđo, ꝙ Hosti. illam seqt̄ in d. c. cū dilectus. Tertio, ꝙ Ioan. An. in d. c. cū dilectus. reducit illas opi. ad concordiam. dicit eñ, ꝙ quoties sententia excommunicationis est iusta: tunc sibi imputet, q se talem reddit: quia hic motus est iuris, & culpa pręcedit. ff. qđ metus cau. l. si mulier. sed si sententia est iniusta: tunc timor est lt̄imus. & si ꝓcedat gl. in d. c. olim. & istud seqt̄ ibi do. Anto. & idem sequitur in c. conquerente. de offi. ordi. vbi dicit, ꝙ ille Abbas poterat iustè timere: quia episcopos gestabat gladium ad fulminādum excommunicationis sn̄iam, allegat. d. c. corripiantur. & posset timere, ne
7 eum iniustè excommunicet. Facit ēt ad hoc, nā † nimia reuerentia accedit ad metū, vt l. 1. §. q̄ onerādæ. & ibi dicit Bar. ꝙ si minę pręcesserunt, tunc præsumitur actus gestus per metum. l. metū. C. quod metus cau. vñ dixit text. valde singularis in l. pen. aliàs antepenul. ff. de fur. ꝙ ꝯctus gestus per filium cum patre nō valet; quia præsumitur gestus per metum, propter nimiam reuerētiam. est autem metus passio voluntatis ꝯ nām: quia homo est animal liberū: vt dixit Bal. ī rubrica, ex̄ qđ met. cā. & ibi ēt dixit Bal. ꝙ ille, q probat iustam causam metus, satis probat metum,

metum,qui possit cadere in constantem virum: qa nemo debet se exponere periculo. ca.bonę memorię Maguntinensi.de elec.etiam vnius alapę: vt not. in l.j.C.vnde vi.& dicebat Tullius ĩ suis Tusculanis, ꝙ metus facit quendã recessum animi, & dicit text. in cle.j. de foro cõpe.ꝙ non audent ꝑ metũ. & tex. in clemen.j.de baptis.timendũ est,ꝙ absq; periculo esse non,põt.& firmat Bal.in d.rubrica.Modo in ꝓposito nr̃o multa cõcurrunt ad infringendã istã renuntiationem beneficij.Primo concurrit reuerẽtia domini episcopi:concurrit etiam timor excommunicationis,quæ excommunicatio fuisset iniusta: qa iste erat habilis ad tenendum, & habendum illud beneficiũ: vt apparebit ex dicendis in sequenti dubio.concurrebat etiam:quia iste erat pauper,frater, concurrebat timor excommunicationis, q̃ dicebat se fulminare contra ipsum fratrem Bitinum vicarius domini episcopi,qui erat executor literarũ apostolicarum impetratarum per aduersariũ ipsius fratris Bitini, quo casu ista renunciatio vt meticulosa

8 fuit nulla. Nam preces † instãtissimę superioris inducunt iustum metum: vt in ca.cum inter seniorẽ. de elec.iõ dixit gl.singularis ĩ l.1.C.si rector prouin. ꝙ blanditię potentum inducunt iustum metũ: vnde reuerẽtia epi iũcta cum timore excõmunicationis infert non iustum,sed iustissimũ, & terribilẽ metũ,qui caderet in omnem hominẽ constantissimũ, quãto fortius cadit in istum religiosum, malè sanũ, pauperem,& sine aliquo remedio ducendi vitã suã, vnde dixit Bart.in d.l.j.§.quæ onerandę,ꝙ si minę ex parte episcopi præcesserunt, tunc clericus suus prę- sumitur metu contraxisse,vel renuntiasse,& in casu nostro etiam interuenit metus excommunicationis per vicarium domini epi,& sic interuenit geminatus timor excommunicationis vltra reuerẽtiã: & sic fortius inducit timorẽ maximũ:argu eius, quod dicitur de geminatione actus: vt l.j.C.de plus peti.& l.antiquę.C.ad velleia.& l.cum scimus.C.de agri.& censi.l.11.Facit, quod no.Innn.in c. cãm matrimonij.de offi.dele.facit illud,quod dici solet, Est rogare ducũ species violenta iubendi.ergo seq̃t, ꝙ ista renuntiatio beneficij facta per ipsum fratrem Bitinũ est nullius momenti,& ad dominum episcopũ spectat pronũtiare & declarare,ipsum fuisse & esse nullius momẽti & effectus:nec præiudicasse d.fratri Bitino,& ista videtur pura & indubitata veritas.¶Capio nunc secundum dubium,videlicet vtrum literę apostolicę,tam literę excellentis memoriæ domini Papę Martini,q̃ huius moderni & sanctissimi domini nostri Papę Nico.obstent. Et certè vr̃ dicendũ,ꝙ nullo mõ obstant:qđ sic ostẽdo. qualis sit mẽs cõdẽtis,aut scribentis colligĩt ex præfationibus, & ex verbis positis in proemio: ita pulchre dixit Bar. in l.j.ff. ad macedo.vbi voluit,ꝙ mens statuti colligĩt ex verbis ꝓœmij.& facit optimus text.in l.pactũ eius. ff. de hæred.institu.& ibi hoc firmat Bal. & idẽ voluit idẽ Bal.in l.cum hi.ff. de trãsac. & in prima consti. C.§. quibus.& probatur optimẽ ĩ l.regula.§.licet.in vers. initium constitutionis demonstrat.ff.de iur. & facti igno.facit l.j. ff. de ori.iur. & hoc voluit ibi Bal. Et iõ dixit reuerendus D.Cardinalis in c.pe.de clerico ex-

9 com. min. ꝙ † causa expressa in proœmio præsumĩt esse finalis.facit c.ex multa.de vo.& qđ ibi no. dominus Abbas consiculus meus.Et sic firma est conclusio,ꝙ talis præsumĩt fuisse mens istorũ pontificum, qualis colligitur ex præfationibus positis in ꝓœmio. Modo in bulla,seu bullis prædictis dicitur,viã ambitiosę cupiditatiis religiosis potissime medicantibus ad alios ordines prefert in monasticos fucatis coloribus,& frugem melioris vitæ ꝯuolare nitẽtibus cupiẽtes præcludere religiosis potissime mẽdicãtibus ad alios ordines, ex certa scientia declarauimus, ꝙ nullus religiosus.vñ apparet, ꝙ cã potissima & finalis mouẽs ipsum Romanũ Pontificẽ ad sic statuẽdũ fuit: quia religiosi & potissime mẽdicãtes fingebãt se velle intrare regulã strictiorẽ, & tãdẽ intrabãt ad alios ordines, in qbus vitã laxiorẽ tenebãt. iõ Papa prohibet,ꝙ nullo mõ possint alios ordines intrare, vñ cũ ex iuris dispositiõe sit,ꝙ religiosi possint intrare regulã strictiorẽ superiore licẽtiã ꝑbẽte:vt no. ĩ c. sup eo,in c.sanè.de regula.tñ Papa voluit tollere religiosis & mendicãtibus istũ transitũ,ẽt suis superioribus consentientibus : ex eo quia iste erat color fictus & procuratus.ideo mandat, ꝙ nullus frater prę- sertim de ordine mendicantiũ transferatur ad ordines monasticos. vnde iste frater Bitinus, nec in verbis,nec in mente istius bullæ est comprehensus. ipse enim non transiuit ad alios ordines,nec ad aliã religionem,ideo ex quo verba bullę se nõ extẽdũt,ergo nec se ad eũ extendet illius bullę dispositio:quia ad eum,ad quem nõ adaptant verba legis, nõ adaptat ipsius legis dispositio.l.4.§.toties.ff.de dam.infec. & ibi dixit Barto.statuto cauetur,ꝙ de cõtractu soluatur gabella sex denariorum pro libra, ꝙ non soluet de ꝯtũ facto super re inęstimabili:qa verba contractus non adaptantur ad contractum rei inęstimabilis.ergo non adaptatur eius dispositio.l.iam autem. ff.de admi.tuto.l. quod constitutionem. ff. de testa. mili.l.hos accusare.§.omnibus.ff.de accu.c. indemnitatibus.§.sed cum eas.de ele. li.6. & ibi D. Dñicus. c.ex parte Astensis.de cõcess.ꝑb.ergo sequitur,ꝙ cũ dictus frater Bitinus captato & ficto colore non trãsiuerit ad ordines,seu regulam alterius religionis,ꝙ bulla domini Martini sibi nullo modo obstat. Et si quispiã dixerit,amice,fateor tibi de plano,ꝙ primę literæ ipsius Papæ non obstant: sed secundæ literæ, quæ postea emanauerũt ab eodem Papa Martino, in quibus fit mẽtio specifica & specialis de ipsis fratribus eremitanis,bene sibi obstãt. Vnde videamus illas,dicunt en.m.statuit, ordinauit, vltra alias suas literas, ꝙ omnes & singuli fratres ordinis eremitarum,ordinis sancti Augustini,qui ipsius prædecessoris super hoc non obtenta licentia erunt, tunc & in antea essent Cardinalium aliorum prælatorũ, quarumcunq; aliarum personarũ ecclesiasticarũ,seu secularium capellani,seu ꝯfessores, aut familiares:non tm̃ in domibus eorundem commorãtes superioribus & correctioni ipsorum in omnibus & per omnia essent subiecti:ac si capellani,seu cõfessores,aut familiares, vt ꝑfertur,nõ essent.decernent nihilominus eos ad renuntiãdum officij, & familiaritatibus huiusmodi,atq; ad sua claustra reuertendum,& regulariter iuxta suæ professionis ꝯtinentiã viuẽdũ, ꝑ dilectos filios priorem generalem, ac ꝓuinciales ipsius ordinis priores efficaciter cõpellendos.ista sunt formalia verba ipsarum secundarum literarũ. Certè nullo modo obstant huic fratri Bitino. primo dicitur in eis,nisi ipsius prędecessores obtẽta licentia, vnde Papa non ex toto, & simpliciter prohibuit ipsos fratres ordinis eremitarum, esse capellanos dominorũ Cardinalium, aut prælatorũ, aut dominorum secularium,nisi eos,qui non haberent licentiã a Romano Pontifice. & iam est iure cautũ, ꝙ semꝑ

10 †intelligatur auctoritas superioris excepta:vt ĩ c.venientes.& in c.breui.de iureiur.l.final.§.item rescripserunt.ff.ad municip.nec ẽt illæ literæ factæ a Martino potuerunt ligare successorem,aut sibi imponere legem:vt in c. innotuit.de elect. par enim in parẽ non habet imperium.l.est receptũ. ff. de iur. om.iudi.l.nam magistratus.ff. de arbit.l.ille a quo. §.tempestiuũ.ff.ad treb.nisi forte esset antipapa:qa tũc bñ ligaret lege ꝑdecessoris, qa talis censetur esse minor quolibet

quolibet Christiano: vt dixit glo. solennis, in c. Hactenus. 14. q. 1. & multo fortius: quia in casu nostro fuit facta expressa reseruatio, nisi daret Papa eis licentiã: quia tunc bene possent stare in famulatu & seruitio dominorum: sed iste frater Bitinus habuit licentiã specialem a felicis recordationis domino Eugenio, ꝙ apparet ex multis. Primò: quia dictus frater Bitinus fuit mediante dispensatione Generalis ordinis eremitarum assumptus in capellanum illustris domini D. Sigismũdi, & dominus Eugenius habilitauit per suam bullam ipsum fratrem Bitinum ad beneficia secularia: & sic clarum est, ꝙ videtur confirmasse illam dispensationem factam per ipsum Generalem ordinis: quia aliter non videretur habilitasse eundem ad beneficia solita concedi clericis se-
11 cularibus: nam † qui vult vnum, necessario vult illud, per quod deuenitur ad illud, etiam si nõ posset deueniri ad permissum, nisi prius deueniatur ad ꝓhibitum, permittitur deueniri ad prohibitũ: ar. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procur. l. 2. ff. de iur. om. iud. & c. suspicionis. & c. præterea. de offi. de leg. & c. sanè. eo. tit. facit l. si victum, vel stratũ. ff. de re iud. vbi permittitur dãnato in metallũ, vt vtat actionis cuiuslibet sibi prohibitis ad hoc, vt illis mediantibus perueniat ad sibi permissa de iure naturali, vt sunt alimenta, & similia. Facit, quod hr̃ in l. 2. aliàs j. C. de sportul. vbi licitum est delegato apponere manus ad sibi non cõmissa, ad hoc vt ex illis possit peruenire ad commissa. Facit, quod voluit Bal. in l. 1. C. si re. prouin. vbi dixit, ꝙ si ciuitas statuit, ꝙ duo ciues possint prouidere super reddenda iustitia in ciuitate, ꝙ illi tales poterãt eligere prætem, vt reddat iustitiã in ciuitate, ita dicamus in casu nostro, cũ dictus frater Bitinus nõ potuerit hr̃e beneficia secularia, nisi fuerit habilitatus, vt possit stare extra ordinẽ. vr̃, ꝙ dñs Eugenius dispensauerit, vt possit stare extra ordinem maximè cũ concurrat geminata dispensatio: videlicet dispensatio generalis ordinis eremitarum: & dispensatio domini Papę, quo casu licet clausula reuocatoria sit apposita: non tñ vr̃ reuocare dispensationem geminatam, quæ est potentior. vnde dixit
12 Bal. in l. nec damnosa. C. de preci. imper. offe. ꝙ † geminatæ literæ licet fuerint obtentæ ad postulationẽ partis, nihilominus præsumuntur emanasse motu proprio principis, arg. l. 1. C. de peti. bo. subla. & c. si motu proprio. de ꝑben. lib. 6. & §. si verò iubemus. in auth. vt nulli iudi. & facit, quod hr̃ in tex. valde sing. in l. 1. C. de vsu. pupi. vbi verba enuntiatiua geminata inducũt dispõnẽ: licet rr̃ nõ disponãt: vt l. ex hac scriptura. ff. de dona. & c. cũ dilectus. de succ. ab intecum si. Facit gl. in cle. cũ a repulsione. de appel. vbi licet interlocutoria possit per iudicem reuocari: non tñ si est geminata. & ita limitatur. l. quod iussit. de re iud. & simil. facit l. 3. C. de epi. aud. vbi licet princeps remittat delictum, & conferat indulgentiam: nõ tñ vr̃ concedere, qñ delictum fuit geminatum. ita dicamus in casu nostro, ex quo interuenerat geminata dispensatio: non enim ꝑꝑ hoc vr̃ se extendere illa generalis reuocatio ad eum casum, in quo duplex interuenerat dispensatio, ar. c. 1. de treu. & pac. in auth. itaque. C. commu. de succ. nam duo vincula sunt potentiora vno. vt ibi habetur facit, quod eleganter dixit Innocẽ. in c. diuersis fallacijs. de cle. coniu. vbi di-
13 xit ꝙ † superior ordinando, vel promouendo aliquẽ ad officium sibi interdictum, videtur cum illo dispẽsare, & Bald. in commento. l. eam quam. C. de fideicom. dixit, ꝙ si Comes Sabaudiæ cõcessit tibi & tuis filijs procreatis, & procreandis, & sciebat te non habere alium filiũ nisi vnicum bastardum, ꝙ videtur habilitasse illum ad succedendum. Et in c. j. in titu. per quos fiat inuesti. in vsibus feu. dixit idẽ Bal. fuisse in contingentia facti. Papa habẽs infantulum in manibus concessit sibi quoddam beneficium, quod nõ poterat obtinere nisi per dispensationem, ꝙ si constabat, Papam sciuisse illum fuisse infantẽ, & incapacem, ꝙ videtur cum illo dispensasse. & idem voluit idem Bal. in l. impetrata. C. sen. rescin. non pos. Ita dicamus in casu nostro, cum Papa Eugenius exprimat in suis literis, ꝙ iste frater Bitinus erat professus ordinem eremitarum, & habilitat eundem, vt possit obtinere beneficia spectantia ad clericos laicos, sequitur necessariò, quòd videtur cum eo dispensare, vt extra ordinem suum possit stare. Facit, quod bellissimè dixit Baldus in l. Imperialis. §. miles. C. de nuptijs. vbi dicit per illum text. ꝙ Papa si sciat aliquem spurium, & facit illum episcopum: quòd intelligitur eũ legitimare, & restituere pristinis natalibus, ita vt deinceps succedat tanquam dignus, & legitimus: & ei succedatur tanquam legitimo. Et etiam ibi dicit idẽ Bal. ꝙ si princeps concedit infami dignitatem, ꝙ videtur abstergere sibi omnem maculam, & habebitur acsi nunquam fuisset infamis. Et etiã ibi dicit, ꝙ si princeps assumit in eius consiliarium aliquem infamem, ꝙ eoipso videtur restituere eum ad famam. Et ibi etiam dixit Bar. illum tex. fore valde notandũ, ꝙ princeps dando dignitatem, vr̃ dispensare cum omni, & de omni infamia. Et videtur idem voluisse Ang. in l. quidam consulebant. ff. de re iud. vbi dicit, ꝙ princeps, vel Papa promouendo inhabilem, vr̃ dispensare cum eo: & ideo dicit, ꝙ si cõfert beneficiũ, vel officiũ incapaci ex certa scientia: eoipso vr̃ super incapacitate dispensare, & idem dicit in alio inferiore a principe, dummodo habeat potestatem dispensandi, quod dicit esse not. allegat not. in c. j. de æta. & qual. lib. 6. & l. rogatus. ff. de manu. vind. & Spe. in ti. 2. §. antep. ver. dicunt. Facit, quod dixit Bal. in l. 2. C. si seruus, aut liber. ad decurio. a spi. lib. x. vbi dicit, quòd quando est defectus in persona talis electi, sup quo eligens poterat dispensare præsumitur dispensasse, si scit: vt l. quidam consulebãt. præal. cum ergo in proposito nostro Papa Eugenius scienter istum habilitauit ad beneficia ecclesiastica solita concedi clericis secularibus: & expresserit, quòd erat frater professus ordinem & regulam fratrum eremitarum, satis videtur ex certa scientia dispensasse per id, quod no. glo. quæ reputatur singularis, in clem. & si principalis. de rescrip. quæ voluit, ꝙ in rescripto si exprimitur aliquid, ꝑ quod appareat, ꝙ Papa habuerit certam notitiam facti, sufficit, vt videatur ex certa scientia dispensasse. bene facit gl. in c. j. de consti. libr. 6. & sic ampliatur glo. in c. statutum. in versi. literarum. de rescrip. lib. 6. quæ voluit, ꝙ certa scientia sit exprimenda in literis. & facit, quod etiam voluit Bald. in d. c. impetrata. & sic videtur, ꝙ auctoritate supioris, scilicet Papa habuerit iste frater Bitinus exemptionem ab ordine suo. Preterea clarius & probabilius esse constat, quòd Papa dispensauerit, & sic auctoritate Papæ fuerit exemptus & habilitatus ad istud beneficium, & similia. hoc modo Papa voluit, ꝙ liceret, & sic dispensauit ad beneficia ecclesiastica, & secularia: sed ista secularia beneficia non posset obtinere, nisi esset exemptus ab ordine. ergo habilitando eum ad beneficia, videtur eum eximere ab ordine: quia est incompatibile beneficium ecclesiasticũ seculare cum professo ordinem eremitarum. vnde glossa valde elegans, in c. quia in tantum. de præbẽ.
14 dicit, ꝙ licet † dispensatio sit strictè intelligenda: vt in c. quod dilecto. de consan. & affini. tamen extenditur ad necessariò consecutiua. facit glo. solennis, in c. si quis in clero, 3. q. j. quæ dicit, ꝙ si dispensatur super pluralitate beneficiorum, vr̃ dispensatũ sup residentia, & dñs, & ꝯsiculus meus Abb. in d. c. qa intantum.

tum. dicit, ꝙ si Papa dispensat cum minori, vt pos-
sit obtinere curatã ecclesiam, videtur secum dispen
satũ, vt nõ teneatur facere se ꝓmoueri infra annũ,
iuxta notata in c. licet canon. de elec. lib. 6. Facit etiã
gl. in c. non potest. de præbend. in 6. quæ vult, ꝙ si di-
spensatur super pluribus beneficijs, videtur dispensa
tũ, vt sit in electione sua, super quo velit residere per
sonaliter, vel per substitutum. Et maximè in casu no
stro: quia non sumus in accessorijs, & consecutiuis,
quæ possunt esse sine principali: sed istud consecuti-
uum est tale, ꝙ si non videret dispensatũ super exē-
ptione, non haberet locũ collatio beneficij facta ꝑ
Papã. Vnde pulchrè dixit Dominicus de sancto Ge-
miniano, in c. j. de filijs presbyt. libr. 6. ꝙ quando di-
spensatio imponit effectum validum super eo, super
quo dispensatur, tunc non trahitur ad consecutiua:
puta dispensatur cum spurio, vt possit promoueri in
sacerdotem: ꝙ nõ videtur dispensatum, vt possit ha-
bere ecclesiam curatam: licet habere ecclesiam cu-
ratam sit de consecutiuis ipsius sacerdotis, & ita etiã
voluit. in c. nos consuetudinem. 12. distin. sed si non
videtur dispensatum cum isto fratre Bitino, vt esset
exemptus ab ordine, non valuisset ista habilitatio fa
cta per Eugenium ad beneficia secularia: & per con
sequens veritas esse videtur, ꝙ de licẽtia Papæ vide-
tur facta ista exemptio. Et per consequẽs bulla Mar-
tini nullo modo obstat dicto fratri Bitino. nec etiã
bulla Papæ Nicolai: quinimo faciunt in fauorem ip
sius, ex quo cũ licentia Papę est exemptus & habili-
tatus. Præterea dicit in dicta bulla, ꝙ possint com-
pelli ad claustra per suos priores generales & mini
stros. vnde non sequitur. ergo nõ possunt habere be-
neficia. Nec etiam obstat bulla domini Nicolai Pa-
pæ: quia illa emanauit ad probandum, & corrobo-
randum, & ratificandum bullam domini Martini,
& videtur esse illius effectus, cuius est illa, nec emana
uit ad correctionem illius. vnde videtur loqui de il-
lis fratribus eremitanis, qui habilitati sunt ad alios
ordines, vel ad famulatum Cardinalium, vel ad Ca-
pellaniam dominorum auctoritate suorũ superio-
rum: sed non loquitur quò ad alios, qui sunt assecu-
ti ex Papæ licentia: vt est in casu nostro: quia iam ex
dispensatione Eugenij fuit iste frater Bitinus habili
tatus ad dicta beneficia, & per consequens ad exem
ptionem. quinimo & præfatus dominus Nicolaus,
etiam eodem modo habilitauit ipsum, conferendo
& conferri faciendo dicto fratri Bitino dictam eccle
siam regularẽ: & ampliauit bullam Eugenij, inquan
tum eũ habilitauerat ad secularia beneficia dum-
taxat, dominus Nicolaus habilitauit ad ecclesiã re
ligiosam & secularẽ. Et si quispiã dixerit, ꝙ in dicta
bulla dr̃, nonnulli beneficia ecclesiastica etiam qui-
bus cura imminet animarũ, simulatus occasionibus
assequuti: & sic vr̃ comprehendere istos eremitanos
assecutos beneficia. Ad hoc r̃ndeo, ꝙ illa verba sunt
ꝯcepta cõtra illos fratres eremitanos, qui nõ habẽt
licẽtiam & auctoritatẽ Papæ, ꝙ apparet expressè ex
verbis prolatis in dicta bulla, dum dr̃, cõtra decreta,
statuta & ordinationes prædicta detinuerunt, & ad-
huc detinẽt in animarum suarũ periculũ, & ordinis
memorati p̄iudiciũ, & non modicũ detrimentũ: &
sic apertè loquitur eo casu, quo detinẽt beneficia si-
ne licẽtia & auctoritate Romani Pontificis: sed iste
frater Bitinus detinet istam ecclesiam cũ auctorita-
te & licentia sanctissimi dñi Nicolai: ergo. Itẽ quia
dr̃ in dicta bulla, & cũ præiudicio animarum suarũ,
sed illi, qui tenẽt cũ auctoritate Papæ nõ detinẽt cũ
15 p̄iudicio animę eorũ quia Papa † hẽt omnimodam
potestatẽ sup̄ istis beneficialibus: vt in c. innotuit. de
elec. & in c. ꝑ venerabilẽ. qui fil. sint legi. & in c. ꝓpo-
suit. de concess. p̄bẽ. & in cle. j. vt lit. pen. & sic iustè &
sine periculo animæ suæ detinet. ergo sequitur, ꝙ nul-
lo modo obstat bulla prædicta huic pauperrimo fra
tri, & parũ sano, vt ex aspectu apparere potest: vt pul
chrè decidit Bar. in l. q̄sitũ. ff. de re iud. vbi dicit, ꝙ si-
cut ætas ꝓbatur ex aspectu: vt l. minor xxv. annis ex
aspectu. ff. de mino. ita ẽt infirmitas. notant etiã scri
bentes, in c. tenor. de re iudic. nec etiã iste frater Biti
nus detinet in non modicum detrimentum sui ordi
nis: quia cum sit malè sanus, & malè posset insistere
regulæ illi, quinimo potius esset detrimentum ordi-
ni eremitarum, cũ non possit seruire regulæ, & in di
uinis, vt præcipit illa sanctissima, & religiosissima re
gula eremitarum: & per consequens dicta bulla do-
mini Nicolai non obstat, nec excludit ipsum fratrẽ
a iure suo, qđ hẽt in petẽdo & recuperando dictam
ecclesiam, & grauius detrimentum est, ꝙ clericus se
cularis præsideat ecclesiæ regulari. Nec etiã obstat,
quod dr̃ in dictis literis, ꝙ illi de ordine mendican-
tium, qui beneficia adepti sunt, perdãt illa: & ꝙ pos-
sint cogi & compelli redire ad sua claustra ꝑ suos su
periores, non obstãtibus bullis apostolicis exẽptioni
bus habilitationibus dispensationibus, cõmendis, li
centijs, collationibus, prouisionibus. Primò: qa per
hoc non vr̃ derogare bullæ Martini, qui excepit licẽ
tiam Romani Pontificis, quam idem dñs Nicolaus
illam confirmauit: nec est præsumendum: ꝙ ita cito
in eadem bulla se voluerit corrigere, vt l. non ad ea.
ff. de condit. & demonstr. & iuxta illud Terẽtianum.
hui, inquit, tam cito. Itẽ Papa in illis verbis mãdat,
ꝙ debeant parere suis superioribus, & inobedientes
priuare ipsis beneficiis obtẽtis: quia Papa videt ita
velle istos fratres priuari beneficijs, & redire ad sua
claustra per suos superiores: ex eo, quia multi fra-
tres sunt exẽpti ab illo ordine, q forte essẽt inutiles:
& potius damnosi ordini & regulæ suæ, & vtilius es-
set ipsi ordini eremitarum illos dimittere exemptos
in suis beneficijs: ita est in casu istius fratris Bitini.
est enim inutilis regulæ, & ordini suo: quia parũ sa-
nus, imo infirmus: & iam superiores sui ordinis co-
nati fuissent cogere illũ redire ad ordinem, si cõside-
rassent & vidissent illũ vtilẽ esse claustro, & cõuẽtui
eorum: & sic ita sunt priuandi suis beneficijs, si per
suos superiores cõpellãtur redire ad sua claustra: &
ideo inducta ad vnũ effectũ, nõ debent operari con
trariũ. l. legata inutiliter. ff. de leg. j. cũ simil. nec illa,
quæ inuenta sunt ad fauendũ, nocere debent: vt l.
quod fauore. C. de legib. & l. non ideo minus. C. de ꝓ
curatorib. & l. si plures apochis. C. de fid. instru. c. qđ
ob gratiam. de reg. iur. lib. 6. cũ simi. & si opponatur,
ꝙ in fine istius bullæ dicitur, ꝙ si in præmissis fuerit
rebelles, beneficijs huiusmodi eoipso priuati existãt:
quia illa cl'a non loquitur de ipsis fratribus ordinis
eremitarũ, vel de ipsis fratrib⁹ mẽdicãtibus: sed loqt̃
de illis, qui habent beneficia & ecclesias: & in ipsis
beneficijs retinent dictos fratres in capellanos: quo
casu mandat illos tales in suis beneficijs retinentes
fratres p̄dictos priuari beneficijs proprijs, & sic quo-
ad illam clausulam non loquitur de illis fratribus.
Nec etiam obstant illę clausulę ita prægnãtes appo
sitæ in literis moderni Põtificis, in quibus dr̃, nõ ob-
stantibus collationibus, dispẽsationibus literis apo
stolicis: quia licet illæ clausulæ sint ita pingues, &
amplæ: nõ tñ videntur se extendere ad istũ fratrem
Bitinum: ex eo quia habet triplicatas dispensatio-
nes, habet enim habilitationem a suo generali ordi
nis eremitarum: & ab Eugenio Papa, & etiã ab isto
sanctissimo & moderno Pontifice domino D. Nico
lao: quo casu est fortior & potentior dispensatio, &
collatio dicti fratres Bitini, argumen. authẽ. itaque.
C. communia de suc. & c. 1. de treu. & pace. & viden
tur æquiualere motui proprio, iuxta notata per Bal-
dum, in

dum, in l. nec damnosa. C. de prec. impera. offer. & ex prædictis oriuntur duæ conclusiones manifestissimæ, & iuri consonæ, ꝙ renuntiatio ista ecclesiæ facta per ipsum fratrem Bitinum de iure non tenuit: & illa non obstante potest de iure recuperare ecclesiam prædictam. Secunda conclusio, ꝙ d. frater Bitinus est habilis ad tenendum dictam ecclesiam: licet sit de ordine eremitarum, nec literæ apostolicæ tam Martini, quàm domini Nicolai obstant sibi: & maximè considerato, ꝙ est malè sanus, & esset inutilis ordini, & quia illa ecclesia est regularis, tenetur per clericum secularem. & maximè quia est ciuis Ariminēsis, & alter est forensis, quo casu iura omnia clamāt vocando originarios ad beneficia, & reijciēdo alienigenas. adeo ꝙ si Papa conferat beneficia alienigenis non habita notitia, quòd esset alienigena, presumitur Papa circumuentus, & collatio non tenet: vt singulariter no. in c. si proponente. de rescr. Concludo ergo, dictum fratrem Bitinum debere restitui ad dictam ecclesiam.

EPITOME.

¶ Statutum, ne liceat nisi semel in eadem causa appellare, tam in diffinitiua quàm interlocutoria locum habet, proinde etiam in ea qua pronuntiatū est appellationem esse desertam. Cæterùm statutum loci iudicis ad quem circa ordinatoria sui iudicii seruandum est.

SVMMARIVM.

Statutum de appellatione loquēs generaliter tam a diffinitiua, quàm interlocutoria accipi debet. nu. 1.

Sententia, qua pronuntiatum est, sententiam esse desertam, an diffinitiua, an interlocutoria. & nu. 2. & 6.

Statutum vt non nisi semel appellare liceat, strictè debet intelligi, quia a iure communi exorbitat. nu. 5.

Iudex ad quem, circa ordinatoria iudicij appellationis, sui loci statuta & consuetudinem sequetur, non autem si iudicare debet de actis factis coram iudice a quo. nu. 8. & 10.

CONSILIVM XXXI.

BEne cuncta gerūtur, si fiat principium decēs & amabile Deo. in authen. quomodo oportet episcopos. in prin. j. quæstione j. c. cum Paulus. & c. principatus. Ideo optimi maximi Dei omni inuocato pſidio, visis pcessu, & statutis & allegationib. iustissimis famosissimorum dominorum aduocatorum, quos in patres summo honore obseruandos habeo. duo sunt accuratissimè discutienda pro præsentis cōsultationis clarissima decisione. Primum, an d. Antonius de ridenouato, qui semel appellauit a sententia domini Capitanei, potuerit appellare a sententia iudicis appellationis: qua pronūtiatum extitit appellationem esse desertam? Secundo erit videndum, vtrum posito ꝙ potuerit appellare a dicta sententia: an fuerit bene iudicatum per ipsum iudicem appellationis, pronuntiantē dictā appellationē desertam esse, ex eo quia non fuit seruata forma & dipositio statutorum Mutinæ, in quibus cauetur, quòd libellus appellatorius non fuit productus in termino qnq; dierum, & sic vtrum debuerit seruari statutum Mutinæ, an statutum Regnani, & istis dubijs appensatē discussis, apparebit indubitata veritas præsentis consultationis. ¶ Capio primum dubium, & pondero statutum positum in Rubrica, de causa appellationis; dum dicit, quòd non liceat nisi semel partem quamlibet appellare in eadem causa. & est diligenter ponderandum istud statutum: quia nullam distinctionē facit, an appellauerit ab interlocutoria, an a diffinitiua: sed loqtur simpliciter. sufficit enim, quòd semel appellauerit, nec videtur esse necessarium insistere, an appellatione sententiæ, veniat sentētia diffinitiua, vel sententia interlocutoria, vt dicunt domini aduocati in suis redditis allegationibus, per l. j. §. quòd in sententijs. ff. quando ap. sit. quia in isto statuto non dicitur, quòd non liceat appellare, nisi semel a sententia: sed simpliciter dicit, quòd non liceat appellare nisi semel. ideo intelligitur siue sit interlocutoria, siue sit diffinitiua. vnde Bal. multum singulariter in addi. quas fecit ad Spec. in ti. de sen. & re. ver. nomine sententiæ simpliciter prolato vocabulo, sola diffinitiua propriè continetur, alle. no. in d. l. j. §. quod in sentētijs. Et ideo dicit,
1 † quòd si statutum dictat, quòd non possit appellaria sententia, intelligitur de diffinitiua, non autem de interlocutoria: quia cū tale statutū sit contra ius commune, strictè debet intelligi & interpretari. l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de mino. per Gul. & Cy. si autem non adijciatur verbum, sententia, intelligitur omnino remota appellatio. C. de ap. l. fin. Et ideo dicit Ludo. Roma. in rubrica. ff. de re iud. statuto cauetur, quòd si iudex infra certū terminum sententiam non dederit, cadat in pœnam: & iudex absoluit partem ab obseruatione iudicij, quòd non dicitur sententiam dixisse. alleg. Bar. in l. generali. C. de tabula. li. 10. & in l. dicere. ff. de arbi. licet reuera Bar. ibi non loquatur per illa verba. Cum ergo istud statutum non loquatur de sententia, sed loquatur de appellatione: & appellatio de sui proprio significato comprehendit omne grauamen, a quo appellari potest: cum appellatio sit introducta aduersus iniquā iudicantium grauamina, l. j. ff. de appel. ergo sequitur, quòd istud statutum comprehēdit tam diffinitiuam, quàm interlocutoriam, si ab illa potest ap-
2 pellari. & eo maximè: quia pronuntiatio, seu † sententia, qua pronuntiatur, appellationem esse desertam secundum illustrium doctorum opi. est potius diffinitiua quàm interlocutoria. vnde Bal. in l. si pręses. C. quomodo & quando iud. retulit duas opiniones ex mente Innocen. in c. auditis. de procur. dicentis eam esse interlocutoriā. Et si dicatur, quòd imo est interlocutoria: quia tendit ad confirmationem primæ: ergo si diceretur diffinitiua, sequeretur, quòd super eadem re possent ferri duæ diffinitiuæ sententiæ, quod est absurdum. l. j. C. quando prouoca. non est neces. & quod habetur in l. nam & postea. §. si cōdemnetur. ff. de iureiuran. cap. inter monasterium. de re iudica. Ad hoc facile potest responderi, cum hæ duæ sententiæ feruntur in diuersis instantijs, tolerantur duæ diffinitiuæ. l. duobus. ff. de exce. rei iu. Vnde idem Bald. in addi. Specu. in loco superius allegato in versi. sententia, qua pronuntiatur appellationem desertam. dicit, quòd est interlocutoria: qa eius contraria est interlocutoria: & contrariorum eadem est disciplina: vt no. in clemen. vlti. de appel. dicit postea, quòd ista quæstio fuit Guid. Durandi, seu Io. mo. in c. cupientes. de elec. li. sexto. quia ex ea nō oritur actio in factum, vt notatur in l. tale pactū. §. j. ff. de pactis. & quia ista sententia est absolutoria ab obseruatione iudicij, ergo est interlocutoria. per no. in l. Titia. ff. de accu. in l. harum. ff. si seru. ven. sed Ia. Bu. dicit, quòd est diffinitiua. hinc est, ꝙ minor indefensus eam non patitur: vt no. in d. l. si pſes. Bal. vero dicit, ꝙ est interlocutoria, per quam corroborat diffinitiua: & habet effectū diffinitiuæ. sed Ang. in d. l. si præses. sequitur opi. Innoc. in dicto c. auditis. vbi dicit,

dicit, ꝙ hæc sententia, per quam pronũtiatur, appellationem esse desertam, est diffinitiua: qa per eã imponit finis toti causæ. l. fi. §. illud. C. de tẽp. ap. & hoc dicit esse verum, quando est appellatũ a diffinitiua. aliàs ita est interlocutoria, sicut illa, a qua appellatur: & sic Angelus tenet opi. Innocen. ꝙ sit sententia diffinitiua. Tenendo istam opinionẽ res est clara, ꝙ nõ licuit appellare ab ista sentẽtia, ex quo semel appellandũ. Idem etiam est dicendum si non tenemus opi. glo. in clemen. fina. de appe. & Baldi, & etiam illã seqtur dominus Bartho. de Salyceto in dicta l. si

3 præses. ꝙ sit interlocutoria † habens vim sententiæ diffinitiuæ. vnde licet nomine sit interlocutoria: tñ ad instar diffinitiuæ est redacta. vnde dicebat Bal. in l. minoribus, C. de his q. vt indig. ꝙ si sentẽtia interlocutoria habet vim diffinitiuæ: tunc idem est dicẽdũ de ea, qđ de diffinitiua. alle. l. intra vtile. ff. de mino. & quod no. in l. Titia. ff. de accu. & in c. peruenit. de app. in noue. & ego allego gl. valde elegantẽ in c. fi. de ele. li. sexto. quæ vult, ꝙ sicut quando appellatᷓ a sententia diffinitiua non reqritur insertio causæ: vt no. in lege, scio. ff. de appellat. ita nec reqritur, quãdo appellatur ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ. Præterea facit, sicut videmus, q̃ de iure cõi adhibentur certę solennitates in diffinitiuis sententijs, quòd tales solẽnitates habent locum in talibus interlocutorijs habentibus vim diffinitiuæ: vt elegãter dixit Bar. ꝙ solẽnitas peremptorij requiritur ad sententiam diffinitiuam, vt in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando iud. l. ad peremptorium. ff. de iudi. ita requiritur in sentẽtijs interlocutorijs maximi præiudicij, vt sunt sententiæ interlocutoriæ habentes vim diffinitiuæ, ita dixit Bartolus in lege, consentaneum. C. quomodo & quando iud. facit, quod voluit Ludo. Roma. in rub. ff. de re iud. vbi dixit, statuto cauetur de certa solennitate fienda in sentẽtia merè diffinitiua simpliciter: & tũc isto casu comprehendiᷓ interlocutoria habens vim diffinitiuæ: qa talis sentẽtia, inspecto effectu, tendit ad finiẽdum negotium, sicut quælibet alio diffinitiua, sicut inspecto fine magis dicitur participare de natura diffinitiuæ, q̃ interlocutoriæ. ergo videtur comprehendi, arg. l. quæritur. ff. de statu ho. alle. Ang. in contingentia facti ita consuluisse, vt ipse refert in l. sicut. ff. de le. j. & quod no. idem Angelus in l. stipulationum. ff. de verborũ obligationibus, & bene facit, quod voluit Baldus in lege, iusiurandum, & ad pecunias. ff. de iureiurando. vbi dicit, statuto cauetur, ꝙ arbitri debent diffinire causas: qa possunt † absoluere ab obseruatione iudicij eo casu, quo imponit ꝑpetuum silẽtiũ: qa habet vim diffinitiuæ: & effectus põderãdus est, ar. l. si filius. ff. quod cum eo. & eodẽ modo ibi dicit, vbi interlocutoria habet vim diffinitiuæ, ꝙ eodem modo appellatur ab ea sicut a diffinitiua. & allegat Ioannẽ An. in dicto capitulo peruenit: & ibi etiam Baldus loqtur, quando appellans deseruit appellationi. Præterea facit dictum capit. peruenit. el 2. vbi Ioãnes An. per illum tex. dicit, quòd præceptum habens vim diffinitiuę, regulatur tanquam diffinitiua. & ibi sequuntur omnes moderni. Et sequitur dominus Antonius, qui ad hoc allegat Speculatorem in titulo de appe. §. in quibus. versi. sed nunquid. vbi dicit, ꝙ interlocutoriæ habentes vim diffinitiuæ, regulant vt diffinitiuæ. adducit etiã cõsilium Federici de Senis 192. Præterea allego tex. coniuncta gl. in versi. exequendam. in c. dilectis. de ap. vbi dicitur, appellatione interposita ab actu extraiudicialiter gesto habente vim diffinitiuæ, iudicatur vt de appellatione a diffinitiua. Præterea adduco illud, quod no. Inn. & Host. in c. constitutis. de ap. & per alios in c. qua frõte. eo. tit. vbi dicunt idem esse in confirmatione habente vim diffinitiuę, vt si appellatur ab ea, appellabitur tanq̃ a diffinitiua. Facit etiã, quod voluit Abbas antiquus in d. c. peruenit. el 2. vbi dixit, ꝙ interlocutoria habens vim diffinitiuæ regulatur vt diffinitiua. Facit ẽt, quod dicunt domini de Ro. decisione 81. aliàs 83. vbi dicunt, quòd illa sententia, qua pronuntiatur, appellationem esse desertam, est interlocutoria, habens vim diffinitiuæ. & idẽ decidit Bal. in l. nã & minores. C. si aduer. rem iud. Et sic in proposita nostra consultatione multifariè apparet, ꝙ iste non potuit appellare: nam statutum istud, si bene ponderetur, non eget tot allegationibus, nec tot inductionibus: qa non loquitur de eo, qui semel a sentẽtia appellauit: sed loqᷓ de eo, q semel appellauit, ꝙ nõ possit postea appellare. Et certum est, ꝙ nedũ appellatur a sententia diffinitiua, sed ab interlocutoria: vt in c. cordi. de ap. li. 6. & in cle. appellanti. eo. ti. & in c. vt debitus. & c. cõstitutus. e. ti. & in c. qđ ad consultationẽ. de re iudi. & in l. minoribus. C. de his q. vt indig. & l. intra vtile. ff. de mino. & in l. ait ꝑtor. §. permittitur. eo. ti. & l. 3. §. fi. ff. de app. vñ illa verba, q semel appellauit, nõ possit amplius appellare, vidẽtur importare appellationẽ nedum a diffinitiua: sed etiã ab interlocutoria. Et sic ex isto capite videretur, ꝙ iste nõ potuerit appellare ab ista sententia, qua fuit pronũtiatũ appellationẽ desertã. ¶ Et si op-

5 ponatur, ꝙ istud † statutũ est exorbitans a iure: qa est cõtra ius commune, disponens bis posse appellare: vt in ti. ne liceat in vna, eademq; causa tertiò prou. & loqtur de appellatione: ergo strictè debet intelligi, vt q̃ minus fieri potest tollat ius cõmune: vt l. fin. §. in computatione. C. de iure deli. & in c. cum dilectus. de consue. & in c. causam q̃. de rescrip. & in c. dilecto. de ver. si. & in c. j. de feud. cog. & in l. si serui vestri. C. de noxa. iõ intelligiᷓ de appellatione a diffinitiua: sed ista est interlocutoria, pronuntiare appellationẽ desertã: ergo seqtur, ꝙ tale statutũ nõ excludit istam interlocutoriam. Ad hoc respondeo multipli-

6 citer. primo, ꝙ † ista nõ est interlocutoria: sed est diffinitiua: vt voluit Inn. Ia. Bu. & Ange. in d. l. si ꝑses. & etiã idẽ Ang. l. qđ iussit. ff. de re iud. dixit, ꝙ vbicunq; iudex pronuntiat processum annullãdum dr̃ sententia diffinitiua. & idem voluit in l. si qs libertatem. ff. de pet. hæred. limitando istud suũ dictum. primum, quando non speratur alia sentẽtia: vt est in casu nostro, & postq̃ est pronuntiatum, appellationem fore desertã. Et etiã facit ratio, qa interlocutoria est illa, quæ ferᷓ principiũ & finem causę, vt habetur in summa. 2. q. j. & ĩ rub. de re iud. ꝑ omnes Canonistas. sed ista sñia est lata in fine, nec alia speratur sententia ferri. ergo est diffinitiua & non interlocutoria, & istã partẽ tenent illustres doc. vt fuit Inno. Ia. Bu. & Ang. vel si volumus tenere, ꝙ sit interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, vt tenuit Io. An. Bal. Saly. domini de Ro. & sequaces: & est opi. multorum doct. adhuc est idem dicendum, ꝙ regulatur ẜm naturam diffinitiuæ, vt superius est ostensum. Et ideo consuluit Ang. vt superius retuli, ꝙ statutum loquens de diffinitiua simpliciter, verificaᷓ in interlocutoria habente vim diffinitiuæ: secus si exprimat de mera diffinitiua. Et bene facit dictum Bal. in d. l. nam & minores, vbi dicit, ꝙ est dare sñiam diffinitiuam, habentem vim interlocutoriæ: quo casu regulatur, vt interlocutoria: idem dicamus in ꝓposito, ꝙ hñs vim diffinitiuæ interlocutoria reguletur tanq̃ diffinitiua, & per ꝯñs statutum istud siue loquatur, ꝙ non possit appellari: siue loquaᷓ, ꝙ non possit appellari a sñia: habet locũ qñ appellatur ab interlocutoria habẽte vim diffinitiuæ, & sic non potuit appellari ab ista sententia, appellationem fore desertam: ex quo semel appellauerat. Nec ob. si dicatur, ꝙ requiritur ad hoc vt excludatur

detur iste appellans, ꝙ habeat duas sententias con-
formes diffinitiuas ꝯ se sup meritus causæ: iuxta no.
in cle. j. de re iudi. & in l. j. C. ne liceat in vna eadem-
que cā tertio ꝓuo. qa in d. cle. j. apponunt̄ illa verba,
tres sententiæ diffinitiuæ circa idem: sed istud statu-
tum non loquitur de sentētia, sed solum dicit, ꝙ nō
liceat appellare ei, qui semel appellauit in eadē cā.
cū ergo semel appellauerit in eadē causa, quonam-
modo poterit appellare secūdo ꝯtra dispositionem
statuti ab ista sententia, appellationē desertā esse? vñ
Bal. in rub. C. ne liceat in vna eademq; causa tertiò
prouo. dicit, qđ si appellatur ab electione, & appellās
succumbit bis: an habeat locum ille ti. licet nō sint
latæ nisi duæ sñīæ? Decidit ꝙ sic: qa vtraq; est senten
tia appellationis, & regula illa ita dicit expressè. non
7 tñ isto casu dicit, ꝙ † haberet locū illa cle. j. de re iud.
ex eo: qa illa loquitur de interlocutorijs sentētijs, &
sic Bald. ibi facit dñiam, an dicat̄ tertio appellare an
dicat̄ a tribus sñījs diffinitiuis. cū ergo in casu istius
statuti dicatur ei, qui semel appellauerit. nō licet po
stea appellare in eadem cā: non est opus, ꝙ p̄cedant
duæ sñīæ cōformes circa idē: vt est in casu. d. cle. j. &
iō dñi de Ro. deci. 35. quos refert D. Lud. Ro. in suis
singu. dicūt, ꝙ in casu. d. cle. oportet, ꝙ sint tres sentē
tiæ cōformes: & omnes condēnatoriæ circa idē ꝑꝑ
illa verba apposita in tex. d. cle. j. dū dicit, tribus sen
tentijs diffinitiuis. sed in casu istius statuti nō appo-
nūtur ista verba: ergo nec in isto statuto fit aliqua
mētio de cōformitate: nec ēt de sñīa solū dicit, ꝙ nō
liceat appellare nisi semel. conformitas. n. sentētiæ
p̄supponit sñīam p̄cessisse, ar. l. in testō. la grāde. ff. de
ꝯdi. & demō. signū. n. p̄supponit signatū. c. ea quę. de
re iud. sed istud statutum nō loqtur per illa verba, si
semel appellauerit a sentētia in eadē causa lata: nō
licet amplius a sentētia diffinitiua appellare. nam si
loqueretur illo mō, tūc posset interuenire illa dubi
tatio, vel verius, si statutū diceret, si fuerint latæ duę
sñīæ, nō possit amplius ab illis appellari: tūc bñ cre-
do, ꝙ esset opus, ꝙ essent tales sententiæ conformes
adiudicatoriæ: & nō sufficeret, ꝙ vna esset adiudica-
toria, & alia desertoria appellationis. Sed iste nō est
casus nr̄: & sic nō vēdicāt sibi locum in casu nostro
allegata per famosissimum dñm aduocatum partis
appellantis. Nec ob. ꝙ appellans est reus: iō esset iu-
dicandū ꝓ eo. l. Arrianus. ff. de act. & ob. cū si. qa rñ.
vt Ro. Pontifex. in c. ex tenore. de for. cōpe. in ver. ita
sumus pauperibus & viduis in sñīa debitores, ꝙ alij
iniustitiā facere nō debemus. ita in ꝓposito nr̄o nō
est in sua iustitia defraudād⁹ actor. Nec ob. ꝙ agit̄ de
graui prę iudicio: ergo cautius est agendū, qa sibi im
putet iste appellans, quare fuit negligens in ꝓsequē
da appellatione. vigilantibus enim & nō dormien-
tibus iura subueniunt. c. vigilanti. de præscrip. cū si.
Et ēt mens ipsorum statuentium fuit abbreuiare li-
tes, ar. c. cordi. de ap. li. 6. c. finē litibus de do. & cōtu.
l. properandū. in prin. C. de iud. cū si. & ēt amputare
calūnias p̄sumptas. cle. vt calūnis. de re iud. c. calum
niā. de pęn. cū si. ex quo enim succūbit, qa semel ap-
pellauerit, præsumpsit mēs statuentis calūniā inesse
secūdo appellāti. Et ex istis cōcludo quoad istud pri
mum dubiū, istū appellātem non potuisse appellare
a sñīa iudicis appellationum, qua pronuntiauit ap-
pellationem fore desertā. ¶ Capio nūc secundā du-
bitationē, vtrū ad hoc vt appellatio ista fuerit deser
ta, dēat attēdi statutū Mutinēse, & sic statutū loci ip
si⁹ iudicis appellatiōis, an statutū Regnani? & sic sta-
tutū loci iudicis a quo, vel loci actoris, vel rei, quoad
ea q̄ tendūt ad ordinē ipsius iudicij, & nō quoad ea,
q̄ tendūt ad decisionē. Et circa hoc est aduertēdū, ꝙ
indubitanter iste iudex appellationis dēt seruare in
ista cā appellationis istud statutum Mutinęse, quod
ꝯcernit ordinē iudicij quoad acta fienda corā eo. &
istud ponit gladium ad radicē in p̄senti ꝯsultatione.
Vnde solennis doctor D. Dominicus de Sancto Ge-
miniano in c. cōsuetudo. j. di. in ver. super dubio. tñ
8 gl. quæ cōsuetudo sit seruanda, concludit, ꝙ † aut cō
suetudo ꝯcernit acta circa ordinatoria iudicij, & tūc
si iudex hēt iudicare ex actis p̄teritis factis corā iudi-
ce a quo, tunc seruabit statutū iudicis causæ princi
palis, & sic iudicis a quo, alle. gl. in c. licet canon. in
ver. decætero. de ele. li. 6. nā ista acta litis ordinatoria
quoad effectus iā deductos in esse nō pereūt, ēt si pe
reat instantia iudicij: vt no. Inno. in c. causam. el. j. de
test. Bar. in l. is apud quem. C. de eden. & in l. 2. C. de
fruc. & lit. expē. & in l. gesta. C. de re iud. & in l. 2. ff. iu
di. sol. aut iudex habet iudicare ex nouis actis, & tūc
seruabit cōsuetudinē sui tribunalis. Ista est gl. solē-
nis in cle. dispendiosam. de iud. ver. vsuras. & in c. qđ
clericis. de foro compe. Et ideo singulariter dicebat
Arch. in c. nō ita. 2. q. 7. ꝙ clericus litigans contra lai
cum corā iudice seculari, non appellat ante sñīam,
nisi in casibus a iure ciuili permissis. Et optimè, &
formaliter probatur ista doctrina in d. c. non ita. Et
ēt ibi, idem dominus Dominicus colligit ex illo tex.
9 ꝙ iudex † in ordinatorijs iudicij dēt seruare statuta
sui fori, & non loci ipsorum litigantiū. Cum ergo in
casu nr̄o ita sit formaliter, qa loquimur quoad libel
lum porrigēdum corā iudice appellationis ciuitatis
Mutinen. ergo sequitur necessario, ꝙ attendi debet
statutum Mutinēse. Præterea facit. c. sicut. de re iud.
in versi. in plerisque locis. in quibus prudentum co
pia habetur, id moris existat. vbi textus formalis, ꝙ
quoad ea, quæ tendunt ad ordinem iudicij, attendi
debēt statuta loci ipsius iudicātis. Facit. c. licet ex su-
scepto. de foro cōpe. vbi consuetudo tribuens iuris-
dictionem in causa appellationis. defert illam secū-
dū qualitatē tribunalis secularis, ad tribunal eccle-
siasticum: quia poterit appellari omisso medio ad
Papam, & etiam a quolibet grauamine: sed secus sit
de iure ciuili: vt l. ad principē. ff. de appellationibus.
Item a quolibet grauamine, etiam quoties se, sense-
rit grauatum, non appellatur ad tribunal iudicis se-
cularis, tamen hoc casu appellabitur, quoties sentit
se grauatum, quod est accuratè notandum secundū
dominum Antonium ibi, ita dicamus in casu nr̄o:
ex quo ista causa est deuoluta ad iudicem appella-
tionis, regulabitur processus & omnis ordo iudicia-
rius, s̄m cōsuetudinem & statuta ipsius loci, iudicis,
& per ꝯñs statutum Mutinense vendicat sibi locum
in ista appellatione. ergo appellatio fuit deserta: ex
quo infra spatiū qnq; dierū nō adhibuit solennitatē
reqsitā ab ipso statuto in cā appellationis. Præterea
facit, qđ no. D. An. in rub. de consue. in prin. vbi post
alios antiquos scribentes dicit, ꝙ doctores recitatis
10 multis opinionibus, an iudex † appellationis teneat̄
seq consuetudinem iudicis causæ principalis: an cō-
suetudinē partium, an consuetudinē loci ipsius iu-
dicis appellationis, tandē concludunt, ꝙ si consue-
tudo respicit decisoria, debet attendi consuetudo li
tigantium. l. j. C. de emancip. lib. l. si fundus. ff. de eui.
ideo si contractus esset factus in loco iudicis princi-
palis: tunc debet attendi cōsuetudo illius loci: qa il-
le locus est locus litigantium, ex quo ibi est contra-
ctus: vt d. l. si fundus. aut consuetudo disponit circa
p̄ceptoria, & ordinatoria iudiciorū. s. qualiter lis ꝯte
stet̄, qualiter libellus detur: & an procedat̄ summa-
riè, vel qualiter: tunc si iudex appellationis habet iu
dicare ex actis præteritis: tūc habet iudicare secūdū
consuetudinem loci iudicis principalis causæ, sed si
agitur de actis futuris, tunc debet attendi consuetu-
do loci ipsius iudicis appellationis, ita ibi recitat &
decidit formaliter. Cum ergo statutum Mutinense

disponat de actis futuris fiedis coram ipso iudice appellationis, qđ patet expressè, dũ dicit: & q appellauerit a sententia, vel grauamine contra se illata, vel illato, teneatur & debeat coram iudice, ad quē deuoluetur cognitio dictæ appellationis, libellum appellatorium producere infra 5. dies cõtinuos a die interpositę appellationis numerandos, &c. & sic statutum istud disponit de actu futuro & fiendo corã ipso iudice appellationis. & sic D. Ant. ponit gladiũ decidentem formaliter istam q. ergo seqtur necessario, ꝙ ista appellatio est deserta: ex quo appellans non produxit libellũ appellatoriũ infra quinq; dies: & sic non attendetur statutum Regnani. & istud ẽt sequitur Bald. in rub. extra de cõsue. in finalibus verbis. in iudice appellationis: dicit enim, ꝙ index appellationis procedendo debet sequi suas consuetudines: sed in decidendo secus. Istam partem etiam seqtur dominus meus Io. de Imol. in pallegata rub. in iudice appellationis. Facit, quod no. Specu. in tit. de sen. pro la. §. qualiter. post princi. & remittit se dominus meus ibi ad dicta per se in c. fi. de consti. Facit etiam, quod no. Bal. in d. c. de causis. de offic. delega. ver. qro, vtrum iudex delegatus a Papa teneatur seruare leges municipales: & decidit ꝙ sic. allegat ad hoc Host. & sic sequitur, ꝙ debuit iudicium istud ordinare s'm statutum Mutinense. cum ergo non fuerit productus libellus appellatorius infra quinque dies continuos vt disponit dictum statutũ Mutinense: seqtur, ꝙ appellatio fuit deserta, & per consequẽs iustè fecit iudex appellationis sequi statutum Mutinense. Et ex istis concludo, partes spectabilis & clarissimi domini Massarij esse, in pronuntiando & declarando dictum Anto. de Rindenouato nõ potuisse appellare a sentẽtia iudicis, appellationis, pronũtiantis appellationem fore desertam. & ipsum iudicem appellationis iustè & bene iudicasse, sequendo statutum Mutinæ disponens, libellum appellatoriũ debere producti infra q̃nque dies cõtinuos. Et sic in fauorẽ dicti Antonij Mutini, & sociorum cõcludo.

EPITOME.

¶ Fratres cuiusdam hospitalis hæredes instituti hac adiecta conditione, vt quotannis die obitus testatoris anniuersarium facerent, aut fieri curarent in ecclesia certa, alioquin illis per biennium cessantibus ad ecclesiam illam sua omnia & vniuersam hæreditatem peruenire voluit. Illi autem fratres ꝑ biennium cessarunt: Respondet Barb. hæreditatem ad illam ecclesiam deuolutam esse, nec fratres hospitalis in integrum restitui petere posse.

SVMMARIVM.

Hæres tenetur voluntatem testatoris implere, quando tempus a testatore certũ præfixum est, statim a die aditæ hæreditatis, nec est vlla monitio necessaria. nu. 5. 6. & 9.

Priuilegiati duo concurrentes reducuntur ad terminos iuris cõmunis: vnde fratres isti, hoc casu, restitutionem petere non possunt aduersus ecclesiam, quia priuilegiata est. nu. 7.

Testatoris expressa dispositio præfertur dispositioni legis. n. 10.

CONSILIVM XXXII.

In medium afferam, qđ Platoni philosopho clarissimo. j. Timei, bellissimè venit, in mẽtem, In minimis, inquit, rebus debemus diuinum auxilium implorare. j. quæstione j. capit. cum Paulus. & cap. principatus. in authentico, quomodo oporteat episcopos. in prin. Ideo optimi maximi Dei oĩ inuocato ꝑsidio, viso præsentis consultationis puncto, & maturè pẽsato, & examinato, videt dicendum prima consideratione, ꝙ isti fratres non sint priuati hæreditate prædicta: quod sic ostẽdo.
1 dispositio † testatoris legitima habetur, ac si esset dispositio legis. in auth. de nup. §. disponat. æquiparantur enim adinuicem vltima volunta s & legis dispositio, vt l. fi. C. de rebus alie. nõ alie. l. seruus hac lege. ff. de manu. l. ille. §. fi. ff. qui & a qui. quinimo vltima volũtas, & iudicis sententia æquiparantur: vt est optima & solennis gl. in c. cum super. de re iudi. in prima gl. & probant prællegata iura, & Bald. in l. si ea lege. C. de condict. ob cau. & no. in l. si ita qs. §. ea lege. ff. de
2 verborum obligationibus, sed vbicunque † hæres venit priuandus hæreditate & bonis defuncti: ex eo qa non exequitur volũtatem & dispositionẽ defuncti, reqritur monitio: vt est tex. in auth. hoc amplius. C. de fideicom. & plus etiam ibi requirit text. quòd talis monitio debet fieri per iudicem. & facit tex. in c. si post præstitum. de confes. libro sexto. licet gl. in authentico, de hæred. & falc. §. si qs autem non implẽs. dicat, ꝙ sufficit, si fiat per nuncium, vel per epistolã. de quo per Angelum in dicta authen. hoc amplius. vbi refert se habuisse de facto. sed de hoc nũc nõ dubitatur: iõ nõ discutio: sufficit, ꝙ remaneat conclusio vera, ꝙ vt hęres priuetur hęreditate, reqritur monitio. & bene facit, quod no. idẽ Ang. in dicto §. si qs autem non implens. & in authen. de eccles. tit. §. fin. autem. & ibi subdit, ꝙ etiam requiritur bina monitio: qnimo dicit se habuisse de facto in dicta authentica, hoc amplius. an sufficiat constitutio synodalis, in qua disponitur dicẽ, monemus omnes hæredes per hanc constitutionem, vt infra sex mẽses debeãt soluere legata an pias causas. an habeat locum pœna illius authen. & arguit ꝙ non: qa illa auth. est pœnalis & odiosa: & habet certam formam & determinatã: vt moueatur a iudice. vnde non est recedendũ a forma legis. l. cum hi. §. si prætor. ff. de trausac. nec debet ad alium casum extendi. l. si vero. §. de viro. ff. sol. matr. sequitur, ꝙ sicut dispositio legis priuãs hæredem non exequẽtem voluntatem defuncti, requirit monitionem fieri a iudice: ita & dispositio defuncti priuans hæredem non adimplentem disposita ꝑ ipsum defunctum, requirit monitionem fieri debere per ipsum iudicem: ex quo ęquiparantur adinuicem: vt dictum est. Nec testator † presumitur velle 3
aliter disponere, quàm iura velint, arg. capit. requisisti. de testa. & l. nemo pot est. ff. de le. j. cum si. tũc sucedit elegans doctri. Bal. in c. j. in tit. qñ dñs proprie. priu. vbi dicit, ꝙ natura est pẽnarũ est talis, ꝙ volens petere pẽnã pp nõ implementũ alterius, debet ante omnia ꝓbare & liqdare, ꝙ ex parte sua omne implemẽtũ fecerit, qđ facere dẽbat. & dicit esse ꝙ casum singularem in l. in testõ. la grãde. ff. de ꝯdi. & de. & in auth. dos data. C. de dona. ante nup. dixit idem Bal. ꝙ qui differt facere, quod debet, non potest petere, quod ei debetur. ita dicamus ĩ ꝓposito nro, debuit ista ecclesia sancti Prosperi instituta, seu substituta facere moueri ipsos fratres: vt infra terminum statutum ab ipso defuncto facerent fieri dictũ anniuersariũ: vt ex superius dictis apparet. sed iã nõ fecerunt: ergo seqtur, ꝙ nõ possent exigere istã hæreditatẽ in pẽnã ipsorum hæredũ. & ex isto capite videt, ꝙ nulla actio, aut ius cõpetat dictę ecclesiæ sancti Prosperi ad priuandum dictos fratres hæredes ipsius quondã defuncti. Præterea ex alio capite hoc liquido ostẽdi potest, videlicet posito ꝙ isti fratres fuerint negligentes, & nõ fecerunt id, qđ facere debebãt, & ecciderũt ab ista hereditate: tñ possent petere restitui in integ. ad hoc allego elegãtem doctorẽ Ludo. Ro. in suis notabilibus. incip. pridie habui casum de facto, hospitale fuerãt hæres institutus cũ hoc, ꝙ intra annũ capellam ædificaret, aliàs testator instituit quendã tertiũ, demum mortuo testatore Hospitale non fecit

fecit ædificare capellã, trãsacto anno substitutus petit hæreditatẽ in pęnã Hospitalis, petitur pro parte Hospitalis in integrũ rest. quæritur qd iuris decidit ibi se in facto allegasse casum in l.3.§.& si hrs. ff.de mino. ꝙ possit restitui: sed minor & pius locus ęquiparantur: vt in c.j.& c. auditis. de in integ.restit. Facit, quod no.glo.in c.inquirẽdum.de pecul.cle. quæ æquiparat ecclesiam pupillo, & reputatur illa gloss. sin.& facit gl.optima in l.si ꝑses.C.quomodo & quãdo iud.ergo ista ecclesia, seu Hospitale istorum fratrum, venit restituẽdum. facit, qđ voluit subtilis doctor. D.Raph.Fulgosius in l.fi.C. in qbus cau.rest.in inte. nõ est nec.vbi dicit, testõr instituit minorẽ hrđẽ, si intra certũ terminũ aliqd fecerit, minor nõ impleuit infra illud tempus: an currat minori præscriptio. decidit ꝙ sic.sed restituetur in integrũ, alleg.d.l.3.§.& si hrs. pariformiter idẽ dicemus in ecclesia. Facit etiã: qa minor institutus restituit aduersus substitutũ.l.ꝙ si fine.§.sed qđ Papi.& l.ꝙ si minor.§.Scęuola.ff.de mino. ita in ꝓposito cũ ẽt locus pius ipsorũ fratrum fuerit institutus, q ęquiparatur minori: vt l. orphanotrophos.C.de epi.& cleri. videt, ꝙ possit restitui in integrũ. & istã partem tanquam veriorem tenuit Bal.in l.si pupillorum.C.de repudianda hęreditate.& ꝙ plus est, loquitur ibi Baldus in eo casu, quo in defectum implementi fuerat instituta altera ecclesia: & sic formaliter vr̃ decidere præsentem dubitationem. Et verissimè ꝓbatur ista doctrina. in d. §.& si hæres. in ver.si a patre in diebus centũ sit emãcipatus, mox debuerit patrẽ certiorare: nec fecerit, cum possit, qui eum emancipasset, si cognouisset: dicendum erit, eum posse restitui in integrum: & est diligenter ponderãdus iste tex. qa loquitur de lucro captando, & restituitur minor: licet in proposito nostro ecclesia, seu iste pius locus tractet de lucro captando: qa de hrđitate sibi delata tñ poterit restitui in integrũ.& si aliter diceremus, sequeret̃, ꝙ factũ ꝑlati, vel ipsorum fratrũ præiudicaret ecclesiæ, qđ nõ est dicendum: vt in c.dilectũ personę.de reg.iur.li.6. l.iubemus nullam.C.de sacrosan.eccle.cũ si.& maximè: qa hæreditas est per multa tempora q̃sita ipsi loco pio; quo casu tractat de dãno euitando, de iure q̃sito perdendo: & sic nõ de lucro captãdo: & aliud est debita ꝑdere, & lucra nõ capere: vt l.fi.C.de codicil.cum si.& sic vr̃, ꝙ vel non cucurrit illud tẽpus, vt priuetur hæreditate non facta monitione: vel si cucurrit, cõpetit restitutio in integrũ, & ista erant, quæ ꝑsentem dubitationem reddebant dubiã. ¶ Et licet ista sint colorata & apparẽtia.tñ casum istũ nõ attingunt, iõ illis nõ obstãtibus, ꝯrium puto esse de iure verius, videlicet ꝙ sint priuati isti fratres hrđitate ipsius defunctæ, nec aliquo mõ sint restituẽdi. Et qa ex facto ius orit̃, põderanda sunt primo verba ipsius testamẽti, hoc mõ ꝯcepta, instituit &c. cũ hac ꝯditione adiecta, ꝙ singulo anno in ꝑpetuũ in die obitus ipsius testatricis fratres ipsius cõsortij præsentes & futuri teneantur facere fieri vnũ anniuersariũ in ecclesia sancti Prosperi, & si per bienniũ ipsi fratres ꝑsentes, vel futuri cessarẽt facere, vel fieri facere dictũ anniuersariũ mõ, quo supra voluit & mandauit, ꝙ persolutis legatis omnia bona tã mobilia, q̃ immobilia, ac iura & actiones vniuersæ hæreditatis ipsius testatoris perueniant & peruenire debeant ad capitulũ presbyterorũ sancti Prosperi cũ onere ꝑdicto, qđ capitulũ, & quos presbyteros ipsius capituli præsentes & futuros dicto casu adueniente, ex nũc ꝓut ex tũc sibi hæredes vr̃es instituit, & fecit.ista sunt formalia verba testamenti. modo fratres ipsius ꝯsortij adiuerunt hæreditatem cũ beneficio inuentarij, & alienarunt quãdam domũ hæreditariã & soluerunt
4 certa † legata, quæ oĩa sunt signa aditionis, posito ꝙ nõ appareat, aliter de aditione, vt l.pro hærede. & l. gerit.ff.de acq.hære.& quod nõ.in l.j.& 2.C.de repu.hæred. & maximè qa per diuturnitatẽ tanti tpis ꝑsũmitur facta aditio, iuxta not. in l. si filius.C.de peti.hrđ.& in l.q in aliena.§.ꝙ si nõ adierit.ff. de acq.hr̃.cũ si.& tũc aduertendũ, ꝙ ista voluntas expresè ad pias causas facta est ita a iure fauorabilis, ꝙ cõpetit actio cuilibet de populo, vt est casus singularis in aũthẽ.de eccl.titu.§.finautẽ.& ibi alle. ad hoc illũ tex. Ang.Et facit dictum Bar.in l.nec quicq̃.§. obseruare.ff.de offi.ꝓconsul.& leg. vbi dicit, ꝙ iudex curare dẽt, ꝙ relicta ad pias cãs executioni mandẽtur, si eps negligat, vel aliquis alius de populo, & ideo dicit, ꝙ fratres minores possunt experiri officio iudicis, vel ad petitionẽ vniuscuiusq; de populo agentis, vt cõsequãtur relicta ad pias causas.& bene facit tex.valde solennis in l.hrđitas.ff.de peti.hrđ.& qđ no. in c. si hæredes.& c. tua nobis.& in c. nos qdẽ. de testa.& tex.valde singu.in authen.de hæred.& falc.§.si vero expressim.quem alleg.pro singulari Bart.in l.nemo potest.ff.de leg.j.ꝙ quælibet voluntas testatoris dicitur pia, & ista volũtas huius testatoris fuit pijssima: & etiam onus appositum suis hæredibus tendit ad subleuationem & refrigeriũ animæ ipsius defuncti: iuxta illud Iob viri patientissimi. pellem pro pelle, & omnia donat homo pro anima sua. Et est etiam ponderanda maxima iniquitas ipsorum fratrum, qui (vt apparet) nunquã celebrari fecerunt anniuersarium in ecclesia sancti Prosperi pro anima ipsius defuncti: & erat onus leue sexdecim solidorũ: & arguitur in eis tanto maior dolus & iniquitas propter longum lapsum temporis: iuxta not.in c.fi. de ꝯsue.& iuxta illud, quod dicimus de stante & perseuerante in peccato: qa de leui & veniali efficitur maximũ & morte dignũ: vt in c.vnum orarium.§.aliàs ea demum.25.di. & plenissimè habetur in c. testimoniũ. de test.& ibi plenissimè dixi in repetitione: nec etiã sunt boni mores, & habet magnam apparentiã mali, defendere ꝯtrium: vt in c.cum ab omni. de vita & hone.cleri.nam tot tempora sunt transacta, quibus perceperũt fructus hæreditatis, seu ipsam hæreditatẽ, & nõ impleuerunt voluntatem testatoris, & ꝯ expressam volũtatẽ ipsius testatoris fecerunt: & ꝙ nũc velint defendere illam inobedientiã, & illam suã iniqtatem: vt scribitur in libro Iudith.odit enim, inqt, Deus eorũ iniqtatẽ. & iã ecclesia debet esse auctrix & cultrix honestatis & iustitiæ: vt est pulcher text.in c.j.§.sed diuersum. ĩ ti.de alie.feu. Mõ istis ꝑsuppositis, dico istam qõnem fore bellissimè decisam ꝑ verissimũ iuris interꝑtẽ do.Pet.de Anc.quem refert & sequitur ibi dominus meus Ioan.de Imola in c. nos quidem.de testa. vbi dicit se consuluisse in quæstio-
5 ne facti Senis.ibi enim habetur, ꝙ hęres † tenetur infra annum exequi voluntatem: & incipit ille annus a die monitionis, vt in d.§. si qs autem non implẽs. & dicta authen.hoc amplius. ipse vero dicit ibi hoc esse verum, vbi non fuit tempus a testatore præfixũ ipsi operi construendo. aliàs curreret tempus a testatore præfixum a die aditæ hæreditatis: ꝑ id, quod habetur in l.statuliberos.§. si quis hæredi.ff.de statu libe. & in l.fi §.finautem dubius.C.de iure deliber. & ꝑ hoc dicit se ꝯsuluisse in facto Senis. Testator debitori suo liberationẽ debiti reliqt, si dederit qnquaginta Hospitali infra mẽsem a die mortis ipsius testatoris, aliàs totum debitum relinquebat Hospitali, ꝙ licet non soluerit infra mensem Hospitali, post mortem testatoris, quia habuit ignorantiam testamẽti, ꝙ elapso mense potuit soluere Hospitali, & cõsequi liberationem sibi relictã. secus dicit si sciuit, qa tunc sine alia monitione sibi currit tẽpus præfixũ ab ipso defuncto. & sequitur ibi dominus meus Ioan. de

Imola, qui etiam ibi refert Federicum de Senis dice
re in consilio 124. aliàs 129. ꝙ si testator nō apposuit
certū tempus, illud currit a die monitionis. & sic se-
cus quādo est appositum tēpus ab ipso testatore ex-
pressum: qa tunc currit die sententiæ. facit ēt, quod
voluit Bal. in d. auth. hoc amplius. ver. quæro vtrum
monitio sit necessaria: & concludit, ꝙ vbi dies appo
nitur, non est necessaria monitio, & potest esse ratio,
quia dies interpellat pro homine. l. magnam. C. de
contrahen. & commit. stipu. sed si non est dies: aut
quis punitur propter factum: & tunc non reqritur
monitio. aut punitur pp negligētiā, & tunc requiri-
tur monitio. allegat elegantem doct. Innocen. in ca.
extirpandæ. §. quia vero. de præbend. Cum ergo in
proposito nostro sit specificatum, & determinatum
tempus, sequitur necessariò, quòd non fuit necessa-
ria monitio. debuerant enim fratres huius consortij
fieri facere anniuersarium quolibet anno: & si cessa
rēt per duos annos, voluit testator, ꝙ tūc hæreditas
defuncti deberet puenire ad canonicos & presbyte-
ros sancti Prospeti, quos substituebat & instituebat.
Facit ēt, qđ dixit idē in dicta authē. hoc amplius. vbi
voluit, ꝙ si executor sit datus ad aliqđ factū, qđ hēt
principium, & ei fiat p̄ceptū: terminus incipit, cū in-
cipere potuit, & finitur, cum perfici potuit: vt in au-
thē. de ecc. titu. §. si qs ædificatione. si ergo, vbi est ap
positum tēpus. tacitè, nō reperit interpellatio & mo
nitio ad constituendum hæredem, seu executorē in
mora, quāto fortius in casu nostro ad constituendū
6 istos hæredes in mora, fuit sufficiens tempus † appo-
situm ab ipsa testatrice: seruanda est enim voluntas
testatoris: quia non obuiat legi, aut canoni. l. in con
ditionibus primū locū, ff. de cond. & demō. l. 3. C. de
libe. præte. c. vltimá voluntas. 13. q. 2. & per ꝯsequēs
seqtur necessario, ꝙ dicta ecclesia sancti Prosperi de
Castello potest petere istam hæreditatem iure sub-
stitutionis in contumaciam ipsorum fratrum con-
sortij prædicti. Præterea si quispiā dixerit, amice, Ho-
spitalia, seu loca pia gaudent eodem priuilegio, quo
gaudent ecclesiæ, vt l. omnia priuilegia. & ibi Barto.
C. de epi. & cleri. cap. requisisti. de testa. Ioa. An. in c.
2. de in integ. resti. & per dn̄m Abbatem consiculū
meum in cle. 4. de p̄scrip. ergo istud ꝯsortium siue sit
Hospitale, siue sit locus pius, grauebit priuilegio: sed
ecclesia restitueretur: vt in d. l. 3. §. si hæres. ff. de mi-
nori. ergo ipsum consortium restituetur. Ad hoc re-
spondeo, & primo considero, ꝙ iudicio vniuscuisq;
exercitati & docti viri. tex. in d. §. & si ipse. nullo mō
obstat in casu nr̄o: ibi enim non fuit apposita condi
tio ꝯcernens fauorē animæ ipsius testatoris: sed po-
tius respiciebat fauorem ipsius hæredis minoris in-
stituti, vt a suo patre emanciparetur. vnde non erat
substituta pia causa, vt est in casu nr̄o. vnde succedit
7 regula elegās, ꝙ † vbicūque duo priuilegiati adinui-
cem concurrunt, tunc reducuntur ad terminos iu-
ris communis. l. 2. C. de priuile. fisci. & ibi dixit Bald.
illam l. esse arg. ꝙ si scholaris agat cōtra scholarem,
cessat priuilegiū. auth. habita. C. ne filius pro patre.
allegat in argm̄. l. sed & milites. ff. de excusation. tu-
torū. Facit gloss. in c. in presentia. de probationibus.
& quod not. per Baldum & Bartolum in authentica
quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesijs. & quod ha
betur in capitulo super spoliatione. & ordine cogni.
& etiam facit, qa priuilegium ipsius consortij nihil
proficit, ex eo quia isti fratres consortij petunt resti-
tutionem in integrum aduersus voluntatem defun
cti, qua sunt indigni, ex quo illam non mandarunt
executioni, vt in dicta authenti. hoc amplius. etiam
testator illo casu prouidit substituendo dictam ec-
clesiam: vt priuando eos hæreditate sua: & etiam pe
tunt istam restitutionem contra dictam ecclesiam
sancti Prosperi, quo casu ecclesia habet priuilegiū
iuris: & habet voluntatē testatoris. Vnde, posito, nō
tamen cōcesso, ꝙ posset ipsum Hospitale petere re-
stitutionem in integrum, quod non videtur esse con
cedendum, tamen in casu nostro non potest illud
beneficium restitutionis petere, propter tria, quæ il
lud ex toto impediunt & tollunt, videlicet dolus ip-
sorum fratrum, q per tam longum tempus tenuerūt
dictam hæreditatem, & illam executionem exeq nō
curarunt, quam defunctus eis mandauerat propter
redemptionem animæ suæ. & istud voluit Baldus in
dicta lege si pupillorum. secundo concurrit impedi-
mētum, qa testator ꝓuidit ī casu ꝯditionis nō adim
pletꝫ, & suā hæreditatem voluit deuolui ad dictam
ecclesiam sancti Prosperi. tertium est impedimen-
tum, qa ipsa ecclesia est priuilegiata: & per hoc tol-
litur, si forte quispiam diceret, ꝙ dictum consortiū
est reus. & tractat de hereditate acquisita perdenda,
& est in possessione hæreditatis: quo casu videt̄ ma-
gis priuilegiata, q̄ ecclesia sancti Prosperi: q̄ ē actrix,
& tractat de lucro captando: qa istud tollitur pro-
pter expressam voluntatem testatoris, q voluit hære
ditatē deuolui ad ipsos canonicos sancti Prosperi: &
sic ꝯcurrunt duo: qa fuerunt in dolo, & propter hoc
magis est priuilegiata ecclesia sancti Prosperi. & si
aliter diceremus, sequeretur, ꝙ illi fratres, q versati
sunt in dolo circa animam ipsius defuncti, reporta-
rent cōmodum de suo dolo & iniqtate, ꝙ non est di
cendum, vt in c. ex tenore literarū. & c. sedes Aposto
lica. de rescrip. cū si. vn̄ d. §. & si hæres. nullo mō ob-
stat: qa testator nō prouiderat expressè in casu quo
institutus non adimpleuisset conditionem: nec etiā
apposuerat conditionē in fauorem animæ ipsius te-
statoris: vt fuit in casu nostro. nec ēt ille hæres insti-
tutus licet minor, fuerat in dolo p̄sumptio: vt n casu
nostro. & sic sequitur, ꝙ nullo modo per illum textū
possunt dicti fratres consortij prædicti petere bene-
ficium restitutionis in integrū. Et si qspiam dixerit,
amice, istam quæstionē habuit in dicto excellēs do-
8 ctor D. Abbas de Sicilia ī ciuitate Senarū: † videlicet
vtrū ecclesia restituat̄ ad petitionem legati sibi facti
in testamento: & finaliter consuluit, ꝙ restituat̄. ita
dixit formaliter in cap. j. de prescrip. vbi dicit, ꝙ sicut
minor restituitur: ita & ecclesia, quæ fungit̄ vice mi
noris in materia restitutionis in integrū. ca. j. & 2. de
rest. in integ. li. 6. & c. auditis. & c. j. eo. ti. & cle. j. eo. ti.
Nec ob. si qs dixerit, ꝙ dicta iura loquūtur p̄scriptio-
nibus iudicialibus, & ꝯ̄ctibus, qa non apparet ratio
restringendi illa iura. Ad hoc rn̄detur, si bene pōde-
rentur dicta domini Abbatis ibi. nam ipse loquitur
eo casu, quo ecclesia erat legataria, & ignorauerat
sibi legatum fuisse, cōsuluit D. Abb. ꝙ restituetur in
integrum. vbi dicit hoc verum, si illa ecclesia igno-
rauerat de iure suo circa legatū dictæ ecclesiæ factū.
& allegat singulare dictum Bar. in l. j. §. si qs propter.
ff. de iti. actuque priua. nec etiam loquitur eo casu,
quo ecclesia, seu pius locus versaretur in dolo præ-
sumpto, propter dolū suorum ministrorū & fratrū,
& sic iste nō est casus noster. Nā isti fratres sciuerūt
& cognouerūt se esse hæredes, & alienarūt de bonis
hæreditarijs, & satisfecerūt legatarijs, & legatis reli-
ctis, nec adimpleuerūt voluntatem piam testatoris.
nec dominus Abbas loquitur eo casu, quo testator
prouiderat de alio hærede: vt in casu nostro, & sic
stat firmissima cōclusio, ꝙ isti fratres nullo mō pos-
sunt petere restitutionē in integrū aduersum dolū
& negligentiā suā. si aliter diceremus, sequeret̄, ꝙ vo
luntas testatoris volentis hæreditatē sui deuolui iu-
re substitutionis in ecclesiam sancti Prosperi non
seruaretur, quod esset satis iniquum, cum Deus &
sancti patres omnibus modis disposuerint, vltimas
volun-

voluntates seruandas esse. c. vltima voluntas. 30. q. 2. l. j. C. de sacrosan. eccle. Præterea est etiam accuratissimè ponderandum circa testamentum huius testatoris, dum dicit, quod capitulum & quos presbyteros dicti capituli præsētes, & futuros, dicto casu aduueniente, ex nunc prout ex tunc, sibi hæredes vniuersales substituit, & fecit, &c. vnde eo ipso, ꝙ isti defecerunt per duos annos, res non fuit integra, quia fuit deuoluta hæreditas eius ad ipsos canonicos, & presbyteros dicti capituli. vnde habentur, ac si ab ipso initio fuissent instituti. si ergo res non est integra, posito, non tamen concesso, ꝙ potuissent petere beneficium restitutionis in integrum, nihilominus ex quo res non est integra, quia ex nunc prout ex tunc hæreditas est deuoluta, & transitum fecit ad ipsos canonicos, & presbyteros, non competit dicto consortio in integrum restitutio. facit, quod not. in c. ex parte, de resti. spol. & in c. quanuis, de rescrip. lib. 6. & quod no. Bart. in simil. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de libe. & posthum. & in l. fina. C. de sen. pas. de bannito restituto, cuius bona fuerant iam alienata, & Angel. in authen. de hære. & falc. & Albericus de Rosate in auth. idē, de Nestorianis, C. de hęretic. & per scribentes in præalleg. cap. quanuis, & sic multifariè, multisque modis apparet, ꝙ dicti fratres ceciderunt ab hęreditate ipsius defuncti, & locus sit substitutioni, nec possunt beneficium restitutionis in integrum intentare aduersus lapsum temporis: cum etiam fuerint in dolo versati: vt superius dictum est. ¶ Nec obstat, ꝙ in contrarium superius addita fuerūt. primo cum

9 dicitur, ꝙ † dispositio legis & testatoris æquiparantur: concedo hoc, sed cum dicitur, ꝙ in dispositione legis requiritur monitio: vt d. auth. hoc amplius. ergo idem erit in dispositione testatoris, hoc nego: & respondeo, quòd vbicunq; testator de tempore non disposuit, sed solùm simpliciter instituit & non grauauit cum specificato tempore, tunc stamus dispositioni legis: quia testator videtur voluisse conformare se legis dispositioni: sed vbi testator expressit tempus, & vlterius processit, quòd ex tunc hæreditas sit deuoluta ad illos canonicos: tunc non est necessaria alia admonitio: quia satis monuit ipse testator primo loco institutos, vnde qui est certus, non est certificandus. c. eum qui certus, de regul. iur. lib. 6. l. j. ff. de dote præle. cap. causam, de elect. cum sim. & expressa

10 † dispositio defuncti facit cessare tacitam dispositionem legis: vt voluit dominus Pe. & do. Ioan. de Imo. in d. cap. nos quidem, de testa. Bal. in d. auth. hoc amplius, & in d. l. 2. C. de his quæ pęn. no. & ideo in casu certo stamus certo, & non coniecturis, vt l. cōtinuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. l. si certis annis. C. de pactis. & l. certa for. C. de iure fi. li. 10. Et etiam seuerius agitur cum homine, quàm cum lege, vt l. Celsus. ff. de arbi. Et quia dispositio hominis addit vltra dispositionem legis: vt est glo. solennis & ibi Bar. in l. 3. §. si rem. ff. de leg. 3. & l. non solum. ff. de rei vendic. & per Bar. in l. j. ff. ad l. fal. & per do. Anto. in c. j. de rescrip. & gl. in c. 2. de præb. lib. 6. & sic nullo modo obstat illud contrarium: & quia dies interpellat pro homine: vt d. l. magnam. C. de contrahen. & commit. stipu. cum simi. & sic sequitur, ꝙ nulla monitio fuit necessaria. Nec ob. cum allegatur do. Ang. in d. authen. hoc amplius, quòd episcopus non potest per suas constitutiones synodales alterare dispositionem illius auth. quo ad tollendas monitiones fiēdas, quia super hoc non oportet insistere: tū quia Ang. ibi hoc non decidit: sed dicit, ꝙ fuit quæstio ardua Perusij super hoc: & dominus Bald. in præallega. l. 1. C. de his, quæ pen. no. tenet expressè contrarium, ꝙ imo episcopus quo ad legata ad pias causas relicta potest apponere pœnas priuatiuas hæredibus, & executoribus nolētibus exequi pias voluntates deficientium, & pridie consului in causa domini episcopi Ferrariensis, quòd constitutio synodalis poterat monere ipsos executores: videlicet, ꝙ executores, vel hæredes teneātur exequi infra sex menses, & illa sit vltima monitio, & peremptoria: vt latissimè ibi dixi, nec repeto: quia non est opus: ergo. Et ita etiam consuluit elegans doct. dominus Ludouicus Romanus in suis consilijs, ꝙ sufficit illa generalis synodalis, ergo multo magis sufficit illa monitio, quā fecit testator in dicto suo testamento, priuando eos hæreditate, si defecerint per duos annos in faciēdo fieri illud anniuersarium. Nec ob. cum dicitur, quòd petens pœnam debet probare se ex parte sua impleuisse illud, quod facere debebat: quia istud concedo: sed negatur, ꝙ in casu isto isti canonici, & presbyteri tenebantur aliquid implere, qa monere dictos fratres cōsortij non erat opus, nec tenebantur aliquid implere: quia monere dictos fratres consortij non erat opus, nec tenebantur adimplere aliquid: ergo. Nec obstat, cum dicitur, quòd

11 † posito, quòd non debuerunt moneri: tamen possunt restitui in integrum, & allegatur Ludouicus Romanus, quia Ludouicus Roma. non consuluit in casu nostro. ipse enim dicit, quòd hospitale fuit institutum cum hoc, ꝙ ædificaret capellam infra annū. aliàs instituebat tertium. non dicit, ꝙ instituit aliam ecclesiam: vt est in casu nostro, & sic casus suus est differēs a nostro. item quia textus ille, per quem mouetur Ludo. Ro. non probat dictum suum, vt iam superius induxi, non enim illa cōditio respiciebat animam ipsius testatoris, vt erat in casu nostro. item qa in casu illo non steterat hæres institutus in possessione rerum hæreditariarum, tā magno, & longissimo tpe, & perceperat fructus tanto tpe dictæ hęreditatis ꝯ voluntatem, & oēm dispositionem dicti testatoris, vt fuit in casu nostro. Item quia Ludouicus non consuluit eo casu, quo fuit in dolo ille hæres: sed in casu nostro fuerunt in dolo isti fratres hæredes instituti: vt superius ostensum fuit. Nec etiam obstat, cū Raphael Fulgosius dixerit in d. l. fi. ꝙ si testator instituit minorem & grauauit, ꝙ si non faceret certum quid infra determinatum tempus, priuabat eum hæriditate sua: ꝙ licet non impleuerit, potest petere beneficium restitutionis in intregrum, quia ad hoc respōdeo, vt iam supra proximè respōsum est dicto domini Ludouici, & etiam ꝙ Raphael mouetur ex dicta l. 3. §. & si hæres. vnde ille tex. nō loquitur in casu nostro: vt iam deduxi supra. Nec etiam obstat, cum dicitur, ꝙ minor institutus restituitur aduersus substitutum: quia istud procedit, quando res est integra: vt superius dixi. sed in casu nostro res nō est integra. ergo. iuxta no. in d. c. ex parte. Item illa iura non loquuntur, vt in casu nostro. non enim disponunt, quòd restituatur minor institutus contra voluntatem ipsius testatoris: vt est in casu nostro: quia iam testator dubitauit de negligentia, & iniquitate ipsorum fratrum, & voluit, ꝙ quando essent negligētes per duos annos, hæreditas esset deuoluta ad dictos canonicos. vnde restituere dictos fratres esset deuenire contra voluntatem ipsius defuncti: & ex toto euertere legitimam, & canonicam dispositionē amplius non redituram ipsius testatoris, ꝙ esset iniquissimū: & sic illa iura non merentur allegari contra præsentem consultationem. Nec etiam obstat, cum allegatur dictum Bal. in præalleg. l. si pupillorum, quia ipse expressè decidit in fauorem istorum canonicorum: dum dicit, ꝙ si fuerint in dolo versati, non competit restitutio. & ita formaliter fuit in casu nostro, quia iam steterunt tanto tempote: & in præiudicium animæ ipsius defuncti non voluerunt adimplere voluntatem ipsius deficientis: & iam dolus probatur per

coniecturas,

coniecturas, vt dixit glo. in l. dolum. C. de do. & in c. 2. de renunti. libr. 6. not. in l. post contractum. ff. de dona. cum si Item quia rationes allegatæ ibi per Bal. eo casu, quo non fuissent in dolo, magis stringunt in fauorem istorum canonicorum: dum dicit, ꝙ non debent restitui ad lucrum: nec aduersus voluntatē testatoris. Et ex supradictis concludo ipsos fratres consortij prædicti cecidisse a prædicta hæreditate: & eã hæreditatem esse deuolutam ad capitulum canonicorum & presbyterorum ecclesiæ sancti Prosperi de Castello, nec posse aliquo modo ipsos fratres consortij intentare beneficium restitutionis in integrum. Et sic in fauorem ipsorum canonicorum, & presbyterorum concludo.

EPITOME.

¶Clausula illa in gratia comprehesa, & aliis causis animum nr̃m mouentibus, de causis iis, quæ sunt expressis similes, accipi debet, unde cum in hoc casu expresse causę falsæ essent tacitę quoque a Papa falsæ cẽsendæ sunt: itaq; tota gratia subreptitia est.

SVMMARIVM.

Dictio alius, similia implicat expressis, nisi adiunctum habeat signum vniuersale. nu. 1.

Tacitum expresso maiorem vim non habet. nu. 2.

Gratia, quæ plura cōtinet negotia, per surreptionem in vno commissam, tota vitiatur. nu. 3. 4. 5. & 9.

CONSILIVM XXXIII.

Bene cuncta geruntur, si fiat principiũ decẽs & amabile Deo, in authen. quomodo oporteat epos. in principio. j. q. j. c. cum Paulus. & c. principatus. iõ optimi maximi Dei, omni inuocato præsidio, ad dubium de quo queritur, dum Eugenius fœlicis recordationis Papa dixerit in sua bulla & narrauit aliqua, quare reuocat illam vnionem, de qua plenè dixi in meo reddito ꝯsilio, & postea subdit in dicta bulla, ex istis, & alijs causis animum nr̃m mouẽtibus, posito, vt est in veritate, ꝙ causæ expressæ in bulla: ex quibus reuocauit illam vnionem erant subreptitiæ & non veræ: an illa reuocatio possit sustentari ex illa clausula, & alijs causis animum nostrum mouentibus. & videtur dicendum, ꝙ sic ex eo: quia nos dicimus, ꝙ sentẽtia lata ex falsa causa est nulla. l. qui testamento. ff. de excu. tu. & no. in c. cum inter. & in c. j. de re iudi. & in c. in præsentia. de renunti. & per scribẽtes in l. si is. ad quem. ff. de acqui. hære. & facit optimus tex. in c. ad dissoluẽdum. de despon. impub. vbi si libellus habet duo capita: vnum per quod redditur inualidum, & aliud per qđ redditur validum: capitur via, per quã libellus sustentatur. & Inno. multum singulariter in cap. in præsentia, de renun. dixit, ꝙ vbicunque in sententia exprimuntur duę causæ, quarum vna est contra expressum ius, alia vero nõ: posito etiam, ꝙ esset iniusta ꝯ ius litigatoris, tamen sententia sustentatur ex causa habili. facit. c. per tuas, qui fil. sint legi. cum quo dicto Inn. transiuit tota iurisprudentia antiqua, & moderna: vt latè per dñm Cardinalem do. Ant. & Io. de Imol. in d. c. in præsentia, & per Io. An. & alios in d. c. cum inter, per dominum Abbatem ꝯsiculum meum in c. j. de re iudic. ergo. facit optimus text. in l. Claudius. ff. de acq. hær. vbi putans secundum testamentum validum, quod reuera erat inualidum, adiuit ex illo, & poterat adire ex primo testamento valido: tamen sustentatur aditio ex illo valido; & bene facit, quod not. Innocent. in capitul. cum in officijs, de præscript. in simili de iudice, qui poterat procedere ex capite habili: & processit ex capite inhabili, ꝙ nihilominus sententia valet, & tenet: quia sustentabitur ex capite habili. & voluit Bald. in l. prima. C. de ser. fug. ita erit dicendum in proposito nostro, quod posito, quod causæ expressè in huiusmodi bullis fuerint non vere, sed falsæ: aut surreptitiæ, & ex illo capite huiusmodi literæ ad dictam gratiam sint. nullæ: nihilominus ex quo Romanus Pontifex in dictis literis dicit, & ex alijs causis animum nostrum mouentibus, recipient vigorem & valorẽ ex illis verbis & sic ex causis veris: & sustentabuntur dictæ literæ ex vera causa: non obstante ꝙ causæ expressæ tacita veritate fuerint enarratæ, temen recipiunt vigorem ex capite vero: quia non est fine magna causa, ꝙ Papa dixit, ex alijs causis animum nostrũ mouentibus: præsumitur enim, ꝙ Papa illud dixerit non sine ministerio, vt pulchre voluit Inn. in c. quę in ecclesiarũ, de ꝯstit. Accedat etiã casus valde sin. in c. si eo tpe, de rescript. li. 6. vbi rescriptum surreptitium in vno articulo non vitiat alium articulum. ita dicamus in casu nostro, posito quod illę causę expressę sint vitiosę, non in vitiant alias causas veras: & sic rescriptum sustentabitur ex illo capite vero. Facit, quod no. Inn. in c. fraternitatis, de heret. & quod no. in c. super literis, de rescr. & in c. sedes Apostolica. e. ti. & quod no. Bal. in l. eo, ꝙ a multis. C. si cert. pet. Et sic vr̃ dicendum, ꝙ hmõi gratia tenuerit, & valuerit: & per ꝯñs reuocatio vnionis tenuit in præiudicium epi Parmensis. Et ista erant, quæ iudicio meo reddebant pñtem consultationem dubiam. Et licet ista sint colorata: tamen casum nostrũ non attingunt: ideo illis non obstantibus, ꝯrium puto esse de iure verius: videlicet, ꝙ hmõi gratia est nulla: & in reddito meo consilio superioribus diebus expressè dixi. Et circa hoc est accuratè considerandum, quod iam apparuit expressè, ꝙ causæ expressæ in dictis bullis fuerũt falsę & non veræ, & etiam supplicationes porrectę Romano Pontifici fuerunt inimicorũ dñi epi Parmensis, vt expressè & copiosè satis in dicto cõsilio dictum est, modo expressis causis falsis, & ẽt expressis ab inimicis dñi epi, Papa dicit, & alijs causis animum nostrum mouentibus, intelligitur de causis similibus expressis vigore illius dictionis alijs, quę implicat causas similes, vt in c. sedes Apostolica, de rescript. & in l. si fugitiui. C. de ser. fugi. vnde pulchrè dicebat Cy. quem refert, & sequitur Bal. in l. si post tres. ff. si quis caus. & ẽt Lu. Ro. in repetitione rubr. de arbi. statuto Florẽtiæ cautum erat, ꝙ si quis committeret tale maleficiũ, puniatur pœna mille florenorum: vel alia arbitrio Potestatis imponẽda, ꝙ Potestas non potuit arbitrari, nisi similem penam: videlicet penam pecuniariam vigore illius dictionis alia: vnde non potuit imponere pœnã corporalem. Facit solennis glo. & melior de corpore iuris in c. damnamus, in versi. alius, de sum. tri. & fide catho. & solẽnis gl. in c. deinde. 26. di. & facit optimè, quod dixit do. meus Io. de Imol. in c. cum in multis, de rescri. li. 6. facit gl. in cle. Abbates. in ver. alij, de rescrip. & gl. in c. j. de pręben. lib. 6. in ver. alios. Et ideo dixit glo. valde singularis secundum omnes in cle. 1. de re iudi. ꝙ vbicunq; †cum illa dictione alius, adiungitur dictio vniuersalis: tunc semper copulat maiora expressis. puta si dicatur alia quauis, sed si non apponatur dictio vniuersalis: tũc semper copulat similia. Cum ergo in proposito nr̃o nos sumus in materia ambitiosa, vbi debet fieri interpretatio stricta, & apponat̃ dictio alijs, & præcedũt causæ expressæ falsę, nonne pręsumemus, ꝙ cum Papa fuerit deceptus de falsis causis expressis: & etiã ita fuerit deceptus in

causis

causis tacitis, & maximè qn̄ verba hoc important:
2 quia dr̄, & alijs, nec† est maioris potentiæ tacitum, q̄ sit expressum: facit enim expressum cessare tacitum, vt l. fi. C. de pac. conuen. ita vr̄ necessario dicendum, ꝙ si fuit deceptus Papa in expresso: ergo multo magis ī tacito. & est verisimile hoc, quia si expressa sunt surreptitia: ergo multomagis tacita, & per ꝯsequens sequitur, ꝙ dicta bulla sit surreptitia: vt pleni ssimè ostensum est in dicto consilio. Facit, quod pulchrè dixit gl. sing. & peregrina in l. si patronus. §. patronum ex asse. ff. si quid in fraudē patro. quæ vult, ꝙ vbicunque principalis obligatio est in fraudē facta, vel falsa, ꝙ etiam omne accessorium dr̄ esse in fraudem factum, vel falsum: pro qua glo. exclamauit singulariter Bald. in consilio incipiente, filia instituta. Facit, quod dixit idem Bald. in l. si absentis. ad fi. C. si certū petatur. vbi dixit, ꝙ si non tenet instrumentum, non tenet præceptum in eo insertum, allegat tex. sing. secundùm eum l. fi. ff. de constituta pecunia. Et Bar. in l. post legatum. ff. de his qui. vt indig. dixit, ꝙ si instrumentum est nullum, nulla est confessio in eo facta, & faciunt dicta per docto. in c. cum olim, de censi. & in c. cum venerabilis, de except. Et bene facit, quod no. idem Bal. in l. ex testamento. C. de fideicom. & in c. j. §. si quis in titu. de feu. dato in vic. leg. commis. vbi dicit, ꝙ si non valet instr̄m, nec valet constitutio precarij in eo apposita, & quod no. Bar. in l. 2. C. de bon. poss. secundùm tab. vbi dixit, ꝙ si confiteor me teneri ex testamento: & testamentum non est solenne: ꝙ talis confessio etiam non tenet, & facit, quod not. in simil. Bal. in l. si ex cautione. C. de non numera. pecunia. inquantum allegant dictam l. fi. de constituta pecunia, & quod etiam in simil. not. Bart. in l. fi. §. idem quæsijt. ff. de condi. inde. ita merito, & iure dicamus in casu nostro, ꝙ cū causę expressæ in dicta bulla sint falsæ, ergo & omnes clausulæ in ea appositæ vīr esse falsæ, quia a radice infecta. licet ergo do. Eugenius dixerit, & ex alijs causis animum nostrum mouētibus, videtur, ꝙ motus fuerit ex causis falsis, cum causæ expressæ falsæ sint: ergo & causæ tacitę falsę fuerunt, & per consequens literę præfatę tanquam ex falsis causis impetratæ, non tenent. Et ex istis apparet, ꝙ illa clausula, & alijs causis corruit, ita vt corruit illa expressa, & est eiusdem vicij, cuius est expressa. Sed posito, non tamē concesso, ꝙ illis verbis, alijs causis animum nostrum mouentibus, importaretur causa vera, nihilominus videtur etiam idem esse dicendum. Et circa hoc est etiā accuratè considerandum, ꝙ istæ literę emanarunt ad postulationem excellentissimę memoriæ domini Ducis & ancianorum Parmę, qui omnes erant inimici ipsius domini episcopi, vt est superius ostensum. non enim Papa fuit motus ad huiusmodi literas concedendas motu suo proprio, sed
3 ex importunitate supplicantis:† sicut ergo Papa fuit motus ex falsis causis expressis a domino duce, & ab alijs Ancianis ad sic concedēdum, ita etiam fuit motus ad sic concedēdum ex causis alijs animum suum mouentibus scilicet, quę expressæ & narratę fuerint per ipsum dominū Ducem, & ipsos Ancianos. Nec inquantum Papa dicit, ex alijs causis animum nr̄m mouentibus, fuit proprio motu motus ex alijs causis tacitis: quia Papa dicit, inclinati &c. apparet in ipsis bullis & in reddito consilio expressi: & sic nec causæ tacitæ, nec expressę habuerūt originem a proprio motu Papę, sed ex narratione facta per ipsos Ducem & Ancianos, sicut surreptitiè expresserunt causas expressas in bulla: etiam ita surreptitiè expresserunt in alijs causis, quas Papa tacuit: & indubitanter & tacitæ & expressę causę falsę fuerūt. Sed pur ꝑsupponamus, ꝙ illæ causæ tacitæ fuerint veræ, ꝙ nullo modo est dicendum, an poterunt sustentari tales bullæ ex illis causis expressis in dicta bulla. & certè videtur dicendum, ꝙ nullo modo possunt sustentari. vbicunque enim gratia continet plura negotia, & surreptio committitur circa vnum negotium, redditur gratia surreptitia in totum. iste est text. valde solennis, in c. sedes Apostolica, de rescript. vbi surreptio commissa in expresso, vitiat tacita sub generali clausula cōprehensa: videlicet sub illa clausula quosdam alios. per quem text. videtur ista consultatio: decisa quia ex quo in casu nostro fuit commissa surreptio in causis expressis: ergo vitiauit causas tacitas: posito ꝙ expressè non appareat surreptio in causis tacitis, quanto ergo fortius in casu nostro vitiabitur dicta bulla, quo ad illas causas tacitas. Et ratio est formalis & viua: ex eo quia sunt connexæ & coniunctæ dictæ causę, videlicet, dum dicit, & etiā ex alijs causis animum nostrum mouentibus, vti sunt illa verba, contra Titium & quosdam alios, ita videtur cōcessa surreptio in expresso, sicut videtur concessa in tacito: & vitiat ipsum tacitum. Ex quo apparet subtilis responsio ad tex. c. si eo tempore, de rescriptis. lib. 6. cū dicebatur, ꝙ surreptio commissa in vno capite rescripti, vitiabit solum illud caput, & non aliud: & sic sustentabatur rescriptum ex capite habili: quia illud procedit, vbicunq; in rescripto emanant duo capita separata, & diuisa: quia tunc surreptio commissa in vno separato, non vitiat aliud separatum: iuxta not. in c. fraternitatis, de hæreticis. vbi latè dixi in commento illius c. sed vbi articuli non sunt separati sed connexi: tunc est secus: quia surreptio in vno vitiat totum: vt in d. c. sedes Apostolica. vnde in casu nostro est solū vna gratia, continens causas falsas cōnexas & ꝯiunctas cū tacitis: sicut surreptio ī expresso vitiat tacitū: ita & multo magis in casu nostro: qa etiā causæ tacitæ sunt similes expressis, vt superius dictū est, ex quo verba illud important: & inducunt, arg. l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verbo. sig. l. ille. §. cum in verbis. l. non aliter. ff. de leg. 3. l. 4. §. toties. ff. de dā. infec. c. indemnitatibus. §. sed cum eos, de ele. li. 6. cū si. & sic connexorum eadem est ratio & dispositio: vt in capit. translato. de constitu. & in capi. inter corporalia, de transla. episc. & capitu. si quis obiecerit. 1. q. 3. Præterea est ponderandum diligēter, quòd in isto casū fuit suggesta & enarrata falsitas: vt in consilio
4 meo est amplissimè ostensum: quo casu † vbicunq; rescriptum continet falsum commissum in dicendo tunc rescriptum, seu gratia corruit in totum. & hoc in pęnam mentientis & asserentis falsum. ita formaliter decidit tex. in d. capitu. sedes Apostolica. dum dicit, mēdax precator. & facit c. detestanda. in prin. de ꝯces. pręben. lib. 6. vbi dicebat excellens doctor dominus Panormitanus, in d. c. sedes. respondēdo ad c. si eo tempore, ꝙ est differentia, an taceatur verū, an exprimatur falsum: quia quoties exprimitur falsum in rescripto: tunc rescriptum corruit ex toto, etiam quo ad articulos separatos, positos in ipso rescripto. & ita dicit procedere dictū c. sedes Apostolica. si verò tacetur verū, tunc vitiatur rescriptū solum in illo articulo dūtaxat, in quo verum facit tacitum: & ità procedat. d. capi. si eo tempore. Cum ergo in casu nostro fuerit expressum falsum, vt dictū fuit: ergo rescriptum corruit: nedū in expresso, sed etiā in tacito. Est etiā diligenter ꝯsideranda ista doctrina: quia subtilis & vera: & seqtur ipse in rescripto ad lites: quanto fortius in casu nostro, quia loquimur in rescripto gratioso, ꝙ facilius corruit: cū denotetur in eo vitiū, ar. c. quanuis, de præben. li. 6. cū si. nō est ita odiosus tacens verū: sicut est exprimens falsum: quia potuit tacere ex ignorantia: & sicut cū Papa non concesserit motu proprio dictam gratiam, & fuit suggestum falsum expressum: ita est præsumendum in alijs tacitis

ab illo, cum Papa dicit ex alijs causis, scilicet expressis & enarratis per ipsos supplicantes: quæ Papa breuitatis causa non expressit. Ideo sicut est commissa surreptio ex suggestione falsi; in causis expressis: ita & in tacitis, licet expressæ non sint per ipsos supplicātes: quia Papa illa tacita non asserit, seu apponit ex motu suo proprio: & iudicio meo, sine aliqua passione mentis, aut animi, ista videtur pura & indubitata veritas cadens in quenquam exercitatum in iure virum. Præterea facit capi. super literis. de rescript. vbi
5 multofortius ista doctrina colligit, ꝙ † surreptio, aut in tacendo verum, aut in exprimendo falsum, est tanti vigoris, quòd vitiat totum rescriptum: licet nō fuerit causa totius rescripti. nam dolus est tacere verū: vt ibi dicitur: licet maior dolus colligatur exprimendo falsum. ibi enim parificatur expressio falsi, & taciturnitas vere: licet aliter dixerit D. Panormitanus in præalleg. capitu. sedes. & ita limitatur. d. capitu. si eo tempore, vt procedat quando surreptio in tacendo verum non fuit dolosa: & ita etiam loquitur do. Panormitanus in præalleg. capitu. super literis. & loquitur. d. capitu. in rescripto. ad lites, ergo multomagis in rescripto gratioso: vt superius dixi. capit. ad audientiam. & capitul. constitutus, de rescript. & quod no. dominus Panormitanus in capitu. cæterum. eodem titu. Et sic ex duobus capitulis illa verba, ex alijs causis animum nostrum, &c. non purgant surreptionē, nec validant gratiam surreptitiam: primo; quia important similia expressis: & expressa erant falsa: ergo & illa tacita: vt dictum est: tum etiam quia illa tacita fuerūt expressa ab ipsis supplicantibus: & causa breuitatis non fuerunt expressa in bulla apostolica; & non ex motu & mente Papæ emanarūt illa tacita: sed ab ipsis supplicantibus: & sic si in expressis causis dixerunt falsum: ergo multo fortius in tacitis: vt dictum est. Secunda causa est: quia posito, non tamen concesso, ꝙ illa verba, alijs causis, &c. importarēt causas veras, tamen rescriptum istud gratiosum redditur nullum in totum quò ad expressa & quo ad tacita: odio ipsius asserentis falsum, vt dicto capi. super literis. & dicto capi. sedes Apostolica. Præterea facit
6 quod voluit Barto. ꝙ † vbicunque decretum emanauit ex cā partim vera & partim falsa: tunc est ipso iure nullū: & corruit in totū. ita refert Ludouicus Roma. in l. is ad quē. ff. de acquiren. hæredita. alleg. Baldum referentem, ita consuluisse Barto. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si certum petatur. licet Bartolo etiam illud dixerit in l. si nō sortem. §. Titio centum. ff. de condi. indebit. ita & multo fortius dicamus idē in literis gratiosis; arg. d. capitu. ad audientiam. & d. capit. constitutus. propter euitandam ambitionem: vt d. capitul. quamuis. Nec obstant allega. superius in contrarium. Primo cum allegatur illud singulare dictum Inno. in d. c. in præsentia, quia Inn. loquitur in sententia, quæ est actus fauorabilis, cum tēdat ad dissoluendas lites, quòd est fauorabile: vt c. finem litibus. de dolo & contu. & l. properandum. C. de iudicum similib. sed casus noster non est fauorabilis, sed est ambitiosus: vt dictum est, & sic sumus in casu diuerso & separato. Et ꝙ non habeat locum in collatione benefici, facit. c. ex parte Asten. de concess. præben. vbi collatio facta ex capite inhabili non sustentatur: licet potuisset fieri ex capite habili. Pręterea dictum Inno. non procedit in casu nostro ex eo: quia Inn. loquitur eo casu, quo expressæ sunt duæ causæ in sentētia, quarum vna est ꝯ ius scriptum, & alia nō est ꝯ ius, quo casu sustentatur causa ex sentētia, quæ non est ꝯ ius, sed in casu nostro non est in ista gratia expressa causa vera, sed est expressa falsa, & postea dr̄ ex alijs causis animum nostrum mouentibus, & sic illæ aliæ causæ sunt expressæ in genere, & in nube, & sic in confuso, quo casu non loquitur Inno. & sic nō meretur allegari contra præsentem consultationem illud dictum Inno. tū etiam, quia sententia est actus solennis, & cum maxime maturitate prolaturis, vt p totum. C. de sent. ex breui. reci. non autem est sic in impetratione rescripti ad beneficia, maxime qn̄ ad postulationē partis emanauit, vt in casu nostro. Præterea est aduertendum ad illud dictum Innocē. quia do. Cardi. Florentinus, in d. c. in præsentia. dicit se dū esset scholaris, & etiam multo tempore doctor dubitasse de illo dicto, quia ex quo vna causa expressa in sententia est ꝯ ius, sententia est nulla per regulā non firmatur. li. 6. & quia plus definit negatio, quam ponat affirmatio, vt no. gloss. in c. cum dilectus. de consue. dicit postea se diligentius considerasse, ꝙ dictum Inn. saluari potest. vnde dicit, ꝙ quādo sunt duæ causæ, quæ non sunt inductiuæ, seu non tendunt ad inducendum, sicut contingit in sententia. nam illa fundatur super iurisdictione iudicis, non super causis in ea expressis, quod apparet, quia valida est sententia: licet nulla causa in ea exprimatur, vt in cap. sicut, de re iudic. secus dicit, si sunt duæ causæ, vel plures inductiuæ, hoc est requisitæ ad inducendum, non simpliciter ad declarandum: quia tunc oportet, quòd omnes illæ causæ expressæ in sententia sint veræ per id, quod habetur in c. ex tuarum, de auctori. & vsu pal. & ista ibi dicit do. Card. fore notanda, licet non fuerint facta per aliquem scribentem, & refert & sequitur do. meus Io. de Imol. ibi; & indubitanter istud dictum dom. Cardinalis ponit gladium ad radicem in præsenti cōsultatione: quia cum in casu nostro omnes istę causę appositę in dicta gratia sint inductiuę, & non declaratoriæ, tendunt enim ad inducendum principem ad conferendum ipsam gratiam, ergo sequitur, ꝙ oportet omnes esse veras. ergo non potest ista gratia sustentari ex alijs causis mouentibus animum Papæ posito, quòd illæ aliæ causæ essent veræ, ex quo aliæ causæ expressæ sunt falsæ. Et sic optimè sequitꝰ nullitas istius gratiæ, qa ex quo expressæ sunt causæ falsæ, & postea sequitur illa clausula generalis informis, & confusa: iuxta illud, rudis indigestaque moles, nec quicquam nisi pondus ineris. videlicet ex alijs causis animum nostrum mouētibus, quia iam non inducunt veras esse illas cās, vt plenissimè ostensum fuit superius: tn̄ posito, non tn̄ ꝯcesso, ꝙ importarent veritatē aliarum causarū: non tn̄ redditur pp hoc gratia valida, ex eo: quia causæ expressæ sunt falsę. iuxta illud vnica mēda totalem faciem deformat. c. quę epis. 38. di. aliàs. 37. l. fi. C. de his quibus, vt indi. cum si. Et multomagis procedit in casu nostro, quia dn̄s Cardinalis loquitur in sn̄ia, quę multo magis militat in materia ambitiosa, vt est casus noster. Nec ēt obstat, cum allegatur dictum Inn. in d. c. cum in officijs: primo quia non loquitur in casu nostro. loquitur. n. in sn̄ia, quæ est actus fauorabilis, vt est dictum: & ita etiam loquitur Bal. in d. l. j. C. de fur. Pręterea illud dictum Inn. est cōiter damnatum per doctores: vt ibi per Host. Io. Andr. & alios: ergo. Nec ēt obstat. d. c. si eo tempore, quia iam superius, & subtiliter, & abunde fuit responsum. Nec etiam obstat, dum dicitur, ꝙ præsumitur pro principe, quia rn̄deo, qn̄ motu proprio aliqd facit: vt c. si motu proprio, de præb. lib. 6. secus qn̄ ad petitionem & suggestionē alterius, vt in casu nostro: vt l. j. C. de pet. bo. subla. li. 10. sed in casu nr̄o est secus, vt superius dictum est: quia ad postulationem, & supplicationem Ducis: ergo. tum ga illud verbū, ex alijs, &c. narrat alias causas expressas per ipsos supplicātes, sicut ergo illæ expressę fuerunt falsæ: ita & istæ aliæ: sicut iam ex superius dictis apparet responsio. Et ex supradictis concludo in fauorem Reuerendissimi domini D. Episcopi Parmensis.

Epitome.

EPITOME.

¶ Qui dicit se probaturum id, quod soluit, in debiti partem soluisse, probare debet. Nec vero creditoris fatētis se illud interesse nomine recepisse, cōfessio diuidi potest. licitè autem pro interesse pecunia, de qua quæstio erat, ob non solutum debitum accipi potuit, quia creditor mercator erat, & ob debitam pecuniam non solutam lucri nihil fecit, alioquin facturus, & aliis, de causis, quæ hic latè traduntur.

SVMMARIVM.

Contrahentiū voluntas colligitur ex præfationibus contractum. nume. 1.

Verba in contractibus omnia aliquid operari debent. numero secundo.

Confessio qualificata, & in eadem oratione prolata nullo modo scindi debet. nu. 6.

Vsuræ licet peti non possint: tamen quando veniunt vt interesse, licitè petuntur. nu. 8.

Libelli oblatio si non petatur, non est de substantia iudicij, potest enim tacitè libellus omitti, & petitionem apud acta fieri satis est. nu. 13.

CONSILIVM XXXIIII.

Difficile est Vt bono peragantur exitu, quę malo sunt inchoata principio. 1. q. 1. c. cum Paulus, & c. principatus, in authent. quomodo oporteat episcopos. in principio. ideo optimi maximi Dei omni inuocato præsidio: viso processu, & visis allegationibus redditis per famosissimos dominos aduocatos, & maturè pensatis, & examinatis pro clarissima huius propositę mihi cōsultationis decisione, est videndum, vtrum dictus Andreas iuuenis sufficienter probauerit se soluisse dictas libras quadragintaocto pro parte sortis, & occasione sortis, seu debiti librarum ducentarum 34. & non pro solutione interesse dicti debiti. Et circa hoc est diligenter pōderādū, ꝙ in instrumēto celebrato inter eos dicitur do. Andreas dicens, & affirmans debitum librarum 234. Bono. esse verum excepto, ꝙ intēdit probare solutionem librarum 48. Bononiens. fuisse factam occasione dicti debiti, quod tamen ipse Andr. expresè negauit, & sic animo deliberato solenniter promisit, pro se & suis hæredibus d. ser Andreę pręsenti & stipulanti pro se & suis hæredibus, dare & soluere ipsam quātitatem librarū 234. exceptis dictis 48. libris in casu, quo eas solutas esse probauerit. Modo si quis dicat, ergo sufficit, quòd d. Andreas probauerit dictas 48. libras solutas esse: quia tunc debent defalcari de dicto debito
1 234. quia in contractu † attendenda est conclusio. licet enim plura verba præcesserint in contractu: nihilominus attenditur sola conclusio, text. est melior de iure in l. si voluntate. C. de rescindenda vend. hoc tenet ibi Bal. simile dicimus in rescripto, vt sola conclusio attendatur, vt fuit pulchrum dictum Inno. in c. super literis, de rescript. & Bald. in l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam. facit c. literæ, de dila. Idem dicimus in libello, vt sola conclusio attendatur. ibi dixit Bal. in l. edita. C. de eden. & in l. 2. C. qui accusa. non poss. & in l. non debet. ad finem. ff. de dona. & in l. domum. C. de rei vendic. Ang. consil. 226. facit text. in cap. ex parte, de rescrip. cum ergo in ꝯclusione istius instrumēti dicatur in duobus locis, nisi d. And. probauerit se soluisse dictas 48. lib. Bono. ergo sequitur, ꝙ dūtaxat sufficit sibi probare, ꝙ illas soluerit. & per consequens non est opus, ꝙ soluerit occasione debiti. Ad hoc est respondendum, ꝙ mēs & voluntas contrahentium colligitur ex præfationibus. iste est text. melior de iure in l. regula. §. licet. in ver. initium constitutionis demonstrat. ff. de iuris & facti ignorantia, de quo exclamat singulariter D. Anto. in clementi. j. de elec. bene facit solennis textus in l. finali. & ibi Bald. ff. de hæredi. insti. Et ideo dixit Barto. in l. j. ff. ad Macedonia. ꝙ ex præfationibus appositis in statuto colligimus mentē ipsorum statuentiū, qđ dicit esse valde not. ꝙ si verba statuti sunt dubia, tunc declarantur ex præfationibus appositis in ipso statuto. Facit l. item quia. §. idē Iuliano. ff. de pactis. vbi præfationes contrahentium præstant intelligentiam contractui subsequenti. Et ideo dixit Angelus in l. si quis cum aliter. ff. de verborū obligatio. ꝙ vbi verba sequentis contractus sunt dubia, declarantur ex contractu, seu ex præfatione præcedentis. facit gl. in l. eleganter. ff. de conditione indebiti. & in l. j. ff. de iudicijs. facit l. cum hi. ff. de transactionibus. & ibi per scribentes. Et ibi etiam dicit Bald. quòd illa l. habet locum in alimentis debitis non solum ex contractu: sed etiam ex vltima voluntate: propter verbum, relicta, positum in prooemio illius l. & ideo dixit idē Bald. in §. quibus. in prima constitu. C. quòd prooemiū declarat mentem legislatoris. & facit, qđ notat idē Baldus in l. j. ff. de origi. iuris. Et ideo dixit do. Cardi. in capitu. pe. de cle. coniuga. quòd causa expressa in prooemio legis præsumitur esse finalis. facit capi. ex multa, de voto. & ibi no. d. consiculus meus Abb. Modo in proposito nostro, apposita fuerunt illa verba in præfationibus istius instrumenti clara, & aperta, & manifesta, quòd do. Andreas dicebat, quòd soluerat illas 48. libras ꝓ parte & occasione debiti 234. lib. & d. ser And. hoc negabat expressæ, & dicebat, ꝙ imo soluerat pro interesse: & sic confitebatur illas fore solutas: sed pro interesse. Cū ergo in contractu postea dicatur, promisit soluere dictū debitum 234. lib. exceptis 48. lib. eo casu, quo eas solutas esse probauerit: declarantur illa verba ex præfationibus immediate præcedentibus, videlicet probauerit eas solutas esse pro parte debiti prædicti: quia alias seque-
2 retur, quòd illa † verba nihil operarentur: quia d. ser And. confessus fuerat solutas esse, sed pro interesse: quod esse non debet: vt capitu. si Papa. de priuil. lib. 6. C. de inoffic. testa. l. si quando. 12. dist. cap. si Romanorum. cum si. tum etiam quia sequeretur, quòd in eodem instanti & in eodem conceptu verborū partes se correxerint, quod non est dicendum: vt l. non ad ea. ff. de cōdi. & demon. Et sic ex prædictis stat cōclusio verissima, quòd huic And. debitori incumbit onus probandi, quòd soluerat dictas lib. 48. pro parte debiti, & occasione debiti 234. librorum. & ista est pura veritas. ¶ Nunc est vidēdum, vtrum fuerit probatum sufficienter, ꝙ d. And. soluerit lib. 48. pro parte dicti debiti, & certè dicendum est, quòd non. Et videamus primo magistrum Vincentiū primum testē productum per ipsum And. qui deponit se vidisse dictū ser An. de Arimino, ꝯfessum fuisse habuisse noīe d. And. lib. 48. sed nescit qua de causa: postea interrogatus dictus testis q̄bus verbis vsus fuerit. d. And. q̄n ꝯfessus fuit se habuisse dictas 48. libras dicit, ꝙ confessus fuit se habuisse pro interesse debiti librarum 234. Circa istum testem posset hoc modo argui, in contractu se obligauit dictus Andreas probaturum soluisse dicto ser Andr. pro parte, & occasione debiti
3 confessio † propriè non est probatio, quod patet: quia ponens simplicem negatiuam illam probare non potest: vt l. actor. C. de probat. capitul. bonæ, de electio.

electio.capitu.cum ecclesia Sutrina.de causa possessio.& proprieta.& tamen per confessionem probari potest: vt est text.in capitul.j.de confes.libro 6.item contra præsumptionem iuris & de iure non admittitur probatio in contrarium: vt capitul. is qui fidem. de spon.tamen per confessiones sic: vt dixit gloss. in authē.sed iam necesse.C.de donationi.ante nuptias. & in corpore vnde sumitur. & in l.in contractibus. C.de non nume. pecunia. & ideo dixit Ioan.And.in rubrica, de probatio.quòd confessio propriè non est probatio: ideo statuta pœnalia loquentia de probatione non habent locum in ɔfessione. Et in casu no-
4 stro nos sumus in contractu,† vbi verba interpretantur contra contrahentem, vt l.veteribus.ff.de pactis. l.quicquid astringendæ.ff.de verborum obligationibus.capitul.contra eum, de regulis iuris, lib.6.ergo fiet interpretatio contra ipsum Andream, qui obligauit se probaturū: quia intelligitur de probatione vera. Et si pur aliquis subtilis inuestigator dixerit, ꝙ confessio est probatio, licet dicatur leuis probatio, vt est glossa elegans iuncto textu: vt in capitulo sępe. in versicu.de leui.posset partibus pręsentibus approbari.de appellationibus.& etiam posset allegari glossa in capitulo, ecclesia sanctæ Mariæ.de constitutio. dum dicit,quòd sententia lata sine medijs probatio-
5 num est nulla.& tamen videmus, quòd † sententia lata vigore confessionis tenet,vt l.prima.C.de cōfes. capitul.nos in quenquam.2.q.j. ergo comprehenditur probatio per confessionem. tum etiam quia in dicto instrumento dicitur,quòd debebat probare.ergo comprehendit omnem speciem probationis. argumen.l.j.§.generaliter.ff.de lega.præstan.cum sim. Et multomagis confessionem: quia nulla probatio est clarior illa, quæ resultat ex cōfessione propria.c. per tuas, de probationibus.l.generaliter.C. de non numera.pecunia.cum simi.ergo sequitur, ꝙ illo casu comprehenditur confessio. Quia sit ita, in nemine domini: sed tamen non constat, ꝙ iste testis probet istum ser Andream confessum fuisse, ꝙ soluerat dictus Andreas, vel alius nomine suo, pro parte debiti prędicti, vel occasione debiti prædicti, ex eo: ꝗa confessio qualificata nullo modo potest per aduersarium scindi: vnde licet dictus ser Andreas confessus fuerit, ꝙ pro parte ipsius Andreæ fuerint solutæ pro interesse libræ 83. non tamen talis confessio scin-
6 di potest, ex eo: quia est† qualificata,& in eadem oratione prolata: ideo nullo modo scindi potest. debet enim tota confessio acceptari, aut tota repelli & impugnari: vt voluit glossa solennis in l.si quidem, C.de excep.Cynus & Bald.in l.prima.C.de confessis. Archidia.in capitu.primo. de confes.libro 6.Bald.in l.si quidē.C.de transactio. & in l.prima.§. editiones. ff.de eden.d.Cardina. & alij in capitul. bonæ.el 2.de postulatione prælatorum.Barto. in l. Aurelius.§.idē quæsijt.ff.de lib. lega. Bald.in l.2.C.de donatio. ante nuptias. dominus Abbas in dicto capit. bonæ.& ibi do.Anton.& per D. Abbatem in capitul.cum venissent,de institu.Salyce.in d.l.fi.C.de confes. Specula. in titulo de poss.in §.final.versicul.penulti. & not.in c.cum olim,de censi.Cum ergo iste Andreas se obligauerit: probatur, ꝙ dictæ 48. libræ fuerint solutæ pro parte debiti præfati,& per cōfessionem illius ser Andreæ appareat, ꝙ pro interesse fuerint solutæ: sequitur, ꝙ non est probata sua intentio.Item posito, non tamen concesso,ꝙ dicta confessio posset diuidi, nihilominus non probaretur, propter hoc intentio ipsius Andreæ,ex eo, quia dictus Andreas confessus fuit, ꝙ solutum fuit sibi pro interesse, & diuidendo confessione remanet,ꝙ fuerunt solutæ sibi dictæ 48. libræ: non autem constat ex qua causa: tūc succedit regula.l.1.ff.de sol.ꝙ stat in electione creditoris, pro qua summa debita soluerit: ex quo non apparet pro qua summa fuerūt solutæ.Secundus etiam testis Ioannes filius Christophori dicit, se audiuisse dictū ser Andream respondisse sibi fuisse solutas dictas 48. libras pro interesse: & sic non probat, quòd solutæ fuerint pro parte debiti: nec etiam tertius testis hoc probat: quia dicit se nescire. Quartus testis, qui est ser Vulpianus, deponit formaliter, qualiter ser Andreas præfatus petebat interesse, & dictus testis hoc retulit dicto Andreæ debitori, qui respondit, ꝙ erat contentus, quòd solueret dictum interesse dicto ser Andreę,& ex postfacto ad petitionem ipsius ser Andreæ, soluit dicto ser Andreæ ipse testis dictas libras 48. pro interesse, ex quo ipse Andreas debitor fuerat contentus soluere interesse. Sextus testis, qui est magister Vincentius dixit, ꝙ rogauit ipse cum quodam alio ipsum ser Andreā debitorem, ꝙ dictus Andreas debitor solueret interesse pro duobus annis, ꝓ vno anno præterito, & pro alio anno futuro, & sic cum postea fuerint dictæ pecuniæ solutæ constat liquidū esse, ꝙ pro interesse fuerint solutæ, ex quo præfationes præambulę ad ipsum interesse ordinatæ sunt, vt d.l.fina.ff.de hære.insti.cum si.superius allegatis. Et ex istis clarissimè apparet, istū Andream debitorem non probasse id, ad quod probandum se astrinxerat, videlicet dictas 48.lib.solutas esse pro parte & occasione ipsius debiti ducētarum librarum, & 24.& per consequens videtur, ꝙ pro interesse fuerunt solutæ. ¶ Restat nunc videre, posito, ꝙ sint solutæ pro interesse, an sint debitæ? & circa hoc allegatur statutum, quo cauetur, ꝙ ex contractu mutui, vel obligatione verborum, vel literarū, nulla vsura, aut lucrum, aut interesse, vel damnum peti possit.ergo sequitur, ꝙ ex isto contractu non poterit peti interesse aliquod. Itē
7 quia vsura est prohibita † quocunq; nomine appelletur, siue interesse, siue cābiū, siue meritū.faciunt.n. sæpenumero vsurarij fraudem de noīe ad nomē, vt plenissimè hr̄ in c.putant quidā,& in c.plerique,& ibi gl.magna.14.q.3. & quod no. in l.eos.C.de vsu.licet ergo in casu nr̄o petatur vt interesse: tn̄ vsura omni iure est prohibita.cle.j.de vsu. cum si. Itē ꝗa posito, ꝙ dictus ser Andreas accepisset dictam pecuniā pro interesse, non tn̄ tenetur dictus Andreas ad illud interesse: quia se non obligauit ad illud soluendū, nec tenet illud soluere, nec Bernardinus pater eius illud soluere tenebatur. Sed istis non obstantibus ɔ̄rium puto de iure verius: videlicet, ꝙ dictus Andreas teneatur illud soluere.nam dictus ser Andreas nō mutuauit pecuniam dicto Bernardino, sed sibi vēdidit sal, cuius pretium non soluit dictus Bernardinus, & dictus ser Andreas accepit illam pecuniam, ad in-
8 teresse, quo casu licet† vsuræ non possint peti: tamen qn̄ veniunt vt interesse, peti possunt, quod dixit glo. fin.in c.conquestus,de vsu.& ibi etiam dicit solennis doctor do.Petr.de Anch.ꝙ non solum si consistat in damno habito, sed etiam in lucro cessante.Vnde dicit, ꝙ si debitor erat solitus exercere mercantias,& si habuisset pretiū in termino statuto & conuento, forte lucratus fuisset in mercimonijs. Item si passus est damnum in alio. Et idem sequitur do.Abbas in istis viduis, quæ solent ponere pecuniam in banchis, & consequi aliquod lucrum ex honesto mercimonio: vt in ca.per vestras,de dote post diuor.resti. Et etiam dicit ibi do.Abbas istas rationes concludere idem in mutuante, vt si debitor non soluit in termino, possit habere postmodum respectum ad lucrum cessans, dummodo sit talis persona, quæ verisimiliter iuste fuisset lucrata: & hoc quantum verisimiliter fuisset dictus creditor lucraturus æstimabit iudex, & adducit ad hoc text. in l.secunda.ff.de eo, quod certo loc. vbi dicitur, ꝙ in hoc interesse habebitur ratio lucri cessantis.

cessantis. Idem putat in eo, quod hr̃ in c.sacro. de sentẽ. exc. & in eo quod no.gl.in l.curabit.C.de act.emp.facit, quod no.in l.Iulianus.§.offerri.ff.de action.emp. & hoc dicit etiam perpetuò notandum. Sic etiam de iure canonico potest peti aliquid vltra sortem ratione interesse, non solùm damni cõtingentis, sed etiam lucri cessantis: ita formaliter dicit dominus Abbas in præallegato capitulo cõquestus. Cum ergo in proposito nostro d. Ser Andreas vendiderit dictum sal dicto Bernardino, & habebat dictus Ser Andreas cannipam salis, & oportebat exbursare pecunias, vt faciunt emptores datiorũ, seu cannipæ salis, eo ipso quòd dictus Bernardinus, seu dictus Andreas eius filius non soluit in tempore conuento inter eos dictas ccxxxiiij. libras Bononien. dictus Ser Andreas non solum cessat a lucro: sed incurrit interesse & damnum, ex quo oportuit capere ad interesse, & cambium dictam quantitatem.ccxxxiiij.librarum. ideo æquum & iustum est, ꝙ ipse Ser Andreas conseruetur illęsus, & immunis. quinimo si cũ illa pecunia 234. librarum lucratus fuisset certũ quid, dictus Ser Andreas posset illud lucrum cessans petere a dicto Bernardino. & per consequens a dicto Andrea filio: quãto magis in casu isto: quia non petit nisi interesse, quod soluit illi Iacometo, qui dedit sibi dictam pecuniã ad interesse, seu cambium: vt apparet ex instrumento publico. & etiam apparet ex testificatione ipsius Iacometi. Quinimo, vt dicit D.Abb.ibi, hoc habet locum in mutuante, vt possit petere lucrum cessans, si erat persona, quæ verisimiliter consueuerat traficare, & mercari. ergo multo magis in casu ipsius Ser Andreæ, qui est persona, quæ consueuit mercari, & emere, & vẽdere ipsum sal: & in casu isto vendidit: non autem mutuauit. ergo sequitur, quòd ipsum interesse potest petere, tam secundùm dispositionem iuris ciuilis, iuxta notata in d.l.curabit. quàm etiã secundùm dispositionem iuris canonici. non enim est vsura quò ad ipsum Ser Andream. Et ex istis tollitur illud, quod dicebatur de statuto, quod statutum impediebat peti damnum, aut interesse, aut lucrum ex pecunia: quia tale statutum loquitur in mutuo. & in mutuo est

9 regula in fallibilis regulariter, quòd vbicũq; † est mutuũ, & aliquid accedit sorti, est vsura: vt bellissimè disputat D.Pet.de Anch. in suo tract.de vsu. & Io.And. in c.peccatum.de reg. iur. lib.6. in mercur. & plenissimè ibi per Do.Pet.de Anch.in repetitione illius rubri. Facit, quod not.in d.c.quia plerique. & in dicto cap.dicunt quidam. & in cap.sicut hi.47.distin. & sic cum istud non fuit mutuum: ergo istud interesse contingens ex negligentia, & culpa emptoris non soluentis pretium salis, quod iam fuit sibi traditum in termino conuento, nullo modo dicitur accedere sorti. & sic tale statutum non obstat in casu nostro: quia etiam in mutuo habet locum interesse ex iuris communibus dispositione: vt voluit Do.Abb. in d.c.conquestus. Præterea etiam præsens consultatio est minus dubia in casu nostro ex eo: quia apparet, quòd de voluntate debitoris dictam pecuniam ser Andreas præfatus acceperit ad interesse. nam dicit dominus aduocatus ipsius Andreæ debitoris in suis redditis allegationibus, ꝙ vnus solus testis est, videlicet quidã ser Ioannes, qui deponit, se audiuisse à dicto Bernardino, quòd erat contentus, quòd ipse ser Andreas caperet dictam pecuniam ad interesse, quo casu ista res est indubitata: quia concurrentibus præfatis adminiculis, de quibus apparet in testibus productis, clarissimè apparet, quòd iam voluerit dictus Bernardinus, quòd ser Andreas acciperet pecuniam præfatã ad interesse. Et posito, quòd nullus testis productus diceret, quòd audiuerit à dicto Bernardino, quòd præfatus ser Andreas erat contentus, ꝙ acciperet ipsam pecuniam ad interesse: tamen hoc satis apparet ex testibus productis: quia aliqui dicũt, maximè ipse ser Ioãnes, quòd dictus Andreas dixit ipsi testi, ego sum contentus, quod tu soluas interesse pro anno præterito & præsenti pręfato ser Andreæ. Et ita etiam deponit magister Vincentius, qui dicit, quòd ipse vnà cum prædicto ser Ioanne teste producto dixerunt dicto ser Andreæ, quòd expectaret ipsum Andream debitorem, & non peteret dictum debitum, & ipsi agerent & curarent, quòd dictus Andreas esset contentus soluere. & ita deponit, quòd dominus Andreas fuit contentus. Modò in proposito nostro, concurrẽtibus supradictis, primò: quia dominus Andreas vendidit & tradidit sal dicto Bernardino, & in termino conuento non soluit pretium, & dictus ser Andreas est homo solitus traficare cum pecunijs. Et concurrit, quòd iam petijt dictam pecuniam, nec fuit sibi soluta, & pro suis necessitatibus accepit dictam pecuniam ad interesse ab illo Iacometo, propter negligentiam ipsius debitoris non soluẽtis. Et etiam concurrit: quia dominus Andreas debitor fuit contentus, quòd ser Ioannes productus in testem solueret interesse duorum annorum pro dictis ducentum trigintaquatuor libris. quis esset animi tam agrestis, qui diceret, ipsum ser Andream non posse retinere ipsum interesse sibi solutum. Et est accuratè ponderandum, quòd in hoc interesse dictus ser Andreas non est actor,

10 sed est † reus, cui magis est fauendum: vt l. Arrianus.ff. de action.& obligation. & capitu.domino guerram. §. promptiores.in titu.hic finitur lex Conra.& incip.consuetu.reg. capitu.ex literis. de probation. capitu. clerici. octuagesimaprima distinctio. cum similib. & eo magis quia scienter dominus Andreas fuit contentus, quòd solueretur dictum interesse ipso ser Andreæ, quo casu non potest venire contra eo casu, quo de iure posset, per capitu.scienti. de regu.iur. libro sexto. & l.cum donationis.C.de transaction.& l.quisquis.& l.venditor. C. de rescinden.vendi.cum similib. & ideo videtur, quòd tot concurrentibus resultat optima & sufficiens probatio, quod iustè & rectè dictus ser Andreas recepit dictũ interesse. facit glos.in lege secunda.in principio.ff.de excusat.tut.glos.in capitu.accedens.el secundo. vt lit.non contesta.& in capitu.cum causam. de probation. & in l. tertia.§.eiusdem.de testib.Bal.in l.tertia.C.ad legem Iul. maiesta.& in l.sciant.C.de probatio.& in capitu.primo. de contro. inuesti. dominus Abbas in capitu.tertio loco, de probation.in dicto capitu.cum causam: dominus meus Ioannes de Imola.in capitu. veniens. de testibus. dominus Petrus de Ancharano in consilio 215. Præterea est diligenter ponderandum: quia in dicto instrumento conuentionis dicitur, quòd ita computauit dictas libras quadragintaocto, & defalcabit de debito ducentum trigintaquatuor libras, si probauerit eas fore solutas occasione & pro parte debiti. ergo tacitè videt sentire, quòd si non probauit illas solutas pro parte & occasione dicti debiti ducentum trigintaquatuor librarum, quòd soluet integras ducentumtrigintaquatuor libras. ergo sequitur necessariò, quòd dictus Andreas in dicto instrumento consensit, quòd eo casu, quo non possit probare illas esse solutas occasione debiti principalis, quòd sint solutę pro interesse, & quòd ista fuerit mẽs, & intentio sua, apparet per argumentum à contrario sensu in illis verbis. Et etiam ostenditur per probationem testium deponentium, quòd dictus Andreas fuit contentus, quòd solueretur interesse dicti ser Andreæ pro di-

11 ctis duobus annis. argumentum enim † à contrario sensu habet locum in conuentionibus & in pactis: vt l.inter socerum.§.cum inter.ff.de pact.dot. l.pecuniam.ff.si certum petatur.& est glo.in l.si procuratorem. §. ignorantes.ff.mandati. quæ dicit à contrario sensu rescripti. facit capitu.transmissæ. de verborum significatio. idem dicimus in vltima voluntate, vt habeat locum argumẽtum à contrario sensu: vt l.si legatum.ff.de alimen.lega. & l.quod purè.ff.quando dies leg.ced. idem dicimus in sing. vt valeat argumentum à cõtrario sensu: vt l.Pomponius.§.sed si is.ff.de procurat.facit quod habetur in c. publicato.

publicato.de elect. & in l.j.§. huius rei.ff. de officio eius cui mand.est iurisd. Et sic ex istis concludo, quòd licitè potuit dictus ser Andreas retinere istas 19. libras pro suo interesse. ¶ Vltimò inquantum quæritur, quòd contra istum ser Andream non fuit oblatus libellus per ipsum Andream & eius curatorem: vnde videtur, quòd iudicium sit nullum. & per consequens partes domini Potestatis sunt in absoluendo ipsum ser Andream à petitis per ipsum Andream & eius curatorem. Circa hoc
12 est sciendum, quòd libellus † est necessariò offerendus in scriptis.ita dicit text.in capitu.primo.de libel.obla. & sic videtur esse de substantia iudicij. facit, quod habetur in authen.offeratur.C.de lit.contestat.& in capitulo de causis.de offic.delega. & in clement. sæpe.de verborum significatione.& bene facit verbum oportet, positum in dicto capitulo primo. quod de sui natura importat necessitatem, vt sentit Ioannes Andreæ in dicto cap. primo.facit glos.in capitulo primo. de præscription. libro sexto.text.in l.j.in principio.ff.de iustitia & iure. capitu. tua.de despon.impub.l.cum oportet.C.de bon.quæ lib. cap.cum virum.de regularib.ex quo infertur, quòd partes non possunt renūciare, nec tacitè, nec expresè oblationi libelli.& sentit glos.in d.capitu.primo.& ibi Inno. qui alleg.textum in §.contestationem. in authen. de tēpo.non solu.pecu. Bart.in dicta authen. offeratur. dicit, quòd ista solennitas libelli fit ad vtilitatem iudicis: vt sciat, super quo habeat iudicare, & sentētiam ferre: ideo non potest consensu partium tolli, argumen. cap.fina. de re iudica. libro sexto. sequitur Paulus in d. clement. sæpe.& do.Cardina.in dicto cap.j. & ibi do. Abb. consiculus meus. Sed Ioannes And. in d. cap.j. & in clem.sæpe.fuit in opinione, quòd licet sit libellus necessarius,
13 istud † procedit, si petatur expresè, sed si nō petatur expresè, tunc libelli oblatio non est de substantia & essentia iudicij: sed sufficit, quòd fiat in modū petitionis apud acta.& fuit ista opinio Petri, quam refert Cynus in dicta authen. offeratur. & Bartol. in l.quoties. C. de priuileg. schola.libro duodecimo. vbi dicit, quòd tacitè omitti potest. & istam partem sequitur dominus Antonius in dicto capitulo primo.& etiam in capitu.de causis.de officio delega.vbi tenet, libellum tacitè omitti posse. alle. Lapum in allegatione vigesimanona.vbi dicit, nota Lapus, quòd si committitur causa, vt vocatis vocandis iudex videat, an quis sit natus ex clerico, si nullo habito processu, in præsentia partis iudicauit illum fore filium clerici, parte non opponente, quòd iudiciū valet, & ista opinio Ioannis Andreæ & sequacium seruaretur in practica: quia per eam lites habent faciliorem exitum, ad quem iura omnia tendunt. vt l. quidam existimauerūt. ff.si certum petatur. & l.properandum. C. de iudic. cap. cordi.de appellation.lib.sexto. capitu. finem litibus. de dolo & contumacia. & maximè, quando sumus in limine ferendæ sententiæ, ut in casu nostro. vnde cum in casu nostro non appareat, quòd ex parte ipsius ser Andreę fuerit oppositum de nullitate iudicij ex eo quia nō fuit oblatus libellus per ipsum ser Andream, seu eius curatorem, quinimo in allegationibus redditis per vnum ex suis aduocatis dicitur, quòd dictus Andreas non curat; quia vult, ꝙ in totum decidatur, & terminetur, videtur, ꝙ tale iudicium valuerit & tenuerit: quia tacitè potuerunt partes omittere libellū.vnde sufficit, ꝙ apud acta appareat illud, qđ dictus Andreas petebat, videlicet ꝙ cōputaret sibi dictus ser Andreas dictas xlviij. libras, quas dicebat solutas ꝑ parte debiti, & occasione debiti ducētarū quadragintaquatuor librarū. vnde poterit dominus Potestas ferre sententiam diffinitiuam super dicto processu. Ex quibus omnibus concludo, ipsum Andream nō probasse, ꝙ dictæ quadragintaocto libræ fuerunt solutę occasione dicti debiti, & pro parte ipsius debiti librarum ducentarum trigintaquatuor, & ipsum ser Andreā licitè potuisse recipere dictas quadragintaocto libras pro solutione interesse: & partes domini Potestatis esse in absoluendo ipsum ser Andream de Arimino à petitione ipsarum quadragintaocto librarum, quas petebat dictus Andreas defalcari de summa dicti debiti librarum ducentarum trigintaquatuor. Et sic in fauorē ipsius ser Andreæ de Arimino concludo.

EPITOME.

¶ Turbatus in possessione rerum, quas emit, in prima instantia, in qua de turbatione huiusmodi agebatur, titulum emptionis subticuit, & forte condemnatus fuit: cum deinde in causa appellationis producere & opponere, quia in priore causa malitiosè id prætermisisse præsumitur, non potest. Statutum verò puniens eū, qui turbauerit, vel inquietauerit in possessione rei corporalis &c. etiam de lata culpa tantum intelligi debet.

SVMMARIVM.

Exceptio malitiosè in prima instantia non opposita, in causa appellationis opponi non potest. nu. 1. & 2.

Statutum puniens actum principaliter in personam illatum dolum requirit: at puniens eum, qui in rem infertur, culpam tantum latam postulat. nu. 3. & 4.

Possidere præsumitur, qui fructus colligit, & in domum suam adfert. num. 5.

Prior in possessione priori in titulo tantum est præferendus. numero 6.

CONSILIVM XXXV.

IN minimis quoque rebus diuinū debemus implorare auxilium: vt bellissimè scripsit Plato primo Timei. capit. cum Paulus. & capitu. principatus.j.q.j.ideo omnipotentis maximi Dei omni inuocato præsidio. Viso processu tam causæ principalis, quàm causæ appellationis, & testibus in vtraque instantia productis, & alijs gestis, & maturissimè & accuratè pensatis, & discussis, præsens consultatio venit decidenda in fauorē Torxelli iudicio vniuscuiusque exercitati in iure viri. Et primò est aduertendum, quòd dictus Matthæus in causa principali excepit de iure illius Malandrini, negādo se intulisse aliquam turbationem in terris, seu pratis ipsius Torxelli, postea verò in causa appellationis dixit se habere titulum in dictis terris, propter quem videtur se tueri à dicta turbatione. Quia aut testes in causa appellationis producuntur super capitulis iam productis in causa principali, in quibus fuerunt iam producti testes: & publicatus extitit processus: & in illis non possunt amplius produci in causa appellationis: aut producuntur noua capitula, seu nouæ exceptiones, super prima tamen actione: & tunc in causa appellationis produci possunt tales testes super illis nouis exceptionibus, vel nouis capitulis: ita formaliter decidit Bartolus in l. per hanc.C.de tempo.appellationum. & eum sequūtur ibi omnes scribentes. facit, quod habetur in l.eos. §.j. & l.in offerendis.C.de appellation. & in capitu.fraternitatis.& capitu.intimauit.& in capitulo de testibus. & in §. quoniam verò.in authentico, de teste. collat.septima. Cum ergo iste Matthæus in causa principali nunquam opposuerit istam exceptionem, quòd ipse habebat titulum dictarum petiarum terræ: ergo non obstat sibi dicisse testificata in causa principali: & per consequens potuit in causa appellationis opponere istam exceptionem, & super ea producere testes: quia ex toto perimit

intentionem

intẽtionẽ istius Torxelli. & sic potuit producere testes in cā appellationis super illa exceptione nouiter apposita ad elidendam primam actionem, seu primam accusationem. & istud facit magnum dubium cõtra istum Torxellum, & etiam quia posito, ꝙ dictæ petiæ terræ essent ipsius Torxelli: tamẽ propter titulum quæsitum per ipsum Matthæum excusatur a dolo, vt l. igitur. §. põt. ff. de libe. cau. l. plagij. C. de plagia. glo. in l. j. ad finem. de abig. & in capitulo cum venerabilis. de consuetu. facit. capitulo cum causam. de elect. gloss. in l. ex consensu. §. fin. ff. de ap. sed in casu nostro requiritur dolus in turbante, vt ex verbis statuti colligi potest: ergo sequitur necessario quod iste Matthæus excusabitur ab ista turbatione: & istud facit etiam dubitationem nõ mediocrem contra ipsum Torxellum: maximè, quia ista sua probatio tituli euidentissimè apparet ex inspectione instrumenti emptionis & venditionis factæ per ipsum Malandrinum. ¶ Et licet istã sint colorata, tamen casum nostrum non attingunt. ideo illis nõ obstantibus contrarium puto de iure verius, videlicet ꝙ nullo modo poterit opponere talem exceptionem, nec illam probare in causa appellationis, quod sic ostendo. iste Matthæus emit istam petiam terræ, vel petias terræ 17. Martij. vt apparet in instrõ emptionis, & turbatio ista fuit facta de mẽse Iunij, quo casu exceptio ista tpe motæ accusationis cõpetebat dicto Matthæo, potuit ergo in causa principali illam opponere, non tamen illam opposuit: ergo sequitur, ꝙ malitiosè illam non opposuit, & per cõsequens nec in causa appellationis poterit illam op-
1 ponere. † ita dixit gl. in quadam solutione in capitulo inter monasterium. de re iudicata & fuit opi. Ioã. & est solutio multum singu. secundum D. Abb. consiculum meum in dicto capitulo inter monasteriũ. & illam sequitur Philippus, & etiã sequitur ibi Hostien. q ad hoc allegat. c. exceptionem. de except. & institu. de except. §. item si in iudicio. & illam sequit ibi Io. And. vnde speciale est in exceptione, vt possit opponi postea: vt in d. c. exceptionẽ. ergo in contrarium est ius cõmune. l. ius singulare. l. qđ vero. ff. de legi. cum si. Et sequitur, istam opi. D. Anto. in d. c. inter monasterium. & facit, quod not. gl. in c. ad audiẽtiam de rescrip. Facit: quia cum dolosè videtur illã omisisse in causa principali, vt fatigaret actorem in expensis, & laboribus litis: non debet igitur ex dolo & iniquitate sua commodum reportare, vt in ca. ex tenore. & in c. sedes Apostolica, de rescript. 1. q. 3. c. priuilegium. omnia enim debent suis temporibus conuenire 23. q. 4. si ecclesia. ita etiã firmat D. Abb. cõsiculus in præalleg. c. inter monasterium. ergo sequitur, ꝙ nullo modo potuit ille Matthæus opponere istam exceptionem in cã appellationis, ex quo competebat sibi in causa principali: & illam scienter, & dolosè, & appensate opponere omisit. Et dicit ibi D. Abb. ꝙ iste dolus & malitia non opponentis probatur ex coniecturis, vt gl. in l. dolum. C. de dolo. & in c. 3. de renun. lib. 6. l. post ꝯctum. ff. de dona.
2 l. Iulianus. ff. qui & a quib. cũ simi. & † istud sequũtur cõiter doctores: & per hanc opi. dicunt limitari. l. per hanc C. de tẽpo. & c. cum Ioanes. de fide instru. cũ disponunt, ꝙ non oppositũ in cã principali, opponetur in causa appellationis: qa ꝓcedũt & limitant illa iura, nisi ex malitia, & dolo reus non opposuerit exceptionẽ sibi cõpetentẽ in cã principali, ꝑ quã excluditur agẽtis intẽtio: qa tũ ẽt illã nõ poterit opponere in cã appellationis ita dicamus ĩ casu nrõ ꝓposito: qa cũ huic Matthęo cõpetere ista exceptio, ꝑ quã perimitur intentio ipsius Torxelli. ergo debuit opponere in cã principali: sed qa non opposuit ex malitia, & dolo assumpto: ergo nõ potuit illam opponere in causa appellationis. & per ista tollit illud, qđ dicebatur in ꝯrium, dũ allegabatur doctrina Bar. in d. l. ꝑ hãc. Nec etiã ob. cum dicebatur, ꝙ ex illo titulo tollit accusatio de turbata possessione, quæ reqrit dolũ: vnde ex isto titulo excusat a dolo, & tale statutũ reqrit dolũ ex parte turbãtis: ergo qa ad hoc rñdeo hoc modo: aut statutũ punit actũ,
3 qui infertur principaliter in † personã: & tunc reqrit dolus, puta si dicat, si qs ꝑcusserit aliquẽ, & tunc requirit dolus: qa talis iniuria nõ põt inferri in ꝑsonam sine affectu ferientis: vt l. 3. ff. de iniur. si vero punit actũ, q infertur in rẽ, & tũc lata culpa æquiparat dolo: vt l. j. §. j. ff. si mens. fal. mo. dixe. ita decidit Bar. in l. j. §. j. ff. si qs testa. lib. esse iu. vñ dicit, ꝙ in accusatione de turbata possessione ĩducta a statuto, an debeat quis absolui, si doceat se ingressum esse aliqua rõne, ita ꝙ dolus malus absit: dicit aduertenda esse verba statuti, si dũt, si qs turbauerit, aliquẽ ĩ possessione sua, vel ꝑ similia verba, q denotant actũ delatũ ĩ personã, vt molestiã, vel turbationẽ illatã in aliquẽ, tunc reqrit dolus. & idẽ venit absoluendus, nisi probet dolus: sed si punit actũ illatũ in re: vt puta, si qs fuerit ingressus in possessionẽ alterius: tunc non reqrit dolus: sed sufficeret lata culpa. Cũ ergo istud statutũ dicat, si qs inuaserit rẽ, vel turbauerit, vel inquietauerit ĩ possessione rei corporalis, & c. & sic punia actũ illatũ in re, tũc seqt, ꝙ licet nõ ĩteruenerit dolus tñ incidit in pęnã statuti. Facit, qđ not. Ang. in l. sed & si lege. §. cõsuluit. ff. de peti. hære. vbi dixi, ꝙ pęna inuasionis excusat quis ꝑ iuris errorẽ: & hoc intelligit esse verũ, probato isto errore, quẽ ꝓbare est difficile, cũ degenerat præsumptio ꝯ eum: credit tñ sufficere, si inuadẽs non est nimis peritus, & cõsuluit peritiores, q essent in loco, an sibi licitũ sit inuadere: & cõsuluerũt ꝙ sic. ita dicit se ĩtelligere gl. in l. si qs in tantã. C. vñ vi. q dicit, militẽ, & rusticũ excusari a pęnã illius. l. debemus enim credere peritis in
4 arte, & eorũ iudicio stãdũ est. c. ꝓposuisti. † de ꝓbat. l. j. §. j. ff. si quis te. li. esse ius. su. quod dicit esse quotidianũ. Modo in proposito. nedũ interuenit culpa lata, quę sufficit in casu nrõ: sed et interuenit dolus ipsius Matthæi turbantis istum Torxellũ in dictis petijs terrarũ: cũ testes ipsius Torxelli dicãt ipm Torxellũ tenere, & possidere quãdã petiã terrę, iuxta ipsum Matthęum: quo casu pręsumptio est violenta: vt dictus Matthæus sciuerit dictã terram possideri per ipsum Torxellũ: qa vicinus ꝓsumitur scire facta vicini, vt l. si vicinis. C. de nup. not. per Bartol. in l. j. si certum petatur. & not. in l. si filiũ. C. de lib. cau. & in c. quanto. & in ca. quosdã. de pręsumptionib. & in l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. cũ simi. Et sic posito, non tñ concesso, ꝙ ista exceptio opposita per istũ Matthæum in causa appellationis probaretur sufficienter: tamen non prodesset ipsi Matthæo: quia tardè venere bubulci. fuit enim tardè & incongruo tempore opposita ꝑ ea, quę superius dicta sunt, & sic non potuerunt examinari testes in causa appellationis ad probandum illam exceptionem, quam debuit opponere ipse Matthæus in causa principali, ne commodũ reportet de calũnia sẽa. clemen. vt calumnijs. de re iudicata. cap. calumnia de pęn. cum simili. ¶ Restat nunc videre de meritis causę. de effectu ꝓbationis. & circa hoc est accurate ponderandum, quòd primus testis Paulus quondam Guidonis productus per ipsum Torxellũ dicit, ꝙ ab annis qnq; & circa ipse Torxellus tenuit & possedit cõtinue, & hodie possidet, & tenet ꝓ sua, & tanq̃ suã petiã vnã terræ, & reddit cãni dicti: qa vidit ipm omni anno a dicto tpe colligere fructus, granum, & fęnum, & vinum, tam per ipsum Torxellũ, quàm per Ioannẽ eius filium, ex dictis terris: & vi-

dit ipsos laborare in dictis terris pacificè & quietè, sine contradictione alicuius psonæ, dicit hoc vidisse præsente maiore parte hominum dicti loci. Dicit etiã, ꝙ dictus Torxellus similiter tenuit & possedit a prædicto tempore citra, ẽt vnam petiam terrę prætiuæ, iuxta Matthæũ, pacificè & quietè sine aliqua molestatione, & pro sua & tanquam suam: & vidit eos laborare sup dictis terris, & ex eis recolligere fructus, & ad domum suam apportare, & conducere: quo casu pbat possessio, & ẽt dñiũ. ergo & suã & p sua possedit & tenuit, & fructus recolligit. Facit l. Titia: & qđ ibi no. Bar. & glo. in l. penul. ff. de condi. insti. facit l. diuortio. §. item si messes. ff. so. ma. per quẽ tex. dixit Specu. in ti. de proba. §. j. ver. j. c. ꝙ ille, qui pcipit fructus semel ĩ anno, fingit toto anno possidere. facit tex. & gl. in l. litibus. C. de agri. & censi. lib. 11. Dicit etiam dictus primus testis, ꝙ dictus Matthæus intrauit anno præsenti dictam petiam terræ contra voluntatem dicti Torxelli, & arare fecit dictam terram. Dicit etiam, ꝙ cum ipse testis interpellasset ipsum Iustum ad vendendum sibi medietatem dictæ petiæ terrę, sibi respondisse, ideo non posso vedere, perche io son auolupato con Torxello. io hò habuto la roba sua, e se io volesse vendere, Torxello auãza a ogniuno. & sunt quatuor anni, & sic apparet, ꝙ cum dictus Torxellus haberet possessionẽ dictæ petiæ terræ, & dictus Iustus fateatur habuisse bona ipsius, pro dicta petia terrę, apparet clarissimè, ꝙ ius cõstitutum erat dicto Torxello, & acquisitũ in dictis terris. Dicit ẽt se vidisse dictos Torxellũ & Ioãneius filium laborare ipsas terras & colligere fructus & eos habere & de eis disponere pro libito suæ volũtatis. Secundus testis deponit, ꝙ dũ vellet emere dictas terras, requisiuit dictũ Iustũ, si volebat vendere, qui dixit ꝙ nõ, & casu quo illas vẽderet oportebat, illas vendere dicto Torxello: & sic dictæ terræ erant obligatæ dicto Torxello, adeo ꝙ non poterat alteri vendere, & dicit, ꝙ sunt tres anni, ꝙ iuit ad metendũ frumẽtũ ad petitionẽ ipsius Ioannis in dictis terris, & ꝙ iudicio suo dictus Malandrinus nunquam habuit possessionem dictarũ terrarũ. Tertius testis dicit, ꝙ cũ ipse requisiuisset dictum Iustũ, si vellet vendere dictas terras, rñdit se non posse, ex eo quia oẽs illas terras dederat dicto Torxello: & sic probat venditionem factã de dictis terris dicto Torxello, & vidit dictos Torxellum & Ioannẽ laborare dictas terras, & colligere & percipere fructus, & de illis disponere pro libito. Quintus testis deponit de dicta turbatione illata per ipsum Matthæum, & etiã alij testes producti p ipsum Torxellum deponunt, ꝙ ipse tenuit & possedit dictas terras, & fruct⁹ pcepit absq; eo, ꝙ dictus Iustus tenuerit dictas terras, vnde est diligenter ponderandum, ꝙ in instrumento venditionis factæ per ipsum Iustũ de dictis terris dicto Torxello dr, dedit & tradidit, & si quã tenutam vel possessionem ipsarum rerum venditarũ, & cuiuslibet ipsarum idem Torxellus habet, & apprehendit ipsam possessionem sic per eum habitã, & apprehensam plenissimè cõfirmauit, ex quibus verbis cõiunctis dictis testium clarissimè & euidentissimè apparet, ꝙ ipse testis iã antea vendiderat dictas terras dicto Torxello, & possessionẽ ipsarũ sibi tradiderat: ex quo infertur necessario, ꝙ dictus Malandrinus non potuit acquirere titulũ in præiudiciũ ipsius Torxelli. vnde ille est potior ĩ dominio, cui res prius tradit, licet alius in titulo præuenit. ita probatur in l. quoties. C. de rei ven. vnde licet dictus Malandrinus habeat instrm̃ venditionis, priusquam ipse Torxellus, nihilominus portior est ĩ ipsis terris emptis dictus Torxellus: vnde habuit d. Torxellus possessionem dictarũ terrarũ per quinq; annos, & ẽt vsq; ad istud tps. vnde possessio sua est antiquo: & posterior possessio pñmitur illicita & clandestina, vt c. licet causam. de proba. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poss. quinimo vr̃ verissimum esse, ꝙ dictus Torxellus ẽt habeat nedum possessionẽ priorẽ: sed ẽt titulũ antiquiorem, ex quo per testes ipsius Torxelli est sufficienter probatum, qualiter per multos annos antequã fieret instrm̃ venditionis dicto Malandrino de dictis terris Torxellus habebat possessionem ipsarum, & dictus Iustus requisitus a multis, q volebant emere dictas terras, rñdit se non posse: quia iam dederat dictas terras dicto Torxello: qa iam habuerat a dicto Torxello res suas. & qñ fecit sibi instrumentum venditionis dixit, ꝙ cõfirmabat: & sic præsupponit actum iam antea gestum: vnde nedum tradiderat possessionem, sed etiam vendiderat dictas terras dicto Torxello, p multos annos antea: & sic titulus & possessio ipsius Torxelli sunt potiores titulo acquisito alteri, ad quem postea fuit celebratum instrumentum venditionis: & sic fuit posterius instrumento emptionis ipsius Malandrini: quia ad hoc ego respondeo, quòd de natura cõtractus emptionis & vẽditionis est, vt solo consensu cõtrahatur: vt lege prima. §. est autem. & lege, in venditionibus. ff. de contrahẽda emptione. nec ad sui esse, & fundamento requiritur scriptura: vt no. in l. pactum quod bona fide. C. de pactis. l. cõtrahitur. ff. de pigno. institu. de contrahenda emptio. in princi. & in l. contractus. C. de fide instrumen. vnde communiter omnes contrahentes, quando emunt vel vendunt, post celebratam conuentionem venditionis, dicunt, cras faciemus instrumentum venditionis. Ideo dicit Iaco. But. in l. fi. C. si certum peta. ꝙ si simpliciter vẽdo, vel emo, & postea voco tabellionẽ, & dico, facias scripturam: tunc non dicit ille contractus emptionis fieri in scriptis. imo scriptura fit ad probatonẽ. ideo dicit Saly. in authẽ. sed nouo iure. C. si certum petatur. in distinctione, quã ibi facit. in versi. si autem dubitetur: vbi dicitur, ꝙ si cõtractus est talis naturæ, quod non est in scriptis necessario celebrandus ex dispositione legis, ꝙ credendum est, eos sine scriptis contrahere voluisse: licet scriptura sit confecta. ex quo non fuit necessaria pro substantia ꝯtus, dicẽdum est eam potius ad memoriam & probationem rei gestæ interuenisse, q̃ ob aliã cãm: vt l. cum res. C. de probat. & l. cum instris. C. de fide instrumen. & idem voluit idẽ Salyc. in l. contractus. C. eo. in 6. q. vnde licet ex postfacto iste Iustus fecerit instrumentum dictæ venditionis dicto Torxello, illud fecit ad memoriam vẽditionis iam antea factę, vnde non vr̃ voluisse celebrare contractum in scriptis. Ideo dicit Bar. in d. l. contractus. per illum text. ꝙ tunc partes dicuntur voluisse celebrare contractum in scriptis, quãdo hoc specificatum est, vt nullo modo aliter contractus valeat, nisi scriptura fiat, & allegat tex. & glos. ibi in l. testium. C. de testi. istud formaliter firmat glo. in §. pretium. insti. de contrahend. emp. quę dicit, ꝙ si partes simpliciter contrahant, & postea fiat scriptura: illa scriptura dicit fieri ad memoriam: vt dicit Iacob. Butr. in d. l. fina. ꝙ ita tenet per omnes doctores, & sic apparet ex pdictis, ꝙ iste Torxellus non solum hẽt possessionem priorẽ dicto Malandrino, & d. Matthæo. sed ẽt habet dominium, & per cõsequens est & dominus & possessor dictarum terrarum, licet istud instrumentũ fuerit postea celebratum: fuit enim ad memoriam seruandam & probandam dictum instrumentum cõfectum. Quinimo est firmissimè tenendum, ꝙ in ipsum Malandrinũ nulla fuerit translata possessio: ut probatur ex testibus ipsius Torxelli: erat enim penes ipsum Torxellũ ipsa possessio. & hoc ẽt apparet fortius

fortius ex confessione ipsius Iusti asserentis, & dicẽtis se illas terras dedisse dicto Torxello, & habuisse ab eo res suas: & etiam in instrumento dixit, ꝙ confirmabat tenutam & possessionẽ, quam dictus Torxellus ante habuerat: nec est probatio verior illa, q̃ ex cõfessione partis resultat: vt c. per tuas. de proba. l. generaliter. C. de non nume. pecu. Et etiam quia adiuuatur per testes ipsius Torxelli dicta confessio Iusti, tunc succedit regulæ glossæ, quæ reputatur singularis in c. si duobus. de rescriptis libro 6. & ibi dominus Dominicus facit festum de illa gl. ꝙ eo casu,
8 quo confessio partis †non est sufficiẽs probatio, vel nõ potest fundare ius partis aduersæ: vt est in cã beneficiali, vt in toto titu. de eo qui mitti. in possessio. tamen si probatio partis aduersæ: est dubia, recipit declarationem & firmitatem a confessione partis aduersæ: vt ibi firmat glossa. ita dicamus in proposito nostro, posito ꝙ confessio istius Iusti non potuisset præiudicare dicto Maladrino, cui iam fecerat dictum instrumentum venditionis: tamen fortificat probationem factam per ipsum Torxellum, in qua plene probatur, ꝙ dictus Torxellus tenet & possidet dictas terras, & sic si nullam habuit possessionem dictus Iustus in dictis terris: ergo sequitur, ꝙ nullã potuit transferre in ipsum Malandrinum: nec Malandrinus in ipsum Matthæum. ca. Daibertum. j. q. 7. c. qd autem de iurepatro. cum si. ad hoc enim, vt per constitutionem præcarij transferatur possessio in alium: requiritur, ꝙ constituens tempore constituti possideat, l. quamuis. §. si conductor. ff. de acquiren. poss. & glo. in l. minus instructus es. C. de acqui. possessio. & ibi Ang. Et sic cum possessio esset apud dictum Torxellum dictarum petiarum terræ, vt apparet ex testibus & confessione Iusti prædicti, & etiã titulus antea per multos annos, vt apparet de confessione ipsius Iusti: ergo apparet, ꝙ ipse Iustus non possidebat, alias possessio sua fuisset clandestina, cũ duo non possint simul insolidum possidere: vt l. 3. §. ex contrario. ff. de acquiren. poss. nec fuit necessariũ aliam traditionẽ fieri in dictũ Torxellũ, ex quo iã tenebat & possidebat, & etiam habebat titulũ tpe ipsius celebrati instrumẽti, insti. de re. diui. §. interdũ. l. certi condictio. §. si. ff. si certũ peta. cum si. Et sic cũ dictus Iustus nullũ ius haberet in dictis terris, quo mediante posset vendere & tradere dictas petias terræ ipsi Malandrino: vt dictum est. ergo nihil in eum translatum est. Et etiam ex quo possessio fuit prius trãslata in ipsum Torxellum, licet in titulo sit prior dictus Malandrinus: tamen Torxellus est potior in dictis rebus, sed re vera ipse Torxellus habet titulũ priorem dicto Malandrino, & sic titulum & possessionem habet ante ipsum Malandrinum, & per cõsequens nullum ius competit dicto Malandrino in dictis terris. Nec obstat, si quispiam dixerit, ꝙ per testes productos in causa appellationis ꝑ ipsum Mathæum est probare contrariũ, ꝙ imo iste Iustus possedit & tenuit vsq; ad tempus, quo vẽdidit dictus Iustus præfatas terras dicto Malandrino: quia quo ad hoc ante omnia est considerandum, ꝙ illa exceptio non potuit opponi in causa appellationis: & sic videtur probari. & ex hoc corruunt omnia dicta illorum testium, ex quo non debuerunt examinari & recipi. & ex hoc capite dictus Torxellus est in casu victoriæ. Secundo est considerandũ circa dicta istorum testium productorum in causa appellationis: q̃ dñs ꝯrium eius, quod asseruit & confessus fuit dictus Iustus in instrõ venditionis, quam fecit dicto Torxello, in quo confirmauit possessionẽ per prius habitam per ipsum Torxellũ. & iam per testes productos per ipsum Torxellum apparet, ꝙ ipse Iustus vendiderat. & tradiderat dictas terras dicto Torxello, & est superius dictũ. Et vltra hoc probant testes ipsius Torxelli, quòd illas laborabat, colebat, tenebat, & possidebat pro sua, & tanquam suam, vel suas, & ꝓ libito suę voluntatis disponebat de fructibus ex illis terris perceptis. nescio videre quo spiritu, aut quo colore veritatis testes producti in causa appellationis deponũt ipsum Iustum possidere, cum ipse Iustusmet ꝯrium confessus fuerit, tam ante tempus instrumenti facti per eum dicto Malandrino; quã post. & iõ non nisi cũ maxima suspicione falsitatis dicti testes possunt transire, maximè, quia ille Matthęus producens illum titulum emptionis habuit ante iudiciũ motum sibi in causa principali, & potuit illum opponere, & etiã illam exceptionem, ꝙ Iustus posederat. & maximè, quia apertè & manifestè apparet de ipsorum falsitate, coniuncta confessione ipsius Iusti. & ideo conuenientia non sunt eorum testimonia, iuxta illud, quod scribitur in passione dominica. Et ideo iustissimus dñs iudicans pro sua obseruanda iustitia diligenter animaduerteret, quanta fides erit adhibenda dictis testibus. l. 3. §. j. ff. de testibus.

EPITOME.

¶ Qui positioni, an possideret cuiusdam testatoris bona, respondit hoc modo, respondeo me non possidere aliqua bona, quæ vnquam fuerint dicti testatoris: & si, & inquantum reperiatur me possidere aliqua bona, quæ fuerint dicti testatoris, dico me possidere iusto titulo, &c. adeo negauit, vt possidere conuictus in pœnam. l. finalis. ff. de rei vendicatione. inciderit.

SVMMARIVM.

Reus vbicunque respondet, se non possidere, si conuincitur, ab eo in actorem per iudicem possessio transfertur. nu. 1.
Reus vbi punitur de mendacio, contrarijs exceptionibus vti non potest, nec conditionaliter, nec successiue. nu. 5.
Intellectus. l. fi. ff. de rei vendicatione. nu. 10.

CONSILIVM XXXVI.

Difficile Est, vt bono peragantur exitu: quæ malo sunt inchoata principio. prima quæstione prima. cap. cum Paulus. & cap. principatus. in auth. qũo oporteat episcopos. in prin. ideo optimi maximi Dei omni inuocato præsidio: viso puncto & maturè pẽsato: præsens hæsitatio est valde pulchra, & consistit iudicio meo, eius decisio in hoc, videlicet: vtrum per illa verba, respondeo me non possidere aliqua bona, quæ vnquam fuerũt dicti testatoris, & si, & inquãtum reperiatur me possidere aliqua bona, quæ fuerint dicti testatoris, dico me possidere iusto titulo apto ad impediẽdum dictam immissionem, s. ex causa dotis, introducatur negatio ita vehemens, ꝙ probato per aduersariũ, ꝙ ego possideo re vera bona, quæ fuerunt dicti testatoris, incidam in pęnam. l. fina. ff. de rei ven. & in hoc stat tota vis & difficultas præsentis consultationis. Et est diligenter ponderanda glo. in dicta l. fi. quæ dicit, ꝙ pęna illius. l. non habet locum in negante, qui suam negationem statim reuocauit, antequam in ꝓbationis onere actor grauaretur, quod est fortius: quia sicut testis potest dictum suum corrigere incontinenti: vt in c. præterea. de testi. cogen. ita & pars potest reuocare suam rñsionẽ factam positioni: vt est gl. solẽnis, & melior de iure in c. cũ in positionibus. de iureiur. lib. 6. quã eleganter ponderat Bal. in commento l. edita actio. C. de

C.de eden, Facit etiam: quia ad euitaudam pęnam, licet ante consumatum delictum, factam negationem per pęnitentiam reuocare potest, secundū no. tex. in auth. contra qui propriam. C. de non nu. pec. & no. glo. insti. de actio. §. item mixta. & in c. j. §. porro. in titu. quę fuit prima causa benefi. amit. Bal. in l. contra negantem. C. ad l. Aquil. & in l. ea quæ, C. de condi. indebi. facit etiam: quia cum hæc sit pęna legalis, ad eam euitandam licet pęnitere, & q̄ñ sufficit penitentia ante sententiam: vt probatur in l. conductores. C. loca. l. non ab re. C. vnde vi. l. qui cū maior. §. accusasse. ff. de bon. libe. & per Bar. in l. qui ea mente. ff. de fur. quandoque ante litem cōtesta. in auth. statuimus. C. de episcop. & cleri. coniunctis his, quæ no. glo. optima, in versiculo perdant. in c. si diligenti. de foro cōpe. facit etiam: quia licitum est respondenti ad interrrogationem aduersarij, eius responsionem reuocare, si nulla captio ex eius pęnitentia fiat actori: casum allego valde elegantē in l. de ætate, §. Celsus. ff. de interro. actio. Modo in casu nostro iste reus respondit se nō possidere aliqua bona, quæ fuerunt ipsius testatoris: ista est negatio: sed istam negationem in eodem conceptu verborum, & in eodem instanti reuocat: quia dicit, si & inquantum reperiatur se possidere dicta bona, &c. dicit se possidere ex titulo apto impedire immissionē. vnde ista verba sunt reuocatoria illorum primorum verborum, & patet ad sensum: q̄a si pcesserunt illa verba negatiua, ista verba sequentia non sunt ēt negatiua: q̄a ad q̄d prolata fuissent: ex quo reus ī ā negauerāt: nō sunt tēperatiua illorū primorū, & sic non inducunt negationem, imo reuocant primā negationē. Quod ēt fortius apparet: quia postea ipse reus fatetur, ꝙ imo possidet talia bona, & sic vr̄ per illa verba sequentia corrigere priora verba negatiua. Nec reperitur lex in mundo disponens, ꝙ illa verba conditionaliter inducant negationem: licet non inducant confessionem. vnde gl. in l. si quidem. C. de excep. & in c. cum venerabilis. de exceptio. dicunt, ꝙ ꝑ rn̄sionem hoc modo factam, non mutuasti mihi pecuniam, & si & inquantū apparet mutuo, fecisti mihi pactum de non petendo, ꝙ ista verba conditionaliter prolata non inducunt cōfessionē: non tn̄ dicit, ꝙ inducant negationem, & per ꝯn̄s non habetur ꝓ negante dictus Sempronius, sic respondēs. Præterea facit, quia iste est reus conuentus, cui licet pluribus contrarijs defensionibus vti: vt l. nemo prohibetur. ff. de exceptio. & l. nemo ex his. ff. de regulis iuris. intantū, ꝙ licitum est reo mentiri pro defensione sui iuris, vt pulchrè dixit Bal. in authen. contra qui propriam. C. de non nu. pecunia. ergo &c. natura enim legis pęnalis est, vt non excedat proprium casum. §. pęnæ. versicu. in proprium casum. de pęniten. dist. j. & d. l. fin. ff. de rei vendica. est pęnalis, ergo non debet excedere suos proprios terminos, vt loquatur in negante se possidere, sequitur, ꝙ non extendet fimbrias ad alium casum, sed iste licet non confiteat se possidere bona, quæ fuerunt illius testatoris: non tamen negat tali negatione, quę faciat illum incidere in pęnam dictæ l. fina. & si bene ponderetur dictum Specu. allegatum a Baldo in d. l. fi. & etiam a Ludouico Roma. in quodam suo consilio incipiente, in Christi nomine amen. visis themate, & quæstione, versi. vltimo quæro. vbi allegat Spe. in tit. de primo & secundo decreto. §. restat. versi. quid si nominans. vbi dicit, si quis confitetur se alieno noīe possidere, & possideat nomine suo proprio, incidit in pœnam dictæ l. fina. vnde licet iste reus negasset se possidere bona, quæ fuerunt dicti testatoris: tamen incontinēti videtur ab illa negatione recessisse, deinde: & si & inquantum reperiatur, &c. Et sic illa verba non inducunt negationē: ergo non incidit rēspōdens in pęnam. d. l. fi. vnde stat necessaria conclusio. in dicta l. fin. quòd si reus non negauit, aut in negatione non perseuerauerit, non incidit in pęnam. d. l. fi. & ideo non oportet insistere, ꝙ actor acceptauit illam negatiuam, ergo non potuit illam reuocare reus in præiudicium actoris: quia iam reus illam reuocasse videtur incontinenti, antequam actor probaret contrarium eius, quod reus negauerat: & maximè, quia in eodem conceptu verborum illa verba cōplexus est, adeo ꝙ non potest pro parte acceptare & ꝓ parte non. iuxta no. in l. j. C. de confess. per Cynum, Baldum & Saly. & Barto. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de libe. leg. do. Anto. D. Card. & alios in c. bonę. de postulatione prælato. Et sic videtur, ꝙ illa verba nō inducunt negationem, & per cōsequens non est locus pęnæ. d. l. fi. ff. de rei vendicatione. Et ista erant, quæ iudicio meo faciebant dubium in præsenti cōsultatione. ¶ Et licet ista sint colorata, & apparētia satis: tamen casum nostrum non attingunt: ideo illis non obstantibus ꝯ̄rium puto mihi de iure verius, videlicet, ꝙ inciderit in pęnam. d. l. fi. quod sic ostendo,
1 vbicūque † reus respondet non possidere, & cōuincitur ab actore, ꝙ imo possideat, transfertur ab eo in actorem possessio per iudicem. casus est apertus in d. l. fina. sed in proposito nostro ita formaliter accidit: iste reus respondit se non possidere bona, q̄ fuerūt quondam talis: vnde aut consideramus ista prima verba negatiua: & tunc actor habet suam intentionem eo ipso, ꝙ probauit contrarium: aut cōsideramus illa verba, de per se. videlicet, & inquantū reperiatur se possidere, quæ fuerunt quōdam talis. dicit, ꝙ iusto titulo possidet bona, quæ fuerunt quōdam talis, & tūc ista verba non sunt affirmatiua, q̄a confiteaṫ se possidere bona, quæ fuerunt quondam talis, imo sunt negatiua, quia imo inferunt onus ꝓbandi in aduersarium, & sic in eius actorem, ꝙ ipse reus possideat bona, quæ fuerant quondam talis testatoris, aut capim⁹ illa verba ī simili ꝓlata, & istud vr̄ mihi verius, & istud consueuit fieri ꝑ reos iussos rn̄dere positionibus. dicunt enim, nego me teneri, & inquantum appareat me teneri, dico habuisse pactum de non petendo, vel soluisse & similia dicēdo, quo casu respondendo ita cōditionaliter, negatiua præmissa negat positionem aduersarij. Cum ergo in ꝓposito rn̄derit reus, se non possidere aliqua bona, q̄ fuerunt illius testatoris, & si, & inquantū reperiaṫ, se possidere iusto titulo, vnde per talem responsionem non confitetur intentionem aduersarij, q̄ erat, ꝙ iste possideret illa bona: ergo negat, q̄a cum non respōderit per verbum dubito, excipiendo conditionaliter præmissa negatione, videtur negare. & iō inquantum glo. in d. c. cum venerabilis. de excep. & in d. l. si quidem dicit, ꝙ non vr̄ fateri intentionem aduersarij, intelligi debet, ꝙ videtur negare. ergo si negauit, & conuincitur de mendacio, q̄a iam possidet bona, quæ fuerunt dicti quondam testatoris, ergo incidit in pęnam negantis. & sic vendicat sibi locū dispositio. d. l. fi. Et ꝙ hoc sit verū: facit, q̄a gl. in c.
2 cū venerabilis. dicit, ꝙ † vbicūq; reus simpl'r excipit, nō vr̄ ꝯfiteri intentionē actoris. & illā glo. sequiṫ ibi Inn. & illā sequitur in c. except. de reg. iur. lib. 6. & D. Ant. & D. Abb. in d. c. cū venerabilis. & cōiter doctores. ergo quādo pręmittit negatiuā, non solū excipiē do non confitetur intētionē aduersarij: sed imo negat, quia illa negatio dēt aliquid operari, vt l. si qn̄. C. de inoffi. tes. c. si Papa. de priuil. li. 6. cū si. & gl. in d.
3 c. ex exceptionem. dicit expresè, ꝙ † per exceptionē reus negat intentionem aduersarij, ergo multo magis negat, cum excipit, seu rn̄det negatiuę, & postea excipit cōditionaliter, q̄a nō dēt duos effectus ꝯ̄rios operari

operari

operari dicta exceptio, & sic certo certius est, ꝙ illis primis verbis iste reus negauit se possidere bona, quę fuerũt quondã talis testatoris, quia ex illis primis, nego me, &c. est expressa negatio: ex illis secũdis idẽ, qa excipiẽdo negat, vt dicit gl. in d. c. exceptionẽ, nec fatetur, vt dicit glo. in d. c. cum venerabilis, & etiã, quia ex quo in eodem instãti negauit, & postea in eodem instanti excepit, videtur stetisse in sua prima negatione: quia non vr̃ ita incontinenti se correxisse. l. non ad ea. ff. de cond. & demo. & si voluisset corrigere primam ꝯfessionem, hoc fecisset expresse & clarè, ar. c. ad audientiam, de decimis. Et si quispiam dixerit, ꝙ reo est licitum mentiri; & opponere ꝯrias exceptiones ad tuẽdum ius suum, vt superius dixi. Ad hoc r̃ndeo vna cum dicto Bal. in auth. ꝯ qui propriam. C. de non nu. pec. ver. modo sequitur. vbi dicit, ꝙ quicun-
4 que conuentus in iudicio aliquid negat† pro sua defensione, licitè facere potest: licet in hoc mentiatur, & de mendacio pęnam non patitur. subdit hoc esse verum regulariter, vt in d. l. nemo, sed illa regula fallit in casibus specialibus, & alle. d. l. fi. ff. de rei ven. & sic apertè tenet Bald. in d. auth. ꝯ q propriam, ꝙ reus non potest vti exceptionibus contrarijs mentiendo, in casu d. l. fi. ff. de rei ven. & latissimè loquitur Bald. super hoc in d. auth. ꝯ qui propriam, & etiam in d. l. fi. expresse hoc dixit in finalibus suis verbis, ꝙ vbicũque quis ratione mendacij punitur, tunc non potest proponere plures exceptiones cõtrarias etiam conditionaliter, vel successiuè, allegat Cyn. in d. auth. ꝯ, qui propriam. Et ideo dixit Reuerendus pater dominus Abbas in d. c. cum venerabilis, quòd vbicunque reus explicitè negat, potest aduersarius se fundare super illa explicita negatione: nec habet ipse reus aliquam excusationem, allegat d. l. fi. ff. de rei ven. & idẽ firmat. Sal. in d. auth. ꝯ qui propriam, ꝙ vbi reus punit de mendacio, non potest vti ꝯrijs exceptionibus. Ex ista doctrina assumo regulam incõuincibilem, ꝙ posito, non tñ concesso, ꝙ per illa secunda verba, si, & inquãtum, &c. non negaretur, istum possidere bona, quæ fuerunt illius testatoris: nihilominus ista exceptio est ꝯ primã, in qua purè, merè, & explicitè ne-
5 gauit. vnde arguo sic. vbicunq; reus† punitur de mendacio, non potest vti ꝯrijs exceptionibus, nec conditionaliter, nec successiuè, vt dictum est: sed iste reus vtitur ꝯrijs defensionibus, quia primo explicitè negat; secundo excipit. ergo nõ potuit, & per ꝯñs, quia conuictus est mẽdacio, punietur licet in veritate istę ambæ r̃nsiones tendãt ad negandum, & per hoc tollitur illud, quod dicebãt Inn. & Bal. in d. c. cũ venerabilis, ꝙ licet qs sibi præiudicet ꝯfitendo expresse, vel tacitè: tñ qui excipit non tacet, nec negat, qa loquuntur in mera & simplici exceptione: secus si præcedat mera negatiua, vt in casu nostro, & per hoc ẽt tollitur illud, quod dici posset, ꝙ aliud est negare & aliud excipere & negare. Et statutũ loquẽs de exceptione, seu defensione, non hẽt locũ in negatione pura, simplici, & mera: vt est optimus tex. in d. l. si qdẽ, & hoc dicit ibi Bal. & illud ẽt dixit idẽ Bal. in l. perẽptoria. C. sen. rescin. non posse. ver. quæro statutũ dicit, ꝙ bannitus non audiatur nec agendo, nec excipiẽdo, ꝙ nihilominus audietur negando, qa qui negat, nõ exci-
6 pit: qa ei non incũbit probatio: igit† negatio non est actio, nec exceptio. l. verbũ oportebit. §. fi. ff. de ver. si. qa ista doctrina procedit in mera negatiua, q nõ est exceptio: tñ exceptio est negatio implicita: & sic excipiẽs implicitè negat. Itẽ si pcedit mera negatiua, exceptio sequẽs implicitè ẽt negat: & sic est negatiua, ne videat corrigere se incõtinẽti, vel nos dicemus, ꝙ ambę illę ꝓpositiões sũt negatiuę, vt dictũ ẽ, ꝙ ẽ verissimũ: qa vna ẽ negatiua mera & explicita, alia ẽ negatiua ĩplicita, vel dicem⁹, ꝙ ex quo nos sum⁹ in casu, quo reus mẽtiẽs punit̃ de mendacio: vt in casu. d. l. fi. ergo non potuit opponere exceptiones ꝯrias, nec cõditionaliter, nec successiue, & sic quõcunq; dicatur, iste reus reperitur mendax, & per consequens incidit in pęnam. d. l. fi. ff. de rei uẽdi. Et iudicio meo ista ponunt gladium ad radicem in præsenti consultatione: qa aut ambæ sunt negatiuę: & tunc est mẽdax. aut prima est negatiua mera, & alia exceptiõnis productiua, & cõtraria primæ, & in prima repe-
7 ritur esse mendax: ergo† non potuit reus proponere istas exceptiones ꝯrias; ex quo punit̃ de mendacio. & per hoc tollitur obstaculũ. d. l. si quidem. quæ disponit, ꝙ reus non põt negare & excipere, quod est verũ: nisi talis reus puniretur de mendacio, qa tunc non posset cumulare vtrunq;: vt dixit Baldus. Et potissimè ostẽdo, ꝙ iste reus in illa sua exceptione conditionali negauerit se possidere bona, q̃ fuerũt illius testatoris: hoc ostendo clarissime: quia postq̃ actor probauit, ꝙ iste possidet bona, quæ fuerunt illius testatoris: ille reus dicit nunc se possidere dicta bona. nã si hoc dixerat in illa sua exceptione cõditionali, non dixisset nunc se possidere: qa infert, ꝙ antea dixerat ꝯriũ. vr̃ enim illa dictio habere negationẽ de præterito. iuxta not. per gl. in l. certum, §. j. & ibi Barto. ff. de confess. & per Bal. in l. edita actio. C. de edẽ. & per docto. in c. significantibus. de libel. obla. & in c. cum venerabilis. de excep. per domi. Pet. Prærerea facit, iste reus in propria sua responsione negauit se possidere bona, quæ fuerunt dicti testatoris: & dicit postea, si, & inquantũ reperiatur &c. actor acceptauit istam responsionẽ in parte, & partibus in eius fauorem facientibus, & probauit istum reum possidere: postea reus dicit se dicere possidere dicta bona. dico ꝙ ex prima responsione est acquisitum ius ipsi actori, in tm̃ ꝙ nõ potuit reus ab illa prima negatione recedere. vnde Bald. in l. Gallus. §. quidam rectè.
8 ff. de liber. & posthu. querit, an † positionem semel negatam possum confiteri, & contra cõfessatam negare. allegat gl. in c. fina. de iureiurando, lib. 6. instit. de actio. §. item mixta. ideo practica est singularis secundum eum ibi, ꝙ facta cõfessione super articulis, seu respõsione semper pars dicat præsente tali, & dictam responsionem acceptante inquantum facit ꝓ ea, aliàs non. nam ex postfacto reuocari nõ poterit, allegat. l. sicut. C. de actio. & oblig. facit, quod notat Sali. in l. j. C. de confes. & in l. iubemus. C. de lib. cau. vbi dicit, ꝙ debet scribi in actis parte acceptãte, &c. facit in argu. l. fi. ff. de pact. l. qui ea mente. ff. de fur. l. quid sit fugitiuus in prin. ff. de ædili. edict. ex responsione enim facta in iudicio quasi ꝯhitur. vt ff. de interroga. actio. l. de ætate. §. qui insto. & quod voluit Saly. in l. contra negantem. C. ad l. Aqui. in penul. q. vbi dicit, ꝙ quoties ex negatione est ius quæsitum parti, nõ potest reuocari illa negatio per confessionem sequentẽ. allegat Bar. in l. eũ qui. ff. de iureiur. Et licet Saly. ibi alleg. in ꝯrium glo. in d. c. cũ in positionibus. de iureiurã. lib. 6. nec sit ausus respondere, sed reliquit cogitandam pro responso tamẽ nequit respondere, vt voluit Bal. in d. §. quidam rectè. vt nõ possit, quando aduersarius acceptauit, vel potest responderi, vt voluit glo. valde solennis. in c. apud misericordẽ iudicem 22. q. j. aliàs 2. quæ voluit, ꝙ vbicunque confessio est redacta in scripturã, seu apud acta, nõ potest reuocari. facit in simili gl. singularis. in l. vna. C. de omni agro desert. li. 11. sed in ista negatione concurrunt duo, videlicet. ꝙ fuit acceptata in parte, & partibus per aduersarium; fuit redacta in scriptis, ergo non potuit reuocari. Facit, quod voluit Bald. in capitul. si vasallus in titu. si de feu fuerit cõtrouer. vbi q̃rit, an negãs possit pęnitere, & sic ꝯdicere, & decidit, ꝙ si aduersarius vult ĩuiti primæ re-

 sponsioni

ſponſioni, ꝙ non poteſt pœnitere: allegat dictam l. eum qui.& licet Bal.in l. contra negantem. dicat, ꝙ
9 † vbi agitur de euitatione pęnæ, poteſt cōfiteri, anteq́uam aduerſarius ſit grauatus onere probandi, argumē. not. in dicto §. item mixta. & in dicta l. eum qui. ſecus ſi poſtquam actor probauit: quia non poteſt poſtea pęnitere: quia Bal. in dicto §. quidam rectè limitat dictum. §. item mixta. videlicet niſi illa reſponſio fuerit per partem acceptata: alias ſecus, vt ſuperius dixi. Modo in propoſito noſtro iſte primo negauit: & in eodem inſtanti opponit conditionalem exceptionem: & poſtquam actor probauit illū poſſidere dicta bona &c. cōparuit reus, & dixit nūc poſſidere talia bona quo ad iſtam vltimam confeſſionem eſt indubitatū, ꝙ non potuit reuocare: & ſic nec pęnitere: qa iā actor grauatus fuerat onere ꝓbādi, ideo puniendus eſt: & ſic res eſt ſiue dubitatione. ſi vero loquimur quoad illam primam negationē, & ad illam exceptionē conditionalem: tunc tenendo, vt ſupra dictū eſt, ꝙ ambæ illæ orationes negant, res eſt expedita: quia ex quo ſemp. negauit, & actor fuit grauatus in probando, punietur. Et ꝙ hoc ſit verū apparet, ꝙ poſtea fuit confeſſus ſe poſſidere: quo caſu arguitur dolus, & machinatio in prima negatione ipſius rei: ſi vero dicimus, ꝙ illa conditionalis exceptio non negat, quod tamen non procedit, vt ſuperius dixi. tunc dico, ꝙ ex quo erāt duæ orationes, potuerunt diuidi, iuxta no. per Bar. in l. diuus Adrianus. ff. de re iudi. & in l. circa. ff. de proba. & per Bald. in l. j. C. de condi. indebi. quod oſtenditur clarius ex eo: quia in caſu noſtro non potuit proponere illam meram & explicitam negatiuam, & exceptionē conditionalem & negatiuè non auditur, fallit, quando lex punit eum in actione perdenda ratione mendacij. vnde cum nō potuit copulare illa duo, actor acceptauit negationem, quatenus faciebat pro ſe: ergo potuit. vnde illa exceptio conditionalis, poſito, non tamen conceſſo, ꝙ non induceret negationem poſſeſſionis, non nocet actori, ex quo acceptauit negationē: nec prodeſt reo, ex quo illa nō potuit vti: & interim actor probauit reum poſſidere bona ꝑfata: ergo canonicus eſt de mendacio: & per ꝯns non potuit pęnitere, cum ſubdit nunc, & dicit ſe poſſidere. Et ſic multifariè apparet de dolo & machinatione iſtius rei reſpōdentis ſe non poſſidere. Et ſi quiſ-
10 piam dixerit † amice. dicta l. fi. de rei vendi. eſt pęnalis: ergo non debet excedere proprium caſum: vt in d. §. pęnæ. cum ergo loquatur, vbi agitur de rei vendicatio. ergo nō debet extendi, cum agitur ex dicto diui Adria. Quia imo illa. l. non ſolum loquitur in rei vēdicatione: ſed in omni alia actione, in qua grauatur actor onere probandi, negante reo ſe poſſidere. vnde gl. ibi ponit exemplum in petitione hæreditatis, ī qua pōt interrogari reus, ſi poſſideat. Et ideo dixit Bal. in l. cogi. C. de pętitione hæredi. in verſi. vlterius quæritur, ꝙ ſi reus non mentitur in poſſeſſione, ſed in qualitate poſſeſſionis: an ſi cōuincatur de mendacio, debeat perdere ipſam poſſeſſionem? Decidit ꝙ ſic, alleg. d. l. fi. & §. penul. in authen. de trien. & ſemiſ. quia punietur circa tranſlationē poſſeſſionis in aduerſarium. Et ibi etiam dicit idem Bald. pone, ꝙ poſſeſſor vendidit res hæreditarias, & pretium percepit, tandem interrogatus an poſſideat, negat ſe poſſidere, an puniatur in trāſlatione poſſeſſionis illius ꝓtij? & allegat glo. in d. l. fi. ꝙ ſic. & idem voluit Gui. in d. l. cogi. & facit, quod no. Specu. in loco ſuperius allegato. & in titu. de emphy. §. nūc aliqua. verſ. 65. & Inn. in c. cū veniſſent. de ī integrū reſti. & in c. cæterum. de iudi. & ſic illa. l. fi. procedit in reſpondēte ſe non poſſidere per mendacium: & ibi Ang. allegat auth. contra eum qui propriam. de non nume. pecu. & auth. item poſſeſſor. C. qui po. in pig. habe. non enim ponit illa lex caſum ſpecialem in rei vendicatione: imo ponit regulam in mentiente ſe poſſidere: vt perdat illam propter mendaciū. Et ibi Ang. dicit illam legem habere locum in emphyteuta & feudatario: & allegat Specu. & Inn. in locis ſuperius allegatis. Et ibi etiam dicit Ange. ꝙ vbicunque poſſeſſorium adipiſcendæ intentatur in pœnam conuicti: ibi nunquam habet locum regula, dolo facis: & ſic dicit ſe intelligere, quod no. in l. j. ff. quorū bono. & in l. in certi. C. de interdic. quod dicit eſſe notandum: quia per alios nō eſt actum. Et ibi idem Ang. ponit practicam, ꝙ negatione facta agenti poterit dari per iudicis officium licentia intrandi poſſeſſionem rei petitæ, tāquam vacantis: reſeruato iure cuiuſlibet tertij: & huic licentiæ non poteſt reus contradicere: cū ſua non interſit: & ꝙ ſe aſſerit non poſſidere, ergo ſequitur, ꝙ idem erit dicendum, cum petitur miſſio in poſſeſſionem bonorum ex diſpoſitione. l. fina. C. de edic. diui Adri. debent enim citari poſſeſſores bonorum: vt latè ibi no Bar. & quod beneficium commiſſionis, & poſſeſſionis ſuccedit loco petitionis hæreditatis: quia datur, vel negatur cōtra poſſeſſores bonorum ad inſtar petitionis hæreditatis: vt firmant oēs ſcribētes in d. l. fi. & ibi dixit Barto. ꝙ licet illud ſit remedium adipiſcendæ poſſeſſionis, non tñ ob. ei exceptio dñij. Et iſtud voluit Ange. in d. l. fi. dum dixit, ꝙ vbicunque intentatē poſſeſſoriū adipiſcendę in pœnam conuicti, habet locum. d. l. fi. nec habet locū regula, dolo petis, &c. & ſic d. l. fin. vendicat ſibi locum in caſu noſtro. facit, quod not. D. Anto. in c. penul. de iuramen. calum. Facit etiam, quod not. Bar. in d. l. vbi tenet, ꝙ illa. l. habet locum in petitione hæreditatis, licet non habeamus legem hoc dicentem. & idem tenuit Azo in ſumma de peti. hrdi. §. j. idē voluit Placen. in ſumma de petit. hæredi. in prin. ¶ Nec obſtant allegata in contrarium, primo cum dicitur, ꝙ reus ſuam negationem reuocauit, quia iam apparet reſponſio ex ſuperius dictis. ſed poteſt reſponderi, quia illam reuocauit tardè, poſtquam actor ꝓbauit reum poſſidere bona, quæ fuerunt illius teſtatoris, quo caſu non potuit, vt voluit gloſ. in d. l. fi. Et ſi dicatur, imo reuocauit ante in eodem inſtanti, quo propoſuit illam negatiuam, ſtatim oppoſuit illam cōditionalem exceptionem: vt ſuperius dictum fuit, & ambæ ſtāt negatiuæ, vna explicitè, & alia implicitè. Item quia ex quo in prima dixit mendacium, venit puniēdus, nec potuit opponere aliam exceptionem contrariam primæ, nec cōditionaliter, nec ſucceſſiue, vt amplè oſtenſum fuit ſupra. Nec ob. cum dicitur, ꝙ illa conditionalis exceptio eſt tēperatiua negationis prius poſitæ, qa ſatis apparet ratio ſufficiens ex ſuperius dictis: quinimo illa negat intentionem actoris, vt voluit gl. in d. c. exceptionem obijciens. Nec obſt. cum dicitur, ꝙ eſt licitum reo mentiri pro defenſione iuris ſui, quia verum eſt regulariter. fallit, ſi mēdacium eius puniretē, vt ſuperius dictum eſt. Nec obſtat ꝙ d. l. fi. de rei vendi. non exendenda, quia vt ſuperius dictum eſt, illa. l. habet locum, vbi intentatur petitio hæreditatis, & ibi intentatur interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis vt ſuperius oſtenſum eſt, nec ponit caſum ſpecialē, etiā in caſu iſto, iſte reus negauit ſe poſſidere bona, quæ fuerūt dicti teſtatoris: ergo nec eſt verum, cum dicitur, ꝙ in eodem cōceptu verborum fuerūt prolata illa verba: imo fuerunt diuerſæ orationes, vt apparet ex ſerie carū. quo caſu licita eſt diuiſio & acceptatio pro parte, vt volunt doctores in prællegatis locis, & etiam quia iſte reus non potuit accumulare illas exceptiones contrarias mentiēdo, ex quo lex punit eum de mendacio, vt dictum eſt. Et ſic ex ſupra-

supradictis concludo ipsum reum incidisse in pœnam dictæ l.fin. nec potuisse reuocare dictam suam negationem. Et ita concludo.

EPITOME.

¶Testator legauit fundum quendam, quem deinde hæres tanquam rem hæreditariam uendidit & tradidit pretio accepto. Barba. secūdum ea, quæ proponuntur, respondet, testatorē fundi illius mortis suæ tempore dominum fuisse, ac iccirco dominium in legatarium transtulisse: proinde legatario huic rei uendicationem, seu publicianam competere.

SVMMARIVM.

Verba enuntiatiua geminata probant, & disponunt. nu. 1.
Verba, enuntiatiua proferenti non autem tertio præiudicant. numero 3.
Verba illa, omnia & singula, non tantum factum, sed qualitatē facti exprimunt. nu. 4.
Verba illa, bona tanquam hæreditaria, veritatem, non autem similitudinem significant. nu. 7.
Genitiuus importat dominium. nu. 8.
Defunctus præsumitur eorum fuisse dominus, quæ mortis tempore possidebat. nu. 9. & 10.
Probatio dubia, vel aduersarij probationi similis vincit, si fama vltra probetur. nu. 14.
Fama antiqua dominia probantur. nu. 12. 15. & 16.
Fama recens adminiculis accedentibus dominiū probat. nume. 13. & 14.
Approbatam semel reprobari uon potest. nu. 18.

CONSILIVM XXXVII.

PLane Cuncta gerūtur, si fiat principium decens & amabile Dèo, ī auth. quomodo oporteat epi. in prin. j. q. j. c. cum Paulus. & c. principatus: ideo optimi maximi Dei omni inuocato præsidio: viso pūcto & maturissimè pensato & examinato, & etiam qnia præsupponitur in themate, aut puncto consultarionis, ꝙ sufficienter probabitur per testes, qualiter fama erat tpe, quo viuebat dictus testator, ꝙ ipse erat dn̄s ipsius fundi Tusculani: & probabitur per testes, ꝙ tempore suæ mortis possidebat testato r præfatus dictum fundum Tusculanum: & etiam ꝙ ipse reus in positionibus confiretur se non habere aliud ius in ipso fundo Tusculano, q̄ illud ius, quod acquisiuit ab hærede ipsius restatoris. Est videndū, vtrū sufficiēter sit probatum, ꝙ fundus Tusculanus fuerit ipsius testatoris, adeo ꝙ competet rei vendicatio, seu publiciana dicto legatario ad ipsum fundum. Et videt̄ dicendum, ꝙ non probetur, verba posita in ipso instrumento venditionis. videlicet fundum Tusculanū oēs res & bona mobilia & immobilia dicti quōdam Titij & eius hæreditatis, & cætera, sunt enūtiatiua: non enim principalirer expressa fuerūt ad hoc, videlicet ꝙ dicta bona fuerūt ipsius testōris: sed enūtiatiuè expssa fuerunt: quo casu nō ꝓbāt: vt l. ex hac scriptura. ff. de dona. c. si Papa. de priuile. li. 6. cū sim. vn̄ gl. ordi. & solēnis in l. cū aliquis. C. de iure delib. dicit, ꝙ licet in instr̄o dicat̄, actū ī pōte tali districtus Bononiensis: non tn̄ probatur per hoc, ꝙ sit Perusini, aut Bononiensis districtus: qa res inter alios acta vel dicta alijs non præiudicat, vt l. prædij. ff. de leg. 3. & in l. cum olim. de censi. & in d. c. si Papa. & cū illa gl. transit Bar. & Ange. simpliciter in præallega. l. cū aliqs. ergo seq̄t, ꝙ cū ista verba fuerint enūtiatiua & non prolata simpl̄r & dispositiuè, ꝙ fuerit ille fundus ipsius testatoris ꝙ non disponunt, & sic non ꝓbant: & sic actor non pōt fundare suam intentionē ex ipso instr̄o, ꝙ dictus fundus fuerit ipsius testatoris. Nec etiam pōt fundare suam intētionē ex respōsione ipsius rei ad positiones factas, dū dixit, ꝙ nullū ius hēbat in dicto fundo, & bonis emptis: nisi illud, quod habuit a dicto hærede: qa non sequitur: ergo cōfitetur, ꝙ dicta bona, & etiam ipse fundus fuerint ipsius testatoris. vnde ista stant simul, quòd hæres talia bona vendiderit tanquam hæres & tanquā hæreditaria; & tamen non fuerint in dominio ipsius testatoris: nam res aliena vendi potest. l. res aliena. ff. de contrahenda emptione. Item res etiā alienæ poterant reperiri in hęreditate, & esse hæreditariæ: aut censeri hæreditariæ, & describi tanquam hæreditariæ, vt in l. fina. C. de iure deliberandi. & tamen non esse de iure & dominio ipsius testatoris. Nec ēt ꝓbatur ex fama: quia illa potius dicitur esse vana vox populi: & inter leues homines de facili induceretur: vt decidit Bartolus in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. & Baldus in l. ꝓprietatis. C. de proba. & ista erant, quæ hanc consultationem reddebant dubiū. Et licet ista sint colorata satis: tamen casum nostrū non attingunt: ideo illis non obstantibus contrariū puto esse verius de iure, videlicet ꝙ sufficiēter sit ꝓbatum illū testōrē fuisse dominum ipsius fundi Tusculani vsque ad tempus mortis testatoris, seu tempore mortis: quod sic ostendo. Et primo considero, ꝙ in dicto instrumento venditionis dicitur, ꝙ cum hoc sit, quod Męuius hæres, & tāquam hæres Titij aliàs vendiderit, dederit, & tradiderit Lucio infrascripta bona, tanquam bona hæreditaria, & hæredītatis dicti quondam Titij, & ad ipsum Męuium spectantia, & pertinentia. &c. & generaliter omnes res & bona dicti quondam Titij, & eius hæreditatis: dederitque & tradiderit dicto Lucio ipsorum bonorū omnium corporalem possessionem, & hæc omnia pro certo pretio tempore dictæ venditionis soluto per dictum emptorem dicto venditori: & cum a tēpore dictæ venditionis & traditionis citra dictus emptor dicta bona tenuerit. & quia de prædictis nullū, fuit confectum instrumentum: atque ideo nunc dictus Męuius hæres prædictus existens in præsentia dicti Lucij, & ad eius petitionem & instantiam spōte dixit & confessus fuit, & recognouit oīa & singula suprascripta fuisse & esse vera: & dictam traditionem: & venditori pretii solutionē: & alia oīa suprascripta fuisse facta; processisse de volnntate & cōsensu dictarum partium ad petitionem & instantiā dicti Lucij præsentis & instātis: prædictas venditionē, dationem, traditionem, cessionem, & omnia singula, vt præmittitur, ratificauit, approbauit, & ratihabitionem firmauit: & pro maiori ꝑfectione & cōfirmatione prædictorū, & pro securitate dicti emptoris dedit, & vendidit dictum fundum Tusculanum, & alias suprascriptas petias terræ: & gn̄aliter oīa, & quæcunq; bona, tā mobilia, q̄ immobilia, hæreditaria, & hæreditatis quōdā Titij, &c. Et postea subdit, quorum bonorum venditorum possessionem præfatus Męuius hæres prædictus dicto nomine hactenus dicto Lucio datam, &c. Ita formaliter concepta sunt verba ipsius instrumēti. Mō subtiliter & accuratè pondero multa. Primo posito, non tn̄ cōcesso, ꝙ dicta verba expressa in ipso instr̄o sint enuntiatiua: nihilominus sunt geminata & duplicata; quia in dicto instrumento, cōmemorat dictus venditor, ad petitionem ipsius emptoris aliàs vendidisse, & tradidisse, tanq̄ hęres fundū Tusculanū, & alia bona hr̄ditaria & hæreditatis ipsius Tirij: & pretium cō-

mentum recepisse, nunc nota, ꝙ pro maiori firmitate prædictorum facit instrumentum venditionis: & asserit se vẽdere hæreditario nomine, & vt bona hæreditaria ipsius quondam testatoris, & sic geminat illa verba enuntiatiua: quo casu, licet oĩa iura clament, verba enuntiatiuè prolata non disponere: vt in c.fi.de successio.ab intesta.clemen.prima.de proba.l.ex his verbis.C.de testamento milita.c.si Papa. de priuilegijs libro 6. cum similibus. nihilominus
1 †quoties sunt geminata, probant & disponunt.iste est textus melior de corpore iuris in l. prima. C. de plus peti. quem ad hoc allegat reuerẽdus pater do. & consiculus meus dominus Abbas in commento c.per tuas. de arbitris. quod optime probat ibi textus in verbo, secundis confessionibus, siue insinuatę sint, siue non facit, quod dicimus de cõfessione nuda geminata: qa efficaciter probat, textus & gl.in l. cum scimus.C.de agri.& cẽsi.libr.6.Simile dicimus in pacto nudo geminato: quia efficaciter obligat: vt l.fi.C.ad l.Falcidiam.& ibi Angelus in l.prima.§.debitum.l.qui autem.§.primo.ff.de constitu.pecu.Insti.de actio.§.de constit. Simile dicimus, ꝙ confessio geminata non potest reuocari vt erronea, iuxta notata in c.ex literis.de diuortijs. & in ca.apud misericordem iudicem.32.quæstione prima. & in capi.cũ olim.de censi. & in c.cũ impositionibus.de iureiurãdo.libro 6.& quod habetur.C.de emenda.Iusti.Co.§.cordi.versicu.nemini.& quod notat Baldus in l.error. C.de iuris & facti ignorantia. & l.iusiurandum quod ad pecunias.ff.de iureiurãdo.Simile dixit Baldus in l.nec damnosa.C.de preci.imperator. offer.ꝙ geminatum rescriptum æquiualet motui proprio, per textum in authẽtico, vt nulli §.si vero iubemus. iuncta.l.j.C.de peti. bono.subla.libr.10.Facit, quod habetur in clemen.cum a repulsione.de appel.ꝑ gl. ꝙ geminata interlocutoria non potest reuocari per iudicem: secus si esset simplex: vt l.quod iussit.ff.de re iudicata.& in c. cum cessante.de appella.facit, qđ habetur in authẽ.siue a me. & in l.antiquæ.& in l.si mulier.C.ad Velleianũ.& in l.in contractibus. §.de illo.C.de non nu.pecu.& in l.3.ad fin.C.de episcop. audien.Facit, quod habetur in l.traiectitię.§.de illo. ff.de actioni.& obl ga.secundum vnam lecturam, ꝙ geminata mora excludit purgationem morę.Facit, qđ hr̃ in can.vnum orarium.§.criminis.25.distin.de peccato veniali geminato: quia inducit peccatum mortale. ita dicamus in casu nostro, posito non tñ concesso, ꝙ illa verba expressa in dicto instr̃o fuerint enuntiatiua: tamen quia fuerũt geminata, inducũt dispositionem; & per ꝯñs frustra dubitatur, si illa verba probent: qa rectissimè ꝓbant dñiũ fuisse ipsius testatoris. Scđo hoc decidit gl. valde solẽnis in c.si Pa-
2 pa.præal.in versic.non existant. quæ dicit, ꝙ † si dñs nominat apud acta seruum suum filium, dicetur ei libertatem concedere.l.j.§.similique modo.C.de lati.liber.tollen.Et subdit ibi gl. ꝙ ideo illa verba enũtiatiua ꝓbant & disponunt, ex eo: qa agitur de præiudicio ipsius ꝓferentis. Ex qua gloss. colligitur solẽnis doctrina, ꝙ verba enuntiatiua disponit in ꝑiudiciũ partiũ ꝯhentiũ & enuntiantiũ. Et ideo dixit Bal. in d.l.cũ aliquis. ꝙ verba enuntiatiua inter ꝯhentes disponunt & probant.l.optimã.C.de contra.& com mit.stipu.si ergo verba enũtiatiua disponunt in ꝑiudicium partium. ergo sequitur, ꝙ cũ tã venditor, q̃ emptor fuerint cõcordes, ad hoc, videlicet. ꝙ ipse vẽdidit dicta bona, tanq̃ bona hæreditaria, & hæreditatis ipsius quondã testatoris, & ipse emit illa bona tanq̃ bona hr̃ditaria, & hr̃ditatis ipsiꝰ testõris, seq̃t, ꝙ ĩ ꝑiudiciũ ipsorũ illa verba disponũt, & sic illa doctrina Bal.in d.l.cum aliquis.intelligit, ꝙ ad pręiudiciũ ꝓferentis probant & disponunt, nedum quoad ipsomet ꝯhentes, sed etiam quoad tertium in præ-
3 iudicium ipsius contrahentis: licet enim † verba enũtiatiua proferentis non possint præiudicare tertio, vt in d.l.ex hac scriptura & similibus, tñ pñt ꝑiudicare ipsi proferenti ad commodum & vtilitatẽ tertij. quilibet enim potest sibi præiudicare, & suo fauori renuntiare: vt c.ad apostolicam.& c.porrectũ.de regula.l.si quis in cõscribendo. C.de pac.cum si.Et sic ex isto capite videtur ista quæstio decisa.Et etiã aperte accumulari potest doctrina Iaco.Butr.in d.l.optimam.vbi dicit, ꝙ si sunt multa instrumẽta, tunc verba enuntiatiua disponũt, & loquitur ibi Butri. quoad præiudicium aliorum, qñ sunt in præiudiciũ ipsorum cõtrahentium, vt fuit in casu nostro: quia geminata sunt illa verba, & agitur de præiudicio ipsorum contrahentium.ergo disponunt. Tertio est diligenter & subtiliter considerandum, ꝙ illa verba, ꝙ dicta bona &c.fuerint hæreditaria & hæreditatis, si bene ponderentur, non sunt enuntiatiua, imo sunt dispositiua ex eo: quia dicit in dicto instr̃o, ꝙ ad petitionem ipsius emptoris dictus venditor fuit con-
4 fessus, omnia & singula supradicta esse vera, quo † casu illa verba, omnia & singula non solum exprimũt factũ, sed ẽt qualitatem facti: ista est glo. solennis in c.vt circa.de elect.libr.6. sequitur ergo necessario, ꝙ ad instantiam & petitionem illius emptoris fuit expressum & dictum, ꝙ illa bona erant ipsius testatoris.ergo sunt dispositiua & nõ enuntiatiua: qa mẽs & intẽtio ipsius ementis fuit, emere bona illa tanq̃ hr̃ditaria & hr̃ditatis ipsius testõris, quo casu succedit solennis doctrina Bar.in l.cum falsa. C.de iur. & facti igno. vbi dixit, ꝙ in actione reali possunt partes cõfiteri fundum meũ esse tuum, & licet non transferatur dominium ex hoc, tñ põt quo ad probationem, nec requiritur cã, sequuntur scribentes in c.fi. de confess.& in c.si cautio.de fide instru.& sic sentit ibi Bart. ꝙ illa verba prosunt quo ad probationẽ, donec probetur ꝯrium, vt l.generaliter. C. de non nu. pec.ita dicamus in casu nostro, ꝙ illa verba nõ sunt enuntiatiua, & posito, non tñ concesso, ꝙ illa bona nõ fuerint ipsius testatoris, nec per illa verba transferatur dñium, tñ inducũt probationem, & per ꝯñs disponunt. & istud ponit gladiũ ad radicem in pręsenti consultatione. Vnde dicitur in dicto instr̃o, ꝑdicta omnia & singula fore vera & fuisse scripta, facta, & processisse de voluntate, & consensu dictarũ partium, ad petitionem & instantiam dicti Lucij, vnde si dictæ partes ambæ fatentur, oĩa & singula, & sic factum & qualitatem facti, fuisse vera, sequitur, ꝙ illa verba nõ sunt enuntiatiua, sed dispositiua. Præterea facit; quia vr̃, ꝙ cã optima & verisimili illa verba seriosè & cum ministerio fuerint apposita. licet enim res aliena possit vendi, vt l.rem alienam.ff.de ꝯhen.
5 empt.tñ vtile † erat ipsi emptori scire, cuius ille fundus Tusculanus fuerit: quia forte alias non fuisset illum empturus, argumento eius, quod hr̃ in l. quod sæpe.§.fi.in versiculo, quẽ emptor, si audiuisset, empturus non esset.ff.de contrahen. empti.& in l.si qs fundum hæreditario iure delatum.ff.eodem titulo. est enim verisiṁe, ꝙ emptor voluerit scire cãm, quare ille fundus peruenisset ad illum venditorem, & ideo ad preces suas cãm expressit venditor, ꝙ illum inuenerat in hęreditate illius, & erat hęreditarius & hæreditatis ipsius quondam testatoris. ergo sequit̃, ꝙ illa verba non fuerũt apposita enũtiatiuè, sed dispositiuè: & cũ ministerio: expediebat forte ipsi emptori magis emere res hæreditarias & hæreditatis ipsius defuncti, q̃ alterius, forte ꝑꝑ iustiorẽ titulum, vel securiorem: quia erant bona libera forte ab ære alieno.& multa poterant esse, quare potius emptor emisset illa bona, q̃ erant hr̃ditaria, & hr̃ditatis dicti testatoris,

testatoris,& sic cã optima,& verisiñ emptor emit illa bona,argum.d.§.finalis.& d.l. rem alienam.& l. in ciuilem rem desideratis.C.de furtis.Et per consequens dicta verba non fuerunt enũtiatiua,sed dispositiua:& est verisimile, ꝙ dictus emptor sciuerit illa bona fuisse in dominio, & possessione ipsius quondam testatoris:ar.l.qui cum alio cõtrahit.ff. de reg. iur.Et per consequẽs sunt illa verba dispositiua : cũ ad instantiam & petitionem illius emptoris illa verba dicta & expressa fuerint,vt superius est dictum.Et si forte quispiam dixerit, amice, posito ꝙ illa verba ita sint concepta & disponant: tñ sunt verba impropria,dum dicitur, tanquàm hæreditaria. ergo verè non sunt hæreditaria,& si sunt hæreditaria, non se-
6 quitur:ergo fuerunt ipsius testatoris : quia † multa possunt reperiri in hęreditate defuncti,quæ nõ sunt ipsius defuncti,iuxta no.in l.fi.C.de iur.delib.glo. in l.in facto.ff de condi.& demon.& in ca.prout.de dolo & contu.c.quoniam frequẽter.§.ꝙ si super.vt lit. non conte.c.cũ ecclesia sutrina.de caus.poss.& proprie.c.licet Heli.de simoni.Bal.in titulo de pace Cõstan.§.vasalli.vestri.& in l.si defunctus.C. de legi.hęre.& in l.2.C.per quas perso.nob.acqui.& quod habetur in c.ad nostram.el 3.de iureiuran.& in c.cum inter canonicos.de elect.& in c.2.de priuileg.libr.6. Ange.in l.j.ff.de transact.& gl.l.in personam.§.si pecuniam.ff.de pact.vbi plenissimè habetur de istis dictionibus denotantibus improprietatem, videlicet de dictione tanquam, quasi, sicut, & simul.Ad hoc
7 respondeo ; quia imo † dictiones huiusmodi etiam sunt notæ veritatis,vt est glos.optima, in c.parochianos.de deci.vbi tex.dicit, ꝙ decimæ sunt quasi debitæ,ꝙ gl.ibi exponit.i.verè debitæ,& facit illud, quasi vnigenitus a patre.i. verè genitus. Ita dicamus in proposito nostro,ꝙ illa verba, tanquam, denotant veritatem,nec possunt importare similitudinem;qa aut sunt hæreditaria,aut non sunt hæreditaria : vnde non possunt stare similitudinariè: quia quid importarent,si dicerentur quasi hæreditaria? Certè nihil:& in dubio interpretatio fit cõtra eum, qui stat pro cõtractu,vt l.veteribus.ff.de pact.l.quicqd astringendæ.ff.de verbo.oblig.& c.cõtra eum.de reg. iur. libr.6.Et etiam hoc apparet clarius ex verbis ipsius contractus,vbi dicitur & hæreditatis dicti quõdam Titij,& postea dicitur, & generaliter omnes res, & bona dicti Titij,& eius hæreditatis: ex quibus verbis colligitur clarissimè, ꝙ dictus fundus Tusculanus, & alia bona fuerunt propriè de hæreditate & bonis
8 ipsius Titij. genitiuus † enim importat dominium. l.si seruus cõmunis Meuij. ff. de stipu. seruo. l.seruũ Titij.ff.man.l.si hæredis seruus.ff.de le.1.l.2.in prin. ff.de reli.& sump.fu. cum si. Et si diligẽter animaduertet dominus iudicans,liquido comprehendet,ꝙ est communis mos loquendi & scribendi per ipsos tabelliones in instrumentis, videlicet, ꝙ talia bona vt hæreditaria, & hæreditatis quõdã talis perit,&c. nec propter hoc importat̃ similitudo & improprietas: vnde facit l.fina.C.de edic.diui Adria.tollẽ. vbi hæres scriptus mittitur in possessionem illorum bonorum, quæ possidebantur per defunctum tempo-
9 re mortis ipsius defuncti.Et est ratio; quia ex † possessione præsumitur dominium, vt l.siue possidetis. C. de proba.ergo eo ipso ꝙ dicitur, ꝙ sunt hæreditaria hæreditatis quondam talis, præsumãtur esse possessa per ipsum defunctum tempore mortis suæ, ergo præsumitur,ꝙ dominium ipsarum rerum hæreditarium fuerit ipsius defuncti.Et ob istam causam.l. fi. C.de iure delib.in §.si autem.dubius.ver.exordium capiat inuẽtarium super his rebus, quas defunctus tempore mortis habebat, vbi mandat,ꝙ in inuentario apponantur omnes illæ res, quas defunctus habebat,& sic omnes res hæreditarias ex eo: quia præ-
10 sumit lex, † ꝙ omnia, quæ habebat defunctus tempore mortis,essent ipsius defuncti.ergo stat conclusio firma,ꝙ præsumuntur res inuentæ in hæreditate ipsius defuncti,esse de iure & dominio ipsius quõdam testatoris.Ita est ergo dicẽdum in casu nostro, ꝙ præsumptio sit iuris, ꝙ eo ipso ꝙ bona repeperiũtur in hæreditate alicuius: præsumuntur esse de iure & dominio ipsius habentis & possidẽtis : vt dictis iuribus.Cum ergo in casu nostro dicatur, ꝙ dictus fundus Tusculanus erat tanquàm hæreditarius & hæreditatis ipsius quondam Titij,sequitur, ꝙ de iure & dominio ipsius Titij erat:& per consequens ꝙ habens dominium dicti fundi per mortem testatoris virtute relicti, vt l.a Titio.ff.de fur.cum si.poterit intẽtare rei vẽdicationem, vel publicianã : ergo &c. Præterea facit, iste emptor in positionibus respõdit, se non habere aliud ius in ipsis bonis emptis, & sic in ipso fundo,empto,nisi illud ius, quod ipse acquisiuit ab ipso hærede venditore, sed ipse hæres vendidit tanquam hæres illius defuncti:ergo sequitur, ꝙ solum & duntaxat ipse emptor in dictis bonis illud ius habet, quod habebat dictus hæres venditor per regulam,qui in alterius: sed dictus venditor non habuit aliud ius in dictis bonis,quàm illud, quod erat penes ipsum defunctum,p.l. pro hæreditarijs. C. de hæredi.acti.l.j.C.fa.ercisc und.cum si. ergo sequitur necessario,ꝙ dictus emptor in dicto fundo Tusculano nullum ius habet: ex eo quia a morte illius testatoris legantis illum fundum,transiuit dominiũ eius fundi in istum legatarium:& per consequens nullũ ius cõpetebat dicto hæredi in ipso fundo : & sic nec aliquod ius competit dicto emptori,cum emerit rẽ, cuius dominium erat penes ipsum legatarium. Et est appensatè considerandum, quia dictus venditor non vẽdit dictum fundum suo nomine proprio: sed hæreditario nomine illius testatoris:& ita dictus emptor emit vt ab hærede hæreditario nomine : ergo ab illo venditore illum acquisiuit tãquam a Meuio, sed tanquam ab hęrede. ergo est necessarium dicere,ꝙ tam venditor,quàm emptor fuerunt in illa voluntate dispositione, ꝙ dictus fundus fuit hæreditarius,vt hæreditarium emit.ergo illa verba non fuerunt enũtiatiua:sed fuerunt merè dispositiua.& per consequens oportet de necessitate ineuitabili confiteri,ꝙ iste fundus fuit illius testatoris,aliàs nullum ius posset prætendere in dicto fundo : quia vt proprium fundum illius Meuij venditoris, tãquam fuit de suo proprio patrimonio,ipse emptor non acquisiuit.ideo ex illo capite non põt prætẽdere aliquod ius in eo.oportet ergo venire ad illum,scopulũ,& ad illam carybdim,ꝙ illum habet iure hæreditario:ergo fuit hæreditatis illius testatoris: ergo dominium fuit illius testatoris : sed a morte istius testatoris est translatum in ipsum legatarium : ergo nullum ius potuit hæres vendendo trãsferre in ipsum emptorẽ respectu illius fundi:quia quod apud se nõ habuit, nõ potuit in alium transferre, vt c.Daibertũ.j. quæstione 7.cum simili.Et ex isto capite resultat verissima conclusio,ꝙ huic legatario competit rei vendicatio,vel publiciana quo ad istum fundum Tusculanum.& istum sufficiunt pro victoria obtinẽda per ipsum legatarium. ¶ Restat discutere vnũ,per quod ista consultatio redditur clarior,& sine aliqua dubitatione præsupponitur.ꝙ fama erat & fuit,ꝙ dictus testator erat dominus dicti fundi, & ꝙ etiam possedit illum tempore suę mortis, quo casu habeo istã quęstionem indubitatã.regula est, ꝙ vbicunque ꝓ-
11 batio † est dubia, vel est similis cum probatione aduersarij:tunc si vnus vltra probat famam,tunc probatio sua vincit probationẽ aduersarij : ita egregiè dixit

dixit Baldus in c. suborta. de re iudicata. vbi dicit, q aliquid additũ tali, facit illud magis tale. ideo subdit, q si vtraque pars probat per duos testes de veritate, & tamen altera pars habet famam pro se, alia pars non, q additio famę facit præualere illam probationem, si illa fama sit vestita ratione: secus si est nuda, argumento capitu. sicut. eodem titulo. de re iudicata. quia nuda fama non ponitur inter genera probandi, alleg. Bartol. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. & originaliter istud fuit dictũ Iacobi de Areti. quod refert & sequitur Bald. in l. proprietatis. C. de probationibus. vbi dicit, q præfertur probatio iũcta cum fama. Facit, quod notat idẽ Baldus in l. ordinarij. C. de rei vẽdicatione, vbi dicit, q si ꝓbo possessionem: & idem probat aduersarius meus: sed ego ꝓbo dominium vltra possessionem, q ego debeo obtinere. Modo in proposito nostro probatur fama vltra superius allegata: ergo sequitur, q ista probatio reddit clariorem istam consultationem, adeo, q iste legatarius erit in casu victoriæ. nã gloss. valde solennis in l. at qui natura. §. cum me

12 absente. ff. de negotijs gestis. dicit, quod† dominium esse alterius, potest probari per famam. & idem sentit glossa in lege proprietatis. C. de probationibus. & Angelus in dicto §. cum me absente. dicit se credere hoc esse verum, quando apparet dominiũ fuisse eius, cuius memoria non existit, & sic ignoratur initium, nisi per famam. ponit exemplum, si volo probare, q ista domus fuit Dantis poetæ, vel alterius, qui decessit, iam sunt centum anni, q nemo viuit, qui viderit: sed bene per famam. dicitur, q hæc domus fuit eiusdem: & ita dicit se obtinuuisse de facto in ciuitate Paduę, in ardua quæstione. quidã legauerat in pium vsum cõuertendum fructũ cuiusdam domus eius, vt annuatim cuidam sacerdoti ꝓstari deberet ad piã causam, & illa domus per multas manus discurrerat: videlicet per ducẽtos annos: possessor domus allegabat, se non teneri ad præstandum sacerdoti quia negabat testatorem fuisse dominum: probatum fuit per famam, & illa probatio

13 fuit sufficiens ad victoriam: si autem allegatur † dominium de recẽti vel eius temporis longi, cuius tamen habere potest memoriæ initium, tunc probatio dictæ famæ non sufficit. ca. causam quæ. de testibus. & ibi per Innocentium. debet ergo esse ꝓbatio necessario concludens. ca. in præsentia. de probationibus, est tamen bene verum, q licet dominium allegetur de recenti, sufficit fama, si concurrant adminicula: & ita residet Angelus in dicto §. cum me absente. cuius doctrina decidit formaliter præsentem consultationem. aut ergo probatur fama antiqua, cuius non extat memoria in contrarium, & tũc est sufficiens ad probationem dñij: aut est factũ recens, & tunc sufficit fama cum adminiculis: sed in casu nostro concurrunt optima adminicula, quia cõcurrit instrumentum dictæ venditionis, in quo dicitur, q dicta bona fuerunt vt hæreditaria, & hæreditatis ipsius quondam testatoris, vt superius est dictum. ergo facit, quod voluit idem Angelus in l. Titius. ff. q. bus modis pignus vel hypothe. solui. vbi dicit, q† ꝑ

14 famam probatur dominium, & dicit esse glo. singularem in dicto §. cum me absente. & dicit, q procedit secundum dominum suum, qui fuit Baldus, cõcurrentibus adminiculis. alleg. l. non omnis. §. a barbaris. ff. de re milita. facit text. coniuncta gloss. in d. l. proprietatis. vbi text. dicit, q dominium proprietatis, probatur testibus, instrumentis, & alijs legitimis probationibus, & ibi glo. dicit. s. per famam consentientem. Et ibi Bal. dicit, q vbicunque est vnus testis, & fama verisimilis cum isto vnico teste, iuncta facit plenam probationem, alleg. no. in ca. veniens, de testibus, & ideo optimum est secundũ eum in redditione causę famę iustificare famam per aliquas coniecturas: non. n. hoc esset dicendum de fama ex abrupto, quia illa potius diceretur vana vox populi, & inter leues homines de facili induceretur, allegat not. per Bartolum in dicto §. tormenta. circa finem. dicit

15 etiam, q fama† antiqua operatur, quia per eam probantur antiqua dominia rerum, de quorum principijs non extat memoria, alleg. l. si arbiter. ff. de prob. & cap. quid per nouale, de verborum signif. & quod no. in dicto §. cum me absente. Ergo in proposito nostro, aut ista est fama antiqua, & tunc sufficit: aut est fama recens, & tunc etiam sufficit cum adminiculis, superius dictis. Facit etiam, quod voluit idem Bal. in l. conuenticula. C. de episco. & cleri. versic. est tamen verum. vbi dicit, q in factis antiquis opinio generalis habetur pro veritate, dummodo talis opinio sit vniformis, nec de ea sit ꝯtradictio apud peritos. Et ideo dicebat recolẽdæ memoriæ dominus Cardinalis Fabriensis, q licet ecclesia non haberet instrumẽta de ciuitatibus suis, si tamen habet generalem opinionem, q tunc probabit dominium terrarum illo modo, & sufficiet ecclesiæ pro plena probatione, & allegabat ipse dictum Innocent. in cap. cum causam, de iura. cal. nam si non sufficeret ista probatio, non posset probari, q Cęsar fuisset imperator secundùm Innocent. ita formaliter refert, & sequitur Bald. in d. l. conuenticula. si ergo in villa, seu in rure, vbi est positus prefatus fundus Tusculanus, est fama & publica vox, q dictus testator tempore suę mortis erat dominus dicti fundi, tunc talis ꝓbatio est sufficiens ad probandum dominium, habita superiori distinctione, aut est antiqua fama, aut recens, vt dictum est. Facit etiam, quod voluit Bald. in l. indicia, C. de rei vendi. in versic. quarto quæro. vbi quærit, pater meus iam sunt 20. anni, emit prædia, & instrumenta non reperiuntur, nec testes, quia sunt mortui. iste pater meus decessit iam sunt 12. anni, ego postea continuo possedi ista prædia per decenniũ. cecidi a possessione: quęro, quomodo potero vendicare: nam titulum patris mei probare non possum, itẽ titulus pro hęrede non habet locum in suo: item nec titulus generalis pro suo: vt not. in l. si ancillam. §. si pater. ff. pro suo. decidit, q probatio ex eo q audiui a patre meo, qui dicebat se emisse, q hæc fuit, & est publica vox, & fama: vnde licet non probem titulum. probo iustissimam credulitatem tituli, ex qua per decennium possidendo præscripsi, & per hoc probatur iustissima credulitas, alleg. ff. de vsucap. pro empto. l. intestate. & l. vltimam. ff. pro suo. Et quod not. in l. Titio fundus. ff. de condi. & demonstra. vbi dicitur, q dictum vnius notabilis viri inducit iustissimam credulitatem, ergo multomagis fama, vt l. 3. ff. ad Macedo. & l. cum quidã. §. quod dr. ff. de acq. hære. & Bart. in l. Cellus. ff. de vsuc. Et indubitater si bene ponderetur ista doctrina Baldi decidit quæstionem istam: ipse enim vult, q fama facti recentis probet: quia ponit, quod sunt 20. anni, q quis emit fundum, nec reperiuntur instrumenta, nec testes ad probandum titulum, & sic dominium: probat postea hęres publicam vocem & famam, quod pater suus erat dominus illius fundi, & probat, quod possedit ipse filius per decem annos, q tunc sufficit illa probatio ad rei vendicationem obtinendam, sed in casu nostro multa plura concurrunt primo concurrit, quod hæres ipsius testatoris possidebat istum fundum Tusculanum, tanquam hæres illius testatoris: secũdo concurrit, q illum fundum vendidit vt hęreditarium, & vt hęreditarium dictus emptor emit: concurrit etiam, q dictus testator tempore suæ mortis illum fundum possidebat: concurrit etiam fama, q dictus testator erat dominus illius fundi:

fundi: & est diligenter ponderandum, q̃ Bald. ibi loquitur de fama recenti: & concludit sufficere illam possessionẽ. & q̃ pater suus dicebat, q̃ emit, est sufficiens probatio ad rei vendicationẽ: ergo multo magis in casu nostro, cum tot concurrant, est probatio sufficientissima pro obtinenda in ista rei vẽdicatione intentata. Facit etiam, quod voluit idem Bald. in præalle. l. cum aliquis. de iure delibe. vbi disputans de veritate illius gloss. si verba enũtiatiua disponunt apposita in instrumẽto inter alias personas. subdit illam glo. dicere veritatem, q̃ non disponant, & limitat illam, nisi instrumenta antiqua hoc attestarent: quia tunc alia instrumenta probant cõem opinionem hominum; & præsumitur esse vera. ff. de flumi. l. j. §. j. ff. de fundo instru. l. cum de lanionis. §. asinam molendinariam. ff. de his qui notan. infa. l. athletæ. in prin. l. Labeo. ff. de suppellec. le. l. in testamento. la prima. ff. de condi. & demon. & ita ibi residet Bal. & formaliter ibi cõcludit, q̃ communis opinio, & per consequens fama, quæ dicitur esse opinio communis: vt latissime scribit Salycetus in commento. l. ea quidem. C. de accu. & Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæsti. & doctores in c. qualiter. el 2. de accu ia. probat talem pontem, esse de districtu Bononiẽsis, vel Perusij. & sic multofortius in casu nostro p̃babit dominium istius fundi fuisse penes illum testatorem, concurrentibus tot adminiculis, de quibus superius est dictum. Facit etiam, quod not. Do. Anto. in c. veniens. el j. de testi. vbi dicit, q̃ quãdo agi-
16 tur † de effectu famæ respectu finis probandi: si factum est antiquum, quod excedit memoriam hominum, quod est, quando excedit spatium centum annorum, vel quadraginta, tunc fama obtinet locum plenę probationis. l. si arbiter. ff. de probatio. l. 1 summa. §. item Labeo. de aqua plu. arcen. alleg. Cy. in l. si quidem. C. soluto mat. Innocen. in c. quid per nouale. de verb. sig. & in c. veniens. eo. titu. addit etiam, q̃ si factum non est antiquum, sed est difficile probatur, adhuc dicit, q̃ sola fama probat, alleg. no. in c. p̃terea. de testi. & sic vult dominus Ant. q̃ sola fama facti recentis in re, cuius probatio est difficilis, sufficit: sed in casu nostro agitur de probatione dominij, quę est difficilis iuxta no. in l. litibus. C. de agri co. & censi. li. 11. & in l. quidam in suo. ff. de cõditio. insti. & in l. Titia. ff. soluto matri. ergo sequitur, q̃ sola fama sufficit ad probandum, q̃ testator fuit dominus istius fundi Tusculani. Facit, quod not. Barto. in l. de minore. §. tormenta. præallegato; vbi dicit, q̃ si
17 fama non habet † originem ab aliqua præsumptione verisimili, fama nihil probat: quia potius sunt vanę populi voces. si vero habet originẽ ab aliquibus pręsumptionibus verisimilibus, tunc secũdum qualitatem rei probat cum vno teste: & loquitur de fama facti recentis, nec loquitur in re, cuius probatio est difficilis: vt voluit dominus Antonius, quanto ergo multomagis in casu nostro erit sufficiẽs ista probatio, q̃ sit probatũ dominium ipsius testatoris. Facit, quod not. Innocentius in dicto c. quid per noua le. vbi dicit, q̃ ad probandum, q̃ talia loca non sunt noualia: sufficit, q̃ testes deponãt, q̃ vox est omniũ, qui de talibus arbitrantur, nullum vidisse, vel audiuisse, quandiu illa loca fuerunt culta, & debent esse tales arbitrantes duo, vel tres, vel plures, & debent deponere se non audiuisse alios, qui dicerent illa loca esse culta, & sic probantur esse noualia. Facit, q̃d not. dominus Dominicus. 4. quæstione 3. c. sępe. vbi transit cum dicto doctorum, in præalleg. c. veniens. & alleg. Specul. in titulo de probationibus. §. primo. versicul. & nota. Et sic certò certius est, q̃ talis fama probat dominiũ dicti fundi fuisse penes ipsum defunctum tempore suę mortis. & per consequens cõpetit rei vendicatio dicto legatario. Præterea est accuratè cõsiderandum; quia præsupponitur, q̃ probatur, q̃ dictus testator possidebat ipsum fundũ tempore mortis: an ex hoc præsumatur dominus Bartolus in d. l. quidã suo. de condition. institut. distinguit hoc modo, aut dominium deducitur in iudicio per modum actionis, aut per modum exceptionis: primo casu aut principaliter intentatur: & ponit exẽplum in rei vendicatione, in qua dominium venit principaliter, aut incidenter primo casu dominium debet probari directo de iuregentium, vel ciuili, vt l. in rem. ff. de rei vẽdi. l. prima. C. de nõ numerata pecunia. fallit, quando agitur contra eum, qui violenter accepit, vt l. si quis emptionis. §. super his. C. de p̃scriptionibus triginta annorum, si vero dominium inducitur incidenter, & tunc si ad probãdum dominium inducitur possessio de præsenti, præsumitur dominus. & ita intelligatur glo. in dicta l. quidam in suo. & in l. prima. ff. famil. ercis. aliud membrum distinctionis non refero, quia nõ oportet. istud fortissime facit contra hanc consultationem ex eo, quia hic dominium deducitur principaliter in iudicio. ergo non sufficit probare dominium testatoris ex eo, quia tempore mortis suę possidebat. ergo præsumptio non est, q̃ erat dominus. facit, quod no. in lege, sicuti. §. si quæratur. ff. si serui. vẽdicet. Ad hoc respõdeo, q̃ doctrina Bart. ibi, & etiam Bald. in l. indicia. C. de rei vendi. vbi assumpsit illam distinctionẽ Bartol. procedit, quando allegatur sola possessio, vnde si in casu nostro allegaretur sola possessio illius testatoris, qui possedit tempore suæ mortis, verissimum esset dicere, q̃ allegando principaliter dominiũ vel quasi illius testatoris, non sufficeret probare solam possessionem, hoc concedo, sed in casu nostro non est sic. non enim allegatur sola possessio illius testatoris, quia primo allegatur fama publica, q̃ erat dominus illius fundi, quo casu sufficit probare dominium per famam, maximè, quando est super re difficili ad probandum, vt in casu nostro ad probandũ dominium; quia tunc etiam fama facti recentis est sufficiens, vt voluit dominus Antonius in dicto cap. veniens. item quia concurrit possessio ipsius testatoris, quo casu videtur probatum dominium directo, vt voluit Bal. in dicta l. indicia. cõcurrit etiam, quia illa verba apposita in dicto instrumento vẽdicationis sunt dispositiua, ad probandum ipsum testatorẽ fuisse dominum, vt superius est ostensum, quo casu sufficienter est probatum dominium directo, vt formaliter decidit Bald. in dicta l. indicia. vbi loquitur in rei vendicatione. Vnde in casu nostro quodlibet ex superius narratis esset sufficiens ad probandum dominium, quanto fortius in casu nostro tot cõcurrentibus. facit glossa, quæ allegatur pro singulari in lege secunda. ff. de excusationi. tutorum. quæ dicit, q̃ quæ præsumptiones faciunt vnam plenã probationem, & pulchrè hoc voluit Bald. in l. fina. C. de p̃bationibus. & Bartol. in l. prima. §. item Cornelio. ff. de quæsti. gloss. in c. accedens. el 2. vt lit. non contest. & in ca. cum causam. de proba. & ibi per dominum Abbatem siculum, & in c. tertio loco. eodem tit. gl. in l. 3. §. eiusdem. ff. de testib. Bal. in l. 3. C. ad l. iul. maie. & Sal. in l. sciant. C. de p̃ba. dominus Pe. de Anch.
18 consil. 265. Præterea facit, quod † quis semel approbauit, amplius reprobare non potest, nam euolat emissum semel irreuocabile verbum, vt ĩquit Horatius, & in c. quod semel. de regu. iur. libro 6. cũ simil. sed iste emptor emit illa bona tanquam bona hæreditaria, & hæreditatis dicti quõdam testatoris. & ad petitionem & instantiam suam ipsius emptoris dictus hæres fuit confessus illa bona fore hr̃ditaria, & sic ratificauit factum & qualitatẽ facti, vt superius

est

est dictum, qua ergo præsumptione aut temeritate reprobat, illud quod semel approbauit, quinimo videtur ex hoc, ꝙ ipse emerit rē alienam: quia hęres illam non vendidit vt suam propriam, & patrimonialem: sed vt hrditariam, sed si iste emptor nūc negat fuisse in dominio, & hæreditate testatoris: ergo fuit aliena, & sic rem alienam emit, ꝙ non videtur dicendum: quia verba instrumenti contrarium attestanť. ergo non potest dicere, nec allegare contrarium eius, quod approbauit, & sic videtur, ꝙ huic legatario competat ius rei vendicandi, seu agendi publiciana. ¶ Nec obstant allegata in contrarium. Primo cū dicitur, ꝙ illa verba posita in ipso instrumento fuerunt enuntiatiua; quia istud nō verum. & posito, non tamen concesso, ꝙ essent enūtiatiua: tamē non obstāt, vt plenissimè fuit superius ostēsum. nec etiam cum dicitur, ꝙ non potest iste actor fundare se ex responsione facta per ipsum emptorem: quia satis apparet responsum ex superius dictis. Nec etiā obstat, cum dicitur: ꝙ fama non probat dominium: quia istud procedit, quando est fama non vestita ratione, vt voluit Bartolus in præalleg. l. de minore. §. tormenta. & Baldus in dicta l. proprietatis: & in dicto cap. suborta. sed in casu nr̄o nō est sic: quia est fama causata ex ratione: & si bene pōderetur, nō potest ista fama esse irrationabilis ex eo: quia probať, ꝙ iste testator possidebat tp̄e mortis suæ istum fundum. item quia hæres illum vēdidit vt hæreditariū, & emptor illum emit vt hæreditarium: item quia testator illum fundum legauit: itē concurrit fama, ꝙ erat dominus ipsius fundi testator, quomodo ergo fama posset dici irrationabilis. ¶ Vltimò aduertat dominus iudicans, quia iste emptor videtur allegare suam turpitudinem: quia allegabat se emisse rem alienam, quod versatur in turpitudine, iuxta no. in dicta lege, rem alienam. ff. de contrahend. empti. & si dicať, ꝙ non est turpe emere rem alienā, sed vendere rem alienam est turpe. Respondeo, verum est. si ignoranter illam emit: sed quando scienter, videtur esse turpe, iuxta not. in dicta l. rem alienam. & in dicta l. in ciuilem rē. C. de furt. si ergo iste emptor nō emit istum fundum vt patrimonialem ipsius vēditoris, sed vt hæreditarium: & nunc allegat nō fuisse ipsius testatoris, præsumptio est, ꝙ sciuerit, an esset testatoris, an alterius, argumēto. l. qui cum alio. ff. de regulis iuris. ergo scienter emit illum fundum, quem sciuit non fuisse testatoris. ergo allegat turpitudinem suam. & per consequens nō est audiēdus: vt not. in l. iusiurandum quod est conuentione. §. pcuraror. & ibi latè per Bartolum, & l. si creditoribus. C. de seruo pig. de manu. tum etiam qa allegat turpitudinē sui auctoris, scilicet testatoris, cuius est vniuersalis successor vigore hæreditatis iam emptę per eum: & per consequens videtur allegare suam turpitudinem, iuxta notata per Bartol. in l. ex diuerso. in princ. in finalibus verbis. ff. de rei vendicatione. vbi vniuersalis successor est, & præsumiť esse illius malę fidei, cuius fuit defunctus, vt l. cū hæres. ff. de diuers. & tempo. præscrip. Angelus in l. vitia. C. de acquirēda possessione. dominus Antonius in capitulo, si diligenti. de præscriptio. Baldus in lege secunda. C. de vsucapio. pro hære. Angelus in lege, si ego. §. partus. & in lege, eum qui. §. in hac. ff. de publicia. Bartolus in dicta lege, cum hæres. glos. in capitulo, cum quis. de regulis iuris. libro sexto, & ibi per Ioan. & per dominum Antonium in capitulo, quia. de iudic. Cum ergo in casu nostro, iste emptor per cessionem iuriū totius hæreditatis illius quondam defuncti sit successor in vniuersum ius ipsius defuncti: ergo censeť esse malę fidei, sicut erat testator, tenendo rem alienam, & illa mala fides testatoris trāsiuit in hæredē: vt dicta lege, cum hæres. & in iuribus præallegatis. ergo transiuit de hærede, & in istum emptorem: & per cōsequens videtur allegare turpitudinem illius testatoris, qui rem alienā tenebat. ergo allegat suam turpitudinem emptor ex duplici capite. Primò; qa ipse scienter emit rem alienam. secundo, quia allegat turpitudinem sui auctoris, ergo non est audiendus. Et ex supradictis cōcludo, dominium ipsius rei, seu fundi Tusculani fuisse penes illum testatorē tēpore suæ mortis, & per consequens dominium trāsiuisse in ipsum legatarium, & per cōsequens cōpetere sibi vendicationem, seu publicianam, concludoque ipsum emptorem nullo modo posse allegare dictum fundum non fuisse in dominio ipsius testatoris. Et sic concludo in fauorem ipsius legatarij.

EPITOME.

¶ Testamentum, in quo pater ecclesiam hæredē instituit, & filiæ aliquid iure legati, non tamen iure institutionis, reliquit, nullius est momenti. Itaque filiam testamētum illud nullum esse dicere posse, nec statuta quædam, de quibus hic: quicquam obstare. Barba. respondet.

SVMMARIVM.

Filiorū, quàm Dei causa, fauorabilior est, in successione patris vel aui. nu. 1.

Piæ causæ fauor non derogat iuri liberorum. nu. 3.

Præteritus dicitur filius, qui nihil iure institutionis consequitur a patre. nu. 4.

Ecclesia in rebus acquirendis temporalibus legibus vtitur. numero 5.

Ecclesia non est in præiudicium alterius fauendum. nu. 6.

Intellectus capituli, cum esses. & c. relatum. de testamē. extra. nu. 7. 8. & 10.

Intellectus authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. ecclesiis. numero 9.

Solennitatem iuris ciuilis, vt pater filium instituat, non esse iure canonico receptam. Host. dixit, sed reprehenditur. nu. 12. 13. 14. & 16.

Priuilegiatus in specie præfertur priuilegiato in genere. numero 15.

Statutum, quod agnatos masculos exprimit, agnatis tantū prouidere videtur. nu. 18. & 19.

Statutum, ꝙ filia sit contenta eo, quod pater sibi reliquit iure institutionis, vel alio modo, debet intelligi modo simili institutioni. nu. 20. & 21.

CONSILIVM XXXVIII.

Difficile Est, vt bono peragantur exitu: quæ malo sunt inchoata principio. prima quæstione prima. cap. cum Paulus. & cap. principatus. ideo optimi maximi Dei omni inuocato præsidio: quia præsens consultatio est copiosè & subtiliter decisa per celeberrimos iuris ĩterpretes: ideo paucula in medium afferam. & duo sunt, quæ formaliter obstant huic consultationi in fauorem filiæ. primum est dictum Bartol. secundum est statutum ipsum Bononiense. ¶ Capio primo dictum Bartoli in commento. l. prima. C. de sacrosanctis ecclesijs. versiculo, sed hic obstat. vbi dicit, ꝙ si testator ecclesiam, vel alium pium locum instituit, & filio aliquid relinquit: non tamē iure institutionis, prout hodie requiritur: tunc testamentum non irritatur, quia hoc testamentum non est factum contra officium pietatis: nam de iure antiquo,

tiquo, si filius habebat legitimam quocunque respectu titulo relictam, testamentum non subijciebatur querelæ, si igitur est introductũ hodie, ꝙ hẽat iure institutionis, ista est mera solẽnitas iuris ciuilis, quæ est remota in relictis ad pias causas, quãdo est facta in mortis articulo, alle. illam l.j. & si lex diceret expresse, ꝙ talis dispositio ad pias cãs non valeret, talis lex nõ valeret: sed eẽt nulla. ista sũt formalia verba Bar. ibi, & remittit se ad vltimã quæstionẽ ibi per eũ tactã. ibi vero dicit, ꝙ disposita ad pias causas sunt priuilegiata, tam in persona testatoris, q̃ in qualitate dispositionis, quàm etiam in ordine disponendi, dummodo talis dispositio non repugnet bonis moribus, quia canones in his, quæ sunt spiritualia, præualent legibus, vt l. priulegia. C. de sacrosanctis eccle. & capitul. 2. de regulis iuris libr. 6. & relicta ad pias causas respiciunt spiritualia; quia tendunt ad remissionem peccatorum. ergo in eis præualent canones, sed de iure canonico hoc est expressum; vt in c. cum esses. & in c. relatum. de testa. in q̃bus licet specialiter exprimatur de numero testium, tamen generaliter dicunt, ꝙ talia relicta non debent valere secũdum leges humanas, sed ſm sacros canones, & iura diuina, ſm quæ oẽs solẽnitates cessant, nam dicta Apostoli præualent ĩ spiritualibus dicto imperatoris: vt ĩ l.j. C. de secũdis nup. sed ab Apostolo habemus in multis, ꝙ relicta ad pias causas non subiacent dictis solennitatibus iuris ciuilis: & adducit in medium ibi Bar. omnia dicta gloriosi Apostoli, quę pro hac parte in suis epistolis adduxit: & ita residet ibi Bart. & si subtiliter ponderetur Salycetus in d. l. j. in 2. quæstione, non videtur discrepare a Barto. nisi in hoc, videlicet, quia Bar. voluisse videtur, ꝙ tam de iure ciuili, q̃ etiam de iure canonico, testamentum tale sit validum, sed Saly. ibi dicit, ꝙ de iure ciuili dictũ Bar. non est verũ: sed si ius canonicum aliter disponat, illud serua: & sic voluit Salycetus, ꝙ dictum Barto. non sit verum de iure ciuili: sed de iure canonico, sed si bene ponderetur dicta Bartol. ipse loquitur, quòd etiam de iure canonico testamentum est validũ, per iura allegata per eũ; ergo ita erit, quòd secundum dispositionem iuris canonici tale testamẽtũ est validum ſm quod geruntur, & regulantur dispositiones ad pias causas. & sic Salycetus dicit seruandum esse ius canonicum: vnde vetus iuris interpres dominus Petrus de Ancharano in capitu. cum esses. præallegato tangit quæstionem istam in terminis. Pater reliquit iure legati aliquid filio, sed ecclesiam vniuersaliter instituit hæredem: an valeat tale testamentum? Et refert dictum Bartol. in præalleg. l. j. C. de sacrosanctis ecclesijs. & tandem requieuit cum illo dicto Bartoli. & ita refert & sequitur dominus meus Ioannes de Imola. in præallega. c. cũ esses. Et ideo subtilis doctor Raphael Fulgosius in l. generali. C. de sacrosanctis eccle. dicit opinionem Bartotoli esse veram, & procedere de iure canonico, ꝙ tale testamentum valeat, & refert ibi opinionem Bartoli positam ĩ dicta l. j. C. de sacrosanctis ecclesijs. & ista sunt addenda ad ea, quæ dixerunt præfati celeberrimi iuris interpretes consulentes. Preterea accedat, quod dixit Bartolus in authẽtica, si qua mulier. C. de sacrosanctis ecclesijs. versicu. item si præterierit, vel exhæredauerit filiũ, non poterit rumpere testamentum. tamẽ poterit petere legitimam vigore illius authenticę, si enim hoc permittitur militi armatę militię, q pugnat pugna corporali: multomagis debet permitti militi celesti, qui pugnat pugna mentali, & contemplatiua. facit, quod notat in simili glossa ĩ l. miles. ff. de re iudicata. & ĩ l. milites. C. loca. & l. stipẽda. C. de executione rei iudicatæ, & in c. studeat. 50. di. & sic Barto. formal'r decidit istã ꝯsultationem. Præterea accedat illud, quod Bart. nostro bellissimè venit in mentem, ĩ l. finali. C. de pactis. in versicu. prædicta forte non habent locum, si quis donaret ecclesiæ omnia sua bona, p̃ntia, & futura: q̃a cum q̃s posset vouere personam suam in totum ecclesiæ: multo magis bona præsentia & futura: regulariter tamẽ poterit illa donare ecclesiæ. & facit rõ: quia bona ecclesiæ gaudent maiori priuilegio, argumento l. sancimus. C. de sacrosanctis ecclesijs. Præterea facit textus in authenti. de nõ alienãd. §. minus. versicu. quid enim. vbi donatio vniuersa non inualidatur. ita ĩ proposito nostro dicamus, ꝙ ecclesia est priuilegiata, vt donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, quæ regulariter est reprobata: vt per scribentes in l. stipulatio hoc modo cõcep ta. ff. de verborum obligationibus. & facta ecclesiæ valet. ergo stat firma regula, ꝙ bona, quæ ecclesiæ deuouentur, nõ subiacẽt regulis, & solẽnitatibus iuris ciuilis. Et per ꝯñs tale testamentũ non subiacet iuri dicendi de nullitate, & rumpendi. & ista erant, quæ faciebant dubium non mediocre in ista cõsultatione, cõsiderata auctoritate Bartoli & fauore piæ causæ, & animæ illius testatoris. nam pellem pro pelle, & oĩa quæ habet, donat homo pro anima: vt scribitur apud illum patientissimum virum Iob. ¶ Et licet ista sunt colorata & apparentia satis: tamen casum nostrum non attingunt. ideo illis non obstantibus contrarium puto esse de iure verius, videlicet, ꝙ testamentum non valeat. Et præmitto primo ante omnia illud, quod voluit dominus Petrus de Ancharano consilio quadragesimotertio. incipiente, in Christi nomine, prima facie. vbi dicit, ꝙ fauorabi-
1 lior est causa † filiorum, q̃ causa Dei in successione patris, vel aui, allegat illud cõsilium Augustini. qui vult Deum, &c. de quo habetur in l. si q̃s ad declinãdam. C. de episco. & cleri. 17. q. 4. ca. quicũque. & idẽ exprimit dominus meus Ioan. de Imol. in c. fina. de dona. & idem dixit Bal. in l. & in epistola. in princip. C. de fideicommis. & idem voluit in l. iubemus. in
2 princip. C. de testa vbi dixit, ꝙ † motu nõ potest quis institui hæres, etiam si esset filius testatoris, qui est magis hæres apud naturalem rationem, & apud ius canonicum & ciuile, q̃ sit hæres extraneus etiam ecclesia, vel pauperes Christi. l. in suis. ff. de libe. & posthu. & facit. qđ ipse Bal. voluit in repetitione l. ĩ suis præalle. & in l. j. C. de sacrosanc. eccle. ĩ repetitione, vbi dixit, ꝙ nunq̃ fauor piæ causæ derogat iuri liberorum. facit illud, quod bellissimè dixit Bald. in l. cũ acutissimi. in prinncip. ver. quæro, qđ si testator post mortem filij iussit cõstrui monasteriũ. C. de fideicõ. vbi quærit, vtrum filius filij excludat monasterium: & decidit ꝙ sic. & allegat ad hoc Ricar. Malumb. & alle. rationem; quia hoc casu monasteriũ non hr̃ loco filij, cum non sit hæres: q̃a ratio naturalis potentior est, q̃ fictio. l. filio, quẽ pater. ff. de libe. & posthu. facit, qđ no. Saly. in authẽ. si qua mulier. C. de sacro sanct. eccle. Et ex istis apparet clarissimum esse, fauorabiliorẽ & magis priuilegiatam esse cãm filiorum, q̃ pauperum, vel ecclesiarũ in bonis patris, vel aui: vt d. c. q̃cunque. Secundo prẽmitto illud, qđ dixit idẽ Bartol. in præalle. l. j. C. de sacrosan. ecclesijs. in lect. vbi dixit, ꝙ illa lex decidit, ꝙ testator põt disponere de legatis factis ecclesiæ eo animo, quo vult. & subdit postea per hoc, disputãdo possemus dicere, ꝙ in relictis ad pias causas nulla requiritur iuris solennitas: nec ex parte personæ relinquentis: nec ex parte ordinis: nec ex virtute sentẽtiæ ipsius dispositionis, ꝙ dicit se p̃bare ex similitudine militis, q potest testari liberè, q̃uo vult: vt l. milites. C. de testamẽ. milita. cũ simi. q̃ verba nouissimus considero, ꝙ Barto. illud, qđ dixit in l. j. in repetitione, ꝙ ĩ relictis ad pias

causas

causas est remissa iuris solennitas quo ad ipsum testantem,& quo ad ipsum ordinē testandi,& quo ad ipsam disponeni,ibi dixit disputādo,& non decidēdo: vnde illud,quod ipse postea in dicta repetitione dixit amplè & copiosè, illud fuit disputādo, nec est verisimile,ꝙ ita cito Bart. doctor supremus se correxisset:argumento.l.non ad ea.ff. de cōdi.& demon. & ideo non est mirandū,si dñs Bal.qui singulari cōmento repetijt illam.l.j.dixerit Bar.errasse vehemēter in isto passu.& etiam Saly.ibi eū grauissimè rephendit,& etiam multi moderni in d.l.j.dicunt dictū Bar.non teneri communiter: quia veritas ita est, ꝙ illud suum dictum nō est bene dictū,nec est verum. & si ad hoc eleuassent ingeniū,intellexissent,ꝙ Bart. illud dictum non dixerat decidendo,sed disputādo. Ex quo infero, ꝙ non est tanta difficultas facienda in hoc ex eo:quia Bart.ita dixit, cuius est grandis & ampla auctoritas in iudicando,& ꝯsulendo:quia ipse hoc dixit disputando & nō decidēdo. Et ita ēt est dicendum,ꝙ dominus Petrus de Ancha.in d.ca. cū esses.& ibi Ioā.de Imola.transiuerit cum dicto Bar. videntur intellexisse disputando,& non decidendo. & ideo non opus tantum insistere contra dictū Bar. in d.repetitione.Istis præsuppositis,quæ sunt verissimum fundamentum iuris, & ponunt gladium ad radicem in præsenti consultatione:ostendo istud testamentum nō valere,non solum iuribus,& euidētissimis rationibus:sed etiā summorū doctorum auctoritate.Vnde solennis doctor Bal. cū eleuato ingenio commentasset.d.l.j.de sacrosanc.eccle.& mirū immodum dicta Bar.examinasset, tandē super hoc puncto versicu.super quarto quæsito dicit præfatus doctor,vbi refert doctrinam Barto.ꝙ si pater p̄terijt filium ex toto,& instituit piam causam,testamentū non tenet:quia est cōtra officiū pietatis. Si vero nō instituit filium,sed iure legati reliquit,& instituit ecclesiam tunc testamentum valet; quia non est contra officium pietatis:cum olim habebat legitimam quoquo relicti titulo,vt in auth.nouissima.C.de inoffic.testa.q̄ est q̄dā mera iuris ciuilis obseruatio,q̄ non est necessaria in relictis ad pias causas. Subdit ibi Bal.aduertatis, iste vehemēter errat. nam fauor

3 † piæ causæ nō derogat iuri liberorum.casum dicit esse in authen.si qua mulier. C. de sacrosanc. eccle. & in d.c.quicūque.17.q.4.& distinguit ibi, hoc mō: aut relicta sunt ad pias causas iure directo, puta per viam institutionis,& filius est præteritus,& aliquid est ei relictum iure legati,tunc est validū testamētū secundum dispositionem authen.nouissima.p̄eallé.licet hodie debet institui. nam iniuria fit filio ex solo exheredationis nomine,& notā incurrit.l. multi.ff.de lib.& posthu.vnde honestior est titulus institutionis.l.filium.ff.de lega.præstan.& ideo iura materiā iniuriarū præscindere volētia statuerunt,ꝙ deberet filius institui saltem in vno nūmo:non autem exheredari,aut præteriri,in authen.vt cum de appe. cogno.§.aliud quoque capitulū.Subdit postea,quādo filius est præteritus,licet aliqd fuerit ei relictum, tunc nunquam valet testamentum l.filium.§.omnibus.ff.de lega. præstan. nec attenditur in hoc pietatis officium:sed quia filius inuenit se preteritum. vt l.filio.ff.de iniusto test. Et ita concludit ibi Bal. dicēdum est ergo,ꝙ institutio pauperum facta filio preterito,licet aliquid fuerit sibi relictū,est nulla. l. posthumus.§.si pagan⁹.ff.de iniusto testa.l.verbis ciuilibus.ff.de vulgari & pupillari.ista sunt formalia verba Bal.in repetitione.d.l.j. vbi tenet expressè Barto. vehementer errasse in hoc puncto.Cum ergo in ca-

4 su nr̄o iste testator p̄terijt dictā filiā suā; qa filia † dicitur præterita,si iure institutionis nihil cōsequitur a patre:vt in authē. vt cū de appella.cogno.§. aliud quoque capitulum.& per omnes scribentes no.in d. auth.nouissima.& ideo dixit glo. quæ reputatur singularis in l.3.§.sed vtrum.in vlti.gl. ff.de minoribus, ꝙ saltem pater debet instituere filiam vltra dotem suam in quinque solidis. & ita Bart.ibi dicit seruari de consuetudine:sed in proposito nostro, solum reliquit titulo legati,& non institutionis,ergo sequitur, ꝙ testamentum est nullum ratione dictæ præteritionis, vt l.inter cætera.ff.de libe.& posthu.& licet dñs Barthol.de Salyceto repetēs. d.l.j.damnet illam opi. Bar.vt iam domini consulentes allegant eum : tamē ipse non vidit istam solennem doctrinam Bal. in dicta repetitione.Et est diligenter ponderandum,ꝙ ibi Bal.etiam videtur loqui de iure canonico, cum ponat exemplū in institutione facta de pauperibus, q̄ institutio regulatur secundum iura canonica : vt in d.cap.relatum.& sic Bal.& Salyc.sunt de directo cōtra Bar.& etiam quia ipse Bar.illud dixit disputando & ita etiam debet intelligi dictum Raphaelis, inquātum dixit, dictum Bar. procedere de iure canonico: quia intelligitur disputando , & non decidendo. Secundo hoc conuincitur iuribus formalibus & ratio-

5 nibus hoc modo.bona † tēporalia etiam si ecclesiæ deuoluantur, reguntur legibus Imperatorum,quibus cessantibus nemo potest dicere,hoc est meum 8. dist.c.quo iure. hoc probatur.x.dist.c.quoniam.& c. cum ad verum 96.dist.dum tex.ibi dicit,vt Christani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerēt & pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur. vbi est casus formalis, ꝙ in rebus tēporalibus acquirendis ecclesiæ ecclesia vtitur legibus temporalibus, per quē tex. solennis doctor Ludouicus Romanus in commento.l. stipulatio hoc modo concepta.de verb. obliga. dicit, ꝙ donatio omnium bonorum facta ecclesiæ præsentium & futurorum est nullius momēti ex eo: quia leges ciuiles illam reprobarunt, & ecclesia debet vti legibus imperialibus, quoad bona acquirenda ecclesiæ: ergo talis donatio est nulla. Modo in ꝑposito,omnia iura moderna clamāt,filios.instituendos esse a patribus : qa est titulus honorabilis, & lucratiuus: vt in d.§.aliud quoque capitulum.& not.in d.authē.nouissima. per omnes scribentes & in l.maximum vitium.C.de lib.præteri. & plene dictum est per dominos cōsulentes,& per Salyc.in d.l.j. 12.quæstione.ergo sequitur, ꝙ ecclesia debet capere istam hæreditatē secundū dispositionē legum imperaliū, vt in d.l.quoniam.& in d.c.cum ad verum.& voluit præfatus dñs Ludouicus vbi supra. Nec obstat,si dicat,amice,istud est verū, quando aliter nō est expressum de iure canonico.tunc enim regulatur ecclesia quoad bona tēporalia acq̄rēda secundū dispositionē legis ciuilis:sed quando aliter est dispositum a iure canonico,tunc seruatur ius canonicum:sed in d. c.cum esses.& in d.c.relatum.est aliter dispositū, ergo seruabitur dispositio canonica: quia illud nullo mō obstat,qa iura illa nō loquunt̄ in casu nr̄o,vt inferius subtilissimè ostendā. ergo seq̄tur, ꝙ seruabit̄ dispositio & solennitas iuris ciuilis:nec est præsumēdum,ꝙ Papa in illis iuribus voluerit præiudicare iuri,fauori & honori ipsorum filiorum,cum omnis ratio naturalis,ciuilis,& canonica p̄ferat filios ecclesijs,& pauperibus in successione parētū : vt apparet ex primo præsupposito superius expresso.& iudicio meo est ratio incōuincibilis, licet enim iura oīa & ciuilia & canonica faueant ecclesijs: vt in l.id quod pauperibus.C.de episc.& cleri.12.q.2.c. religiosam. 14.q.2.c.super prudentiā.& in c.fi.de testamen.tamē

6 non est fauendum † ecclesiæ cū præiudicio alterius: & maximè filiorū, vnde pulchrè dixit tex.papalis.Ita sumus pauperibus & viduis in iniustitia debitores,

quod

ꝙ alijs iniustitiam facere non debemus. facit.l. si qs presbyter.C:de episco.& cleri.& ibi dicit Bald: ꝙ ecclesia,quæ est cultrix iustitię, vt bellissime dixit text. in c.j. de alie.feud.non vult. iuri alterius ꝑiudicare. Et subdit ibi Innocen.non esse fauēdū ecclesię simplici,vt fiat collegiata in præiudicium patroni laici. facit.capi.per tuas.de dona.& quod not.idem Bald. in l.ea lege.C.de cōdi.ob.cau. Tertio hoc probatur formaliler in l.generali.C.de sacrosan. eccle. quam omnes doctores contra decisionem Bart. allegant in verb.quod tamen aliàs omni iuris ratione munitum fit.& ibi gloss.optima declarat illum text. scilicet testium & aliarum solennitatū. & est diligenter considerandum; quia tex.ibi loquitur in omni persona ēt Deo dedicata, ꝙ debet adhibere omnē iuris solennitatem. Quāto ergo magis in casu nostro : qa laicus fuit iste testator,& agebatur de præiudicio filię,& ibi dicit Bal. ꝙ quo ad religiosos est seruanda
7 solēnitas.c.cum esses.† & c.relatum.& sic sentit clarissimè., ꝙ per illa capitula non est in totū derogatū dispositioni ipsius.l. generali.& ibi Raph. Fulgosius dicit,nota., ꝙ testamenta quantumcunque ad pias causas facta solēnitati, & subtilitati legum subiacēt & deseruiunt,quod sine dubitatione est verū de iure ciuili,& licet Bartol.dicat ꝯrium in d.l. j.C. de sacrosanc.eccle. sed de iure canonico dicit esse sublatam per dictū c.cum esses.& c.relatum. de quo inferius apparebit veritas.stat ergo snīa Raphaelis ibi,ꝙ Bar.in d.l.j.dixerit contra casum illius l. generali.& est bene ponderandum, ꝙ glossa ibi intelligit illā.l. tam in solennitate testium , q̃ in alijs solēnitatibus, ex quo infert ꝙ tam in persona,q̃ in ordine, & modo disponendi est seruanda solennitas iuris. & probat ibi text.dum dicit, oī iuris ratione., & quod hoc sit verissimum, ipsemet Rapha. in d.l.j.C. de sacrosanc.eccle.& dicit,ꝙ dictum Bar.in dicta l.j,dū dicit, ꝙ est remissa solennitas in relictis ad pias causas per illam l. est absurdum,& contra casum.d.l. generali. & subdit: & hanc sententiā teneo, & puto verissimā, eo tamen concesso; ꝙ obseruantia numeri testium a iure canonico est hodie remissa.& allegat dictum capitulū cū esses.& dictum capitulum relatum. ista sunt sua verba formalia. Animaduertat accurate dn̄s iudicās: qa Raphael doctor subtilissimus ponit gladium ad radicē in præsenti consultatione, inquātum dicit,ꝙ de iure ciuili opinio Barto. est absurda, & confunditur per textum in dicta lege generali. & postea dicit,ꝙ opinio Bartoli procedit de iure canonico,quoad numerū testium: & sic sentit derogatū esse per illa.c.scilicet per ca.cum esses.& c.relatum.
8 quo † ad numerum testium duntaxat. ergo per illa iura non est recessum a dispositione iuris ciuilis, volentis filium institui,& per ꝯns necessario sequitur, ꝙ ista filia tāquam præterita potest dicere testamētum nullum:nec Rapha.sibi cōtradixit in eo, quod voluit in dicta lege,generali.quia ibi dixit , quod dictum Barto.procedebat,de iure canonico, & sic generaliter loquutus fuit , nec aliter illud declarauit: sed in dicta lege prima,illud declarauit, & distinxit, ꝙ erat verum de iure canonico quoad numerūtestiū & si cum glossa in dicta l.generali.dixit,ꝙ debet intelligi.illa.l.quo ad solennitatem testium,& quo ad alias solennitates, derogatum est solum quoad numerum testium. Et ideo dixit Salycetus in dicta l. generali.inquātum glossa ibi dicit, omni iuris rōne seu solennitate.l.testium.dicit Salycetus quoad numerum de iure ciuili:sed de iure canonico sufficiūt duo,vel tres testes in relictis ecclesię,vel ad quamlibet cām piam.allegat dictū.c.cū esses & ca. relatū.& sic aperte sentit ibi Salycetus, ꝙ de iure canonico est derogatū quoad numerū testiū ī relictis ad pias causas.aliæ vero solennitates iuris ciuilis remanēt firmæ : ꝑ quod declaratur nunc mens Salyceti in repetitione dictæ.l.primæ.in 12.quæstione : inquantū dixit,si aliud est de iure canonico,illud serua : quia ipse intellexit quo ad numerum testiū aliud esse de iure canonico:vt apertè voluit in dicta l.generali.& sic remanet sine aliqua dubitatione Barto. vehemēter errasse,licet in veritate illud dixerit disputādo,&
9 non decidendo.Nec ēt † obstat dicta authentica, si qua mulier.in vers.sed si post ingressum monasterij moriatur,antequam inter eos diuidat, filij legitimā percipiant reliqua substantia monasterio competēte.quia ille.textus in nullo probat,ꝙ pater possit instituere ecclesiam , & filium præterire vn̄ dicit, ꝙ si pater ingressus monasterium moriatur, antequam inter filios diuidat,filij percipiunt legitimam. vnde loquitur eo casu,quo pater nō disposuit: sed disposuit ius,ꝙ omnia acquirātur monasterio filijs reseruata legitima : & sic pater non fuit testatus. sed iste nō est casus noster ; qa pater iste testamētū fecit, & filium non instituit secundum iuris dispositionem: & est ponderandus ille textus:quia dicit post īgressum,denotat enim illum iam fecisse possessionem. Et dicit Bar.in dicta authētica, si qua mulier. ꝙ propriè quis nō dicitur ingressus monasteriū, nisi postquam fecit ꝓfessionem : quia antea dicit animo experiendi intra se:non enim ibi ingreditur animo remanendi.allegat in argumētū authenti.sed neq;.C. de episcopis & clericis.& ita ſm eum rota die seruaē de facto.& idem dixit in l.2.C. ne san. baptis. vbi dicit,statuto cauetur , ꝙ nullus possit esse ciuis ciuitatis alicuius,nisi habitauerit per longum tempus , ꝙ interim intra illud tempus probationis nō habebit, nec retractabitur vt ciuis.& ita dicit de intrante religionem,vt ante professionem nō dicatur ingressus. facit.c.si seruus 54.distinctione.& ca. ꝑsens clericus. 20.quæstione 3. & ista dico propter responsionem, quam dedit Salycetus in dicta l.prima in 12.questione ad dictam authentic.si qua mulier.quia ibi bona erant in ecclesiam solenniter trāslata : sed lex misericorditer postea se habuit erga filios , quasi sentiat Salycetus, ꝙ in d. authenti.si qua mulier.ille fecerat professionē.& mortuus erat, cum textus dicat post ingressum.quia ante professionem dicitur ingredi velle. Et sic conclusio est indubitata , ꝙ secundū dispositionem iuris ciuilis istud testamentum est nullum.& in hoc omnes concordant:nec refero rationes Salyceti in d.l.prima.quia ad plenū relatæ sunt ab illis dominis solennibus iurisconsultis. Quarto ex quo Barto.in dicta l.prima.maiorem partem fundamenti in dicta sua opinione ipse assumpsit ex dicta l.prima. & cōmuniter per glossam & omnes doctores est damnata:quia dicta l.prima non derogat solēnitati iuris ciuilis:vt omnes amplissimè ibi scribunt,nec refero: quia clara & plana sunt , vt ibi habetur. Item fecit fundamentum ex dispositione. capit.cum esses.& c.relatum.ad hoc, videlicet , ꝙ relicta ad pias causas sunt priuilegiata contra regulas iuris communis in personam testantis,in ordine testandi,& in mō disponēdi. allegat primo dictū c.cū
10 esses. videamus † ergo verba illius c.cum esses,in nostra præsentia constitutus,proposuisti talem in tuo episcopatu consuetudinem obtinere, ꝙ testamēta, quę fiunt in vltima voluntate,pęnitus rescindūtur, nisi;cum subscriptione septē,aut quinq; testiū fiant, secundum,ꝙ leges humanæ decernunt:quia vero a diuina lege & sanctorum patrum institutis , & a generali ecclesiæ cōsuetudine id esse noscit alienum, cū scriptū sit,in ore duorū vel triū stet omne verbū, ꝑscriptā cōsuetudinē improbamus , & testamēta,q̃ parochiani corā ꝑsbytero suo, & tribus vel duabus

alijs

alijs personis idoneis in extrema fecerint volūtate, firma decernimus ꝑmanere, ista sunt formalia verba illius textus. Mō quo colore Bartolus potuit assumere doctrinam ex illo textu, esse derogatum solennitati iuris ciuilis in omnibus per illum text. nam textus ibi se refert ad consuetudinem ciuitatis, quæ disponebat testamentum factum aliter non valere, nisi cum subscriptione septem, vel quinq; testium, secundum ꝙ leges humanę decernunt, ecce quare dubitatio, & quæstio in dicto c. erat ī hoc, videlicet, ꝙ subscriptio septem, vel quinq; testium erat necessaria, & sic dubitatio erat solum quo ad solennitatē testium: & Papa ibi dicit, ꝙ illud erat alienū a lege diuina, requirente in ore duorum vel trium, &c. & sanctorum patrū īstitutis, & a generali ecclesiæ cōsuetudine nulla parte iuris, nec aliquo loco reperit, ꝙ si filius instituatur a patre, sit cōtra legem diuinā, aut contra dicta sanctorum patrum, aut contra cōsuetudinem generalem ecclesiæ, imo omnia iura, omnes leges, omnia dicta sanctorum patrum mandant & consulunt filios instituendos potius q̄ ecclesias, vel pauperes: vt apparet ex primo præsupposito superius. ergo sequitur, ꝙ ille textus solū restrinxit quo ad illum locum leges ciuiles & cōsuetudinem, quo ad septem, vel quinque testes: sed quo ad alias solennitates introductas a iure, videlicet, ꝙ filius habeat iure institutionis, & non iure legati: ille textus non disponit. vnde est necessarium fateri, ꝙ filius instituendus, & remanebimus in dispositione iuris cōmunis. l. si extraneus. ff. de condict. ob causam. cum simil. nec correctio iuris communis est suadenda,

11 aut extendenda imo † restringēda: &, quod plus est, improprianda sunt verba ad hoc, vt vnum ius non corrigat aliud, & vna lex non corrigat aliam, vt est glossa, quæ cōmuniter allegatur pro singulari in authentica. ex testamento. C. de colla. secundum Modernos. & facit textus melior de iure in c. cum dilectus. de cōsuetu. & in l. si serui vestri. C. de noxalibus. & in c. causam q̄. de rescript. & iō dixit glossa multū notabilis in c. statutum. de præbēdis. libro 6. ꝙ extēditur lex, vel statutum ad hoc, vt nō corrigat ius cōmune: quanto magis restringetur in casu nostro, vt non corrigat ius cōmune. & ideo limitata causa limitatum parit effectum. lege age cum Geminiano. C. de trāsactio. l. in agris. ff. de acq̄rē. rerū domi. cū si. & sic cum ille textus referat leges ciuiles, inquantū loquuntur de septem testibus, vel quinque requisitis in testamēto, videt̄ restrinxisse leges ciuiles quo ad illam solennitatem: quo ad alias solēnitates stat ius commune, & ciuile firmum, & validum, & non est correctum. l. si seruus. ver. dixit pretor. ff. de acquirenda hæreditate. cum similib. vnde cum dictum c. dicat esse alienū a lege diuina & canonica, & a generali ecclesiæ consuetudine. & instituere filiū nō est huiusmodi: vt inferius apparebit. ergo. & sic Bartolus non bene pōderauit dispositionem dicti ca. cū esses. quinimō ipse Bartolus in repetitione dictæ l. j. C. de sacrosanctis eccle. dixit, ꝙ debebat esse constitutus in extremis, ad hoc vt concurrat illa specialitas, vt dicitur in reddito consilio: qa etiā Bartol. non bene considerauit. d. c. cum esses. in ver. in extrema. Quinto hoc dictum Barto. non probat. d. c. relatum. & ad hoc clarissimè ostendendum oportet sic aggredi rē

12 istam. Si q̄spiam dixerit, amice, illa † solennitas iuris ciuilis, vt pater instituat filium, & non sufficiat sibi titulo legati relinquere, nō est approbata de iure canonico, & istud tenuit Hostiē. in c. Raynutius. de testa. per illum textum in versi. relinquens, vnde sacri canones non sequuntur illam rigorositatem. & iō dicit hanc subtilitatem esse perniciosam. Si ergo sacri canones non admittunt istā rigorositatem: ergo sequitur, ꝙ ista institutio facta de pauperibus: q̄a ad pias causas est valida: vt d. l. id qđ pauperibus. ergo non vitiabitur per illam rigorositatem perniciosam iuris ciuilis: & per ꝯsequēs optimè loquutus est Bartolus, quod testamentum erit validum. Ad hoc respōdeo, ꝙ illa opinio Hostien. communiter est damnata per doctores. nam contrarium tenet gl. ordina. in c. si pater. de testa. libro. 6. dicens, ꝙ tutior est opinio, & tenenda, videlicet, ꝙ est necesse relinquere

13 † filio titulo institutionis, & illam sequitur Ia. de Rane. Per. Iaco. de Aret. Francis. Accur. & refert Cyn. in auth. nouissima. pręallega. Iaco. Butr. Bar. & Io. And. in nouella in dicto ca. si pater, & ibi solennis doctor dominus Petrus de Anchara in commento illius. c. si pater. sequitur istam partem, ꝙ etiam de iure canonico filius debet hr̄e titulo institutionis, & non titulo legati. Et subdit, ꝙ Host. non bene considerauit rationes, quibus motus fuit legislator ad disponēdum, ꝙ filius habeat titulo institutionis, & si bene considerasset, non ita de facili prorupisset ad dicendū, ꝙ erat subtilitas perniciosa. Quæ rationes sunt istæ. Prima, ꝑp ius accrescendi, si filius habet titulo institutionis, si alter hæres repudiet, accrescit sibi: quod non esset, si haberet titulo legati. Secunda quia potest partem illam, in qua est institutus, capere propria auctoritate, quod nō esset, si haberet titulo legati. Tertia, quia hn̄s iure institutionis poterit petere se mitti ī possessionem ex edicto. l. fin. C. de edict. diui Adriq. tollen. quod non faceret, si haberet iure legati. Quarta ratio est propter honorem: quia honor est filio, ꝙ sit hæres patris, quia potest dicere se hæredem patris, licet in modico fuerit institutus. ideo iura voluerunt, ꝙ iure institutionis haberet, & istam partem sequitur optimus iuris canonici interpres dominus Ant. in cap. Raynutius, de testament. dicens non obstare verbum relinquens, ibi positum: quia non fuit verbum testatoris, sed Papæ, & istud tenent communiter omnes legistę, & canonistæ. ergo sequitur, ꝙ non fuit propter rigorem perniciosum inductum a lege, ꝙ filius haberet iure institutionis, & ideo sacra canonica vident approbasse leges ciuiles, volētes filios debere institui propter commodum, & honorem, quis erit ita amens, vt dicat, quod dictum capitulum cum esses. aut capitul. relatum. loquentia de legibus imperialibus quo ad numerum testium, ꝙ derogauerint solennitati iuris ciuilis disponentis filios instituiesset enim satis iniquum, & contra omnem rationem naturalem, canonicam, & ciuilem, & ideo cum text. ibi dicat esse alienum a consuetudine ecclesiæ generali, & a lege diuina, & ab institutis sanctorū patrum, expresse intellexit de legibus loquentibus de numero testium & non de solennitate, qua filius est instituendus. vnde text. in d. c. relatum. dicit. cum super relictis ecclesię causa deducitur, vos, nisi septem, aut quinq; idonei testes interuenerint, inde postponitis iudicare mandamus, quatenus cum aliqua causa talis ad vestrum fuerit examē deducta, eam non ſm leges, sed ſm decretorum statuta tractetis tribus, aut duobus legitimis testibus requisitis: quoniam scriptum est, in ore duorum, vel triū stet omne verbum. ista sunt formalia verba illius text. Modo in ꝓposito ille tex. multifariè non probat dictum Bar. primo, qa ibi quęstio fuit de numero testium, quia volebant iudicare secundùm dispositionem iuris ciuilis volētis requiri septem, aut quinq; testes: Papa respondet, ꝙ qn̄ aliqua talis causa, scilicet de numero testium prędicto refert se ad consultationem præpositam, non secundum leges ciuiles, sed secundum decretorum statuta eam tractent, quia scriptū est in ore duorum, & sic disponit de lege ciuili requirēte septē, vel quinque testes, & sic non tollit solennitatem legis quoad

instituendum

dum ipsos filios. Et si bene ponderetur ille text. probat contrariũ eius, qđ dixit Bar. imo probat opinionem Bal. Raphaelis, Salycet. & cõem: hoc modo inducendo, in relictis ad pias causas Papa mãdat serua
14 ri statuta canonum, sed canonũ statuta† permittũt filium habere legitimã suã titulo institutionis, & non titulo legati. vt voluit gl. Io. An. & cõmuniter omnes canonistæ: vt superius est ostẽsum. & bene facit d.c. si pater. ergo sequitur, ꝙ d.c. relatũ videt̃ disponere quoad legitimam ipsis filijs debitam, vt habeant eã titulo institutionis, vt etiã per optime facit: qa vbicũque non est ꝯrium in iure canonico expressum, seruamus ius ciuile: vt no. in c. j. de no. oper. nun. c. fi. de solut. sicut dicimus econtra, vt in ca. per venerabilẽ, qui filij sint legi. c. Raynutius. de testa. cũ si & sic illa iura nõ probant dictũ Bar. nec est verisimile: nec cõsonum rationi, & æquitati, vt Papa voluerit præiudicare filijs, & tollere cõmodũ & honorẽ institutionis debitum a iure ciuili filio, vel filijs ad lucrũ piæ causæ. Vnde imputet sibi testator, quare in suo testamento nõ seruauit debitam iuris solennitatem quoad ipsum filiũ, vt l. codicillis. §. fi. ff. de leg. 2. & sic stabimus in dispositione iuris ciuilis, vt filius instituatur. leges enim ciuiles fuerunt per ora principum diuinitus ꝓmulgatæ: vt l. fin. C. de præscrip. long. temp. ergo vbi non sunt expresse mutatæ a iure canonico, stabimus iuri ciuili. & etiam si bene ponderetur. d.c. relatum, non in totum discrepare videtur a iure ciuili quoad numerum testium: quia etiã voluit seruari qualitatẽ ipsorũ testium, licet diminuerit numerũ, & patet, dũ dicit, testibus legitimis & testibus requisitis. & ideo dixit Ludou. Ro. in auth. similiter. in fallent. 29. quo ad priuilegia piç causæ inducta in testis, dũ ibi tangit an mulier possit esse testis in testamento ad pias causas. & decidit ꝙ non: vt voluit Federicus de Senis. Et subdit, ꝙ in relictis ad pias causas consideramus canones sanctorum patrum, & ius diuinum, solum quoad numerum testium, & sic sequitur, ꝙ non habent locũ, vbi filius habet titulo legati, ꝙ nõ possit dicere testamentum nullum. & etiam ibi D. Ludouicus cõnumerat omnia priuilegia piæ causæ in testamentis indulta a iure: & tamen istud priuilegiũ non ꝯnumerauit, quod enumerasset, vt credẽdum est si in hoc pia causa esset priuiligiata in præiudicium filiorum. Sexto facit, filius est priuiligatus in specie, vt suã legitimam habeat titulo institutionis: vt in d. §. aliud quoq; capitulũ. cum si. pia causa est priuilegiata in genera, licet pia causa habeat multa priuilegia a iure in sibi relictis, not. in d.c. cum esses. & in c. relatum. & in c. cum tibi. & in c. filius. de testa. & in d.l.j. C. de sacrosanc. ecclesi. tamẽ nõ reperitur lex. in mũdo, aut canon, aut ius merè diuinum, aut institutio sanctorum patrum, priuilegians pias causas in hoc ꝙ ipsæ instituantur, & filius prætereatur. imo ꝯrium voluit Augustinus, & iura, vt superius ostensum fuit. & in casu nr̃o filia ista fuit præterita, licet legati titulo testator legauerit dotes suas, vt plene sup̃ hoc scribit primus dominus cõsulens, firmat hoc dominus Pe. de Ancha. in d. ca. si pater. & sic stat istã regula indubitata, ꝙ filius in sua legitima est priuilegiatus in specie, vt illã habeat titulo instõis: pia vero causa est priuilegiata in genere, tũc arguo sic formaliter, & in
15 conuincibiliter. vbicũq; † duo priuilegiati ꝯcurrunt adinuicẽ, & vnus est priuilegiatus in genere, & alter est priuilegiatus in specie, tunc p̃fert̃ priuilegiatus in specie priuilegiato in genere iste est text. apertus in l. fina. ff. ex quibus cau. maio. & ideo limitatur regula, ꝙ priuilegiatus nõ vtit̃ priuilegio ꝯ priuilegiatum: qa procedit, vbicũq; adest paritas priuilegiorũ. l. sed & milites. in j. & 2. versi. ff. de excu. tuto. l. assiduis. C. q poti. in pig. habe. l. priuilegia. ff. de priuil. credi. plene per Cy. & alios in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Facit, qđ no. D. Abb. in c. super spoliatione. de cau. pos. & ꝓprie. & qđ etiã ipse no. in c. in præsentia. de proba. & qđ no. D. Ludo. Ro. in auth. similiter. vbi dicit istã rationẽ subtilem. ergo sequitur necessario, ꝙ pia causa, & sic pauperes nõ potuerunt vti suo priuilegio generali ꝯ istam filiam priuilegiatã in specie. Ideo semel ꝯsului & obtinui, statuto cauebatur, ꝙ in causis viduarum iudex debere procedere & dicere secundũ ęquitatem. erat quęstio inter pauperes & viduam quandam: fuit dubitatũ, vtrũ vidua posset vti illo priuilegio ꝯ pauperes. dicebatur, ꝙ nõ: quia ambo erant priuilegiati, ꝙ vidua non vteretur illo priuilegio contra eos, obtinui cõsulendo pro vidua, ex eo quia pauperes erant priuilegiati in genere, & vidua in specie. ita est in proposito nostro, cum iste filius, aut filia sit priuilegiata specificatè in hoc: quia si nõ instruatur, possit dicere testamentum nullũ, & pauperes in hoc non reperiuntur priuilegiati in specie. Sequitur necessario, ꝙ filia rumpet istud testamentum, dicendo de nullitate, & indubitanter ista ratio ponit finem & decisionem huic consultationi. quinimo plus dixit Bal. ĩ d. auth. quas actiones. in tertia rõne in principio, ꝙ ecclesia dicit̃ priuilegiata, vbi agitur de conseruatione iuris quæsiti, non autem in iure quærendo. Facit, quod in simili voluit Federi. de Senis consilio nono. & sic indubitanter videtur dicẽdum, ꝙ ista filia possit dicere istud testamentum nullum ex eo, quia præterita. ¶ Nec obstãt iura & rationes allegatæ in contrarium. Primo cum Bartol. dixit in d.l.j. ꝙ illa mera solennitas iuris ciuilis, vt filius instituatur, in relictis ad pias causas non consideratur, quia istud nõ est bene dictum. Primo non probatur in d.l.j. & omnes doctores reprobant illud, quoad illam. l. 1. vt est ibi gl. contraria, Bald. Saly. Raphael, & super hoc dictũ est per dominos consulentes, & probatur in d.l. generali. vbi est casus contra Bartol. Postea cum dicit, quòd in relictis ad pias causas attenditur ius canonicum, cõcedo. Cum vero dicit, ꝙ de iure canonico sublata est illa solẽnitas quoad pias causas, alleg. d. cap. cum esses, & d.c. relatum, istud est falsum, & iam superius induxi. Et etiam probo ratione inconuincibili hoc modo, ius canonicum approbauit dispositionem iuris ciuilis volentis, & mandantis filium institui: vt superius est ostensum. ergo eadem rõne illud approbauit quoad pias causas, ex eo: quia fauorabilior est causa filiorum, quàm causa pauperum, vel ecclesiæ, & voluit Bal. Pet. de Anch. Augustinus. glo. & doctor. vt apparet ex primo prçsupposito, & ideo videtur, ꝙ dictum Bar. est ita reprobatum, vt
16 est reprobatum dictum Host.† in c. Raynutius, q voluit, ꝙ illa subtilitas est ꝑniciosa, vt filius instituatur, vt superius dixi, & licet Bar. se restringat ad pias causas, & quasi voluerit, ꝙ dictum Host. procedat in pijs relictis, licet de eo non faciat mentionem: tñ idẽ erit vbique, ex eo: quia ita consideratur fauor ipsorum filiorum, si instituatur extraneus, sicut si instituatur pia causa, ex quo iura oĩa fauent ipsis filijs magis, q̃ piæ causæ. Nec ob. cum Bart. facit fundamentum ex dictis Apostoli dicentis, qui spiritu Dei agunt, hi filij Dei sunt, & alibi dicitur, quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, vt in cap. licet, de regular. & in ca. duæ sunt 18. q. 2. quia ad hoc rñdeo, ꝙ intelligitur illa auctoritas, ꝙ non sunt sub lege, videlicet iniqua, sed sub lege honesta & iusta sic. facit expositio gl. magistri sentẽtiarum ad Galatas 5. c. Facit, quod no. Io. An. in cle. ad nostram, de hære. vbi dicit, ꝙ illa auctoritas debet intelligi de lege peccati, nõ de lege honesta & iusta, nonne est lex honesta & iusta disponẽs, ꝙ filius instituatur pp vtilitatem ipsius filij, & propter honorem: vt superius est dictum. debet ne fieri iniu-

ria filio in hereditate patris propter piã causam? Certe non, vt in d.c.quicunq;.item quia ius canonicum approbauit, vt filius instituatur: vt voluit gloss.& doctor.superius allegati, & sufficit allegare auctoritatẽ maiorum, vt est tex.sing.& ibi Ang.in l.si idem cum eodem.ff.de iur.om.iudic.Item quia si Papa in lega-
17 tis † ad pias causas reprobauit solennitatem iuris ciuilis, quoad septem testes, vel quinque: ergo quoad alias solennitates videtur approbasse ius ciuile, vt in d.cap.relatum, argum.cap.nonne, de præsumpt.25. dist.cap.qualis.l. cum prætor.ff.de iud.l.maritus.C. de procurator.cum simili.ergo.Et licet Bar.dicat, ꝙ magis est credẽdum dicto Apostoli, quàm dicto imperatoris, tamen in casu nostro est dictum etiam approbatum a Papa habente potestatem legis condendæ. nam soli Petro Christus dedit potestatem legis condendæ, vt in c.quodcunque.24.q.j.& Inno.in c. quod super his, de voto.exponit, scilicet per viã præcepti.facit, quod no.scribentes in cap.primo, de constitu.& in cap.de libellis.20.distinctione.Nec gloriosus Apostolus sentit, ꝙ in testamento ad pias causas sint sublatæ omnes aliæ solennitates iuris ciuilis, licet dixerit, ꝙ testamẽtum confirmatum nemo spernit: quia tunc dicitur testamentum confirmatum, quando mortuus est testator, & interuenerunt debitæ iuris solẽnitates non reprobatæ a iure canonico: non enim est credendum, ꝙ Apostolus per illa verba generalia voluerit tollere iura ciuilia, ꝑ ora principum diuinitus promulgata. nam eo ipso, ꝙ dicit testamentum intelligitur de testamento solenni: vt l.2.§.testamẽtum.ff.quemadmodum.te.aper. Et est etiam diligenter ponderandum, ꝙ sicut Bar.errauit in intellectu illorum.c.cum esses, & c.relatum.dicẽdo, quòd illa capitula tollunt omnes solennitates iuris ciuilis, ita pariformiter videtur errasse in allegando dicta Apostoli. item quia Bartolus loquutus est disputando & non decidendo: vt voluit ipse in lectura dicta lege, prima.Nec obstat, cũ allegatur dominus Salyce.in dicta lege j.in 12.quęstione, quia ibi Salycet.non firmauit, quod aliter sit de iure canonico statutum, sed dixit quòd opinio Bartoli non erat vera de iure ciuili, sed si aliter est de iure canonico, illud serua, & nõ specificauit, quod aliud esset de iure canonico, nisi quo ad numerũ testium, vt superius dixi. Et est diligenter aduertendum, quòd sicut Bartol. errauit dicendo id esse de iure ciuili, & tamẽ omnes scribentes dicunt contrarium. ita pariter videtur errasse dicendo, ꝙ idem erat de iure canonico.& multo magis ex eo: quia in iure ciuili, in quo ætatem suã consumpsit, non bene dixit in isto puncto: ergo multofortius malè dixit id esse de canonico iure. tractãt fabrilia fabri, quod medicorũ est, promittũt medici. Nec obstat, cũ allegatur Petrus de Ancharano: qa in transcursu lectionis retulit illud dictum Bartol. nec rationẽ, aut iura vltra Bartol. allegauit, & ita etiam fecit Ioannes de Imola in dicto capitul.cum esses. vnde in hoc fuerunt meri relatores. ideo standum est dicto Bald.Salyce.& moder.scribentium super dicta lege j.C. de sacrosanctis ecclesijs, qui dicunt dictum Bartol.nõ teneri communiter.Nec obstat, cũ allegatur dictũ Raphaelis in dicta lege, generali.quia licet ibi dicat dictum Barto. procedere de iure canonico: tamen ipse intellexit, quo ad solennitatem numeri testium, & non quo ad aliam solennitatem, ita ipse expresse dixit se tenere, & verum putare in dicta lege j.C.de sacrosanctis ecclesijs. & sic non obstat dictum eius in dicta l.generali. Nec obstat, cũ allegatur Bart. in dicta authentica si qua mulier.quia ibi, vt respondit Salyce.in dicta lege j.in 12.quæstione, ibi bona iã erant translata in ecclesiam, & iam superius dixit, ꝙ hoc apparet ex illo tex.cũ dicat, post ingressum.j.post professionem, & postquam illa bona erant deuoluta ad ecclesiam. Nec obstat cum dicit Barto. quòd si hoc promittitur militi terrenæ militiæ pugnanti pugna corporali: ergo multomagis militi cælestis militiæ, pugnanti pugna mentali, & cõtẽplatiua: qa ad hoc respondeo, ꝙ istud nõ facit ad propositũ nostrũ: quia iste testator non erat miles cælestis militiæ, pugnans pugna contemplatiua & mentali. Nec obstat dictum Bartol.in præalleg.lege, finali, de pact.cum dixit, quòd donatio omniũ bonorũ præsentiũ & futurorũ facta ecclesiæ, valet fauore ecclesiæ: quia primo istud dictũ nõ videtur verũ: quia regulariter donatio illa non est permissa a iure, imo est nulla.ergo idem dicemus in ecclesia, quæ est cultrix iustitiæ, & actrix honestatis: vt in ca.j.de alie. feud.imo.in acquirendo res temporales, debet ecclesia vti legibus Imperialibus: vt in dicto capitu. cum ad verum.& etiã contra Bartolum tenuit Ludouicus Romanus in dicta lege, stipulatio hoc modo.de verborum obligationibus.& etiam est dicendum, quòd posito, quòd Bar.dicat verum: tamen non facit contra casum nostũ ex eo: quia in casu illo non agitur de præiudicio filij, vt in casu nostro: quia tollitur sibi ius, & fauor, & commodum sibi indultũ a lege ciuili, approbata a iure canonico, vt superius est dictũ: nec est verum ꝙ nõ subiaceat solennitatibus legis ciuilis, quando res deuoluuntur ad ecclesiam, vt est superius dictũ. quinimo Bald.in dicta authentica.quas actiones.dixit, quòd ecclesia non reperitur priuilegiata in actione iuris quærẽdi. sed in actione iuris quæsiti sic. Nec obstat, cum dr̃, ꝙ fauor piæ causę hoc suadet: quia ille fauor non debet esse cum præiudicio ipsius filiæ. & sic cum ista pars innitatur melioribus rationibus & subtilioribus motiuis, est tenenda iudicãdo & ꝯsulendo: vt dixit textus in cap. capellanus, de fer.& etiã cum communiter dictum Bartoli sit reprobatum, vt scribũt Moderni in dicta l.j. & illud reprobat ibi Bal. & Sal.& Rapha.Fulgo.& est etiam fauor ipsius filię, ergo sic erit iudicãdum, vt l.1.ff.de senato.l.atletæ.in prin.ff. de his qui no.infam.l. ita vulneratus. ff. ad.l. aquil.can.de quibus 20.dist.capitul. in canonicis 19. distin.§. quidam.de pęnit.dist.j.Inno.in capit.ne innitaris.de constitu.Ioan.An.in c.j.eo. titul.Host.in c. capellanus, de fer.Bar. in l.fi. C.de pœna iudi.q mal. iudi.& in quæstione, a sententia iudicis & cæt.& Bal. in l.j.ff.de vulg.& pu.& in d.l.j.ff.de senato.& Ange. in l.cum prolatis.ff.de re iudic.& Bald.in d.atletæ.ergo sequitur, quòd secundum istam partem est iudicandum, & sic poterit ista filia dicere de nullitate istius testamenti, & per ista sit satisfactum dicto Bar. in dicta lege prima.¶ Restat nunc videre, quid in statuto: an istud statutum obstet, & circa hoc peroptime scriptum est per dominos consulentes, & idem ego sequor.Et ad hoc liquidò demonstrandum, præsuppono illud, quod Baldo nostro scripsisse placuit ĩ quodam suo eliganti consilio, posito inter consilia Angeli incipiente, Martinus Ioãnes de Florentia.vbi
18 dicit, quod eo ipso quod statuũ exprimit † agnatos masculos, est intentio sua prouidere illis agnatis exclusis sororibus defunctæ personæ: & dicit, quod ista mens statuentium sumitur coniecturatiuè, ex causa & ratione, quæ mouit verisimiliter statuẽtes. Prima causa fuit, ratione cuiusdam cõpensationis præsumpta ex quadam consuetudine modernorum temporum, ex qua consuetudine probabiliter sumitur coniectura mentis, & ratio ipsorum statuentium.l.si seruus plurium.§.fina.ff.de leg.j.consuetudo enim moderna est, ꝙ superstites agnationis succedant oneribus defunctorũ quo ad propulsandas iniurias actiuè & passiuè, & ad multa similia incõmoda.est ergo ęquũ, vt ibi collocẽt cõmoda ꝓueniẽtia ex agnatione,

vbi

vbi collocantur incommoda.l.1.§.final. ff. de aqua pluuia arcend. Secunda ratio est, ratione cuiusdam publicæ vtilitatis, quæ tribuit facultates suas, vt familiarum salua sit dignitas, quæ absque diuitijs non conseruatur.l.ab omnibus.ff.de legatis primo.l.prima.§.si seruus.ff.de ventre inspiciendo. ideo honores, & onera publicorum gerendorum officiorum spectant ad solum virilem sexum.l.secunda.ff.de regulis iuris, & hæc fuit ratio coniecturatiua, mouens modernos iurislatores, quia per agnatos virilis sexus perpetuatur agnatio.l.pronuntiatio.§.familiæ.ff.de verborum significatione, & ibi dixit Bart. quòd vbicunque apparet de ratione legis, debemus verba legis intelligere, seu extendere ad id dũtaxat, ad quod se extendit, & hoc dicit esse infallibile. ita formaliter dixit Bald. in dicto consilio. facit, quod habetur per omnes scribentes in l.veniam.C.de in ius vocando, & per Baldum. Secundo præsuppono illud, quod dixit Bald. in l.si defunctus.C.de suis, & legiti. vbi dixit, quòd præferre genus masculinum fœminino est, æquum: ratio est, quia tendit in fauorem agnationis.

19 Et subdit, quòd † si statutum disponit, ꝙ filia dotata non succedat extantibus fratribus: videtur, quòd sit æquum: quia filia satis debet esse contenta sufficienti dote de quadam naturali, & ciuili æquitate, sed Bartolus dicit, ꝙ huiusmodi statuti non potest reddi ratio in l. liberorum. ff. de verborum signification. Nam æquitas propriè dicitur, quæ semper vna & eadem permanet, vt not. in l.secunda.C.de in ius voc. sed ista ęquitas istius statuti est ęquitas impropriè, & abusiuè: & sic concludit ibi Bartol. quòd licet statutum excludens filias fœminas a successione parentum sit æquum, non tamen est propria & vera æquitas: quia non semper est vna, & eadem. alibi enim tale statutum non esset æquum, iuxta not. in d.l.maximum vitium.C.de libe.preter. & ideo idem Bal. in l. quicunque.C.de ser.fug. dixit, ꝙ tale statutum excludens fœminas est irrationabile, & in l.quod vero.ff. de legi. & ideo Bart. in commento.l.1.C.de sum.tri. dicit, quòd tale statutum est irrationabile, adeo ꝙ non est extendendum ad bona existentia extra territorium statuentis. Istis præsuppositis venio ad istud statutum. Primo disponit, ꝙ si pater decesserit condito testamento, relictis filijs masculis, & filiabus: & in ipso testamento aliquid reliquerit iure institutionis, vel alio modo filiabus etiam si minus sit legitima illud relictum: aduersus filios institutos vniuersaliter, de iure ad repletionem, vel contra testamentum agi, vel excipi non possit per filias, nec modus, nec ẽt conditio causalis, vel alia quæcunque omnis dilatio mera, vel grauamen dicto relicto appositum vel apposita, tolli non possit. ista sunt formalia verba ipsius statuti. Modo ex primo pręsupposito tollo ego de medio istos pauperes, quia statutum considerauit fauorem agnationis, quæ succedit in oneribus ipsius agnationis, circa propulsandas iniurias ipsius agnationis circa conseruandas diuitias, vt superius dictum est: quo casu non possunt isti pauperes inuitari vigore illius statuti, quia ratio, & mens ipsius statuti illos excludit, & maximè: quia dictũ statutum expressit illa verba, filijs, vel liberis masculis, videtur considerasse, rationes expressas a Baldo in dicto suo consilio. licet ergo istud statutum volẽs, ꝙ filia non possit venire contra testamentum, maxime cum ipsum statutũ isto casu sit contra.l.maximum vitium. C.de liberis præteritis, & sic contra ius commune, intelligetur in casu, quo loquitur & nõ vltra. Et pondero subtiliter istud statutum ex eo, quia dicit in ipso testamento aliquid iure institutionis, vel alio modo reliquerit, ꝙ tale statutum non considerauit casum, quando filiã pater pręterijt in testamento suo:

vnde illa verba, vel alio modo, intelligitur simili institutioni, arg.l.si fugitiui.C.de seruis fugitiuis, & c. sedes Apostolica, de rescript. & in clemen. Abbates, eodem titulo, & glo. in cap. damnamus, de summa trinit. & fide catho. & quod notat Bald. in l.& si post tres.ff.si quis cauti. vnde de proprio & vero suo significato illa dictio, alio habet importare simile. vnde dicunt cõmuniter omnes, istud non habere locum, si apponeretur aliqua alia dictio ampliatiua, & generalis: quia tũc ampliaret ad maiora expressis. ista est glo. singu. in cle. 1. de re iudicat. quæ ponit de illa dictione alia quãuis, quę ampliat ad maiora expressis secundùm dominum meum Io. de Imo. ibi. vnde cum istud statutum excludat fœminas, & includat masculos licet sit ęquũ: tamen illa æquitas est abusiua & impropria, & est irrationabile: vt dixit Bart. & Bal. superius allegati, debet intelligi in casu proprio quo loquitur, & non extenditur. vnde cum de iure communi filia parificetur masculo, in successione parentum: vt in dicta l.maximum vitium, & sit instituenda, vt masculus: vt in dicto §.aliud quoq; capitulum, & istud statutum † disponat, ꝙ stet contenta 20 eo, quod pater sibi reliquerit iure institutionis: vel alio modo, intelligi simili institutioni. potuisset enĩ statutũ expressisse de titulo legati, si voluisset, & est verisimile, ꝙ expressisset, quia facile erat exprimere iure legati: vt in c.ad audientiam, de deci. & in c.maiores, de baptis. & in l.1.§.sin autem ad deficientis.C. de caduc.tol. ergo cum non instituerit: nec per modum similem institutioni reliquerit, sequitur, ꝙ debemus remanere in dispositione iuris cõis.l.si extraneus.ff.de cond.ob cau.cum si. Cũ ergo non expressit de titulo legati, vt l.si seruus.ver.non dixit prętor. ff.de acq.hær. ergo. est enim restringendũ: vt sit conforme iuri cõi, etiam per verba impropria: vt l.2.C. de noxal.c.cum dilectus, de consue. cum si. superius allegatis: & maxime in casu nostro, ex eo quia ista filia nõ concurrit cum masculo filio ipsius testatoris, vel cũ alio libero descendente ex masculo, sed ꝯcurrit cum ipsis pauperibus, quorum fauor non debet nocere, aut præiudicare filię ipsius testatoris, vt superius fuit dictũ. Et si quispiã dixerit, amice indica mi- 21 hi casus similes. ego dico, † casus similes institutioni sunt, si testator dixerit lego filiæ meæ dotem pro sua falcidia, vel pro sua legitima: vt voluit Bart. in auth. vnde si parens.C.de inof.test. & ibi Bal. tunc.n. vr̃ iure institutionis reliquisse, & iste modus dr̃ similis institutioni. & est tñ hoc satis consonũ menti statuentiũ: quia non omnes scribentes tenent illud dictum Bar. vnde Sal. in l.quoties.C.de hær.insti. & in auth. vnde si parens.C.de inof.testa. & Io. de Imo. in repe. l.1.§.si ex fundo.ff.de hære.insti. tenent ꝯrium. Et sic cum statutum prędictum dicat, iure institutionis reliquerit, vel alio modo, debet intelligi simili institutioni, quia tale statutum voluit non posse impugnari testamentum illo casu. idem est dicendum, si testator dixisset, relinquo pro sua parte: quia tunc licet Bald. dicat in l.si adulta.C.de hęre.act. valere tale testamẽtum: quia vr̃ instituisse. tñ Sal. ibi tenet ꝯrium, & eum sequitur Ioã. de Imo. in repetitione dicti §.si ex fundo. Et etiã est ponderandum, ꝙ istud statutum dicit iure institutionis, vel alio modo relinquat, qa verbum relinquo, non est restrictum per statutũ, nisi ad modũ similem institutioni, & in casu nr̃o reliqt iure legati, & sic ad dissimilem modũ reliqt, qa aliud est legatũ, aliud hęredis institutio: vt p totũ ti.de hę. inst. & de lega. Et si subtiliter ponderet istud statutũ non nocet ipsi filiæ, qn multomagis isto casu possit dicere testm̃ nullum: quia si põt dicere de nullitate eo casu, quo esset institutus filius masculus vniuersaliter: ergo multomagis poterit dicere d̃ nullitate eo

casu, quo sunt instituti pauperes, & sic primum statutum nullo modo obstat ipsi filię, ad dicendum de nullitate ipsius testamenti paterni. Bene facit, quod not. dominus meus Io. de Imol. in d. §. si ex fundo. in repetitione, vbi dicit esse testatori imputandum. debuit enim consulere peritiores. l. iuris ignorantia. C. qui admit. ad bo. pos. possunt. ¶ Restat nunc videre secundum statutum, quod incipit: filiabus autem, vel fœminis descendentibus, vt supra, vel alijs extraneis vniuersaliter institutis contra ipsas filias, seu extraneos agi possit ad supplementum, non obstante etiā conditione casuali apposita, vel modo, vel grauamine, vel dilatione, vel mora a testatore apposita, qui etiam & quæ, ipso iura sit & esse intelligantur sublata respectu legitimę, & de nullitate testamenti dici non possit p tales filias, vel fęminas descendentes integram legitimam non habentes, vel non pure: & quibus iure cōmuni legitima debetur. ista sunt formalia verba statuti. Est diligenter considerandum circa verum intellectū istius statuti, quia primo tale statutum est durissimum. nā primum statutum si exclusit fęminas filias & voluit esse ꝯtentas eo, quod pater eis iure institutionis, vel alio modo reliquerit: istud fuit propter fauorem masculorum, vt conseruetur agnatio, vt est superius expressum: ista ratio non militat in casu nostro. Quid ergo voluit facere statuens dando potestatem patri, quòd si instituat extraneum, & filiæ relinquat minus legitima, ꝙ possit agere ad supplementum, nec possit dicere de nullitate? est tale statutum satis, vt ita dixerim, durum contra ipsam filiam, quia in eo non consideratur fauor agnationis. debet ergo restringi quantum fieri potest: vt quanto minus præiudicet ipsi filię. vnde videtur dicendum, ꝙ stante illo, quod superius dixi in primo statuto, posito, ꝙ esset filius masculus vniuersaliter institutus, & huic filiæ fuisset relictum iure legati, nec fuisset expressum de legitima, ꝙ nihilominus posset dicere de nullitate: ergo multomagis ī casu nostro, in quo est institutus extraneus, aut ecclesia, aut pia causa. poterit dicere de nullitate, qa habito respectu ad ipsam filiam dicuntur pauperes, vel ecclesia, extranei in hereditate, & bonis patris ipsius: vt expresse hoc dixit Bald. in l. iubemus. C. de testa. vt superius fuit dictum in primo præsupposito. ideo multomagis in casu istius statuti poterit ista filia dicere de nullitate testamenti, in quo sunt instituti extranei. cessat enim illud priuilegium, & illa dictio, tales filias, refertur ad primum statutū, in quo dicitur, ꝙ si aliquid iure institutionis, vel alio modo reliquerit, sed in casu nostro reliquit iure legati, qui modus est diuersus a iure institutionis: vt fuit dictū. ergo sequitur, quòd dicta filia poterit dicere de nullitate non obstante tali statuto. Pręterea posito, non tamen concesso, quod eo casu, quo esset filius vniuersaliter institutus, & ista filia non posset dicere testamentum istud nullum, in quo pater iure legati reliquit. illud fuit propter fauorē filij masculi ad conseruationem agnationis: sed in casu istius secundi statuti cessat ille fauor masculi, & agnationis. ergo cessat dispositio, arg. cap. cum cessante, de appellat. l. generaliter. C. de episcop. & cleri. cum simi. ex quo sunt instituti extranei. vnde illud primum statutum debet multo plus excludere filiam a iure dicendi de nullitate testamenti, quàm quando est institutus extraneus vniuersaliter: vt in casu nr̄o. Præterea istud statutū est stricte intelligendum in casu, in quo loqtur, quia est contra ius cōmune: vt in d. l. maximum vitium, & dicit tale statutum, tales filias integram legitimam non habentes, considerando personas, in qbus illa verba prolata sunt. videlicet persona parētis, qui debet filiam instituere: vt in d. §. aliud quoq; capitulum. & cōsiderando ipsam filiam, quæ debet habere iure institutionis. & considerato, quòd loquitur de patre testante, videtur necessario dicendum, ꝙ dictum statutum loquitur eo casu, quo pater instituit filiam in minus legitima. & iste intellectus est capiendus ex eo: quia magis concordat cum iure cōmuni: & ex eo quia magis nocet filiæ: & ex eo quia non propter hoc conseruatur agnatio, argu. l. final. §. in computatione. per gloss. C. de iure deliber. cum si. ideo tunc filia non poterit dicere de nullitate testamenti, quando pater reliquit sibi minus legitima iure institutionis sub conditione, vel grauamine, vel mora: quia iam etiam dubitatur apud multos, vtrū tale testamentum sit nullum: vt no. in l. si pater. C. de insti. & substit. & in l. quoniam. C. de inof. testa. & in l. suus quoque. ff. de hæredi. insti. ideo tale statutū videtur disposuisse, quòd tunc ista filia non possit dicere de nullitate, quando est instituta in minus sua legitima sub conditione casuali, secus videtur disponere, quādo non est instituta: sed iure legati habuit, vel saltem nunc remanebimus in dispositione iuris communis. & est verisimile hoc, ex quo agitur de fauore filij masculi, & sic agnationis. & sic non simpliciter statutum istud aufert huic filiæ ius dicendi de nullitate testamenti. Et si quispiam dixerit, imo simpliciter aufert a maioritate rationis, vt colligitur ex eodē statuto in ver. inter filios, seu liberos alios, quorum aliqui fuerint instituti vniuersaliter, & aliqui, quibus legitima relinquitur, vel minus legitima, vel non pure, ius commune debeat obseruari. & subdit. vbi tamē minus legitima relictū est, vel nō pure, tunc agi possit solum ad supplementū, & de nullitate talis testamenti dici nō possit p tales filios. ecce nunc, ꝙ si filius præterit⁹ nō pōt dicere de nullitate, quāto magis non poterit dicere de nullitate filia ꝑterita, ar. c. cū in cūctis. de elec. & auth. multomagis. C. de sacrosan. ec. Ad hoc dicendū est primo, qa in ipsa clausula statuti annectiť fauore alterius filij masculi instituti. ideo statutū voluit dare illā prærogatiuam patri instituendi vnū filium hæredem vniuersalē alteri filio minus legitima relinquendo: sed istud nō ꝓcedit in casu nostro, ex eo quia nō agitur de fauore alterius filij masculi instituti. Item respondetur & aliter: qa dicta clausula statuti loquitur, quando relinquitur minus legitima sub conditione casuali, intelligiť iure institutionis tale statutū, ex quo sunt verba iuris municipalis iuxta illud, qđ colligitur ex dictis doctorum in dicto capitu. Raynutius. in versiculo. requiris quod intelligitur iure institutionis: quia sunt verba Papæ. & iuxta illud, quod etiam colligitur ex dictis doctorum in l. humanitatis. C. de impuberum. in versicu. legitima † relicta intelligitur iure institutionis: 22 quia illa non sunt verba testātis, sed sunt verba Imperatoris: vt latè scribit dominus Ioannes de Imola in repeti. l. j. §. si ex fundo. ff. de hæredi. institu. & sic tale statutum loquitur eo casu, quo fuit iure institutionis relictum minus legitima. & ita etiam est dicendū in isto secundo statuto incipiente, filiabus. quod refert se ad primum statutum ex eo: quia dicit, tales filias: & in illo statuto dicitur minus legitima relinquat: quia necessario debet intelligit iure institutionis: qa sunt verba iuris municipalis: vt est dictum. Et quod omnia superius dicta in istis statutis sint verisimilia, apparet liquido ex tertio statuto incipiente. Itē dicimus, quod si tales filiæ præteritæ fuerint ab ipso testatore inserta causa præteritionis, nō valeat testamētū: ecce nūc qualiter ex illa dictione, itē: quæ est continuatiua: vt l. in repetendis. ff. de leg. 3. comprehenditur manifeste, quòd in pręcedentibus statutis nō fuerat expressum, quādo testamentum erat nullū ex præteritione; qa ad qđ emanasset istud statutum

tutum loquens de preteritione, ex quo iam antea disposuerat, quando filia fuerat preterita, & sic illa prima statuta loquuntur, quādo fuit instituta sub conditione casuali, vt dictum est. vnde vult istud statutum, ꝙ si masculi extarent instituti, vel alij, qui ipsas fœminas excluderent ab intestato. ergo sequitur, ꝙ ex nulla parte ipsorum statutorum, ista filia videtur exclusa a iure dicendi de nullitate testamenti in casu, & themate isto. quinimo videtur casus in fauorē filiæ in dicto statuto a contrario sensu. tunc enim filia præterita non potest venire contra testamētum, qn̄ extant masculi instituti superius dicti, vel alij, qui tales fœminas excluderent ab intestato. Ex quo sequitur, ꝙ si filia est preterita non extantibus filijs masculis institutis, vel alijs institutis excludentibus ipsas filias ab intestato, ꝙ ipsa filia potest venire contra testamentum, & sic dicere de nullitate ipsius, tāquam præterita. præterito enim filio datur ius dicendi nullum testamentum patris: vt l. filio præterito. ff. de iniusto testa. l. inter cætera. ff. de libe. & posthu. cum si. ergo sequitur, ꝙ videtur tale statutum permittere filiæ dicere de nullitate: & formaliter in isto statuto videtur casus in fauorem ipsius filiæ, inducēdo a contrario sensu: vt superius induxi, & ad hoc alleg. quæstionem relatam per Cy. & Bald. in l. si cum dotem.
23 in principio. ff. soluto matri. vbi dicunt, statuto † caueatur, ꝙ non extantibus masculis filia fœmina succedat, ꝙ si contingat masculos extare, excludetur fœmina a contrario sensu, quod argum. est validum in statutis, quia sicut est validum a contrario sensu argumentum in legibus: vt l. ex eo. ff. de testibus. l. 1. §. huius rei. ff. de officio eius. c. publicato, de ele. c. cum Apostolica, de his quæ fiunt a prælatis. Ita est validum in statutis municipalibus, quæ pars sunt iuris ciuilis: vt in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. notat Bald. in l. conuenticulam. C. de episcop. & cleri. & in l. apud antiquos. C. de furtis, & Bartol. in dicta l. omnes populi. Idem dicimus in rescriptis: vt est glossa in l. si procuratorem. §. ignorantes. ff. mandat. Idem dicimus in pacto. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pactis dota. Idem dicimus in vltima voluntate: vt l. quod purè. ff. quando dies lega. cedit. Idem dicimus in sententijs. l. Pomponius. §. sed si is. ff. de procuratoribus. Ita dicamus in casu nostro a contrario sensu in isto statuto, & ita consuluit Dy. in ciuitate Florentiæ, sequitur Bald. & Angel. in dicta l. si cum dotem in principio. Et si quispiam dixerit, ꝙ Moderni scribentes ibi tenent contrarium, etiam consulendo. Ego respondeo, quia ipsi mouentur ex eo: quia illud statutum est exclusiuum ipsius fœminæ a successione paterna, & sic est contra dispositionem iu-
24 ris communis: vt d. l. maximum vitium, & ideo † per argumētum a contrario sensu in statuto non debet iudici iuris communis correctio est euitāda: vt l. sancimus. C. de testa. l. pręcipimus. C. de appella. cum si. ideo glossa singula. in cap. cupientes. §. ꝙ si per viginti, de elect. libr. 6. dicit, ꝙ non debet induci correctio iuris communis per sensum subauditum, & improprium. allegant, quod not. in l. 2. C. de cōdi. inser. vbi non debet iudici. argumen. a contrario sensu, vbi resultat iuri contrarius intellectus: vt no. glo. in cap. 1. de ætate, & qualitate. libro sexto, & quod not. Bal. in l. conuenticulam, & Barto. in dicta l. omnes populi, quia posito, ꝙ dicant verum in quæstione Dyni, Baldi, & Angeli: ex eo quia agitur de excludenda filia a iure communi, quod hic non decido: quia non pertinet ad quæstionem nostram: tamen illud est diuersum in casu nostro ex eo, quia istud statutum excludit filiam præteritā a iure veniendi contra testamentum, & sic tale statutum est contra ius commune, vt in dicta l. filio præterito. cum similibus, & arguendo a contrario sensu, filia reducitur ad terminos iuris communis, quo casu dictant omnia iura, omnes libri, omnis denique iuris prudentia, quòd etiam per sensum subauditum, & improprium debent statuta reduci ad terminos iuris communis: vt voluit tex. not. in capitu. cum dilectus, de consuetu. vbi impropriantur verba, vt consuetudo sit conformis iuri communi, & in capitu. causam quæ, de rescriptis. impropriantur verba, vt rescriptum sit conforme iuri communi, idem in statuto, vt est textus melior de iure in l. si serui vestri. C. de noxalib. & etiam eo maxime: quia argumentū a contrario sensu valet idem quod textus legis, vt probatur in cap. humanum genus. iuncta gloss. j. distin. & late ibi not. dominus Dominicus, & ideo illi Moderni non tenēt dictum Baldi, Dyni, & Angeli: ex eo quia illud argumen. a contrario sensu excludit filiam a iure communi, ergo si includeret, & reduceret eam ad ius commune, esset secus. Et sic cum in proposito nostro istud statutum excludat istam filiam a iure contradicēdi testamento prædicto, stātibus filijs masculis institutis, vel alijs institutis, qui excluderent illam ab intestato: licet sit prædicta causa inserta, vel non, sequitur, quòd non extātibus supradictis filijs institutis, vel alijs institutis excludentibus eam ab intestato, poterit filia præterita venire contra testamentum, & ista videtur pura, & indubitata veritas. Et sic ista statuta nullo modo excludunt istam filiam a iure dicendi testamentum nullum, & licet pauperibus sit fauendum, non tamen cum præiudicio filiæ. Et ex istis concludo ipsam filiam posse dicere de nullitate testamenti non obstante doctrina Bartoli, & ipsis statutis. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Testator cum hærede instituta in vniuersum filia dixisset, quòd si eam mori intestatam sine legitimis filiis, vel eius filii, contingat, domum meam volo ad hospitale pauperum de Luca peruenire: subiunxit, dictam meam filiam vniuersalem hæredem instituo, solutis primum legatis omnibus, & deinde bonorum immobilium alienationem inhibuit. Ante omnia dicta legata soluenda fuisse, nec eam hæredem testari, vel aliter dictis rebus disponere potuisse, Barbat. respondet.

SVMMARIVM.

Argumentum a contrario sensu cessat, vbi resultat absonus sensus, vel iuri contrarius, vel correctorius. nu. 2.

Ablatiui absoluti conditionem inducunt, quæ seruanda est ad vnguem. nu. 4.

Substituti tacitè ij videntur, quorum contemplatione alienatio prohibita est. nu. 5.

Testator id voluisse præsumitur, quod verbis expressit. num. 10.

Hæres voluntatem testatoris, ex apparentibus verisimilibus signis, coniecturis, & indicijs declarare potest. nu. 11. & 12.

Declaratio voluntatis testatoris dicitur potius actus testatoris, quàm declarantis. nu. 13.

Contractus mulieri vtilis, in quo solennitas statuti non interuenit, valet. nu. 15.

Statuti generalia verba casum statuentibus impossibilē non comprehendunt. nu. 16.

Legatum soluens ex valido testamento, cætera omnia debet: secus si soluit ex inualido. nu. 17.

Legata, vel fideicommissa pura, vel in diem certam relicta non possunt alienari: sed conditionalia, vel in incertam diē relicta possunt interim, conditione tamen existente, fingitur factum retro nullum. nu. 21. & 22.

CONSILIVM XL.

Consultationis Huius pũcto viso, & matu re pensato, est videndum, quæ fuerit mens ipsius testatoris, dum in dicto suo testamento dixit, ꝙ si cõtingeret infrascriptam dominam Franciscam eius filiam, & hæredem mori intestatam sine filijs legitimis: vel filios ipsius dominæ Frãciscæ mori intestatos, ꝙ domus ipsius testatoris perueniat ad Hospitale pauperum de Luca. Et postea subdit, itẽ simili modo legauit dictus testator &c. & postea cum in stitutionem fecit, dixit, in omnibus bonis suis instituit dictus testator sibi hæredem vniuersalem dominam Franciscã eius filiã, solutis primo omnibus suprascriptis iudicijs, & legatis, cui inhibuit distractionem & alienationem bonorum immobiliũ ipsius testatoris. Quid voluit sentire testator per suam dispositionem prædicto modo conceptam. Primo em̃ videtur copulasse duo, videlicet quòd tunc habeat locum legatum prædictum, si illa hæres intestata sine filijs decesserit. Et inquantum dicit, vel filios ipsius dominæ mori intestatos, videtur inuitasse post mortem ipsius filiæ, ipsos filios: & voluit, quòd si intestati decesserint, quòd habeant locum legata prædicta, & sic dicta legata non habent locum eo casu, quo dicta filia decesserit testata, vel filij ipsius filiæ decesserint testati. sed in casu nostro ista filia decessit testata. ergo sufficit ad excludendum ipsos legatarios: & per consequens non habent locum legata prædicta ex eo: quia legatarij prædicti vocati & inuitati fuerũt eo casu, quo concurrant simul prædicta, videlicet ꝙ sine filijs decedat. & intestata, ar. l. si plures. ff. de ꝯdi. institu. Et est bene ponderandũ, ꝙ iam ista dña Frãcisca erat in ætate, in qua poterat ꝓpriè capi illud verbũ, mori intestatam. videlicet, cum posset testari, & nõ fuit testata. iuxta no. in l. j. ff. de suis & leg. & in l. intestatæ. ff. de leg. tuto. & in l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. & ꝑ Bal. in c. j. de succe. feu. Ang. ꝯsilio 25. & in l. in testamento. C. de testa. milit. Salice. in dicta l. cũ antiquioribus. Io. de Imo. in l. centurio. ff. de vulga. & pup. Et sic in casu nr̃o, cũ ista mulier fecerit testamentũ, sequit̃, ꝙ de mente ipsius testatoris fuit, ꝙ legata ipsa non deberent. videt̃ enim voluisse, quòd dicta filia haberet in sua potestate testãdo disponere de ipsis legatis, & per consequens dicti legatarij nullũ ius ꝯsequi possunt ad ipsa legata. verba enim declarant mentẽ. l. ille aut ille. §. cũ in verbis. l. nõ aliter. ff. de le. 3. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de suppel. lega. voces enim sunt earũ quę sunt in anima passionũ notæ: vt inquit philosophus in primo perihermenias, & istud videtur verissimũ, ꝙ ipse testator voluerit præferre piæ causæ, & sic ipsis pauperibus filiã suam & natos ex ea: vt pulchrè dixit Bal. ĩ l. iubemus. C. de testa. & l. & in epistola. C. de fideicõ. & in repetione. l. j. C. de sacrosan. eccle. & Ioan. de Imo. in capit. fina. de dona. & D. Pe. de Ancha. ꝯsil. 43. gl. in l. si quis ad declinandã. C. de epi. & cle. & tex. in c. quicũq; 17. q. 4. cũ ergo testata decesserit, ergo defecta est conditio. voluit enim testor ponere in volũtate filiæ ius disponendi de d. domo, & bonis legatis. Et sic quò ad exclusionẽ pauperũ testator duo fecit: videlicet, ꝙ excluderẽt ꝑ filiã, si testata decederet, vel ꝑ liberos, si testati decederẽt. vñ sufficit vnã ꝑtẽ istius disiũctiuæ esse verificatã & purificatã iuxta no. in l. is q ducẽta. §. vtrũ. ff. de reb. du. vnde videt̃ inuitasse ipam filiã, vł ipsos liberos testatos ad exclusionẽ pauperũ, ar. eius, qđ not. gl. in l Lucius. ff. de hæred. instit. & l. generaliter. §. cum aũt. C. de instit. & quod not. in leg. filiusfa. §. cum quis. ff. de leg. j. & in l. j. C. de condi. inser. & l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad trebellia. & per modernos in l. si cum dotẽ. in prin. ff. so. ma. & sic videtur, ꝙ isti pauperes sint exclusi. Et ista erant, quæ iudicio meo faciebant dubiũ in præsenti consultatione. ¶ Et licet ista sint colorata: tamen casum nostrum nõ attingũt. ideo illis nõ obstantibus contrarium puto de iure verius, videlicet, quòd pauperes possint consequi legatum illius primi testatoris. Et primo præsuppono, quòd ꝑ sensum a cõtrario sumptum ex verbis ipsius testatoris, ista filia domina Francisca videtur inuitata ad istud legatum, exclusis pauperibus, vt apparet ibi, dum dixit, si contingeret dictam dominam Franciscam intestatam sine liberis decedere, quo autem ad ipsos liberos non est facienda difficultas: quia iam decesserunt ante ipsam D. Franciscam. Sed dubium instat, si ipsa domina Francisca excludat ipsos pauperes, & sic ex argu. sumpto a cõtrario sensu ipsius testatoris

1 excluduntur pauperes. & licet ar. † a contrario sensu valeat in verbis testatoris, vt leg. quod pure. ff. quando dies lega. ce. Idem dicimus in pacto: vt valeat a cõtrario sensu: vt l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dotal. Idem in sententia: vt l. Pomponius. §. sed si his. ff. de procurator. Idem in rescripto: vt gloss. est solennis in l. si procuratorem. §. ignorantes. ff. manda. Idem in statuto. Bar. in l. omnes populi. de iusti. & iure. & Bald. in l. cõuenticula. C. de episcop. & cleri. & in l. apud antiquos. C. de fur. & in l. si cum dotẽ

2 in princi. ff. soluto matrimonio. tamen †, illud arg. a contrario sensu dicitur coniecturatum, per no. in d. l. apud antiquos. C. de fur. & illud, quod fit per cõiecturas dicitur fieri impropriè: vt not. in l. licet Imperator. ff. de le. j. & not. in l. j. & 2. C. de testamento milita. & tale argu. a contrario sensu cessat vbicunque resultaret absonus intellectus, vel iuri cõtrarius, vel correctorius: vt in l. 2. C. de condi. inser. & in l. conuenticula. C. de episc. & cler. & in c. cum apostolica. de his quæ fi. a præla. & in c. nullus. de foro compe. & no. in c. publicato. de electio. & sic per argu. a contrario sensu non videtur correctio eiusdem voluntatis, maximè in eodem testimonio, quia non est præsumptio, quòd incontinenti testator se correxerit: vt d. l. non ad ea. ff. de cond. & demon. iuxta illud Terentianum, hui tam cito. Secundo præsupono, ꝙ ista Francisca, nec isti liberi, videntur inuitati ad ista legata: vt probat tex. formalis in l. j. C. de pact. & l. ex facto. §. ex facto. ff. ad tre. l. generaliter. in prin. in ver. cui enim intellectus est ferendus, ibi, omni penè fructu paterno defraudari. C. de insti. vbi non ex tacito iudicio testatoris vocantur. & l. iubemus. versi. idem in retinenda. C. ad trebel. vbi in præcedenti parte legislator posuerat casum, ꝙ si testator grauat fratrem institutum de restituendo alteri confratri, si decesserit sine liberis, & fiat restitutio: adeo vt fructus ex hæreditate percepti in eadem ꝯputentur. postea in d. ver. idẽ. dicit idẽ esse, videlicet vt fructus in treb. nõ computẽtur, si testator rogauit filios de restituendo nepotibus: & sic cum illo versiculo faciat mentionẽ de filio grauato liberis restituere iure fideicommissi, videtur, ꝙ eodem iure ipsi ad hæreditatẽ nõ sint vocati, cũ nõ comprehendantur ex illis verbis: scilicet, si decesserint sine liberis, positis circa institutionẽ filij in prima parte legis. & ideo dixit Ang. in d. l. Lucius. ipsos liberos non venire ex testamento, sed ab intestato. Cum ergo in ꝓposito cessent liberi: &

3 extiterit ipsa filia testata: ergo non † potuit venire ex testamẽto per d. iura. ergo nec ab intestato: q̃a iã hæreditatem adiuit, & sic non potuit pro parte esse testatus & ꝓ parte nõ: vt l. ius nostrũ. ff. de regu. iur. & no. in l. j. & 2. C. de testa. milit. & etiam facit ratio inconuincibilis: ista domina Frãcisca fuit vocata sub ꝯditione, si cõtingeret eã intestatã, & sine liberis decedere.

cedere, ergo non est vocata in dispositione.l. si quis sub conditione.ff. si quis omi.cau.te. facit text.in d.l. filius fa.§.cum quis.& gl.in d.l.ex facto.§.si quis rogatus.alias.§.ex facto.& etiam facit, qa verba testatoris sunt concepta in hunc casum, si intestata sine liberis decesserit: ergo si testata, istum casum testator non expressit, ar.l.commodissime.ff. de lib.& post.l. si extraneus.ff.de cond.ob cau.c.susceptũ.de rescrip.li.6. cum si. & istam partẽ sequitur Bar. Ang. Bal. Ioã. de Imo.in d.l.Lucius.& ibi Frãciscus Tigrini de Pisis,& Bar.in l.Centurio. ff. de vulg.& pu.in 3.q. principali & Bald.in l.cum acutissimi.C.de fideicom.& consuluit domi.Pet.de Anchar.ꝯsilio 14.& consilio 130.& Ioannes de Imo.in dicto.§.cum quis.& bene facit.d. l.j.C.de condi. inser.vbi videntur vocati conditionaliter.ergo nõ dispositiuè,& sic apparet liquidissimè, quòd ista domina Francisca. posito quòd fecerit testamentum, non videtur inuitata ad ista legata,& per hoc tollitur illud,quod dicebatur,quòd testator præsumitur velle præferre filiã suam piæ causæ:quia in casu isto eam non vocauit: & maxime quia eam instituerat hæredem in omnibus bonis suis, & ista legata pia dantur in redemptionem animæ ipsius legantis.iuxta illud elegantissimum verbum, positum apud illum patientissimum virum Iob:pellem inqt, pro pelle, & omnia sua, q̃ habet donat homo ꝓ aĩa sua.Facit, qđ no.in l.illud.& l.j.C.de sacrosan.eccle. & in l.id qđ pauperibus.C.de episcop.& cle. Tertio præsuppono verba dispositiua prolata per ipsum testatorem in ipso testamento, dum dixit,in omnibus autẽ suis bonis, & addit, solutis primo omnibus supra scriptis indicijs, & legatis præfatis, instituit sibi
4 hæredẽ ipsã dominã Franciscam &c.nam illi † ablatiui absolutè positi faciunt ꝯditionẽ.l. a testatore. ff.de conditio.& demonstra. quæ conditio est seruãda ad vnguem:vt l.Meuius.& l.qui hæredi.ff.de ꝯdi. & demonstra.fuit ergo volũtas & dispositio expressa ipsius testatoris, ꝙ dicta domina Francisca filia instituta primo soluat dicta legata.ergo sequitur, ꝙ dicti pauperes pure sunt vocati ad dicta legata.Quarto ꝓsuppono, quòd ipse testator inhibuit alienationẽ & distractionem ipsorum bonorũ immobilium testatoris, & certũ est, ꝙ aut ista prohibito emanauit in fauorẽ ipsorum liberorũ, autẽ emanauit in fauorẽ ipsorum pauperũ, quodcũque istorũ detur, videtur restricta illa potestas, dum testator dixit, si fine liberis intestata decesserit. Quia si emanauit fauore liberorum, & ꝙ dicti liberi includantur, videtur, quòd mens & intentio ipsius testãtis fuerit, ꝙ ipsa domina Francisca eius filia testaretur in fauorem ipsorum liberorum, & sic commodum & vtilitatem ipsorũ liberorum relinqueret: qa istud est verisimile, si testator voluit includere ipsos libros ad ista legata. & ipsi liberi extarẽt tempore mortis ipsius dominæ Franciscæ hæredis, illa verba, si in intestata, important hoc, ꝙ liberis extantibus testator voluit, & præsumpsit, ꝙ filia prædicta illa relinqueret liberis suis: quia aliter non prohibuisse alienationem.& sic non videtur testator potestatem dedisse per illa verba a contrario sensu dictæ filiæ hæredi institutæ, quod posset de illis testari, legando extraneis: quia illa prohibitio alienationis videtur emanasse in fauorem ipsorum liberorum,& ipsis liberis nõ extantibus videtur emanasse in fauorem ipsorum hospitalium, & pauperũ, qui bus legauerat. & sic nõ videt̃ voluisse potius ꝓuidere voluntati filiæ, vt possit de eis testari & relinquere, cui voluerit: quia imo videtur potius prouidisse ipsis liberis, qbus non super existentibus videtur prouidisse ipsis pauperibus: & sic animæ ipsius testatoris. Aut illa ꝓhibitio alienationis emanauit in fauorẽ ipsorum pauperũ principaliter: & tunc idẽ est dicendum, quòd mens & volũtas ipsius testatoris fuit, quòd potius illa relicta venirent ad pauperes & per illa filia sua instituta hęres testaretur in dictos pauperes, & in dicta Hospitalia de illis bonis & sic videtur, ꝙ isto casu ex quo nõ extãt liberi ipsius veniãt isti pauperes: qa si voluisset ponere in libera volũtate illus filiæ, ꝙ de dictis bonis testaretur, ad quid prohibuisset alienationem & distractionem dictorum bonorũ? Ideo fauore liberorum illa prohibitio emanauit principaliter,& consequenter illis liberis mortuis, in fauorem ipsorũ Hospitaliũ, seu ipsorum pauperum: & sic cum prohibuit hæredi alienationem videtur inuitasse ipsos liberos prius, quibus nõ extãtibus, videtur inuitasse ipsos pauperes, & ipsa pia loca
5 expressa ab ipso testatore: nam vbicunqe † apparet, quorum fauore testator inter dixit hæredi alienationẽ, videtur substituisse tacite ipsos tales ad succedendum in dictis rebus ꝓhibitis alienari, posito ꝙ testator nihil expresserit de ipsa substitutione, istud fuit singulare dictum Bal. in l.quoties.C.de fideicommis.la prima.in versiculo. nota ex qualitate rei, ꝙ testatore voluerint rẽ remanere in agnatione ꝓsumitur tacitũ fideicõmissum, quod dicit esse no. dignum.nam cum vna sola ratio possit testatorem mouere.talis ratio debet haberi ꝓ expressa: vt l.quãuis.C.de fideic.& in casu nostro proposito iste testator ita videtur voluisse, inquantum voluit, quòd solutis primo legatis suprascriptis, filia esset hæres, & voluit, quòd non posset alienare, vel distribuere bona immobilia. vnde videtur velle, ꝙ post mortem filiæ veniãt liberi, & post mortem liberorum veniãt dicta Hospitalia, & sic videtur tacite fideicommisisse. Et ideo Bar. in l.si ita quis.§. ea lege.ff.de verborũ
6 obligationib. dixit quòd quãdoq; prohibetur † alienatio simpliciter, puta fundi dotalis,& tunc non est prohibita hæredis institutio.l.j. ff.de fundo do.l. quędam.ff.de acquiren.rerum dom.ratio est in prõptu: quia non potest omni tempore viuere: ideo oportet quòd habeat hæredem. & iste non est casus noster: quãdoque prohibetur alienatio in certas personas singulares.& tunc nec per hæredis institutionẽ, nec ab intestato potest venire, quòd non fiat cõtra prohibitionem, aut prohibita est alienatio in certum genus personarum, vt non alienes extra familiam: tunc aut persona prohibita est hæres legitimus, & talis prohibitio ad eum non extenditur: vt l.cum pater.§.cum inter.lege, peto.§.fratre.ff.de lega.2.l.pater.§.Iulius Agrippa.ff.de le.3. aut est hæres testamẽtarius & in eũ videtur prohibita alienatio: vt dicto §.fratre. quod tenuit Iacob. de Areti. & Dyn.idem etiam voluit Ang.in d.§.ea lege. & Bart. & Angelus in lege filiusfa.§. diui.ff.de leg.j. Bald. in l.ea lege.C. de condict.ob cau.& iste est casus consultationis nostræ. Modo in proposito apparet de persona, cuius fauore & respectu facta extitit dicta prohibitio, vt est ecclesia, aut Hospitale prædictum. ergo sequitur, ꝙ vocati videntur post mortem ipsius hæredis, liberi si extent:& si non extant, vocatur dicta hospitalia, seu hæredes nominati ab ipso testatore. Et si dicat, amice, hic non fuit expressa causa prohibitionis alienationis: ergo fuit nudum præceptum: ergo ineptum, iuxta notata in dicta l.filiusfamilias.§.diui. Respondeo, quòd iam apparet causa satis bene ex eo: quia illa prohibitio emanauit, quia volebat, quòd venirent liberi sui, & eis mortuis venirẽt hospitalia, seu pauperes prædicti.facit, quod no.ibi Bar.& quod voluit Bald.in dicta.l.quoties.& iam satis apparet causa istius prohibitiõis expressa: quia illa bona immobilia, domum & alia legauerat dictis pauperibus seu hospitalibus, & post mortem ipsius hæredis vocauerat ipsos liberos, & postea ipsos pauperes, seu ipsa hospita-

hoſpitalia. & propter hoc prohibuit alienationem, & ſic videtur prohibuiſſe hæredis extranei inſtitutionem. Iſtis præſuppoſitis vt veriſſimis, arguo hoc modo inconuincibiliter: teſtator voluit hæredem ſuum primo, & ante omnia ſoluere legata facta per eum ipſo ſuo teſtamento. ergo ſequitur, ꝙ noluit ipſum hæredem poſſe de illis teſtari, & aliter diſponere, ex quo verba ipſius teſtatoris plana & aperta ſunt, nec egent adiuuamine, maximè adiuuamine a cõtrario ſenſu. ſed ſi nos aſſumimus argumentum a cõtrario ſenſu, vt colligitur ex illis verbis, ſi inteſtata ſine liberis deceſſerit, ſequeretur correctio voluntatis expreſſæ ipſius teſtatoris, cũ expreſsè mandauerat primo
7 ſolui. ſed per coniecturam & ſubauditum † ſenſum non debemus inducere legum correctionem. gloſſ. in capitul. cupientes. §. quòd ſi per viginti. de electio. libro 6. quinimo per ſenſum ſubauditum & improprium debemus excludere legum correctionem: vt l. ſi ſerui veſtri. C. de noxalibus. capitu. cum dilectus, de conſuetu. capitul. cauſam quæ. de reſcript. capit. dilectio. de verbo. ſigni. gloſſ. in capitul. ſtatutum. de præben. libr. 6. cum ſimili. & etiam induceretur correctio in alio, videlicet qa ex quo prohibuit expreſsè alienationem & diſtractionem dictorum bonorũ immobilium, ſequeretur, quòd illud arg. a ꝯrio ſenſu corrigeret in duobus expreſſam diſpoſitionem ipſius teſtatoris, videlicet ꝙ legata facta ipſis hoſpitalibus & pauperibus non ſoluerẽtur, & ꝙ poſſent alienari: qa teſtando quis alienat, iuxta not. in l. ſi quis prioris. C. de ſecun. nup. & plene per Bart. in dicto §. ea lege. & in locis ſuperius allegatis, & etiam ſequeret aliud, ꝙ tacitum vinceret expreſſum, ꝙ eſſe non
8 debet. imo † expreſſum facit ſilere tacitum: vt l. fi. C. de pact. conuen. cũ ſimil. Et ſic illa verba intellecta veraciter & legitime nullo modo nocent ipſis pauperibus & hoſpitalibus. Nec etiã eſt veriſimile, ꝙ teſtator voluerit reuocare legata ita piè facta in redẽptionem animæ ſuæ, & reponere in libera volũtate ipſius filiæ, in quam cauſam ipſa filia in dictis bonis teſtaretur. pellem enim pro pelle, & omnia, quæ habet, donat homo ꝓ anima ſua: vt eſt ſuperius dictũ. l. ſancimus. C. de ſacroſanctis eccleſijs. c. cũ infirmitas. de peni. & remiſſi. anima etiã eſt præferenda cũctis rebus. Et ſi quiſpiã dixerit, or bene, amice, in caſu
9 iſto agitur etiã de fauore alterius piæ cauſę, quę † eſt priuilegiata, quo caſu ceſſabit priuilegiũ aliud, & reduceretur res ad terminos iuris cõmunis, vt in authẽtica, quas actiones. C. de ſacroſanctis eccleſijs. c. in præſentia. de probat. l. ſed & milites. 1. & 2. ff. de excu. tuto. cum ſi. Ad hoc reſpondeo cum eo, quod Romano Pontifici venit in mentem in c. ex tenore. de foro compe. vbi dicit, ita ſumus viduis & pauperibus in iuſtitia debitores, ꝙ alijs iniuſtitiã facere non debemus. ita in propoſito noſtro, nõ debet fieri iniuſtitia iſtis pauperibus & hoſpitalibus propter fauorẽ alterius piæ cauſæ: nec debet diſcooperiri vnũ altare, vt cooperiatur aliud: vt l. aſſiduis. C. qui poti. in pigno. hab. nec iſta priuilegia ſunt paria. nã iſti pauperes habent priora iura & priorem diſpoſitionem ipſius primi teſtatoris. vnde nec potuit iſta hæres præiudicare primo teſtatori: quinimo nullum ius in dictis legatis competit dicto altari, ſeu capellæ. ideo tunc ceſſat illa diſpoſitio de priuilegiatis: vt l. fin. ff. ex quib. cauſis ma. quinimo poſito, ꝙ illi liberi eſſent viui, eſſet dubiũ non mediocre, vtrum excluderent iſtos pauperes, & iſta hoſpitalia in vita eorum ex eo: quia non videntur vocati in diſpoſitione, ſed ſolum in cõditione, & per conſequens non videntur inuitati ad dicta legata, licet ſuper hoc non ſit inſiſtendum, ex eo quia liberi non extant. ſicut ergo iſta filia hęres non potuiſſet alienare in præiudicium ipſorum filiorum tenẽdo opinionem gloſſæ in dicta l. Lucius. ergo multo minus potuit alienare in præiudicium iſtorum pauperum, ſeu iſtorum hoſpitalium, etiam inſtituendo, vt fecit, & vt ſuperius dictum eſt. Et ſic videtur, quòd huiuſmodi legata debentur ipſis pauperibus, ſeu hoſpitalibus, non obſtante diſpoſitione ipſius dominæ Franciſcę. ¶ Nec obſtant allegata in contrarium. Primo cum dicitur, quòd teſtator vocauit ipſos pauperes eo caſu, quo filia hæres inſtituta decederet inteſtata ſine liberis, vel ipſos liberos mori inteſtatos cõtingeret: fuit ergo opus, vt legata prædicta ſortirentur effectum, quãdo decederet ſine liberis & inteſtata: ſed ipſa deceſſit cum teſtamento. ergo defecit cõditio: quia ad hoc patet rñſio ex ſupradictis. Primo;
quia illud præſumitur † teſtator voluiſſe, quòd verbis ſuis expreſſit. l. non aliter. ff. de lega. 3. ſed ipſe expreſſit, quòd volebat primo ſolui dicta legata. ergo ſequitur, quòd in omnem euentum voluntas teſtatoris fuit quòd dicti pauperes haberent legata, nam vbicunque manifeſtiſſimus eſt ſenſus teſtatoris, interpretatio verborum nuſquam tantũ valet. vt melior ſenſu exiſtat: vt eſt tex. pulcher, & melior de iure in l. 3. C. de libe. præteri. cum ergo mens teſtatoris ſit manifeſta per illa verba ita clara, ad quid oportet ire per interpretationes verborum, & per coniecturas, & per argumenta a contrario ſenſu, vt ſuperius eſt dictum: tum etiam quia iſtud eſt veriſimilius: & ſermones noſtri ſunt aptandi rebus intellectu fruentibus: vt dixit tex. aureus in l. ſi ita quis. verſi. quòd nemo ſanus loqueretur. ff. de euictionibus. & Bal. in l. j. C. de ſer. fugit. quis enim ſani capitis diceret, quòd teſtator per illa verba a contrario ſenſu voluerit reuocare legata pijs locis relicta, & illa nec attribuere, aut relinquere liberis, ſed ſolum reponere in voluntate filiæ: vt ſi teſtaretur, illa legata eſſent adempta & reuocata illis pauperibus, ſeu hoſpitalibus: ideo veriſimile ẽ, ꝙ teſtator per illa verba voluerit, quòd ſi filia ſua decedat cum liberis, quòd teſtetur de illis relictis ſuis liberis. relinquendo: ſed ſi liberi non extent, ꝙ tunc veniant dicti pauperes. Et cum dicitur, ꝙ iſta erat in ætate teſtabili, & conſiderauit teſtator, quòd ipſa poterat facere teſtamentum, hoc concedo, ſed non ꝯ diſpoſita per ipſum teſtatorẽ in dicto ſuo teſtamento. ergo. item quia teſtator illam vocauit ſub conditione. ergo non videtur eam vocaſſe in diſpoſitione, imo ceſſat illud argumentũ a ꝯrio ſenſu: vt eſt ſæpius dictũ. Nec etiã ob. cum dicitur, quòd voluit teſtator præferre filiã, & liberos piæ cauſæ & pauperibus. quia ad hoc eſt conſiderandum, ꝙ teſtator inſtituit ipſam ſuã filiã in tota hęredtitate: & ſic ſatis eſt purificatum ꝯſilium glorioſi doctoris Augu ſti. vnde nimirum, ꝙ aliqua relicta fecit pijs locis: qa voluit ꝓuidere ſuæ animæ. itẽ qa illud ꝓcedit in dubio, ſed vbicũq; eſt certũ, qđ prouidit & prætulit piã cãm filię, tunc ſtamus certo. l. certis annis. C. de pact. l. certa forma. C. de iure fiſc. li. x. cum ſi. Cum ergo teſtator expreſſe hoc fecit, dicẽdo: ſolutis primo legatis, &c. ergo. item etiã qa teſtator ſatis ꝓuidit filiæ, ex quo vr̃ ſibi dediſſe facultatẽ tenendi dicta bona, donec deceſſerit, licet in veritate ex verbis ipſius teſtatoris videat̃, ꝙ incontinenti debeant dicta legata ꝯſequi d. pauperes, ſeu hoſpitalia, nec oportet intrare materiam quo ad ipſos liberos, quia iam mortui ſunt. Et ſic concludo, ꝙ ꝯditio appoſita per ipſum teſtatorẽ eſt purificata, & per ꝯñs pauperes & Hoſpitalia poſſunt ꝯſequi dicta legata. ¶ Capio ſecundũ dubium cũ dicitur, poſito, ꝙ conditio defecerit, an interpretatio & declaratio facta per ipſam filiã, & hæredem teſtatoris operetur, & inducat effectum, ꝙ Hoſpitalia, ſeu pauperes poſſint conſequi dicta legata. Et indubitanter iſtud dubium non videtur neceſſarium:

rium: quia iam ex verbis ipsius testatoris clarissimè colligitur, quod conditio aduenit: vt apparet ex primo dubio: sed erit minus dubia secuta illa declaratione & interpretatione ipsius filiæ: & super isto dubio paucuia in mediū afferā: qa res est clara: licet.n. vbi-
11 cunq; † voluntas testatoris apparet dubia, hres nō possit illam declarare: & est glo. solēnis in l. inter stipulantem. §. stichum. de verborū obligationibus. & in l. Pomponius scribit, si frumentum. §. fin. ff. de rei ven. quæ gl. procedunt eo casu, quo de declaranda & interpretanda volūtate testatoris non apparentibus verisimilibus signis, coniecturis, vel indicijs tractatur: sed apparentibus verisimilibus indicijs, coniecturis, aut signis tunc nedum permittit̄ declaratio voluntatis defuncti filio: sed etiam permittitur extraneo: quia bono viro permittitur, hoc est iudici, per no. in l. si seruus plurium. §. fina. ff. de legat. j. & l. voluntas. C. de fideicommis. l. semper in stipulationibus. ff. de regulis iuris. ca. cum sint partium iura obscura. eodem titu. libro sexto. ita scribunt omnes, & apertius dominus meus Ioannes de Imola in l. inter stipulantem. §. stichum. ff. de verborum obligationibus. Sed in casu nostro apparet ex verbis expressis ipsius defuncti, quòd omnino voluerit ipsos pauperes habere bona prædicta per ipsum defunctum legata. ergo sequitur, quòd huiusmodi interpretatio & declaratio volūtatis paternæ, valuit & tenuit, & sibi p̄iudicauit. Accedat elegans dictum Barto. in d. §. stichū. in versiculo aduerte. vbi arguit, de lege, si qs a filio. §. si qs plures. ff. de le. j. vbi spectat ad hæredē declarare dubiam voluntatem defuncti: respondet, quod ibi est fauor vltimæ voluntatis. Item ibi, quicquid hæres elegit, aut declarat, est ad commodū creditoris, cui potest hæres prodesse. vnde decidit ibi Bar. quod vbicunq; talis declaratio tendit ad commodum stipulantis, hæres pōt declarare dubiam voluntatē defuncti: sed in casu nostro ista declaratio tendit ad voluntatem ipsorum pauperum, & ipsorū hospitaliū. ergo seqtur, quòd talis declaratio valuit & tenuit. Aptè etiam adduci potest illud, quod Baldo nostro bellissimè venit in mentem in dicto §. si quis plures. vbi dixit, quòd si testator concipiat verba sua hoc modo. do Titium executorem testamenti mei, & sunt plures Titij, quòd ad hæredem spectat declaratio, per illum text. & si quis opponat, quòd illud officium executoris est onerosum: qa æqparat̄ officio tutoris: vt est glossa in l. antepenul. ff. de tutel. l. vxorem. §. j. ff. ad l. falcid. nihilominus nō obstat in casu nostro: quia agitur de vtilitate ipsorum pauperum, & illa declaratio emanauit in vtilitatem ipsorū, & ēt posset responderi saluando dictū Bal. qa licet sit onerosum, vt voluit Io. An. in c. Ioannes. de testa. tamē est actus pius, & quo ad animā lucratiuus: vt est tex. in auth. de hæred. & falcid. §. si vero expressim. quē allegat pro singulari Barto. in l. nemo potest. ff. de lega. j. & ideo potuit dicta filia declarare voluntatem dubiam ipsius patris sui testatoris in præiudiciū ipsius. & in fauorē ipsorum pauperum. Facit etiā, qđ voluit Barto. in l. ab executore. ff. de appell. vbi dixit,
12 quod successor potest † interpretari dubia dicta prædecessoris, vt ibi latè scribit, ergo ita dicamus in casu nostro. Accedat, quod pulchrè no. Bar. in l. mutum. in prin. ff. de acqui. hære. vbi dixit, qualiter notarius scribit aditionem hereditatis factam per mutum: & dicit, quod debet adhibere aliquem cōsanguineum, vel vicinum: & scribat in instrumēto, qualiter certificatus per talem consanguineum, tanquam per interpretem, & declaratorē voluntatis ipsius muti: qa vidit ipsum mutum facientem talia signa, per quę volebat adire hæreditatem. argumento. l. j. ad fin. ff. de verborū obligationibus. & dicit, quod si sunt cōsanguinei, vel domestici, sufficeret, quod deponerent simpliciter, se fecisse talia signa significātia se velle adire hæreditatē, arg. l. octaui. ff. vn̄ cog. & l. de tutela. C. de in integ. rest. minor. l. si vicinis. C. de nup. cū si. Quanto magis in casu nostro ista filia potuit interpretari istā voluntatem testatoris: & est accuratè ponderandū, quod Bar. loquitnr in actu oneroso ipsi muto, & tamen consanguinei possunt interpretari volūtatem illius, quanto magis in casu nr̄o ista filia potuit interpretari illa verba patris. Primo: quia tendunt in fauorē animæ ipsius sui patris. Secundo, quia tendunt in fauorem Hospitaliū & pauperum: ergo qa tendunt in præiudicium ipsius filiæ, quæ potuit suo fauori præiudicium afferre, vt l. si quis in conscribendo. C. de pa. c. correctū. & c. ad apostolicā. de regula. cū si. Præterea facit: qa ista interpretatio & declaratio est consona veritati, rōni, & æquitati, & cōformis volūtati ipsius defuncti & nō perimit voluntatē ipsius, quo casu talis interpretatio admittit̄: vt est notabilis tex. in c. cū dilecti. de accusati. Nec obstat, si dicat̄, quod ista mulier sibi p̄iudicauit facilitate intellectus, & sexus. l. penulti. C. de iuris & fac. igno. l. in multis. ff. de sta. homi. qa imo ista non fuit deceptio: sed fuit volūtas ipsius testatotis, nec potuit dici decepta, donando pijs locis, & pauperibus. Sic, aut ipsa fecit illā interpretationē ex voluntate patris, quæ erat sibi vt filiæ cognita: & isto casu nō est decepta: quia piè fecit agnoscēdo patris voluntatē: & est optimus tex. in l. patrē. ff quæ in frau. cre. in ver. pietatem agnouit. Aut ipsa fecit tanquam ex capite suo, & tunc etiam non est decepta donando piæ causæ. vnde potuisset donare se & bona sua ecclesiæ: vt in authē. ingressi. C. de sacros. eccle. & tn̄ non pp hoc decepta fuisset: vt in no. Inno. in c. in præsentia. de proba. & no. per doctores in d. auth. ingressi. & sic cum ista filia donauerit piæ causæ, hoc mō intelligendo nō videt̄ fuisse decepta: licet in veritate ipsa fecerit illud, qđ expressè voluit & disposuit pater suus in testō p̄dicto. Nec obstant glo. in d. §. stichū. & in d. l. Pomponius. §. fin. superius allegatæ: quia ex supradictis apparet clarissima responsio. Et sic in isto dubio cōcludo, quod ista hæres potuit interpretari & declarari voluntatē ipsius testatoris, & per consequens res est sine dubitatione aliqua. ¶ Ad tertium dubium dum dr̄, vtrū contractus mandati, seu nuntius prædictus celebratus per ipsam heredem de tradenda possessione prędicta dicto rectori tenuerit sine consensu propinq: stāte statutuo, quod mulier nō possit ɔ̄here, vel quasi, sine ɔsensu ꝑpinq. Et circa hoc est aduertēdū, quod tenēdo, vt supradictū est, quod iste testator hoc exp̄ssè voluit, ex primo dubio clarissimè apparet, quod mulier potuit, qa ex isto mādato nihil dāni fuit ɔsecuta: fecit illud, qđ testator voluit & mādauit, & sic executa est volūtatē defuncti. vn̄ ꝓprius actus non dr̄ gestus ab ea: & ita ēt tenēdo, secundū dubiū, quod ista declarauit volū-
13 tatē patris, tunc † actus non dr̄ celebratus ab ipsa, sed potius a patre, hoc deciditur per tex. in l. vnum ex familia. §. si de falcidia. ff. de leg. 2. & ibi dicit dominus meus Ioan. de Imo. post alios, quod officialis electus per habentem potestatem a consilio generali ciuitatis intelligit̄ esse electus ab ipso cōsilio. Facit, quod habetur in l. item eorum. §. si decuriones. ff. qđ cuiusq; vniuersi. nom. & etiā ibi dixit, quod si testator voluit aliqua bona describi in pias causas, declaranda p̄ suos executores, quod si declarant ꝑ fabrica ecclesię, vel alijs similibus, de qbus non soluitur quarta, iuxta not. in c. si. de testamen. habebitur, ac si causa fuisset per ipsum testantē expressa. & ibi dixit Dy. quod si religiosi habēt priuilegium, quòd possint petere relicta ad pias causas, non designatis locis, & personis: quòd poterunt petere relicta ad pias causas, quādo designantur

tur loca, vel personę, per commissarios, quibus attributa fuit potestas per ipsum testatorem. Ita est dicēdum in proposito nostro: cũ ista filia hoc fecerit ex dispositione ipsius testamenti: qa ita disposuit testator, vel qa ex declaratione fecit, tunc dicitur hoc factum ab ipso testatore, & per cõsequens non habet locum dispositio istius statuti. Facit: quia declaran
14 do † nihil de nouo dicetur facere, vt in cap.j. de summa trinitat. & fide catholica. lib. sexto. in prin. Et ibi dixit dominus Dominicus, quòd si datur terminus ad producēdũ articulos in causa, ꝙ post lapsum termini possunt antiqui declarari, tãquam nil noui dicatur fieri, allegat Oldra. consilio 166. Et ideo dixit Baldus in prima constit. §. qbus. ꝙ licet statutarij nõ possint addere ad statuta, postquam illa ediderunt, tamen possunt declarare. facit glo. & Dominicus in cap. si quis viduam. 34. distinctio. vbi dicit, quòd possunt antiqui articuli declarari post lapsum termini. Et Bal. in l.j. §. huius studij. ff. de iustit. & iure. fuit inquit, datus terminus ad articulandum. quidam fecit articulos generales, quòd nihilominus poterit illos declarare post terminum. Et in l. ex testamento. C. de testa. manu. dixit, quòd declarare non est confirmare. Facit, quod voluit idem Baldus in Rubrica. C. de rerum permutatione. vbi dixit, statuto cauet, ꝙ de contractu soluatur gabella, & fuit celebratus contractus: deinde fuit ille contractus declaratus, ꝙ de illa declaratione nõ debuit solui gabella. facit, qđ pulchrè voluit dominus meus Io. de Imola in l. hæredes palam. ver. sed si notam. ff. de testamē. & qđ no. glo. in cap. per tuas. de donatio, & sic ex isto capite potuit ista heres cõstituere procuratorem ad huiusmodi actum faciendũ. Præterea tollitur ex alio, vbicunq; tale statutum viget, tunc si ille contractus
15 † est vtilis mulieri, tunc valet actus, ciscunscripta solennitate statuti. hoc decidit gl. singularis in l. 2. ff. de acceptilationibus. & ita etiam decidit ibi Ange. vbi dicit esse no. pro statuto Florentino, quo cauetur, ꝙ mulier non possit contrahere sine consensu propinqui, ꝙ si facit contractũ sibi vtilem sine illa solennitate: valet talis contractus. & pulchrè voluit idem Angelus in cõsilijs suis, ꝯsilio vltimo. vbi dixit, cauetur statuto Anconæ, ꝙ nõ valeat ꝯtractus mulieris, nisi interueniat cõsensus propinquorum, ꝙ si gestus est contractus vtilis mulieri sine illorum cõsensu, quòd valet & tenet contractus: quia tale statutum emanauit propter vtilitatem ipsius mulieris, ergo. facit. l. non ideo minus. C. de procurator. l. plures apochis. C. de fid. instr. cũ si. vbi latè scribit super hoc Angelus. facit glossa valde notabilis in l. quæcũque. C. de bo. quæ liber. q̃ dicit, ꝙ licet pater non possit alienare bona delata filio, vt ibi habetur, tamen quãdo talis alienatio tendit ad vtilitatem filiorum, valet & tenet, quod Baldus ibi dicit facere optimè ad locationes bonorũ ecclesiæ, ꝙ possint fieri ad viginti nouē annos pro vtilitate eccle. Sed in casu nr̃o illa cõstitutio facta per illam hæredem super transferēda possessione rei legatæ ad ipsos pauperes. vel ad ipsa Hospitalia, emanauit ad vtilitatem ipsius filiæ. vtile enim fuit ei filiæ illud facere: qa exequendo vltimã voluntatem deficientis, satis dicitur lucrari quò ad animam: vt dicto §. si vero expressim. in authentico, de hæredib. & falc. ergo cessante ratione statuti, cessabit ipsum statutum, argumen. capit. cum cessante. de appella. Præterea, & ad hoc consideret accuratè do. iudicans, quòd dictum statutum non comprehēdit istum casum ex propria mente ipsorum statuentium, posito ꝙ dicta domina non debuisset ex dispositione testatoris dare dictam domum dictis Hospitalibus, aut pauperibus: sed si ex voluntate ꝓpria illud fecisset, & nõ interuenisset solennitas statuti, nihilominus actus tenuisset, quòd sic ostendo. genera-
16 lia † verba statuti non adaptantur ad casum impossibilem ipsis statuentibus: ita dixit Baldus in l. finali. §. in computatione, C. de iure delibera. in finalibus verbis: vbi dixit, quòd generalia verba statuti non comprehendunt non subiectos iurisdictioni ipsorũ statuentium: & dicit fuisse dictum Bartoli, vt ibi per eum: sed certè illud fuit dictum Ioannis monaci. in capitu. cum animarum. de constitut. libro sexto. & refert & sequitur dominus Antonius in capitulo. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. & idem voluit dominus Antonius in capitu. tua. de deci. & idem etiã voluit D. & consiculus meus dominus Abbas. in capitu. a nobis, de sententia excommu. vbi dixit, statuto cauetur, quòd bona immobilia non alienentur in non subditos, quòd non comprehendit ecclesias, vel clericos, & idem dixit Baldus in l. fina. C. de sacrosanctis ecclesijs. statuto cauetur, quòd immobilia non possint alienari in forensem, quòd non comprehenditur ecclesia, & facit, quod voluit Bartolus in lege, filiusfa. §. diui. ff. de le. j. & dominus Petrus de Ancharano. in commento capitu. ea quæ. de regulis iuris, libro sexto. & quod not. idem dominus Abbas in capitulo, quod clericis. de foro competēti. & est ratio inconuincibilis, condere statutum est iurisdictionis: vt in lege finali. ff. de iurisdictione omniũ iudicum, Barto. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. Innocen. in capitu. cum accessissent. de constitu. Bald. in authen. quibuscunque modis. C. de epi. & cler. sed laico est interdicta omnis iurisdictio supra ecclesias, vel ecclesiasticas personas, vt in c. eccle. sanctæ Mariæ. de consti. cum simil. ergo sequitur, ꝙ non habet potestatem condendi statutum ligans ecclesias: & sic sequitur. quòd illa generalia verba statuti, non ligant istam hæredem, quatenus voluit donare, aut largiri istam domum, aut bona pauperibus, aut hospitalibus. gaudent enim hospitalia eodem priuilegio cum ipsis ecclesijs: vt est text. in l. omnia priuilegia. C. de episco. & cleri. & ibi Barto. tex. in ca. requisisti. de testa. & ibi per omnes scribentes. capit. fina. eo. titu. & Ioan. Andr. in cap. 2. de in integ. resti. ergo sequitur, quòd sicut tale statutum nõ ligat ecclesiam, quòd ita etiam non ligat ipsa hospitalia: & per consequēs potuit ista filia hæres cõstituere procuratorem ad mittendum in possessionem rectorē ipsius hospitalis, nõ seruata forma ipsius: vnde Bal. multum eleganter in l. generali. C. de sacrosanc. ecclesi. dicit, statuto cauetur, quòd mulier non possit testari sine consensu propinquorum, an poterit testari ad pias causas, non habito consensu propinquorum? & decidit quòd sic, ex eo qa pia causa est priuilegiata. vnde contra illud priuilegium, quod respicit ipsum Deum, vel ecclesiam, non potest fieri statutum. & dicit hoc sentire Bartol. in l. cunctos populos. C. de summa trinitate. aliàs in l. j. C. de sacrosan. eccle. & sic videntur præfati illustres doctores formaliter decidere præsentem dubitationem, ꝙ potuit ista hæres non attenta dicta dispositione statuti constituere procuratorem ad tradendã possessionem dictæ domus, seu ad satisfaciẽdum dispositioni ipsius testatoris, & istud etiam formaliter decidit dominus Antonius in cap. relatum. el primo. de testa. vbi dixit: statutum disponit, ꝙ non valeat testamentum, nisi sit registratatum in memorialibus actorum, an si fiat testamentum ad pias causas sine illa solennitate teneat? & decidit ꝙ sic: quia in istis ad pias causas statuta laicorum non tenent ad præiudicium ecclesiarum. ideo talia statuta quo ad ipsas ecclesias non tenent: & ita dicit se in quæstione facti consultum respondisse. Facit etiam, quod notat idem dominus Antonius in ca. quod clericis. de

foro

foro compenti. vbi dixit, ꝙ inquantum statutum discrepat a lege commuui, vel a lege naturali, ꝙ in talibus vt ad pias causas dispositis iudicandum esset secundum ius canonicum, alleg. capitu. cum esses. & d. cap. relatum. de test. per quæ dicit se putare, ꝙ statuta loquentia de insinuatione, aliàs annullãt relicta, vel quę volunt testamenta debere poni in castro, vel quæ requirunt in testamentis solennitates positiuas, vel contra ius, ꝙ talibus legibus, vel statutis ecclesia non esset iudicanda quoad res, quas petit secundum canones: allegat. d. ca. ecclesia sanctę Mariæ. & cap. bene quidam. 96. dist. c. fina. de rebus ecclesiæ non alie. cap. j. de noui operis nuntiat. quia nihil debetur, vel relinquitur ecclesiæ, quin dicatur relictum in piam causam: quia pro anima. cap. requisisti. de testa. & etiam dicit, ꝙ nedum ista sua doctrina procedit in relictis ecclesiæ in testamẽto: sed etiam in contractu, inquantum contractus cadit in piam causam: quia tunc iudicaretur secundum canones. allegat nota. in l. illud. C. de sacrosanctis eccle. & sic dominus Aatonius ponit gladium ad radicem in isto dubio: quia licet simus in materia contractus: quia ista domina in contractu fecit illud mãdatum, quòd nihilominus non attenditnr dispositio statuti laicorum. istam partem etiã sequitur dominus Ioannes de Imola in d. ca. relatum. & ad hoc allegat, quod notauit Barto. in d. l. cunctos populos. bene facit, quod etiam not. dominus Abbas consiculus meus in repetitione dicti cap. cum esses. & sic tota iurisprudentia sequitur istam partem: & huiusmodi solennitas statutaria non vendicat sibi locum in dispositionibus ad pias causas factis. & sequitur, quòd talis cõtractus gestus per ipsam dominam valuit & tenuit in fauorem hospitalis & pauperum.

¶ Ad quartum dubium, cum quęritur de illa declaratione, & interpretatione voluntatis testatoris facta per ipsam filiam, quoad legatum factum ipsi hospitali: an possit trahi & extendi ad similia legata sub eadem cõditione relicta. Et circa hoc est aduertendum: quia concludendo, vt superius est conclusum in primo dubio, ista quæstio non habet dubitationem: quia idem voluit testator in similibus relictis: ideo non videtur opus insistere: sed ex eo quia de hoc quæritur, videamus, quid iura velint in hoc, an ista declaratio comprehendat omnia similia relicta. Et pondero text. in l. non dubium. C. de testamen. versi. & si voluntas defuncti circa legata, seu fideicommissa, seu libertas, legibus non sit subnixa: tamen si sua sponte agnouerit, implendi eam necessitatem habet. vbi est casus, quòd si testamẽtum est inualidum, & hæres agnouit voluntatem defuncti sponte, tenetur illam adimplere. & gloss. ibi quærit, sed nũquid si vnum legatum in totum agnouit, an sibi præiudicet in alijs, adeo quòd teneatur adimplere? & decidit quòd non: postea arguit contra, de authen. sed cum testator. C. ad l. Falci. respondet ibi
17 glos. ꝙ † ideo sibi præiudicat in alijs, agnoscendo vnũ legatum: quia testamentum erat validum & solenne: & certè bene hoc probatur in tex. dictæ l. non dubium. in versiculo, & si legibus non sit subnixa, a cõtrario sensu, stat ergo conclusio illius glo. quòd vbicunque testamentum est solenne, & aliqua ratione, vel causa hęres non tenetur ad solida legata, & sponte sua agnoscit vnum legatum, & illud soluit, quòd sibi præiudicat in alijs legatis: sed vbi testamentum non est solenne, tunc agnitio quò ad vnũ nõ præiudicat sibi in alijs. Modo in proposito illa gloss. cum text. & decidit præsentem dubitationem: quia cum istud testamentũ fuerit validum, & solenne: & erat dubitatio super illis relictis, an requireretur, ꝙ decederet sine liberis, & sine testamẽto: adeo quòd si cũ testamẽto decederet, essent exclusi pauperes, & Hospitalia, & loca pia superius dicta, & ipsa hęres dixerit in dicta sua litera, io vorria satisfare alla volonta de mio padre: & sic fuit interpretata, & declarauit voluntatem patris fuisse, quòd si sine liberis decederet, sortirentur effectum dicta legata. ergo seqtur, ꝙ agnoscendo vnum, & soluẽdo, vř agnoscere omnia alia, & per consequens habet necesse complere omnia alia relicta simili modo: qa qui declarat non inducit dispositionẽ de nouo, vt in d. l. hęredes palam. ver. sed si notam. ff. de hæred. inst. qua ratione idẽ testator disposuit circa vnũ relictum piæ causæ: idẽ disposuit circa relictum alteri piæ causæ. non enim est dare rationem diuersitatis, quare agnitio circa vnũ non cõprehendat reliquũ, cũ eadem fuerit mẽs de-
18 functi circa vnũ, † & circa aliud: ergo erit idẽ ius. ca. translato. de cõst. c. inter corporalia. de transla. epis. l. a Titio. ff. de verb. obl. l. illud. ff. ad l. aquil. Prætere a facit: quia in d. testamento dicitur, item simili mõ: & in d. casum iudicauit & reliqt fabricæ sancti Martini, & postea ẽt subdit, in dictum casum reliqt operę sancti Martini. & postea dicit, in oĩbus. ex quibus verbis apparet, ꝙ eadem voluntas testatoris fuit in omnibus dictis relictis, idem declarare. ergo se extẽdit ad omnia illa, ad quæ se extendebat res declarata: vt in auth. de filijs ante dota. instrumen. nat. & ꝑ Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. cum ergo illa legata sint connexa, & connexorũ eadẽ est ratio & dispositio: vt in c. trãslato. de const. cũ si. vnde illa clausula postea posita ĩ fine solutis primo suprascriptis legatis, & cui inhibuit distractionem & alienationem bonorum immobilium ipsius testatoris: refert ad oĩa superius disposita & relicta per ipsum te-
19 statorem: qa clausula † in fine apposita refert ad omnia præcedentia: vt in c. secundo reqris. & in c. inqsitioni tuæ. de appella. l. j. C. de diuer. rescrip. l. j. C. de liber. præterit. l. consilio. §. quæsitũ. ff. de cur. fur. l. talis scriptura. ff. de le. j. Ideo dixit Bar. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verborum obligationibus ꝙ si qs interrogetur, an sit debitor Titij & Sempronij, & respondit ꝙ sic, ꝙ refertur illa responsio ad Titium & Sempronium. Et D. Ant. in c. j. de pact. dixit, si promittis mihi decem sub pęna centum, ꝙ respõdendo si refertur ad debitũ & pęnam. Et Ang. in authẽ. de hære. & falc. §. hinc nobis. dixit, ꝙ si cõsultori proponuntur duæ qõnes, & ipse respondet vnica solutione, ꝙ talis solutio refertur ad ambas qõnes. Et Bal. in l. quisquis. C. si certum pe. dixit, ꝙ si in lege ponantur multa, & postea in fine apponatur pœna, ꝙ illa pœna comprehendit & ligat omnia præcedentia. Facit, quod not. gloss. in cap. 2. de elec. libro 6. & in cle. ne Romani. de elec. & in cap. j. de pręscrip. eo. lib. & in cap. j. de postula. præla. eod. lib. & in cap. statutum. §. j. de rescript. libro sexto. & gloss. & in cle. sæpe. de verbor. signific. cum ergo in proposito nostro ponantur illæ clausulæ in fine. ergo sunt referendæ ad omnia præcedentia pariter, & ęqualiter: & sic sequitur, quòd est eadem ratio formalis in quolibet illorum legatorum. Nec est insistendum, quòd fiat extensio: quia nulla fit extensio: sed idem est in omnibus, ex quo sunt connexa: & omnia talia relicta testator iudicauit a pari: & quia ita est pium vnum, sic & aliud, & sic declaratio æqualiter determinauit omnia talia relicta, & eo magis quia cum agatur de præiudicio ipsius filiæ hæredis, contractus, seu declaratio interpretatur in præiudicium eius: vt l. quicquid astringendæ. ff. de verbor. ob. l. veteribus. ff. de pac. capit. contra eum. de regul. iur. lib. 6. Ideo pulchrè dicebat Archi. in capi. si quis
20 suadente, 17. q. 4. ꝙ licet † masculinum concipiat fœmininum, vt in l. j. ff. de verb. signi. cum simi. tamen quando

quando sumus in materia contractus non comprehenditur: quia fit interpretatio contra contrahentē allegat. dicta l. quicquid: & allegat Guid. de Suza. & idem voluit Raynerius de Forliuio, ꝙ Angelus. in l. tres fratres. ff. de pact. & Ioannes de Imola in capitu. potuit. ad fi. de loca. & bene facit, quod no. Bartol. in l. liberorum. ff. de verborum significatione. Ita dicamus in proposito nostro, quòd fiet talis interpretatio contra ipsam filiam declarantem, & interpretantem. Et si quispiam dixerit, quare est, quòd dicta filia istam suam interpretationem & declarationem potius fecit quo ad ipsam Hospitale de dicta domo: & non quo ad alias ecclesias, seu ad alia Hospitalia: videtur enim, quòd inclusio vnius est exclusio aliorū: vt in capitu. nonne. de prçsumpti. 25. dis. capitu. qualis. l. maritus. C. de procurato. l. cū prætor. ff. de iudic. lege, quæsitum. §. idem respondit. ff. de fund. instruc. cū si. Ad hoc respōdeo, & iudicio meo ista fuit causa primaria & potissima. Ista mulier refert in dicta sua epistola transmissa ad illum rectorem præfati hospitalis, ꝙ propter suas necessitates alienauerat illam domum in parte, quo ad alia pia loca non fecerat talem alienationem de bonis relictis ipsis pijs locis), & ponit pro constanti dicta filia hæres, ꝙ pater suus voluit dicta legata venire ad dicta loca: ideo dicit, volens satisfacere volūtati ipsius patris, quasi pater voluerit, ꝙ hospitale habeat integram domum relictā, si decedat dicta hæres sine liberis: & ista fuit ratio: quia ista filia potius declarauit voluntatem paternā quo ad ipsum hospitale, quàm quo ad alia: quia iam videtur pro constanti ponere, ꝙ voluntas patris fuerit, ꝙ ad dicta loca venirent dicta legata. & sic istud non fecit: quia aliter vellet declarare quo ad vnum relictū, aliud quo ad alia, ne capiatur scissio in voluntate testatoris, ꝙ quo ad relicta illi hospitali habeat locum voluntas testatoris: & quo ad alia non: quia videretur esse absurdum. Et etiam bene facit, quia sumus in materia fauorabili, & est eadem ratio. & etiā est expressa in dicta declaratione: ergo erit idem ius: vt est gloss. in l. illud. C. de sacrosan. eccle. in authen. quas actiones. eod. titu. & in l. si constante. ff. solu. matrim. in authen. præterea. C. vnde vir. & vxor. & in clemen. 1. & in cle. auditor. de rescri. & in cle. j. de elect. facit. l. his solis. C. de reuo. dona. gloss. in capi. si postquam ad fin. de elect. libro 6. & in capitul. j. de temp. ordi. li. 6. & in l. j. C. de his qui ante aper. tab. Et ex supradictis videtur concludendum, ꝙ dicta declaratio sit generalis, & comprehendat omnia alia relicta simili modo. ¶Ad vltimū dubium, dum quæritur: an dicta alienatio tenuerit, seu reuocari possit, stāte præfata prohibitione testatoris, ꝙ hæres non possit distrahere, aut alienare bona immobilia. Circa istā cōsultationem est accuratè cōsiderandum, quòd testator legauit dictas domos, & alia dictis locis pijs, aut dictis pauperibus. postea vero prohibuit alienationē aut nos dicemus ista legata esse pura, & tunc certū est, ꝙ non potuerunt alienari. & est tex. in l. fi. §. sed

21 quia. C. comm. de le. vbi legata† & fideicommissa pura, vel in diem certam relicta non possint alienari: vt ibi est casus: sed in casu nostro ita est, ꝙ huiusmodi legata fuerint pura, ex eo quia testator voluit, quòd primo soluerentur: ergo sequitur, quòd non potuerunt alienari: & per consequens nec dominiū transferri in emptorem. & quia dominium transit a morte testatoris in legatarium: vt l. a Titio. ff. de furt. sequitur, quòd dictæ ecclesiæ legatariæ possunt agere rei vendicatione ad huiusmodi bona legata. Si vero

22 nos dicimus, ꝙ huiusmodi legata fuerunt† conditionalia, vel ad diem incertam, tunc iure expresso habetur, ꝙ interim possint alienari: sed adueniēte ꝯditione fingitur factum retro nullū. Ita probatur in dicta l. fi. §. si autem. cōmu. de lega. ergo si ista legata fuerunt conditionalia, ex eo quia testator dixit, si filiam suam intestatam mori sine liberis contigerit, vel liberos intestatos mori contingat: nunc, & eo casu veniant dicta pia loca, tenendo, quòd prius liberi vocentur, quàm dicti pauperes, seu dicta pia loca: cum ergo conditio iam euenerit: ergo sequitur, ꝙ dicta alienatio est ipso iure reuocata, & fingitur nulla fuisse: vt ibi dicit tex. notabilis. ergo competit rei vendicatio ipsis pauperibus, seu ipsis pijs locis ad ipsas res sibi legatas: & sic dominium fingitur non esse translatum. Et istud ideo est: quia nō est facta prohibitio hominis. ideo interim pōt fieri alienatio per hęredē, sed vbicunque testator expressè prohibuit rem alienari: tunc videtur certo certius esse, ꝙ talis alienatio

23 fieri non potest: nam† prohibitio, seu prouisio hominis expressa facit cessare tacitā legis prouisionem: vnde Bald. valde singulariter dicit in cap. j. §. donare, in titu. quali. olim. feu. pote. alie. in vsib. feu. versi. oppono. de authen. res quæ. C. commu. de leg. quòd dicta authen. non habet locum in re, quæ expressa prohibitione testatoris est prohibita alienari: sed solum in casu proprio illius authen. est illa authen. seruanda, & non trahenda ac consequentiam: quanto ergo magis in casu isto ista non potuit alienare dictam domum, posito ꝙ de iure potuisset, stante prohibitione testatoris: ex eo quia illa authen. loquitur in casu fauorabili, vt qui tenetur restituere hæreditatē, possit alienare in casibus ibi expressis: quanto ergo magis in casu isto non poterit alienare, ex quo testator prohibuit expressè distractionem, & alienationē

24 dictorum bonorum. Et facit etiam, nam† prohibitio legis & testatoris paribus incedunt gradibus: vt in l. final. C. de rebus alien. non alien. l. seruus hac lege. ff. de manumis. titu. generali. l. ille. §. fin. ff. qui, & a qui. sicut ergo rei prohibitæ alienari per legem non trāsfertur dominium, ita non transfertur, si est prohibita alienari per ipsum testatorem, & ideo Barto. in dicta l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obligationibus dicit, quòd prohibitio legis, aut testatoris impedit translationem dominij, prohibitio vero contrahentis non: nisi certo casu, & sic concludit ibi Barto. quòd impeditur translatio dominij, quando res est prohibita alienari per testatorem. facit, quod amplè not. Bald. & Saly. in commento. l. ea lege. C. de condictio. ob caus. & Bartol. in l. peto. §. fratre. ff. de leg. j. Nec est opus insistere, an ista prohibitio alienationis requirat causam exprimi a testatore in testamento: quia ex quo sumus in istis rebus, seu domibus legatis, sufficit, quòd illa expressio prohibitionis sit etiā sine causa, ex quo res erant legatæ, & sic quo ad legata prohibitio alienationis non requirebat aliquā causam, & sic sequitur, quòd ista filia hæres non potuit alienare dictam domum, nec per talem venditionem potuit dominium transferri, in ipsum emptorem, ex quo dicta filia habuit perfectam notitiam testamenti, & prohibitionem sibi factam esse in dicto testamento: & sic tollitur, quòd posset allegari in contrarium. l. fin. ff. §. fina. de legat. secundo, quia in dicta sua epistola ipsa hæres expressè, dicit se alienasse contra voluntatem sui patris. vnde speciale est eo casu, quo hæres fuit ignorans iusta, & tolerabili ignorantia, causata ab ipso testatore, quia fecit codicillos, quos prohibuit viuo hærede aperiri, secundum Bald. in dicta authentic. res quæ, vt est text. in dicta l. fin. §. fi. quo casu tenet alienatio. ergo in contrarium est ius commune. l. ius singulare. l. quod nō. ff. de legib. & per consequens cum ista hæres nullam possit prætendere ignorantiam dictæ prohibitionis, sequitur, ꝙ talis alienatio non tenuit: & per consequens ecclesia legataria poterit uendicare dictam

partem

partem domus alienatam per ipsam hæredem. Et ex supradictis concludo in fauorem ipsorum pauperum, seu ipsarum ecclesiarum, aut hospitalium.

EPITOME.

¶ Matrimonium prius clam & occultè factum præfertur secundo palam & publicè facto. Illud autem prius hoc casu fuisse contractum, testibus legitimis, & confessione mulieris, probatum esse pluribus ostenditur.

SVMMARIVM.

Potior est eius causa, qui pro matrimonio stat, quàm eius, qui contra. num. 11.
Matrimonium licet clam & occultè contrahi non debeat, contractum tamen valet & obligat. nu. 15.
Testes etiam si sint mulieres, matrimonium tamen probant. numero 16.
Emendatus de crimine potest in causa ciuili, vel criminali ciuiliter mota testis esse. nu. 18.
Testis conditio inspicitur tempore iuramenti. nu. 20.
Testes, qui voces contrahentium notas habent, contractum probant, licet muro intermedio, vel nocte existente contrahentes non viderint. nu. 22.
Testes in matrimonio rogatos esse, non est necesse. nu. 23.
Proxeneta testis est idoneus, siue producatur ab vtraq; parte, siue ab altera tantùm. nu. 24.
Confessione nulla clarior est probatio, quæ licet absente parte facta sit, tamen æquitate canonica probat, nu. 25. & 26.
Confessio rei licet sola non prodesset, probationem tamen actoris dubiam redditam validat. nu. 28.

CONSILIVM XL.

A Ioue Principium musæ Iouis omnia plena. Virgilius ĩ bucolicis. gl. in c. sedes Apostolica, de rescri. vbi enim Christus non est fundamẽtum, nullius boni operis superest ædificium. j. q. j. c. cum Paulus. & c. principatus. ideo optimi maximi Dei omni inuocato ꝑsidio, viso processu, & attestationibus, sententia, & consilijs, & allegationibus redditis per hos excellentissimos iuris patres, & maturè, & accuratè pẽsatis. ista consultatio peroptimè, & subtiliter, & copiosè est decisa, & examinata, vt nil elegãs, nil subtile, aut alio excogitandum ingenio sit, quod per istos excelsos iuris vertices in mediũ adductũ nõ fuerit: adeo ꝙ quisq; ingentis spiritus vir acquiescere iure & merito deberet. Sed quia maiores nostri illud quenquã scire arbitrati sunt quod rõne optima demonstrassent: ideo pro huius consultationis decisione euidẽtissima aliqua in medium afferre cõstitui. Et primò vr, ꝙ ista puella Ridigunda nomine veniat per iudicem absoluenda a petitione istius Nicolai afferti viri de Maniacho: ex multis rationibus, iuribus, & clarissimorum doctorum auctoritatibus. Et primò præsuppono illud quod Bar. nostro bellissime venit in mentem, in l. sciant omnes. C. de his qui ex pub. rõ. mut. pec. accep. lib. xj. vbi refert, illud dici fieri occulte, quod non fit coram iudice, ꝙ dicit esse verum, si eius præsentia requiritur. Simile de consuetudine, si aliquid consueuit fieri publice, vt matrimonia: & aliquis contraheret coram duobus testibus dicitur fieri clam: vt l. fina. ff. de ritu nup. clam enim dr̃ fieri quicquid fit taliter, ꝙ non potest venire ad notitiã eius, cuius interest. l. clam possidere. in princip. ff. de acquirẽ. poss. & no. moderni in d. l. clam possidere. in princ. modò istud matrimoniũ contractum inter ipsam Ridigundam, & ipsum Nicolaum est clandestinum: vt apparet ex isto dicto Bar. & ex his, quæ not. in toto tit. de clan. despon. & ibi doctores in rubrica dicunt, ꝙ quandoque puellæ seducuntur & inducũtur ad contrahendũ clam inscijs parentibus, & maxime: quia noctis tp̃e emanauit cõtractus istius matrimonij. ergo stat verissima conclusio, ꝙ istud matrimoniũ fuit clandestinum: tunc arguo sic formaliter.
1 Manifestũ † matrimoniũ præiudicat clandestino etiam si clandestinum matrimoniũ habeat pro se vnum testem, & famam. ista fuit solennis doctrina Vincentij famosissimi canonistæ, quam dicit esse valde notandum subtilis doctor dñs Gaspar de Caldarinis, in c. 2. de clan. despons. Et ibi dicit dominus & consiculus meus dominus Abb. ꝙ vbicunq; alia probatio apertior concurrit cũ fama, & vno teste, ꝙ tunc standum est probationi apertiori, & meliori, licet testis & fama deponant de tp̃e anteriori, & dicit, ꝙ erit istud valde notandum, ꝙ si quis probat ꝑ vnũ testẽ & famam de suo titulo anteriori: alius verò ꝓbat per testes apertos de titulo citeriori, ꝙ iudicandũm erit secũdum probationem clariorem. Modò in proposito matrimonium contractũ per istos Nicolaum & Ridigundam fuit clandestinum, & probatum per testes non deponentes clare de tali matrimonio contracto: & matrimonium contractum cũ ista Ridigunda, & cum alio est manifestum, & non clandestinum. & probatum per testes clarissime deponentes de isto secundo matrimonio citeriori: ergo sequitur, ꝙ istud secundum matrimonium præferatur primo tanquam clandestino, & minus clare probato.
2 Secundò matrimonium † est probandum per testes circunspectos & omni exceptione maiores. ita dicit formaliter tex. in c. j. in ver. circũspectos de consang. & affi. & glo. ibi quærit, qui dicantur testes omni exceptione maiores: rñdent, ꝙ illi, qui nulla legitima exceptione repelli possunt, & facit gl. in stit. de inutili. stipul. §. item verborum, quæ dicit, illum testem dici idoneum, qui nulla exceptione repelli potest, & talis probatio dicitur legitima, vt est gloss. melior de corpore iuris in capit. at si clerici. in ver. legitima probatione. de iud. sed testes producti per istum Nicolaum non sunt testes omni exceptione maiores, vt probatur ex deductis in præallegatis consilijs, & allegationibus, ergo sequitur, ꝙ talis ꝓbatio non est sufficiens.
3 Tertiò si opponatur, ꝙ † illi testes sunt emendati ab illis criminibus exceptis cõtra eos: ergo possunt testificari: quia abolita est illa eorum labes allegatur. c. testimonium. de testi. Ad hoc ego respondeo, ꝙ imo ille tex. probat cõtrariũ. dicit enim, ꝙ emendatus de crimine non remanet omnino integer: & sic non restituitur pristinæ præsumptioni, qua quilibet præsumitur bonus: vt l. merito. cum si. ff. depos. vnde dixit reuerẽdus D. Abbas consiculus meus in c. fi. de testi. ꝙ vbicũque lex municipalis, aut lex communis, requirit in aliquo actu testem omni exceptione maiorem, non poterit produci testis, cuius accusatio criminalis pendet, iuxta not. in l. reum criminis. C. de procur. cum si. vnde videtur, ꝙ idem sit dicere, testem esse integræ opinionis, & esse omni exceptione maiorem. ita formaliter dicit D. Abb. in d. c. fi. emendatus nõ est omnino integer: vt in d. c. testimonium. est tex. formalis. ergo sequitur, ꝙ non est omni exceptione maior. & per cõsequens necessariò sequitur, ꝙ illi duo testes, qui deponũt formaliter de matrimonio cõtracto inter ipsum Nicolaum, & ipsam Ridigundam, non potuerũt produci in testes ad probandũ ipsum matrimoniũ. Facit elegãs dictũ Bart. in l. palã. §. non solũ. ff. de ritu nup. vbi ꝑ illũ tex. dixit, ꝯstitutio Episcopi dispo-

nit, ꝙ

nit, quod instrumenta manifestorum vsurariorum præsumantur fictitia: modo vsurarius manifestus restituit vsuras, & desijt esse vsurarius: an instrumenta postea confecta per eum præsumantur fictitia: & dicit illum tex. facere quod sic: dum dicit, ea quæ fecit & facere desijt, lege notantur. allegat etiam tex. in l. prætor. §. is etiam in prin. ff. de eden. vbi dicitur, quod ille, qui desijt facere argentariam, compellitur ad editionem. Et idem Bar. in l. quis sit fugitiuus. §. idem Cassius. ff. de edi. edic. dicit simpliciter per illum tex. quod licet vsurarius desinat fœnerari, tamen adhuc dicitur vsurarius, & illud dictum Bar. sequitur Ange. in d. l. prætor. §. is etiam. & in d. l. quis sit fugitiuus. Et ibi dicit Bal. quod si monacus fugitiuus redeat ad claustrum, non tamen per hoc purgat peccatum suum: quia remanent reliquiæ. Et idem Bal. in l. improbum C. ex qui. cau. infam. irro. dixit, quod
4 † vsurarij sunt in magno periculo: quia etiam post peractam penitentiam, & restitutionem vsurarum remanent infames, & sunt inhabiles ad testimonia, & dignitates, quod dicit esse menti tenendum. Et ibi etiam dixit, quod si cauetur statuto, quod contractus gestus a minore non teneat, nisi interueniat consensus agnati, qui sit bonæ famæ, quod non valebit contractus, si ille agnatus fuerat iam vsurarius. facit text. & ibi Bar. in l. j. alias. 2. C. de primicer. lib. 12. vbi dixit per illum tex. statuto cauetur, quod descriptus in matricula notariorum non possit assumi in priorem: & quidam descriptus in matricula notariorum fecit se cancellari ex illa matricula, quod nihilominus non poterit assumi in priorem: ita dicamus in proposito, cum ille primus testis, & illa mulier, quæ deponunt criminaliter de matrimonio, fuerint vitæ criminosæ & damnabilis: sequitur, quod licet emendati fuerint, non omnino integri sunt: & sic non sunt omni exceptione maiores. & per consequens non potuerunt esse testes super isto matrimonio clandestino, & ista concernunt inhabilitatem personæ vtriusque testis. s. ser Dominici canonici, & Cassandræ mulieris.
5 Quarto facit, vbicunque † paries est intermedius, vel cortina, & simile: tunc posito quod testis habeat cognitam vocem loquentis, necessario non probat. videre enim debet ipsum, de quo deponit. ista est glo. quæ vulgo consueuit reputari singularis, in l. in summa. §. item Labeo. ff. de aqua plu. arcen. Et si quispiam dixerit, amice, illa glo. dicit verum in contractu: sed non in testamento, & ita omnes doctores firmant. in l. si non speciali. C. de testa. in d. §. item Labeo. & in c. præterea. de testi. & in l. testium. C. de testi. Ad hoc ego respondeo hoc modo, posito quod ita sit, quod non habeat locum in testamento, ergo sequitur, quod non habeat locum in matrimonio. hoc probat tex. formalis in c. si duobus. de re iudi. vbi
6 † dispositio edita in fauorem testamenti dicitur edita in fauorem matrimonij. facit quod no. ibi Bal. & quod no. Ange. in l. si pars. ff. de inoff. tes. ita videtur dicendum in proposito nostro, quod sicut per tales testes non probatur testamentum: ita non probabitur matrimonium, cum regulariter matrimonium, & testamentum æquiparentur, vt ibi. ergo dispositio fauens vni comprehendit reliquum per id, quod no. glo. singularis. in c. si postquam. ad fin. de electio. lib. 6. & notat dominus Mattheus de Mattesillanis in suo tractatu de eligendis opinionibus. Quinimo videtur idem esse dicendum regulariter in contractu: quia sicut requiritur, quod testes sint præsentes coram testatore. ita requiritur quod sint præsentes coram contrahentibus. l. testium. C. de testi. & sicut contingens est testamentum fieri in infirmitate: ita contingens est contractum fieri in infirmitate. l. senatus. C. de dona. l. hæredes palam. §. fi. in gl. ff. de testa. vnde pariformiter possent testes decipi, mutando vocem quo ad contrahentes, sicut quo ad testatorem: quinimo videtur casus apertus iuncta sua gl. in c. præterea. de testi. vbi est casus formalis in matrimonio: quam gl. ibi dominus meus Io. de Imo. reputat singularem, dicens, procedere in matrimonio gl. illam, propter magnum periculum animarum. cum ergo nos simus in casu matrimonij, sequitur, quod ille murus intermedius impedit, ne ille ser Dominicus canonicus potuerit testificari in isto casu apte & congrue. Et ideo Bal. in d. l. si non speciali. refert Franci. Accur. & Cy. tenere indistincte non valere tale testamentum: ex eo quia in testibus requiritur visus: vt d. l. testium. in versi. præsto fuerint, siue in testimonio, siue in contractu. Quinto etiam istud tollitur ex alio: nam circa istum canonicum interuenerunt duo impedimenta, si subtiliter ponderentur scripta in processu, videlicet, murus intermedius, & obscuritas noctis, quo casu dixit Bal. in c. j. §. porro. in ti. quæ fuit prima causa benefi. amit. in vsib. feu. Oldra. liberasse quendam, qui dicebatur
7 occidisse quendam hominem. nam † testes deposuerunt, quod ipsum viderunt occidere de nocte: Oldra. fecit probari. quod illa nocte non lucebat luna, & sic fuit ille liberatur ex necessitate quadam insurgente a natura: & ita etiam dixit idem Bal. in l. Arethusa. ff. de statu ho. & sensit in d. l. si non speciali. & idem voluit Angel. in l. si cum exceptione. §. in hac. ff. quod met. cau. & ibi est glo. solennis. Cum ergo in proposito erat nox. ergo non potuit discernere personam loquentem, et intermedio muro, & sic duo impedimenta interuenerunt. ergo sequitur, quod huic Canonico non est adhibenda fides. Sexto facit, in isto matrimonio quanquam clandestino isti testes non fuerunt rogati. ergo sequitur, quod dictum eorum non probat. Et si quis dixerit, ami
8 ce, non requiritur † rogitus testium in contrahendo matrimonio, quia non reperitur iure expressum. nam regulariter non requiritur rogitus testium, nisi in casibus expressis in iure. ergo. Ad hoc respondeo, quod imo est expressum in iure, nam diuortium debet fieri testibus rogatis. iste est text. formalis in l. nullum. ff. de diuor. in verbo septem puberibus adhibitis, & ibi glo. dat doctrinam per illum tex. quod vbicunque in l. dicitur, testibus adhibitis, intelligitur. i. rogatis: vnde si in distrahendo matrimonio, requiritur rogitus testium: ita etiam debet esse in contrahendo matrimonio, quia quæ sunt principia generandi, eadem sunt principia corrumpendi: vt clamat omnis philosophorum comitiua, & facit l. nihil tam naturale. ff. de re. iur. l. stichum. §. naturalis. cum si. ff. de solu. & isto modo potest sustentari dictum Spe. in ti. de teste. ver. item, quod non fuit in tertio casu fallentiæ, vbi dicit, quod in matrimonio contrahendo requiruntur testes rogati, & bene probat text. in d. c. fratres. allegato per Spec. 30. q. 5. in ver. inuitatis. iuncto tex. in d. l. nullum. in ver. adhibitis, & licet gl. ibi dicat se non credere, quod requiratur rogitus: tamen conuincitur sua pertinacia in non comparendo, per tex. in d. l. nullum, & istud sentit gl. in §. item ad fidem. 4. q. 3. vbi quærit, an requiratur, quod testes sint rogati, & remittit se ad dicta in §. si debitum 3. q. 9. ibi no. gl. aperto ore tenet, quod in matrimonio requiritur rogitus testium, & bene facit, quod not. Reuerendus do. Cardinalis Florentinus in c. ex parte, de spon. & sic cum gl. in duobus locis teneat istam partem, & Spe. & do. Cardi. videtur ampla auctoritas istorum, & vt voluit Ia. Bu. in l. j. C. qui pro sua iurisd. & Saly. in l. traditionibus. C. de pact. dicit ita adhærendum opinioni gl. sicut Bononienses rustici adderent carrotio, & Ang. in l. 2. ff. de accu. & io. Bal. in l. hæreditas. C. depositi. dicit, quod opi. gl. omnes alias antecellit, & dixit Bal. in c. j. de natura suc. feu. quod in consulendo non potest adhærere meliori opi. quam opinioni gl. & idem dixit in l. precibus. C. de impu. & in auth. cessante. C. de legi. her. & multo magis in casu nostro, si matrimonium est clandestinum, propter vitium clandestinitatis: ne concurrat tot specialia in vno & eodem subiecto, contra not. in l. j. C. de dot. promiss. non est dicendum, quod

quòd matrimonium clādestinum valeat, & ꝙ in eo interueniāt testes non rogati. Septimò facit, ista D. Cassandra fuit istius matrimonij mediatrix, & vt ita
9 dixerim proxeneta, † ergo sequitur, ꝙ non potuit testificari in fauorem matrimonij ipsa Ridigunda inuita, & contradicente, ita tenet gl. in §. his. in authē. de fide instrum. ver. ꝙ si neq;. & istud tenet Io. An. & ibi D. Io. de Imo. in c. dilectorum. de testib. cog. Idē voluit Bar. in l. deferre. §. idem decreuerūt. ff. de iur. fi. & probatur in c. j. iuncta glo. penul. de testi. libr. 6. vbi est speciale, ꝙ admittatur mediator in testem altera parte inuita. ergo in cōtrarium est ius cōe. l. ius singulare. cum si. ff. de legi. & facit: quià ratio posita, in §. qm̄. in auth. de testi. col. vij. vr̄ concludere etiam in sponte volente testificari altera inuita parte: & iō vr̄, ꝙ non potuit testificari. Et si quis dixerit, ꝙ doctores multi tenent contrarium, posset rn̄deri, ꝙ præfati doctores loquuntur eo casu, quo non concurrit aliud impedimentū, nisi quia est proxeneta: sed concurrentibus alijs impedimentis, vr̄ esse secus. nā in casu nostro concurrit, ꝙ ista fuit criminosa mulier, & quæ est infidelis Deo, non potest esse fidelis hominibus. facit quod hr̄. in c. forus. de verb. sig. non fuit rogata in isto contractu matrimonij, quod fuit clandestinum, & etiam fuit proxeneta. ergo sequitur, ꝙ nullo modo potuit testificari in isto contractu matrimonij, & ista procedunt quoad ipsos duos testes, scilicet Dominicum Canonicum, & Cassandrā mu-
10 lierē. Octauò nec † ēt obstat cōfessio ipsius Ridigundæ iam facta extra iudicium, de qua deponunt qdā Ioanna, & quædam Cicilia: quia posito ꝙ ita sit, nihilominus non est sufficiens ad obligandum ipsam Ridigundam: quia facta absente parte. l. certum. §. siquis absente. ff. de confes. c. si cautio. de fide instru. Nec obstat si dicatur: ꝙ sufficere debet, iunctis dictis illorū priorū testiū: ex eo quia ex ista cōfessione orit̄ probatio semiplena. & tūc succedit regula, ꝙ cōiungunt̄ probationes diuersi generis, vt faciāt vnū totū: vt voluit Bal. in rubrica. de controuer. inuesti. in vsi. feu. ideo coniunget̄ probatio resultans ex primis testibus deponentibus de matrimonio iam contracto cū probatione istius cōfessionis, vt scribunt oēs in l. admonēdi. ff. de iureiur. & Bal. in d. rub. quia ad hoc rn̄deo, negando assumptum, & ad hoc allego elegātem doctrinā Bal. in auth. rogati. C. de testi. vbi dicit, duo testes deponūt de numerationis actu, & tres deponūt de confessione: an sit probatū per quinq; testes: & decidit ibi Bal. ꝙ non: qa iste diuersę species. nō sunt cōiungendæ: vnde vna nō vnitur alteri. allegat Dy. & alios in l. 2. §. j. ff. de excu. tu. & dicit de hoc esse casum in c. fin. de succ. ab intesta. vbi ille Abbas probauerat per vnum testem de oblationis actu: ꝑ plures autem testes probauerat de cōfessione oblationis, ꝙ nō coniungitur illa probatio, & ideo dicit Bal. ꝙ si vnus probat de oblatione: & alius de confessione, ꝙ non est probata oblatio: non tamē negat, quin faciant maiorē fidē, quā vnus testis solus, qđ dicit Bal. ibi esse tenendum mēti. Ita dicamus in casu nostro, ꝙ non ꝓbatur iste cōtractus matrimonij cōiunctis primis testibus: cum ista cōfessio facta absente ipso Nicolao asserto marito fuerit. nec etiam confessio istius Ridigundæ, potuit præiudicare secundo matrimonio contracto cū ipso Baptista: vt in c. super eo. de eo qui cogno. consangui. vxo. suæ. Nec etiā cōfessio facta per ipsam Ridigundā, inquantū in iudicio confessa fuit, ꝙ cōtraxit matrimonium cū dicto Nicolao, si matri suæ placuerit: cōfessio enim dēt acceptari cū suo onere, emanauit enim in fauorē ipsius respōdentis, ergo non dēt in eius odium retorqueri. l. qđ fauore. C. de legi. cū sim. Vltimo facit, qđ plenissimè dixit solēnis doctor, ex cuius cōsilio lata fuit sn̄ia, ꝙ dicta ipsorū testiū nō ꝯcordāt īter se, nec cōcordāt cū dicto ipsius Nicolai, & regula traditur, vt nunq̄ dicta testiū possunt reduci ad cōcordiā cū dicto partis, ad hoc vt ꝓbet: vt no. in c. cū tu. de vsur. l. inter stipulātē. §. Stichum. ff. de verb. ob. cū si. Et ista erant, quæ iudicio meo reddebant præsentē consultationem dubiam. ¶ Et licet ista sint colorata: tn̄ casum nostrū nō attingunt. ideo illis nō obstantibus contrarium puto de iure verius, ꝙ imo sit sufficienter probatū matrimoniū contractū esse inter ipsam Ridigundā ꝙ ipsum Nicolaū, & per ꝯn̄s non veniat absoluenda dicta Ridigunda, imo est cōfirmāda prima sn̄ia lata in fauorem ipsius matrimonij. Et primò pręmitto illud elegantissimū dictū, qđ Host. nostro bellissimè venit in mentem, in c. 2. de cogna. spi. vbi ponit regulā, ꝙ vbicunque doctores & magistri per suas regulas sperant mr̄imoniū, nec dant casum exp̄ssum in iure ꝓ illa separatione: si reperitur vnus doctor, vel magister matrimonium sustinens, tunc illius opinio est sequenda: ex quo infertur mirabile
11 dictum, ꝙ † vbicūque agitur de matrimonio sustinēdo, singularis opinio est præferenda cōi: de quo dicto singulariter D. Abbas Siculus facit festum in c. fi. de re iud. & in d. c. 2. nec est mirū: quia sępenumero Deus aperit intellectus in vno passu magis vni, q̄ fecerit alijs pluribus, & doctis: vt est tex. sing. in l. j. §. sed neque. C. de vete. iur. enucle. & pulchre scripsit gloriosus Hieronymus in prologo biblię doctus Plato nesciuit, hæc Demosthenes eloquens ignorauit. & etiam facit ratio: quia intellectus: per quē actus sustētatur dicetur benignior: in vno, quam in alio: vt l. quoties. ff. de verbo. obligationib. & firmat dominus Mattheus de Mathesilanis in suo tractatu de eligendis opinionibus. cum ergò in casu nostro iste Nicolaus stet in fauorē ipsius matrimonij: & vt matrimonium tenuerit. Et ideo est, ꝙ iura canonica ita accuratè disposuerunt, ꝙ in sn̄ia diuortij facīeda deberet probari impedimentū per testes circūspectos, & omni exceptioni maiores: vt in c. j. de consangui. & affini. & idem dixit tex. in c. insuper. versic. ꝑ testes fama & conuersatione præclaros. qui ma. accu. pos. Et idem voluit lex ciuilis in præalleg. l. nullum. ff. de repudi. vbi requirit septem testes puberes adhiberi, & glo. ibi dicit rogari. licet de iure † canonico suffi- 12
ciant duo testes: tn̄ tam ad coniungēdum matrimoniū, q̄ ad separandum, sufficiant duo testes masculi, & etiam fęminæ: vt probat text. formalis in c. super eo. de test. vbi fuit quæsitum de duabus mulieribus, & Papa remouit matrem duntaxat certo casu, & ꝙ sufficiant duo testes, facit ille tex. in prima parte, & in secunda parte, & in fine iuncta l. vbi numerus. ff. de testi. & regula, pluralis numerus. libro vj. & facit gl. singularis in c. præsul. 2. q. 4. vbi duo testes coniungunt Papam de crimine: & nullibi cauetur contrarium in causa matrimoniali, ita probatur apertissimè in d. cap. super eo. & hoc apertè firmat post alios dn̄s Abbas Siculus. stat ergo ista regula firma, ꝙ mulieres possunt esse testes in matrimonio: sed in matrimonio dissoluendo debent esse præclari testes fama, & omni exceptione maiores. Ex quo tollit̄ fundamentum factū ex parte aduersa, ꝙ ille canonicus, & illa Cassandra non erant testes omni exceptione maiores: qa posito, nō tn̄ cōcesso, ꝙ ita sit tn̄ istud est verū, qn̄ producūtur cōtra matrimoniū: vt in d. c. insuper. & d. l. nullum. sed qn̄ producūtur in fauorem matrimonij. tunc stamus regulæ, ꝙ admittant̄ testes, si nō sunt a iure ꝓhibiti. Et ēt si subtiliter ponderetur tex. in d. c. super eo. non probat, ꝙ duo testes sufficiāt ad dirimendum matrimoniū cōiuncta d. l. nullum. sed de hoc non est hic curandum, quia non versat̄ quęstio circa hoc. Et ideo dicimus, ꝙ ad dictū vnius

vnius impeditur matrimonium contrahendum: vt in c. præterea. de sponsa. & sola fama sufficit ad dirimendum: vt cap. super eo. de consang. & affini. quæ non dirimunt matrimonium iam contractū. c. quēadmodum, de iureiur. gl. in d. c. super eo. cum ergo hic agitur de matrimonio iam ɔtracto probãdo, & nō ad ipsum matrimonium distrahendum, omnia iura fauent, & ideo sublatū est ex toto illud fundm̄. Secundo præmitto, ꝙ qñ ista Ridigunda confessa fuit coram matre, ꝙ iam ɔxerat adhuc matrimonium conditionale secundum cum ipso B. & sic talis confessio tunc prædicauerat illi secundo matrimonio conditionali. & ideo inquantum glo. in c. 2. de clan. despon. dixit, ꝙ confessio coniugum, ꝙ clandestinè matrimonium ɔxerunt, non præiudicat alteri matrimonio publice contracto, debet intelligi purè, & non conditionaliter, vt fuit in casu nostro, q̃a publicè fuit istud ſm matrimonium ɔtractum sub cōdictione, si dicta Ridigūda sit soluta, & sic nō obstat materia. c. super eo qui cogno. consan. vxo. suæ. Quia istis præsuppositis pro verissimis arguo hoc modo incōuincibiliter, vbicunque † matrimonium est ɔtractum clandestinè ita, vt legitima probatio non appareat, statur confessioni coniugum, seu ipsorum contrahentium. ita formaliter probatur istud assumptum in c. quod nobis. de clan. despon. Et subdit ibi multū singulariter D. Cardinalis, ꝙ si per vnum testem & famam probatur matrimonium clandestinū, sufficit, vt dicatur probatio legitima, q̃a testis cū fama plene probat: vt in c. veniens. el j. de testi. & in cap. j. de appellat. & innuit, ꝙ tunc præiudicat matrimonium clandestinum matrimonio posteriori publicè ɔtracto, qñ legitimè probatum fuerit. & peroptimè facit c. sicut. de proba. in versi. cum aliæ legitimæ ꝓbationes, coniuncto. c. sedes Apostolica. de rescript. vbi probatur, ꝙ iurm̄ † dr̄ probatio legitima. & facit tex. in l. proprietatis. C. de proba. vbi dicit, ꝙ dñium probatur testibus, instr̄is, vel alijs legitimis probationibus. & glos. dicit ibi. s. per famam consentientem. & ideo reprehenditur gl. cōiter in l. cum de indebito. ff. de proba. inquantū dixit, ꝙ iurm̄ non erat legitima probatio, & sic formaliter probat ibi tex. ꝙ ad matrimonium clandestinum acceptatum ab ecclesia, & in iudicio sufficit eius probatio, & ibi D. Card. dicit, ꝙ sufficit vnus testis cū fama, vel sufficit confessio ipsorum coniugum, sed in casu nostro interuenit vtrumque. īteruenit enim probatio duorum testium deponentiū de ipso matrimonio ɔtracto per verba de præsenti, quo casu sufficit; & etiā interuenit confessio ipsorū cōiugū. Et licet Vincentius dixerit, ꝙ manifestum matrimoniū præiudicat clādestino. ēt si hēat vnū testē & famā, tñ tollitur eius dictum dupliciter. primo, q̃a ipse non loquitur de matrimonio publicè ɔtracto sub condictione, si primum clandestinum non tenuerit, seu illa sit soluta, & iste est casus nr̄. vnde effectus istius secūdi pendet ex corruptione primi, & sic corruptio primi est generatio istius secundi, quo casu nō loquit̄ Vincentius. Item toll. t & secundo ex dicto dñi Cardinalis volētis, ꝙ si clādestinū matrimonium est probatū per vnum testem, & famā præiudicat citeriori matrimonio publice contracto. & in casu nostro iam est probatum primum matrimonium inter ipsum Nicolaum, & ipsam Ridigundam, testibus, & confessione ipsorū contrahentium, & per consequens istud matrimonium licet clādestinum sufficienter est probatum. ergo non est soluta dicta Ridigunda: quia probatio istius est corruptio alterius. s. secūdi, † quòd licet clādestine non sit contrahendum matrimoniū: tñ si est contractum, obligat: vt in c. ij. de clandesti. despons. cum similib. Vnde licet tex. ibi dicat, nisi rationabilis causa præpediat. & gl. ibi ponat exemplū de con sang. & affin. siue matrimonio. & Vincentius, vt ibi infert d. An. dicat, ꝙ semꝑ manifestū matrimoniū ꝑiudicat clādestino, ēt si ambo confiteantur, & habeāt vnum testē & famā, & ibi dicat Pet. & do. Abb. antiquus, ꝙ si ambo confiteantur matrimonium, ecclesia non approbabit, nec illud faciet obseruari. referunt tñ multos doct. tenuisse ɔrium, quia ista non obstant: quia procedunt in casu suo, & eo quo matrimoniū publice ɔtum fuit pure, secus si sub conditione. nam matrimoniū ɔditionale hēt vim sponsaliorum de futuro: vt in c. super eo, de condi. appo. vnde sicut sponsalia tollūtur per sequens matrimonium: vt in c. 1. de sponsa. duo. ita tollitur matrimonium ɔditionale per matrimonium purū. c. j. de spōsalibus. li. 6. etiam maxime in casu nostro: quia istud secundum fuit ɔtum, si dicta Ridigunda sit soluta, & sic habet relationem ad primum iurm̄, & per ɔ̄ns non obstat in casu nr̄o, & indubitanter fecit dubitationem non mediocrem in ista ɔsultatione, sed nullo modo ob. q̃a in alio casu loquitur. Et sic stat conclusio firma, vt in lapide quadrāgulato, ꝙ probatio sufficit, vel confessio ɔhentium quo ad istud matrimonium clādestinum, nec est rationabilis cā impediens cum nō opponatur ɔsanguinitas, & affinitas, nec aliud matrimoniū purum, & ēt quia iam ɔ mādatum dñi Vicarij fuit illud secundum cōditionale matrimonium ɔtum, quo ēt casu nō loquitur Vincen. & sequaces, vt per totum ti. de ma. ɔtō ɔ interdic. eccle. & iudicio meo ponit gladium ad radicem

16 in ista doctrina. Secundo dico, ꝙ testes † probant matrimonium ɔtum, ēt si sint mulieres: vt est tex. in d. c. super eo, el 2. de testi. & hoc ibi tenet D. Abb. & superius est in ꝓ̄suppositis expressum. ergo multo magis per istum Dñicum canonicum, & illam Cassandram, duo. n. testes conuincunt Papam de crimine, supra est dictum, quāto ergo magis probatur matrimonium, sicut. n. matrimonium est priuilegiatum, vt est sn̄ia: vt in c. fi. de re iud. ita est priuilegiatum respectu probationis, vt est tex. in l. lege Iulia petronia. ff. de manu. ti. gn̄ali. tenet Bal. in d. c. fi. ꝙ optime probat ibi tex. iuncta d. l. lege Iulia. & tenet Bal. in c. dño guerram. §. promptiores. in ti. hic finitur. l. cor. & incip. ɔsuet. & in l. in exercendis. C. de fide instr. & in c. cū sint partium. iuncta gl. de reg. iu. in 6. ita dicemus in isto puncto, ꝙ illi duo testes probant matrimoniū istud sufficienter. Tertio facit, secundum matrimo-

17 nium † ɔditionale habet vim sponsaliorum pendente conditione, vt in d. c. super eo, de condi. apposi. & sic tale matrimonium dr̄ esse ɔhendum. & est in fieri, & non in facto esse, quo casu, vt impediatur ɔhendum, sufficit sola fama, vt in c. super eo, de consang. & affi. item ēt dictum vnius, vt in c. præterea, de sponsa. c. super eo. §. j. de testi. & ibi est gl. ergo quanto fortius in casu nr̄o impedietur istud ſm matrimonium ɔcurrentibus duobus testibus, deponentibus de matrimonio primo iam ɔtō, & confessione ipsorum ɔhentium: cum istud sit ɔhendum, & non ɔtum, ꝑꝑ prudentiam conditionis, Quarto facit. c. testimo

18 nium, de testi. vbi emendatus † de crimine potest in causa ciuili, vel criminali ciuiliter mota esse testis, & subdit ibi tex. ꝙ etiam si cōuictus fuerit de crimine, vel confessus, vel ꝙ alias ꝑꝑ crimen fuerit repulsus a testimonio in iudicio, post peractā pęnitētiā poterit in cā ciuili esse testis, ita formal̄r dicit ibi text. posito ergo, ꝙ ille canonic⁹ est emēdatus, & sic ēt illa Cassādra, nō sunt ꝓhibiti testificari suꝑ isto mr̄imonio, & allego optimū tex. ī l. imperialis. §. similes. C. de nup. in ver. oēm maculā aboleri penit⁹ oportet. ꝑ quē tex. dixit ibi Bal. ꝙ postquā bāniti sunt integrè ex bāniti, est abolitū nomen banniti, & æquiparantur cæteris integri

integri status, & sublato nomine tollitur præiudicium nominis: adeo q nō remanēt reliquiæ nudi nominis, & ad hoc dicit ibi Bald. illū tex. fore valde notabilē, & subdit ibi Barto. quòd ille, qui deliquit, post peractam pœnitentiam & habitam indulgentiam, habetur perinde, ac si non deliquerit, quod dicit facere pro teste periuro, vt post pœnitentiam peractam habeatur, ac si non deliquisset. allegat gloss. quam dicit esse valde notabilem, in l. 3. §. lege. ff. de testib. facit gloss. in cap. cum Vintoniensis. de
19 elec. Et ideo dixit Bald. in l. Cassius. ff. de senato. q † vsurarius post restitutionem vsurarum recuperat famam de æquitate canonica. facit. capit. ferrum. 50. distin. in ver. non ergo debet inspici, quod fuit: quia iam incipit esse, quod non fuit. facit capit. admonere. 33. q. 2. vbi, si re prineris, nec nomen habere mereris. Facit, quod voluit Andreas de Isernia in capitul. j. in titul. quæ fuit prima causa benefi. amit. versicu. dixit, princeps restituit aliquem proditorem, quòd pater illius non poterit illum exhæredare propter talem restitutionem, & subdit, quòd si quis appellaret ilium proditorem, puniretur actione iniuriarum. & allegat. dict. l. Imperialis. §. si miles. secus dicit, si dicat sibi, tu fuisti proditor, & sic conclusio est indubitata: quòd post peractam pœnitentiam, seu post emendationem est abolita omnis macula: adeo quòd poterit qs esse testis. ergo posito, quòd isti fuerint criminosi: nihilominus potuerunt testificari super isto matrimonio, cum sit causa ciuilis. Et est diligenter ponderandum d. capitu. testimonium. quia requirit, quòd testis repellendus a testimonio fuerit conuictus, vel confessus, vel quòd fuerit aliàs repulsus a testimonio: & nullum istorum accidit in persona illius ser Dominici, nec illius Cassandræ. ergo sequitur, quòd potest testificari. Et est accuratè ponderandum: quia exceptio opposita non est sic opposita, quòd tempore productionis in testem erat inhabilis: opponitur enim, quòd intrauit monasteria monialium & ipsas moniales cognouit carnaliter. non enim opponitur, q tempore depositionis, seu productionis in testem erat ista inhabilitas: ergo talis exceptio est inepte opposita. Vnde Ang. in suis consilijs, consilio primo dixit: quidam domesticus fuit productus in testem, fuit opposita exceptio contra eum hoc modo: iste non est omni exceptione maior: quia domesticus: attamen fuit admissus: quia
20 conditio † testis inspicitur tempore iuramenti. l. j. C. de testa. l. si arbiter. C. de sen. & interlo. om. iudic. non enim considerantur tempora anteriora, vel posteriora. ergo talis exceptio non fuit apte apposita. Facit, quod voluit Barto. in l. j. & in l. testium. §. conditionem. ff. de testa. Et ex istis sublatum est illud fundamētum, cum dicebatur: quòd nō est oīo integer emēdatus de crimine: qa illud procedit quo ad casum, de quo loquitur dictum capitu. testimonium. s. in causa criminali criminaliter intentata: sed quo ad causam ciuilem, vel criminalem ciuiliter intentatam est secus: quia remanet omnino integer per iura superius allegata. nec dictum domini Abbatis in d. capitu. fina. obstat, ex eo quia ipse loquitur in eo, qui de crimine est accusatus, quo casu pendet status suus. vt nō dicatur integer: sed iste non est casus noster: quia iam isti duo testes non sunt accusati de crimine tempore iuramenti præstiti. & sic dictum D. Abb. non facit ad propositum. Nec ob. dictum Bar. in d. §. non solum. quia est communiter damnatum per doctores, & contra illud consuluit Bal. in rubrica. C. de vsur. vbi contra Bar. allegat. c. cū tu. iuncta gl. in ver. donec. de vsu. & contra Bar. tenuit D. Laurentius de Rodulphis in suo solenni tractatu de vsu. allegat. ca. quanquam. de vsur. in 6. in princ. & istud etiam sequitur Ang. in d. l. quis sit fugitiuus. & in l. sicut. §. superuacuum. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. Nec ob. dictum Bal. in d. l. improbum. quia etiam ipse tenet contrarium in d. l. Cassius. Nec ob. dictū Bart. in d. l. 2. de primicer. qu a ibi in fraudem se fecit cancellari de matricula. & ibi no. & sic
21 in † testimonio ferendo in casu ciuili inspicitur præsens vita. Quinimo dico, quòd etiam infamis infamia facti dicitur esse integer homo, & ad hoc nouissimus considero tex. in l. criminis. in versi. si tibi in egra existimatio est. C. qui accu. non pos. vbi dicitur, quòd ille potest accusare, qui est integræ existimationis. sed infamis infamia facti potest accusare: vt firmat gloss. in l. qui accusare. ff. de accusat. & firmant omnes doctores in capitu. j. eod. titu. ergo sequitur, quòd infamis infamia facti dicitur integer homo. ita etiam dicitur integer homo emendatus de crimine quoad causam ciuilem, vel criminalem ciuiliter motam. & sic sequitur, quòd isti potuerunt testificari, posito quòd essent infames infamia facti, quòd non sunt: possent tamen testificari in causa ciuili: vt voluit gloss. in leg. cunctos populos. C. de summ. trinit. & in l. j. ff. de his qui not. infam. & in l. nullam. C. e. Et si dicatur. quòd Bal. in dict. l. cunctos populos. dixit, quòd infamis infamia facti repellitur in causis grauioribus, in quibus requiruntur testes omni exceptione maiores. & Domi. Abbas alleg. capitu. j. de consangu. & affi. in dic. capitu. testimoniū. referendo illud dictum Bald. Ad hoc respondeo, quòd dict. capitu. j. loquitur in testibus deponentibus contra matrimonium: non autem in testibus deponentibus p matrimonio: quia duæ fœminæ possunt testificari. & sufficiunt ad probationem matrimonij: vt in dic. capitu. super eo. el 2. de testi. Quinto facit, isti duo testes Dominicus & Cassandra licet probent de matrimonio iam contracto, non tamen sunt soli. extat enim confessio illius Ridigundæ probata per alios testes, quòd iam contraxerat cum dicto Nicolao, extant etiam alia multa indicia. vnde succedit solennis doctrina An. in consilijs suis, consilio primo. vbi refert se consuluisse. fuerat productus testis domesticus producentis: tamen dictum eius fuerat confirmatum per alios testes non domesticos: fuit dubium, an sustentaretur dictum illius inhabilis propter habilitatem aliorum? & consuluit quòd sic, per text. val de singularem in leg. si quis ex argentarijs. §. sed omnes. versicu. quid enim si vnus humilis, & deploratus ediderit. ff. de edend. & quod ibi voluit Iacob. Butr. & facit elegans dictum Bal. in l. Imperator. ff. de sta. ho. vbi dicit no. quòd si duo notarij sunt simul adhibiti, & vnus est officio priuatus: valet tamen vtrunque instrumentum propter illum notarium, qui est authenticus, allegat. d. §. sed si oēs. & sic dicit, q vtilis person a propter inutilem non vitiatur, quod dicit esse notandum propter multa. in l. pscriptione. ver. 5. quæritur. C. si contra ius vel vtilitat. publ. dicit, q exceptio contra vnum testem, in quo nō pendet substantia: pbationis qa est probatū per plures alios, non impedit reliquum processum ordinarij, seu delegati iudicis. allegat Inno. in c. sup eo. el 2. de offi. deleg. facit, qđ not. idem Bald. in l. j. C. de testa. & ideo posito, non tamen concesso, q fides istorum duorum testium turbaretur: tn̄ suppletur per alia adminicula, & psūptiones. & iō dixit gl. quę allegatur p singulari, in l. 2. ff. de excu. tu. q duæ præsumptiones faciunt vnā plenam probationem. facit gl. in c. accedens. el 2. vt lit. non conte. & in cap. cum causam. de proba. & in l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & D. Abbas siculus in ca. tertio loco. de proba. & in d. c. cum causam. Ioā. de Imo. in ca. veniens. el j. de testi. Bald. in l. 3. C. ad l. iul. maie. & in l. fina. C. de proba. & ibi Sal. & Bart. in l. j. §. item Cornelio. ff. de quæsti. & pulchrè per dominū Petrum de Ancharan. consilio 265. & ideo posito, q fides istorum duorum esset dubia, tamen sustentatur ex alijs adminiculis, & præsumptionibus, & confessione ip-
22 sius Ridigūdæ, Sextò facit, iste Canonicus habebat † vocem illius Ridigundæ notam. ergo posito q eam non viderit, aut propter murum intermedium, aut propter obscuritatem noctis: tamē potuit testificari de actu isto: nam cecus, q contrahentium voces habet notas; de contractu testificari potest: vt dicit gloss. 3. quæstione. 9. capitu. testes. gloss. in authent. de hæred. & falci. §. si verò absunt. Spe. in titu. de teste. §. quia verò. ver. quid si cecus. Io. An. in c. cum causam. de testi. & bene facit ad hoc, qđ no. Io. An. in c. ex literis. de consuc. vbi dicit post Host. q ubicun-

vbicunque quis habet deponere, super actu inuisibili: quia super expressione verborum, non est necesse, quòd in istis talibus deponat de visu. vnde dicunt valere dictũ testis, qui solum dicit, quòd audiuerit verba, licet non viderit personam. & ponunt exemplum in quæstione facti: quidam decepit tabernarium furando sibi taceam argenteam, quam sibi confitebatur in occulto: sed nolebat confiteri in publico. Mõ tabernarius posuit quosdam testes post parietem, & notarium quendam, & induxit illum ad confitendum, quòd illam taceam subtraxerat: modo ille tabernarius rogauit testes & notarium, vt de hoc essent rogati, & sic decidunt: quòd confessio potest probari per testes, licet ipsi testes non viderint personam loquẽtem, cum quo dicto transeunt communiter omnes scribentes ibi. ita erit in proposito nostro dicendum, posito quòd dictus Canonicus non viderit ipsam Ridigundam, propter murum, & propter noctem, sufficit, quòd audiuerit vocem eius cognitam, & audiuerit eam loquentem, & contrahentem matrimonium præfatum. Et maximè ponderet dominus iudicãs: quia non probatur, quòd tunc temporis cum ipsa Bidigunda erant aliæ personæ, quæ potuissent fingere vocem eius: & quia satis dicitur esse præsens ille, qui stat ꝓpe eum, quem audire potest. facit, quod voluit Cy. in l. testium. C. de test. vbi dicit, ꝙ licet vox mutari possit: tamẽ attendi debet illud, quod communiter accidit. facit, qđ not. in l. non epistolis. & in l. neque natales. C. de probatio. tum etiam quia ista est materia contractus, & possunt testes testificari de eo, quod audierunt a partibus, quarum voces habent notas: licet eas non viderint: vt voluit glo. in dict. §. item Labeo. ergo. Facit etiam, quod voluit Ioann. de Imo. in præallega. cap. præterea. de testi. vbi dicit, quòd quoties agitur de separatione matrimonij propter magnũ periculum: quia agitur de probationæ copulæ, quæ vere probari non potest, standum esse decisioni gloss. in dict. capitu. præterea. Sed in proposito nostro nos non sumus in separatione matrimonij, imo agitur de fauore ipsius matrimonij iam contracti. ergo sequitur, quòd talis testis optime probat, & ideo ibi firmant communiter scribentes, quòd si aliquis non vult confiteri veritatem in præsentia aliorum, quòd poterit adduci ad iudicem ad confitendum in aliquo loco, vbi post cortinam essent aliqui, qui audirent, & qui de hoc essent aduisati. nam tale testimonium, cum sit de auditu proprio, valet: licet cortina fuerit intermedia, non nocebit, si testes habuerunt notas voces confitentis, ex quo non sumus in actu testamenti: nec in actu dissolutionis matrimonij. Nec obstat, cum dicitur, istud fallere in testamento, vt dicunt scribentes in dict. §. item Labeo. & in dic. l. si non speciali. & in dict. l. testium. ergo idem erit in causa matrimoniali, hoc nego. Nec obstat d. capi. si duobus. de re iudica. quia textus ibi loquitur in sententia: quia sicut in dubio debet tenere sententia fauens testamento. ita debet tenere sentẽtia fauens matrimonio. istud facit pro ista parte, ex quo agitur de fauore ipsius matrimonij. tum quia in sententia est eadem ratio in matrimonio & testamento: quia est idem fauor. Non autem est sic in casu nostro: quia diuersa ratio est in testamento & matrimonio: quia testamentum communiter, vt videmus, fit in infirmitate, & de facili potest mutari & fingi. vox infirmi: vt dicunt omnes scribentes in locis præallega. non est sic in matrimonio: quia in communiter contrahitur per homines sanos, & validos, & non ita potest fingi vox. vnde hoc casu regulariter matrimonium & testamentum non æquiparantur. ergo nõ valet argumentum de uno ad reliquum, vt no. in c. constitutionẽ. de regula. libr. 6. & ibi per dominum Dominicum. Nec ob. glos. in d. c. præterea. quia loquitur eo casu, quo agitur de separatione vinculi matrimonialis: & ibi voluit Io. de Imo. sed in casu nostro agitur de cõiunctione & confirmatione vinculi matrimonialis. ergo. & etiã bene facit, quod no. dominus meus Io. de Imo. in d. l. in summa. §. Labeo. & sic inquãtũ ipse dici t in d. c. præterea. ꝙ illa gl. procedit propter magnũ periculũ animarũ, est iõ: qa ibi agebatur de separatione vinculi matrimonialis. & iõ ipse illo casu dicebat, gloss. illam procedere. & ideo cum sit speciale in causa testamenti. ergo in contrarium est ius commune in alijs. Et sic non obstat, quod etiam dicebatur de obscuritate noctis, quia licet sit nox opaca & obscura tamen in casu isto iste ser Dominicus nõ deponit de visu, quem opaca nox impediebat: sed deponebat de auditu eius, cuius vocem habebat cognitam, ideo Old. Bal. & Ange. loquuntur eo casu, quo testes deponebãt de visu, quo casu teste ipsa natura redargui potuerũt de falsitate: quia de nocte, si luna non lucebat, nõ potuerũt videre, & discernere vnum ab alio. & sic non obstant illa dicta huic decisioni: & maxime in casu nostro: quia iam apparet per alios testes, ꝙ veritas ita se habet, ꝙ ista mulier iam contraxerat matrimonium cum ipso Nicolao: vt apparet per ipsam confessionem. Septimo opponebatur de †rogitu ipsorum testiũ, & iudicio meo est satis solennis obiectio: sed colorata tamen, & debilis, veritate comperta. Primo dicitur, ꝙ diuortiũ debet fieri cũ rogitu testiũ. ergo & matrimoniũ. circa hoc appẽsate põderet D. iudicans: qa cũ allegatur d. l. nullum. illa non ꝓbat illud, ad quod allegatur per Spe. & etiam per glo. ibi. quod sic ostendo: regulariter non requiritur rogitus testium: vt in l. ad fidem. ff. de testi. Spe. in loco præalle. glo. ordi. in authen. rogati, C. de testibus: sed in diuortio hoc non reperitur expressum, ꝙ debeat interuenire rogitus testium. ergo sequitur, ꝙ debemus stare regulæ, nam licet. dicta lege nullum. dicat septem puberibus testibus adhibitis. & gloss. ibi dicat idem rogatis, salua semper reuerentia tanti doctoris, non sequitur, adhibitis: ergo rogatis. & ad hoc allego optimum text. in leg. finali. §. fina. C. de codicilla. in versicu. adhiberi. vbi in codicillis debent adhiberi quinque testes: & tamen non debent rogari. ecce qualiter verbum adhiberi, non inducit rogitum. ergo debemus stare regulæ. Et ideo reuerendus domin. Cardinalis in capit. ex parte. de sponsa. reprehendit glo. in d. l. nullum. dicens, ꝙ nunquam requiritur rogitus. nisi in casibus expressis in iure. & licet ibi Bald. teneat illam gloss. ita exponentem illum text. & allegat text. institu. de testamen. §. fina. tamen ille text. nihil facit ad propositum: quia loquitur in testamento, in quo regulariter requiritur rogitus testium. Et subdit etiam Dom. Cardina. in dict. capit. ex parte. quòd Specula. in loco superius allegato dicit, quòd testes sunt vocandi, non tamen sunt rogandi. & allegat text. in d. cap. nostrates. in versic. inuitati. & sic intelligit. i. vocati, & ita dicit intellexisse Specul. dum dixit, ꝙ debent rogari. i. vocari: & allegat. d. §. debitum & d. l. ad fidem. & gl. ibi positas, & ita illæ glo. debent reduci ad concordiam adinuicem. allegat etiam d. Card. ibi gl. in d. authen. rogati. C. de testi. qui dicit, ꝙ in quatuor casib. tãtum in iure requiritur rogitus, quos ibi connumerat. & non ponit ibi casum de matrimonio cõtrahẽdo, licet ponat casũ de mrimonio distrahendo. & allegat. d. l. nullum. sed in veritate d. l. nullum. hoc dictum eius non probat: nec est opus nunc illud discutere, quis iustius dixerit: quia nõ sumus in casu diuortij, aut distractionis matrimonij, & ista nõ sunt paria, cõtrahere matrimonium, & dissoluere matrimonium: qa facilius contrahitur, & difficilius dissoluitur, ꝓpter periculum animarum: vt fuit latè superius dictũ. & ideo nõ sequitur in dissoluendo requiritur rogitus: ergo in contrahendo: quia diuersa est ratio in utroque: ergo diuersa erit dispositio, vt est dictum superius, ut l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patrona. c. cum cessante. de appell. & sic solennis doc. do. Cardinalis declarauit dictum Spec. ꝙ intelligatur. i. vocentur testes. & non rogantur. ergo sufficit istos testes fuisse præsentes: quia præsumuntur vocati, argumẽ. eius, quod voluit Petrus de Saxonia in capit. bonæ. de elect. & referunt, & sequuntur doctores in cap. 1. de iudic. Et sic non ob. cum allegatur, ꝙ auctoritas gloss.

gloſſ.omnes aliat antecellit: quia ad hoc reſpondeo, pri-
mo.gloſ.in d.capi. noſtrates.tenet,quòd non requiratur
rogitus.idem tenet gloſ.in d.authē.rogati.ergo &c.Item
qnia reducuntur ad concordiam: vt debeant vocari. Itē
quia gloſſ. in dict.authent. rogati. idem tenet, & ſic non
eſt verum,quòd opinio glo.ſit in contrarium.Item quia
per experientiam videmus,quòd nunquàm rogantur te
ſtes in matrimonio.Item quia illæ gloſſ. intelliguntur &
interpretantur,ideſt, vocandi ſunt teſtes, per text.quem
ad hoc allegant,qui hæc probat in dict.capitul.noſtrates,
in verſicul. inuitati. & minimè mutanda ſunt, quæ cer-
tam interpretationem habuerunt. l. minimè.ff.de legib.
Octauo licet iſta domina Caſſandra fuerit proxeneta,
vel mediatrix:nihilominus non eſt repellenda a teſtimo
nio. vnde Salycetus in lege omnibus. C. de teſtibus. in
24 verſicu. ſed attende. dicit, quòd † proxeneta eſt teſtis
idoneus, ſiue producatur ab vtraque parte, ſiue ab alte-
ra tantum: ſed in hoc eſt diuerſitas: quia ſi ab vtraqne
parte producatur, compellitur teſtificari: ſi ab altera tan
tum,tunc non poteſt compelli. & allegat gloſſ.in authē.
de teſte.§.quoniam. & dicit hanc eſſe veritatem, allegat
Iacob.de Beluiſi.ita dicentem: & iſtam dicit eſſe opinio-
nem communem doctorum, quicquid dixerit gloſſ. in
authen.de inſtrum. cau.& ſi.§. in his. & idem expreſsè te-
nuit Bald.in d.l.omnibus. dicens Bar. vehementer erraſ-
ſe: & hanc dicit eſſe veritatem. & iſtam partem etiam te-
nuit Do.Florianus in l.eos.ff. fini.regun. & eam ſequitur
Ang.in d.§.quoniam.& etiam ſequitur D.Abb. in c.dile-
cto.de teſt.cog.& ſic cum iſta ſit communis opinio,ergo
iſta eſt ſequenda.l.j.ff. de ſenato. & ibi Bal.l.athletas.ff. de
his qui no.infa.l.ita vulneratus.ff. ad l.aquil.cap. in cano-
nicis.19. diſtinct.cap. de quibus.20.di.§. quidam. de peni.
diſt.j.Bar.in l.fi.C.de pœna iu.& in quæſtione, an ſenten-
tia iudicis.Bald. in l.obſeruare.§. proficiſci.ff. de offi.pro-
conſul.& in l.j.ff.de vulga.& pup. & Ang.in l.cum prola-
tis.ff. de re iudi. Hoſtien.D.An. & alij in ca.capellanus de
fer.Ioann.An.in c.j.de conſti. Inno.in c. ne innitaris.eo.
ti.moderni in cap.j.de poſtul.præla.lib.6.& etiam dictum
Bar.& Ioan.An. & Io. de Imo.alleg. in contrarium non
obſtant in caſu noſtro:quia non loquuntur eo caſu, quo
dictum proxenetæ, habet alios teſtes conformantes, &
coadiuuantes dictum ſuum, vt in caſu noſtro: ideo pul-
chre dixit Bald.ſuper Innocen.in ver.teſtes, ꝙ ſi quis ha-
bet tres teſtes probantes intentionem ſuam, fruſtra ad-
uerſarius opponit contra vnum ex illis: & dicit fuiſſe di-
ctum Innocen.in cap.ſuper eo.de appel.bene facit.§. ſed
ſi omnes. ſuperius allega. & ſic licet fuerit proxeneta: ta-
men potoit teſtificari volente ipſo Nicolao. Nono acce
dat ad hoc, quòd dicta Ridigunda confeſſa fuit cōtraxiſ-
ſe matrimonium cum ipſo Nicolao, quo caſu nulla
25 † probatio eſt clarior ea, quam quis proprio ore facit.c.
per tuas.de probatio.& l.generaliter.C.de non numera.
pecun.& bene facit.d.capit.2.de clan.deſpon. Et licet iſta
confeſſio emanauerit abſente ipſo Nicolao marito: ta-
men de æquitate canonica probat, licet fiat in abſentia.
ita ſingulariter dixit magnæ auctoritatis doc.D. Anton.
in capitu.ſi cautio.de fide inſtrum. quem ibi ſequitur do.
Ioann.de Imo.& alleg.gloſſ.in capit.quoties cordis ocu-
lus.j.q.7. cum ergo cauſæ matrimoniales ſint tractandæ
ſecundum ius canonicum: vt in clemen. diſpendioſam.
de iudi.ergo ſequitur, ꝙ iſta confeſſio probauit matrimo
nium iam contractum. & eſt etiam diligenter ponderan
dum: quia iſta Ridigunda hanc confeſſionem fecit co-
ram matre: propter quod videtur, ꝙ magis innitatur ve-
ritati. ergo ex iſta ſola cōfeſſione probatum eſt iſtud ma
trimonium clandeſtinum, concurrente confeſſione ip-
ſius Nicolai: & ſic non eſſet neceſſe inſiſtere tantum in
probatione illorum duorum teſtium: quia iſta confeſſio
ipſorum contrahentium ſufficit ad probandū iſtud ma-
trimonium: quanto fortius concurrente probatione il-
lorum duorum teſtium erit probatum ſufficienter iſtud
matrimonium; maxime quia iſta confeſſio emanauit ad
fauorem ipſius matrimonij. Et ideo dixit Hoſt. multum
ſing.in c.duo.de deſpon. impu.vbi licet credatur marito
neganti copulam carnalem interueniſſe, muliere aſſerē-
te cōtrariū: tamen dicit ipſe, ꝙ ſi copula confirmaret ma
trimoniū, ſtaretur potius affirmationi mulieris aſſeren-
tis copulam propter fauorem matrimonij: & ad illū tex.
reſpondetur, ꝙ ibi copula nō veniebat ad confirmatio-
nē matrimonij: ſed potius veniebat ad delictum proban
dum quia matrimonium non poterat eſſe cū cōſangui-
nea, cōſobrina prioris ſpōſæ, & ex ſola cōfeſſione mulie-
ris nō debet vir puniri: vt ibi. Ita dicamus in caſu noſtro:
quia ſtabimus tali confeſsioni mulieris. ex quo tēdit in fa
uorē matrimonij. Et eſt aduertendū circa hoc; quia iſta
Ridigunda fuit confeſſa ſe contraxiſſe pure matrimoniū
26 cum ipſo Nicolao. vnde talis † confeſſio, licet de iure ciui
li faciat ſemiplenam probationem abſente parte, iuxta
no.in l.admonendi.ff. de iureiuran.& ī l. certum.§.ſiquis
abſente.ff.de confeſſ.tamen de æquitate canonica plene
probat: vt voluit D. Anton.in d.ca.ſi cautio. Et licet dicta
Ridigūda incōtinēti dixerit matri, nolite exclamare: qa
ego accepi eum vobis placendo,& ſi noletis, non erit fa-
ctum. An prima confeſſio pura ſit effecta conditionalis,
propter illa verba poſtea prolata? & videtur ꝙ ſic: vt ſen-
tit glo.in c.fina.de iureiurando.libr.6.inſti.de acti.§.item
mixta. & ideo practica eſt ſecundum Bald. in l. Gallus.§.
quidam recte.ff.de liber.& poſthum.ꝙ facta confeſſione
ſcribat, parte acceptante, quatenus facit pro ſe, aliàs non:
quòd tunc non poterit reuocari talis confeſſio, alleg.l.
ſicut.C.de acti.& ob. idem voluit Salyce. in l.j.C.de con-
feſſ.& in l.iubemus.C.de liber.cauſa.facit.l.fina.ff.de pac.
l.qui ea mente.ff.de fur.l.quis ſit fugitiuus.ff.de ædil. edic.
Ita videtur dicendum in propoſito, ꝙ iſta domina Ridi-
gunda potuit illam confeſſionem puram facere condi-
tionalem: & maxime, quia incontinenti illam reuoca-
uit, argumen.cap.præterea.de teſti.cog.& quod no.in l.2.
C.de erro.aduo. quia in veritate iſta non obſtant: qa Bal.
& Sal.loquuntur in confeſſione iudiciali: & loquūtur in
confeſſione emanante ſuper actu conſtante in poteſta-
te ipſius confitentis: & loquuntur, quando illa confeſſio
non eſt aliter probata, vel nullum aliud fomentum ve-
ritatis habet: & etiam loquuntur, quando non interue-
nit aliqua cauſa vrgens & metum inferens ad illam reuo
cationem: & quando fuit in poteſtate alterius partis ta-
lem confeſſionem acceptare, vel non acceptare: omnia
iſta ceſſant in hac confeſſione præfata. Primo non eſt
ſufficienter probata iſta reuocatio: quia domina Ioan-
na teſtis dicit, quòd Ridigunda interrrogata per ma-
trem, an contraxerit cum illo Nicolao, & ipſa reſpon
dit ſic: ſed domina Cicilia idem dicit, licet addat, quòd
poſtea dicta Ridigunda addidit conditionem, & ſic
ambæ teſtes concordant in pura confeſsione. vnde il-
la additio conditionis eſt ſufficienter probata. Secun-
dò, illa additio emanauit ex timore materno: quia
27 mater † ita accenſa furore & iracundia propter illā re-
ſponſionem accepit illam Ridigundam cum tanto fu-
rore, quod erat periculum ſuffocationis: ideo addidit. El
non ſe farra nulla, ſe voi non vorrete. Vnde ponderet
diſcretio iudicantis, quòd quando mater nō erat ita fu-
ribunda & irata, dicta Ridigunda reſpondit purè ſe cō-
traxiſſe: poſtea propter iram matris mutuauit verba. vn-
de talia uerba emanauerunt ad temperandam iram ma-
tris: & propter verecundiam & reuerētiam matris. ideo
non ligant. vnde in text. qui reputatur ſingularis, in l.ſi
quis cum ſciret.quæ eſt pe.ff.de fur.in verſicu. & is cuius
magna verecundia, ei quem in præſentia pudor ad reſi-
ſtendum impedit. vbi eſt caſus, ꝙ nimia reuerentia, vel
verecundia contradicendi impedit conſenſum, & con-
tractum annullat. Facit.l.ſi cum dotem.§. eo autem tē-
pore. vbi mulier non contradicens propter verecun-
diam, habetur pro non conſentiente. facit, quod habet
in l.j.§. quæ onerandæ.ff. quarum re. actio non. de.gloſſ.
in cap.præſens clericus.20.q.3.& in cap.inſinuatione.qui

cleric. vel vo. & in capitu. cauſam matrimonij. de offici.
delega.& quod habetur in l.metum.& leg.ſi quis per im-
preſſionē.C.quod me.cauſa. maximè in muliere, in qua
requiritur minor metus, quàm in homine: vt dicit glo.
in capitu.cum locum.de ſponſa.ideo talis additio condi-
tionis non reddit puram confeſſionem, & purum con-
tractum matrimonij conditionalem, quæ ſic tanquam
præ nimia reuerentia & verecundia & etiam metu ma-
tris emanauit.ideo nō obligat,nec aliquid operatur.iux-
ta illud, quod dici ſolet: non ſtant fędera facta metu. Et
ideo pulchre refert dom.Bald.in rubrica,quod met.cau-
ſa.in decretalibus, quòd ille, qui probat iuſtam cauſam
metus,ſatis probat metum:quia nemo debet ſe expone-
re alicui periculo perſonali.capitul.bonæ memoriæ Ma
guntino.de electiõn.etiam vnius alapæ:vt no.in l.j.C. vn
de vi. quāto fortius nō debuit iſta puella ſubijcere ſe ſuf-
focationi,& diſgratiæ matris.& ibi ēt dicit Bal.ꝙ ſumma
reuerētia arguit metum:vt in d.§. q̄ onerandæ. & ēt dixit
Raynaldus de Penna forti, ꝙ illa verba, qđ metus cā ge-
ſtum eſt, ratū non habebo.de quo in l.j.ff.qđ met.cauſa.
Deus poſuit in ore prætoris.facit,qđ not.idē Bal.in c.j.§.
itē ſacramenta. de pace iur.fir. vbi loquitur ſingulariter
de timore puellarum. Et ſic in caſu noſtro cum illa ſecū
da confeſſio emanauerit propter reuerentiam & metū
matris, ergo nullo modo producit aliquem effectum.
Præterea,poſito, non tamen conceſſo, ꝙ non emanaſ-
ſet propter timorem, aut reuerentiam matris, quis ſani
capitis diceret, quòd talis confeſſio potuit reuocare pri-
mam? Primo accedat, ꝙ iſte actus non ſtat in poteſtate
ipſius Ridigundæ:vt habetur in dicto capitu.ſuper eo.de
eo qui cog. conſang. & apparet per teſtes primo produ-
ctos, ꝙ iſta cōtraxit matrimonium cum dicto Nicolao.
Secundo iſta fuit confeſſa purè contraxiſſe: vt apparet p
illam dominam Ioannam, & illam dominam Ciciliam,
quomodo potuit poſtea reſilire ab illo contractu, appo
nendo conditionem:vt in capitu.ſuper eo. de conditio-
nibus appoſitis, quia illa conditio videtur reſoluere pri
mum matrimonium, potuit ne ipſa ſola reſoluere con-
tractum illum initum cum conſenſu Nicolai prædicti,
& ipſius Ridigundæ? Certè non:vt dicta lege,ſicut.C. de
actionibus & obligationibus. Et ideo Bald.in capit. ſi va-
ſallus.in titu.ſi de feud.fue.controuerſi. dixit, an negans
poſſit pęnitere,& ſic confiteri? & decidit ꝙ non, alleg.l.
eum qui.ff.de iureiurando. Facit, quod not.ibi Barto. &
quod not.Salyce.in lege.contra negantem.C. ad l.aquil.
quia iſta confeſſio non inducit diſpoſitionem de nouo:
ſed declarat actum iam geſtum. Ideo dicebat Angel. in
ſuis conſilijs, conſilio primo. ꝙ vbicunque actus fit ad
declarationem, tunc non requiritur præſentia alicuius.
gloſſa eſt in lege.Fulcinius.§.quid ſit latitare.ff.ex quibus
cauſis maiores.l.quæro.§.finali.ff.de ædili.edi.l. Pompo-
nius.ff.de nego.geſt.Modo iſta confeſſio fuit declarato-
ria actus iam geſti: quia iam cōtraxerat matrimonium,
vt apparet ex primis teſtibus: & interrogata a matre an
ita eſſet? reſpondit dicta Ridigunda ꝙ ſic.Si poſtea pro-
pter iratam matrem addidit conditionem, nihil opera-
tur illa conditio ex eo: quia illa confeſſio prima non in-
duxerat aliquid de nono:ſed ſolum declarauerat actum
geſtum:vt lege,hæredes palam.§.ſed ſi notam.ff.de teſta.
capitu.j.de ſumma trinitate,libro ſexto.ergo illa additio
conditionis,nihil potuit mutare, nec talis declaratio re-
quirebat præſentiam partis, quod eſt vtile propter ea,
quæ ſuperius dicta ſunt.Faciat etiam, vbicunque con-
feſſio eſt redacta in ſcriptis,non poteſt reuocari.& etiam
gloſſ.ſing.in capit.apud miſericordem iudicem.32. quæ-
ſtione prima.Qđ ſi ſcriptura operatur illum effectū non
reuocationis: & eſt ratio, quia non præſumitur erro-
nea:nonne multo magis id operabitur fauor matrimo-
nij iam contracti? & quia iſta confeſſio fuerat quædam
declaratio actus geſti: vt eſt dictum. quinimo dixit gloſ-
ſa valde ſing.in c.ſi duobus.de reſcript.& ibi Dominicus
28 lib.6.ꝙ ubicūque probatio † actoris redditur dubia, cō-
feſſio rei illam validat,etiā in caſu, quo confeſſio rei ſo-
la non prodeſſet:vt in tit.beneficij,iuxta no.in c.1. de eo
qui mit.in poſ.quanto magis in caſu noſtro,cum emana
uerit probatio ſufficiens matrimonij iā contracti, & po-
ſtea emanauerit confeſſio roborans illam probationē,
non potuit ergo reuocari.Item quia ſi bene ponderent
omnia iura loquētia de reuocatione erroris, nō loquū-
tur in caſu noſtro,cum iſta non reuocauerit motu ſuo
proprio:ſed propter grauem iracundiam matris: nec p̄-
ſumitur error in facto proprio:vt l.fi.ff.pro ſuo.c. ab ex-
communicato.de reſcrip.& etiam in tam arduo facto,
vt eſt matrimonium: maximè quia mater acceperat eā
per collum cum magno furore,& poſtea ſtabat genibus
flexis coram ea dicēdo, ꝙ nō poterat eſſe matrimoniū:
ſed prodimentum, & quilibet exercitatus vir præſume-
ret,ꝙ a principio dicta Ridigunda dixiſſet, ꝙ matrimo-
nium erat contractū, ſi matri placuerit,ſi re vera ita fuiſ-
ſet,maximè quia interrogata a matre. Et etiam apparet
hoc euidenter ex alio:quia minabatur.d.mater, ꝙ nihil
de bonis ſuis donaret ipſi Ridigundæ, & ſic fuit magna
cauſa,vt dicta Ridigunda apponeret illam cōditionem.
Et etiam apparet ex alio,ꝙ iā quædā Agatha teſtis ipſius
Nicolai deponit,ꝙ d. Ridigūda dicebat dictæ ſuæ matri,
ergo dixi ita,vt vos me docuiſtis, & ſic ad complacentiā
matris dixit illa verba,vel ſimilia,quinimo plus illa Aga-
ta dicit ſe audiuiſſe a dicta Ridigunda, ꝙ ſi mater ſua de-
cederet, ipſa Ridigunda confiteretur matrimoniū fuiſ-
ſe contractum,ſicut in veritate erat, & illo modo iudex
ferret ſententiam: quia fortiſſimè confirmant, quæ ſu-
perius dicta ſunt. Et ſi dicatur,amice, iſta teſtis eſt ſingu-
laris.ergo non probat:vt c.bonæ memoriæ. de elect. &
latè ibi per omnes,& per Bal.in l.1.C.de teſta. & l. teſtiū.
C.de teſti.& l.de quib.ff.de legi.& in l. data opera. C. qui
accu.non poſ.& in l.1.C.qui nu.tutel.& in l.actor. C. de
proba.& Bar.in l.1.§.ſi quis neget.ff.quemadm.teſta.ape.
Archi.& alij in c.1.de arbi.lib.6.Io.de Imo. in l. inter pa-
res.ff.de re iudi.& in l.1.§.ſi ſtipulanti.ff.de verb. oblig.&
in §.ſi quis neget.dom.Anto.& omnes Moderni in c. li-
cet ex quadam.de teſti.Adeo ꝙ ſingu.dixit Bal. in rubri.
de contro.inueſt.in vſi.feu. ꝙ ad depoſitionē teſtiū ſin-
gulariū non defertur iuramentum: quia vnus diminuit
de fide alterius.Ad hoc rn̄deo, ꝙ duplex eſt ſingularitas
29 †quædam eſt obſtatiua:quia vnus teſtis ſing.obſtat dicto
alterius ſingularis teſtis:& iſto caſu talis ſingularitas ob-
ſtat, & impedit,ne poſſit deferri iur̄m. & iſta eſt ſingula-
ritas teſtiū productorū contra Suſannā,quædā eſt ſingu-
laritas non obſtatiua: ſed tendens ad vnū rei finē, & iſta
nō impedit,quo caſu defertur iuramentū. Iſta ſunt opti-
ma verba Bal.in pręallegata rubri.de contro.inueſti.mō
licet iſta d.Agatha in ſingularis in dicto non eſt ſingula-
ris in finē:nec ſua ſingularitas obſtat dicto aliorū. nā di-
cit ſe audiuiſſe iſtā Ridigundā dicentē, ꝙ ſi mater ſua eſ-
ſet mortua,ſn̄ia eſſet bene lata. & ſic deponit ad vnū fi-
nē cū alijs teſtib.licet p diuerſum mediū, quod medium
nō eſt cōtra media aſſerta p alios teſtes. ergo optimè p-
bat. Et ſic cōcludo ex iſtis dictā confeſſionē ſtare purè in
ſuis terminis, ꝙ dicta Ridigunda contraxerit matrimo-
niū purè cū ipſo Nicolao:& maximè, qa iā dicta mater
minabatur mortē filiæ prædictæ,& etiā ſibi, ſi dictū mr̄i-
moniū haberet effectū cū ipſo Nicolao.Facit dictū Inn.
in d. c.cauſam matrimonij.de officio dele.vbi dicit, ꝙ ſi
p̄ceſſerūt minæ.licet tēpore cōtractus interueniant ami-
ci, nō tenet cōtractus. & etiam gloſſ. in dict.§. quæ one-
randæ.dicit,ꝙ ſufficit timor nimiæ reuerentiæ, licet non
probentur minę,& habet æquitatē: qa non de facili pro-
bantur minæ, & in caſu noſtro interuenerunt minæ, ti-
mor,reuerentia,& verecundia materna. Quinimo dixit
d. Card. in d.cap. cauſam matrimonij. quòd ſi mulier re-
nuntiat iuri hypothecę in re aliqua, quē alienat vir, & nō
dicit,ꝙ propter reuerentiam viri, & metum viri renun-
tiat, quòd talis renuntiatio non tenet tanquàm meticu-
loſa:ſecus dicit in clerico renuntiante beneficium:quia
opor-

oportet, quòd dicat, quòd propter metum & reuerentiam episcopi renuntiat, & assignat rationem: quia minor metus sufficit in muliere, quàm in clerico. alleg. nota. in dicto capitulo, quod locum. de sponsal. Et sic apparet, quòd ista confessio Ridigundæ, quòd cōtraxerit sufficit pro victoria istius Nicolai. Nec obstat, cum dicebatur, quòd Baldus in authentica rogati. dicebat, quòd non

30 † potest cōiungi probatio diuersi generis. & etiam id ibi firmat Salyce. quia in contrarium videtur textus in capi. j. de appellation. & ibi per dominum Abbatem & per alios. vbi vnus testis & fama probant, & sic diuersæ species probationis coniungi possunt adinuicem, vt probent. & idem voluit idem Bald. in capitu. j. aliàs in rubrica, de controuer. inuesti. vbi dicit, quòd vnus testis de veritate & duo de fama probāt. & etiam dicit, quòd si vnus testis deponit de veritate, & alter de confessione, probant. facit gloss. in dict. cap. j. de appella. & ideo Salyce. in repetitione. l. in bonæ fidei. C. de iureiuran. versi. Quæro vtrum, dicit. quæro, vtrum duæ ex illis semiplenis faciūt vnam plenam & perfectam probationem. & videtur ꝙ non: vt l. j. C. qui pro nume. tute. l. spadonem. §. qui iura. ff. de excu. tuto. in contrarium arguit dicēs, doctores cōiter tenere contrarium, siue sint eiusdem generis, vt sunt duo testes: siue diuersi, vt vnus testis & fama. l. 3. §. eiusdē. ff. de testi. capitu. j. de appellatio. & ibi glo. siue vnus testis & confessio: & ita dicit esse de mente gloss. in dict. l. in bonæ fidei. & in l. admonendi. ff. eod. titu. & idem etiam tenuit in 9. oppsi. eiusdem. l. in bonæ fidei. & respondet ad illa iura allegata in contrarium, quòd in dict. l. j. sit speciale fauore pupillorum, & vt excusationes tutorum arctentur, argumen. l. j. ff. de mino. & econtra. hoc est fauor in oppositum, ne arctetur facultas probationum. l. quoniā. C. de hæreti. item quia in casu isto plura tendunt ad faciēdam fidem iudici, & sic ad vnum & eundem effectum: ideo simul iuncta prosunt. ibi verò illa plura non tendūt ad vnum & eundem effectum, sed diuersum: quia non ad vnam excusationem inducendam, sed diuersas: tum quia hic quælibet species de per se est, & in se ipsa est perfecta. ideo vnum totum constituunt perfectum. cuiuslibet enim testis dictum & probatio in se sumpta non potest esse plenior & perfectior quoad se, licet non quo ad plenam probationem iudici faciendam. Et etiam quia in casu nostro illi primi testes sufficiunt ad probationem matrimonij ipsius Nicolai & Ridigundæ, vt superius est dictum. Item dicta confessio ipsius Ridigundæ probata est ita, vt superius est ostensum. & est sufficiens probatio matrimonij, iuncta confessione ipsius Nicolai. ergo multo fortius si insimul coniungantur. Et posito non concesso, quòd quælibet de per se non sufficeret: tamen simul iunctæ probant per iura præallegata. & istud volunt communiter doctores in dicta leg. admonendi. & in capitu. fina. de iureiurando. & in dicta leg. admonendi. Nec obstat, quod dicit Baldus in dicta authentic. nisi rogati. quia debet intelligi secundum dispositionem legis, super qua ponitur illa authentic. in versicu. quinque testes, qui præsto fuerint solutioni. quæ lex de sui forma requirit quinque testes, qui fuerint præsentes solutioni: & iste non est casus noster. Præterea accedat: quia iam ista Ridigunda fuit confessa in iudicio se contraxisse matrimonium cum dicto Nicolao: & licet dicat, si suæ matri placuerit fuisse contractum tale matrimonium: tamen talis confessio potest separari. vnde Baldus in lege secunda. C. de donationibus ante nuptias. in versicu. ex prædictis apparet. vbi dicit, quòd si aliquis confitetur duo quorum vnum est pro se, & aliud contra se, & dicit pars aduersa, ego accepto illud, quod est pro me, in eo, quod est contra me, non accepto: an possit hoc facere? Gloss. ibi infert quòd sic. Bald. ibi dicit, an confessio rei possit separari per actorem, & distinguit: aut est separatio legis, aut est separatio hominis. si quidem est separatio legis: vt quia quis confitetur homicidium, sed dicit se fecisse casu, vel ob necessariam defensionem: nam lex separat istam responsionem præsumendo dolum in homicida: & tunc potest acceptari pars, et pars respui, argumen. legis primæ. C. de sicc. & leg. si non conuicij. C. de iniuriis. aut separatio hominis: & tunc refert, aut ea, quæ dicunt in confessione habent se sicut causa & effectus, vel aliter sunt connexa, & non possunt separari: vel dicit, aut est confessio simplex, & non potest diuidi: aut est confessio duplex, & ista recipit diuisionem. Modo in proposito nostro, ista confessio recipit congruam diuisionem stantibus superius expressis: quia vbicunque est præsumptio istius contra confessionem qualificatam, potest acceptari pro parte: sed confessio iuris Ridigundæ est huiusmodi, ergo. nam primo probatum est matrimonium purum per illos primos testes inter ipsam & ipsum Nicolaum. secundo probata est confessio pura extra vinculum ipsius Ridigundæ. licet ergo postea in iudicio faciat confessionem qualificatam, poterit actor illam pro parte acceptare & pro parte non: quia omnis probatio tendit ad hoc, videlicet, quòd illa purè contraxit illud matrimonium. ergo &c. Facit, quod not. Bartolus in lege Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de liber. leg. & quod not. Bald. in leg. prima. C. de confess. & in leg. siquidem. C. de exception. & in l. siquidem. C. de transactionibus. & in lege prima. §. editiones. ff. de edendo. Archidiaconus in capitulo primo. de confess. libro sexto. Speculat. in titulo de deposit. §. finali. versiculo penultimo. textus in capitulo cum venissent. de institution. & ibi doctores. & in capitulo bonæ. el secundo. de postulatione prælatorum. & quod habetur in capitulo. cum olim. de censib. & sic non obstant allegata in contrarium, cum dicebatur, quòd illa confessio non poterat diuidi: quia procedunt, nisi præsumptio esset in contrarium, vt in casu nostro: quia nedum præsumptio, sed veritas est in contrarium: vt dictum est. Nec obstat, cum dicebatur, quòd dictus ser Dominicus non concordat cum dicto ipsius Nicolai, cum Nicolaus dicit, quòd erat super podiolo, & Dominicus dicat, quòd erat super fenestra: quia ex quo erant concordes in substantia loci: quia iam erat in loco, vnde clarè poterat audire vocem eius Ridigundæ. & circa hoc est aduertendum: quia licet diuersi-

31 tas † seu varietas loci & temporis reprobet dicta testium: vt dixit glossa singularis in leg. ob carmen. §. finali. ff. de testib. non tamen vitiat, si illa diuersitas est inter testes & partem: quia iudex debet iudicare secundum dicta & probationes testium. ideo posito non tamen concesso, quòd essent discordes in loco iste Dominicus & iste Nicolaus, non tamen sequeretur: ergo dictum testis est falsum: maximè quia ista diuersitas non est in substantialibus: vt dixit & bene dominus consultor. Et ideo dixit valde singulariter Bartolus in dicta lege ob carmen. §. finali. quòd quando testes inducuntur ad probandum aliquod factum certo tempore, vel certo loco: tunc varietas temporis, aut loci vitiat dicta testium: sed si inducuntur ad probandum aliquid non limitatum tempore, vel loco: tunc varietas temporis, aut loci non reprobat dicta testium, & ponit exemplum: volo probare, quòd possederim, sunt testes, qui dicūt de vno anno, alius de alio anno, certè sufficit. non enim inducuntur ad probandum possessionem certi temporis. Ita in proposito nostro, iste Nicolaus producit testes ad probandum, quòd contraxit matrimonium per consensum de præsenti cum ipsa Ridigunda: & testes deponunt, ꝙ erant in eodem loco: sed variant in qualitate loci: quia vnus dicit super podiolo erat, & ipse testis dicit, quòd erat super suam fenestram, ex quo vterque locus erat prope, a quo vox illius Ridigund. poterat audiri; quid refert? Certè nihil. & ideo dicebat Nicolaus de Matarellis, quòd si testes consonant in substantia probandorum, non vitiat diuersitas loci, quem refert & sequitur Bald. in leg. testium. C. de testibus, & ideo singulariter dixit Bald. in l. 2. C. de don. ante nup. quòd satis est, ꝙ testis

dicat, seu recordeter de eo, a quo pendet substantia quæstionis, & fuit dictum Cy. ibi. de quo ibi Bal. facit magnũ festum, quia sufficit, ꝙ testes probẽt substantiale: licet cætera non probent. Ita videtur esse dicendum in casu nostro. facit, quod dixit Sal. in d. l. testium. in 20. q. vbi distinguit, aut varietas loci inducit varietatem facti circa negotiũ principale: & in ꝑposito nostro ista varietas loci non inducit varietatem circa negotium principale. ergo. Et etiam ibi Sal. ponderat, quòd illa varietas sit inter testes. Item etiam facit: quia extat confessio istius Ridig. ꝙ iam matrimonium fuit contractum, & etiam tollitur ex alio optimo & fortissimo motiuo, quia Cassandra testis prædicta deponit, se tunc temporis audiuisse dictum ser Dominicum loquẽtem, & dicentem dicto Nicolao, venias deorsum, ꝙ sis occisus, quo casu clarissimè apparet de interessentia ipsius Dominici tũc temporis. Nec est etiam mirum si dictus Nicolaus non conformauerit se formaliter cum dicto ipsius Dominici, quo ad locum, in quo stabat dictus ser Dominicus, propter affectionem maximam, quam toto animo & mente habebat ad ipsam Ridigun. ideo non est mirum, si ita punctualiter non dicit de illo loco loci, & sic multifariè apparet, ꝙ dicta differẽtia loci nullo modo habeat vitiare dictum ipsius Dominici testis, & iam satis copiosè, & subtiliter respõsum est per domi. consulentem, vnde sufficere debet, ꝙ fuerit in eodem loco, vnde potuit audire, & audiuit vocem illius Ridigun. & etiam verisimile est, ꝙ dicta Ridig. audiuit ipsum testem dicentem illa verba ipsi Nicolao: sicut eum audiuit Cassandra, quę prius erat. Nec etiam obst. cum dicitur, ꝙ in dictis, & testificatis per ipsam Cassandram varius est Nicolaus ab ipsa Cassandra: quia iam sufficit, ꝙ in substantialibus sint concordes: substãtialia autem ipsius matrimonij fuerunt verba inducẽtia consensum de prę senti inter ipsum Nicolaum, & ipsam Ridig. circa ipsum matrimonium, nec discordant in tempore, nec in loco. & sic facit illud dictum Nicolai de Matarell. in dicta l. testium. & Cy. & Bal. In d. l. 2. de dona. ante nup. Nec etiam obstat, cum dicitur, ꝙ ipsa Cassandra variat in dicto suo. ergo est falsaria: vt l. eos. ff. de fal. & quod ibi not. Bart. & quod habetur in l. qui falso, vel variè. ff. de testi. & in cap. cum ecclesia sutrina, de cau. posse. & proprie. nam vnum fuit testificata in iudicio, & aliud dixit extra iudiciũ, quo casu conuincitur falsaria: vt fuit solennis doctrina Bart.
32 in d. l. eos. quia ad hoc respondeo, ꝙ † posito ꝙ variasset, & aliter dixisset ĩ iudicio, & aliter postea extra iudicium: tamen statur dicto in iudicio. ista est gl. ord. in c. cum causam, de testi. & contra dictum Bart. est casus in c. dilectus, de capel. mona. & hoc tenet ibi dominus Anto. & idem voluit tex. in ca. j. §. si enim domino. in tit. quid sit inuesti. & ibi Bal. dixit illũ tex. fore ad hoc singularem, & destruere opinionem Bar. facit. c. j. §. cum autem. & quod ibi no. Bald. in titu. de controuer. inue. & facit etiam, quia in iudicio iurauit: & sic iuramẽtum, & calor iudicij operatur, ꝙ stetur dicto in iudicio: & in contingentia facti Angel. consuluit contra Bart. in consilio incipiente, in hac quæstione, posito pro constanti. & idem tenuit Saly. in auth. at qui semel. C. de probat. & in l. si quis decurio. C. de fal. siue ergo ista Cassandra dixit vnũ extra iudicium, & postea in iudicio variauit aliud dicendo: propter hoc non dicitur varia, & in hoc Bart. non bene dixit, siue dixit in iudicio vnum, & aliud extra iudicium, statur primo dicto in iudicio, & in hoc omnes doctores sunt cõcordes. Nec etiam ob. cum dicitur: ꝙ Dominicus deponit, ꝙ Nicolaus stabat cũ pedibus super scala, & Cassandra depo-
33 nit, ꝙ Nicolaus stabat super muro: quia ista † varietas nõ est in substantialibus. vnde videtur ambo testes concordare, quòd dictus Nicolaus erat ibi in muro prope fenestram, ideo de modo standi, & qualitate non est curandum; quia ista qualitas standi non inducit varietatem In substantia istius matrimonij contracti: quia ita potuit contrahere illud matrimonium stando cum pedibus super scala, sicut super muro: ideo ex hoc non possunt dici illi duo testes contrarij. Accedat etiam capitu. nihil, de verborum significatio. vbi diuersitas verborum non vitiat testimoniũ, si tamen idem in substantia concludant. diuersitas enim in cortice verborum, dum tamen detur idem intentus, & eadẽ mens in substantia, non diuersificat dictum, nec contrarietatem inducit. Et ideo licet testes, vel instrumẽta plura de eodem facto a diuersis idem narrent in substãtia, licet per diuersa verba, per hoc non vitiatur eorum dictum, quasi sint singulares, vel contrarij secundum domi. Anton. quod limitat, & dicit esse verum, quando formaliter non recitant verba, vt ab alio prolata: quia si recitant verba exigitur, quòd concordẽt etiam in cortice verborum. Et propter hoc refert idem dominus Antonius ibi, vidisse se in contingẽtia facti dubitari, duo testes fuerunt producti ad probandum, quod Titius instituit Semproium hęredem, & vnus dixit, scio: quia audiui, quòd dixit Sempronium hæredem instituo. Alius vero testis dicit se audijsse, Sempronium dicẽtem, Sempronius hæres sit. fuisse determinatum in facto, ꝙ essent testes contrarij, aut singulares, & non probarent ex eo, quia recitabant verba: vt ab alio prolata. ideo debuerunt concordare in verbis prolatis: & ibi etiam dominus Abbas consiculus firmauit, dicens non vitiari factum vario modo narratum, vbi idem in substantia concluditur, & idem dicit in testibus, vt non dicãtur singulares, aut contrarij, si factum vario modo narrent: ex quo in substantia facti conueniũt, & limitat hoc esse verum, quando testes adducũtur ad probationem substantiæ facti: secus esse dicit, quando adducuntur ad probandum verba materialia & formalia ab alio prolata. vnde refert fuisse quæstionem in facto, quidam dicebat se fuisse hæredem Sempronij, & articulauit, Sempronium dixisse in extremo vitæ, facio te hæredem: & ad hoc probandum induxit testes, quorum vnus dixit, quòd testator dixit, facio te hæredem merè, alter dicit, quòd dixit, volo, quòd tu sis hæres meus. refert dominus Antonius, quòd tunc fuit pronunciatum, testes esse contrarios. nam licet in substantia idẽ dicerent: tamen ex quo erant probanda verba materialia, & formalia. ideo reputati fuerunt singulares, aut contrarij. facit etiam illud, quod pulchrè voluit Bald. in commento. l. de quibus. ff. de leg. vbi infert idem esse, si testes dicãt, factum fuisse in porta, vel factum fuisse iuxta portam, cum ergo in casu nostro Nicolaus prædictus, non astrinxerit se ad probandum verba formalia prolata inter eum, & ipsam domi. Ridigund. sed solum ad probandum matrimonium inter eos esse contractum, & in substantia idem dicunt dicti testes, quòd contractum fuit matrimonium per verba indicantia consensum de præsenti. ergo sequitur, ꝙ non sunt, nec varij, nec singulares, & maximè, quia di-
34 ctus Nicolaus præmissit protestationem, † quòd se non astringebat ad probandum non necessaria, de quo per doctores in capit. licet causam, de probatio. & in l. diuus. ff. de re iudicat. l. circa. ff. de probatio. & per domi. Cardi. in capitu. qualiter, & quando, el 2. de accusa. ergo bene facit, vt superius dixi, quia posito, non tamen concesso, ꝙ ista probatio illius Cassandræ, & ser Dominici canonici esset aliqualiter dubia, Nicolaus tamen declaratur, & confirmatur per confessionem sequutam per illam Ridigun. ut est gloss. singula. in cap. si duobus, de rescri. lib. 6. & ibi dixit dominus Dominicus de Sancto Geminiano, quòd quando agitur de titulo beneficiali, confessio aduersarij non prodest agenti, quia debet probare titulum suum beneficialem, quia illud verum, quando ex toto velit actor inducere probationem tituli ex confessione aduersarij: sed non quando ex toto vult probare titulũ suum ex confessione aduersarij: sed ipse probat titulum: sed probatio sua est effecta dubia, puta ex probationẽ aduersarij, vel alio modo: tunc confessio aduersarij detrahens suæ propriæ probationi, videtur cõfirmare & validare probationem actoris dubiam, quod dicit esse summè notandum, nec de facili similis gloss. in iure reperietur:

tur:ita ibi formaliter asserit. Modo in proposito posito, non tamen concesso, ꝙ probatio ipsius Nicolai efficere tur dubia,nihilominus declaratur & conualidatur ex confessione facta per ipsam Ridigundam,quę confessio ope ratur duplicem effectum. primo detrahitur suæ propriæ probationi. secundo, quia declarat, & fortificat probationē ipsius Nicolai, & multomagis in casu nostro hoc procedit ex eo, quia confessio ipsius Ridigun.cum confessione ipsius Nicolai probat,& declarat sufficiēter matrimonium fuisse contractum, vt ex iuribus superius allegatis colligitur manifestè,& maximè,qa sumus in causa matrimoniali, vbi fauetur probationi in fauorem ma trimonij sit, vt fauetur sententiæ ferendæ in causa matrimoniali:vt est tex.singularis in l.lege Iulia petronia.ff.de manu.tit.generali.& iam superius dictum fuit: ergo aper tè concluditur. Et ad illud,quod superius dixi, ꝙ duo testes dicunt Cassandram ante depositionem dixisse extra iudicium,quod Ridigunda contraxerat sub conditione, contra Bart.in d.l.eos.tenuit etiam domi.Pet.de Ancha. in capitu.per tuas,de probatio.& in clement.2.de testi.& in d.cap.cum causam,& ibi Ioan.de Imo.& domi.Anto. idem domi.An.in cap.cum in tua,de testi.& etiam dom. Abbas in d.cap.per tuas, vbi allegat consilium Bald.contra Barto.& Salycet.in d.l.qui falso.ff. de testi.& Bald.in l. nullum.C.de testib.& domi. Abbas in cap.literas,de presump. & Ang.in d.consilio respondet subtiliter ad l.eos. Ex ex hoc respondetur ad illud,quod dicitur,ꝙ dicta domina Cicilia, ante suam testificationem extra iudicium dixit, ꝙ Ridigunda contraxerat sub cōditione.Et etiam ponderet dominus iudicans:quia quòd non contraxerit sub conditione est maior præsumptio : per ea,quæ superius dicta sunt : ergo illi dicto est standum, pro quo sunt vehementes præsumptiones:ex quo enim iste Nicolaus sciebat indignationem matris Ridigun. circa istud matri monium,si debebat fieri, si matri placuerit : ad quid litigasset super isto matrimonio cōditionali:quia verisimili ter sciebat matrem Ridig. non cōsentire huic matrimonio.Facit etiam ad prædicta, quod dixit Bald.in l.item videndum.ff.de petit.hære.vbi dicit,ꝙ sana † interpretatio

35 fienda est in dictis testium:vt probēt.allegatur, quod habetur in l.stipulatio ista.§.hi quoque.ff.de verb.obli.facit gl.in cle.j.de appel. & quod ibi no.do.Ant.& Io.de Imo. vbi dicunt,ꝙ si testes dicūt,ꝙ tales possederūt istū fundū simul,& alij testes dicunt,ꝙ tpe,quo vnus possedit, alter nō possedit,ꝙ nihilominus pōt saluari eorū dicta,vt notetur simultas in actu possidendi,non simultas in tempo re,& idem dicit in prædicamento loci:facit gl.in c.bonæ. in glo.fi.de elect.glo.& Bar.in l.in operis.ff.loca.Bart.in l. si plures.ff.de iniur.Cy.in l.testium.in versi.quæstione.C. de testament.ita videtur dicendum in casu nostro, vt reducantur ad concordiam isti testes,licet dicatur,ꝙ in aliquibus accidentalibus varient.facit etiam,quod habetur in ca.cum tu,de testi.& etiam idem dicimus, quòd testes reducuntur ad concordiam per locutionem propriā, & impropriam:vt est glo.notabilis,in dicta l.stipulatio ista. §.hi quoque. Et etiam in casu nostro est minus dubium: quia extāt tot præsumptiones fortissimæ in fauorē istius matrimonij. Nec etiam ob.cum opponitur, ꝙ præfatus Dominicus testis excommunicatus celebrauit, & de excommunicatione docetur ex eo,quia intrauit monasterium monialium contra interdictum domini Vicarij,appositum sub pœna excommunicationis: quia ad hoc di-

36 cendum est,ꝙ eis, qui allegant † istum esse excommunicatum ipso facto, incumbit onus probandi duo : videlicet primum,ꝙ intrauerit monasterium monialium : secundo,ꝙ intrauerit post præceptum factum sub excommunicatione, quam ipso facto incurrat.ista est gl.in cle. literas,de rescript.quam do.Card.ibi reputat singularem per quam gl.dicit ibi dominus Anto.decidi quæstionem de iure communi. scriptura cū tribus testibus habet vim publicæ scripturæ.l.scripturas.C.qui po.in pigno.ha.modo dictat statutum, quòd certa forma interueniat scripturæ fiendæ. modo Titius agebat ex scriptura antiqua, opponebatur,quòd non habebat formam statuti, actor dicebat fuisse factam ante illum statutum, sed reus dicebat, quòd fuit facta post statutum, quòd reo incumbit onus probandi secundum illam gloss. Ita in proposito est necesse probare, quòd iste ser Dominicus, intrauit post illud præceptum domini Vicarij. facit gloss.singula. in l.secunda.C.de petit.hæreditat.& ibi dixit Bald.aliquis me accusat,quòd innouaui aliquid appellatione penden te contra institutionem ecclesiæ, quod ipse tenetur docere, quòd appellatio pendebat, & quòd ipsa pendente, aliquid innouaui, & ad hoc dicit illam gloss.esse singularem.facit gloss.in cap.post electionem in versicu.constiterit,de concessio.præbend. Facit etiam glos.valde solennis in l.eum actum.ff.de neg.gest.quæ sentit, quòd si probatur,quòd Titius aliqua gessit in seruitute, & in libertate, non tamen apparet distinctum, quo tempore, quòd sequitur absolutio, & ibi Barto.dicit se millies ad hoc allegasse illam gloss.facit etiam,quod voluit Bart.in l.non solùm.§. sed vt probari.ff.de ope.nou.nunc.quòd si non probatur tempus punibile, quòd reus absoluitur, quia potuit delictum esse, & non esse. & in dubio quis præsumitur non deliquisse tempore punibili.Et ibi elegans do ctor dom.Rapha.Cumanus dixit se de facto consuluisse, si sunt factæ probationes contra aliquē,& in libello non fuit oppositum tempus punibile, quòd debet sequi absolutoria ab obseruatione iudicii, allegat Angel. in dicta l. eum actum.& Specula.in titul.de libel. concept.§.ad huiusmodi tituli.versicul.sis etiam cautus, & in titul.de test. §.1.versicul.& capitula, & bene facit,quod not.Bald.in l. matrem.C.de probatio.& scribentes omnes in cap.auditis,de prescriptionibus.Nec ob.cum opponitur,quòd dictus Dominicus fuit diffamatus de crimine,& circa hoc

37 scribit bellissimè dominus consultor, quòd talis † diffamatio non sufficit, nisi habeat sua substantialia : nam ad probandum, quem esse infamen de crimine,oportet,ꝙ testes deponāt, ꝙ illam infamiam audiuerunt a maiore parte populi. nā si dicerent, ꝙ ita audiuerunt publicè dici, nō propter hoc probatur infamia,quia possibile est, quòd audiuerunt ab vno publicè hoc dicente. ita formaliter dixit Bartol. in l. de minore. §. tormenta.ff.de quæstio.& in l.Labeo. ff. de suppell.lega. & illam doctrinam sequitur Angel.in l.ea quidem.C.de accusatio.& eam sequitur Bald.in l.de quibus.ff.de legi.Ita etiam ibi pulchrè allegatur dictum Bartol.contra Dyn. & idem tenuit do. meus Ioan.de Imo.in cap.cum oporteat, de accusa.licet aliter dixerit Salycet.in l.ea quidem in quinta quæstione. & Bald.recitando,tum Dyn.in l.testium.C.de testib.tum communem opinionem legistarum & canonistarum, sequitur Bart. ergo cū ista diffamatio peccauerit in hoc. ergo sequitur,quod nullo modo repellit istum Dominicum a testimonio. Item etiam peccauit ista diffamatio

38 probata per istos testes in aliо : quia † debuerunt nominare aliquos,a quibus audiuerint illum ser Dominicum esse diffamatum, & dicit Innoc.in cap.cum oporteat,de accusa.quòd eo casu, quo testis deponit aliquem esse infamatum, debet non interrogatus respondere a quibus personis audiuerit,quia possibile est,ꝙ audiuerit a personis maleuolis,& inimicis:vt in cap.qualiter, el 2.de accu. nec stat in arbitrio testis iudicare, an illæ personæ sint fide dignæ,an maleuolæ:sed stat in arbitrio iudicis,& istud ibi tenet Io.An.& etiam do.Anto.qui dicit ita seruari in facto:& etiam sequitur do.Abbas in d.c.cum causam,de

39 testi.& Angel.in l.ea quidem, & facit ratio:quia ea † quæ sunt perceptibilia per intellectum,debet deponere testis non interrogatus,vt singulariter voluit Inn.in prealleg. c.cum causam,& Bart.in l.solam.C.de testi.& ibi Bald.& per eundem Bal. in l. de quibus.ff.de legibus.& Angelus in d.l.ea quidem.dicit ita tenere Bar.ibi,& etiam Ioan.de Imola, in dicto capitulo cum oporteat, dicit ita sentire Bartol. in dicta l. ea quidem. cum ergo in casu nostro testes producti super infamia istius Dominici de se

non interrogati non nominauerint personas, a quibus
audiuerint illam infamiam, & postea apposuerunt clau-
sulam generalē. ergo sequitur, quòd talis infamatio non
est probata, posito, quòd interrogati dixerint, a quibus
audiuerint, & aliquos nominauerint, apponendo clau-
sulam generalem, debuerunt enim a seipsis non interro
gati nominare personas, a quibus audiuerint, & sic vide-
tur, ꝙ ista diffamatio non fuerit probata solenniter: &
per consequens dictus ser Dominicus non cēsetur infa-
mis, & si dicatur, quòd saltem est infamis infamia facti, ꝙ
negatur: nihilominus infamis infamia facti potest esse
testis, vt dixit Bartol. in l. cunctos populos. C. de sum. tri.
& superius latè fuit dictum. Et sic ex omnibus superius
dictis resultat probatio sufficientissima, quòd matrimo-
nium fuerit contractum per verba indicātia consensum
de præsenti inter ipsum Nicolaum & ipsam Rigid. & re-
sultat probatio adeo sufficiēs in fauorem ipsius Nicolai,
ꝙ non est necessarium deferre iuramentū ipsi Nicolao,
quòd ipse contraxerit purè, & simpliciter cum dicta Ri-
dig. & non conditionaliter, nihilominus si ad abundan-
tem cautelam domi. iudicans voluerit deferre iuramen-
tum do. Nicolao, pro quo stant præsumptiones, & pro-
bationes violentissimæ, etiam quia stat in fauorem
matrimonij, poterit deferre domi. iudicās iuramentum
ipsi Nicolao de Manicho. Nec obstant in contrarium al
legata superius: quia satis expressè data est responsio per
supradicta, & sic videtur, quòd sentētia lata ad consilium
solēnis doctoris domini Ioannis de Portu, fuerit rite &
rectè, & congruè lata in fauorem ipsius Nicolai. Et ita
ego concludo in fauorem ipsius Nicolai.

EPITOME.

¶ Religionem ingressus si nouitiorum habitum,
qui manifestè a professorum habitu distinctus est,
deferat, nunquam profiteri intelligitur proinde eū,
de quo hic quæstio fuit, nec tacitè, nec expresè pro
fessum esse dicit.

SVMMARIVM.

Habitus religiosorum quidam est distinctus, quidam indistinctus. numero 1.

Habitus distinctus, apparenti distinctione nūquam professionem inducit. nu. 2.

Protestatio de non profitendo eius, qui professionem recipere debet, professionem impedit. nu. 4.

Protestatio est quadruplex. nu. 8.

Statutum si disponit, quòd contractus minoris non valeat, etiam si iurauerit: impossibile est, quòd minor auctore curatore, etiā iurando donet. nu. 15.

CONSILIVM XLII.

IVdicio Vniuscuiusq; rectè sentien
tis clara, & aperta est præ-
sens consultatio in fauorem istius mino
ris. Et capio primum dubium, an videa-
tur tacitè fecisse professionē. Et, vt acce-
pi oraculo viuę vocis iste Nascimben eo
tempore, quo stetit & habitauit in conuētu fratrum mi-
norum obseruātiæ gloriosi Francisci, portauit habitum
nouiciorum, qui habitus nouiciorum est distinctus pa-
tenter ab habitu professorum illius sacri ordinis: quo ca
su ista quæstio est ex toto sopita & decisa, ꝙ nullo modo
videtur iste minor fecisse tacitam professionem, posito
(non tamē concesso,) quòd steterit per quindecim men
ses in dicto conuētu, quod liquido ostendo hoc modo.
Quidam est habitus † distinctus, quidam indistinctus. Pri
1 mo modo habitus distinctus dicitur, quando nouicij ha-
bent habitum distinctum a professis, & etiam habēt ha-
bitum distinctum a conuersis. Indistinctus habitus dici-
tur, quando professi, & nouicij eodem habitu vtuntur:
& conuersi habēt habitum diuersum: distinctissimus ve-
ro dicitur, quando professi, nouicij & conuersi eodem
habitu vtuntur. ista probātur in capitulo primo. in prin.
& in §. finali, de regula. libro sexto. & posuit Gulielmus
de monte Laud. in clement. eos. eodem tit. & ibi glo. ma
gistra. & melior de iure per dominum Card. domi. Petr.
de Anchara. & Ioan. de Imol. ibi, per domi. Anto. & do.
Abbatem consiculum meum in cap. ex parte, eodem ti-
tulo, per dominum Dominicum in dicto cap. 1. in prin-
cipio. & in §. fi. Et etiam habitus distinctus subdiuiditur:
quia est quidam habitus distinctione latenti, & occulta,
& est, quia in religione consueuit, quòd habitus benedi-
citur, quando datur professo. & ita consueuit fieri in fra-
tribus prędicatoribus, qui habent distinctū habitum no-
uitiorum, & professorum per benedictionem. ita dicit
idem dominus Dominicus, in d. c. 1. §. fi. in vltimo nota-
bili. quidam est habitus distinctus distinctione apparenti
& manifesta: puta in colore, scissura, vel forma. iste est
tex. in dicta clemen. eos. & do. Dominicus in d. §. fi. ponit
exemplum in fratribus minoribus, qui dant dissimilem
vestem professo, a nouicio, & ita de facto seruatur. Et ex
perientiā ante oculos videmus, quòd nouicij beati Fran
cisci habent habitum distinctum a professis distinctione
aperta, apparenti, & manifesta: quia habent quandam pe
tiam retro spatulis, per quam apparenter differunt noui
cij a professis. tunc arguo sic formaliter, vbicunque habi
tus nouitiorum & professorum est distinctus distinctio-
ne latenti, portans illum habitum in religione, per an-
num ipso facto est professus, si est maior quatuordecim
2 annis: sed vbicunque † est habitus nouitiorum, & pro-
fessorum distinctus distinctione apparenti, nouitius por
tans habitum nouitiorum distinctum ab habitu profes-
sorum distinctione apparenti, quantocunque tempore
portasset, nunquam intelligitur profiteri. istud probatur
formaliter in d. cle. eos, & ideo Reuerendus pater domi.
Abbas in præallegato. c. ex parte, dicebat ita debere intel
ligi dictum Inno. & Abbatis antiqui ibi, qui dicit, ꝙ si per
viginti annos portasset illum habitum, non censeretur
professus, & dicit ibi dominus Abb. antiquus se in facto
vidisse literas absolutorias a Papa. nam talis habitus dici-
tur habitus probationis: & dicit etiam Innoc. ibi, ꝙ non
obligatur, nec in genere, nec in specie, & istud etiam se-
quitur ibi magnę auctoritatis doctor dom. Anto. dicens
nō obligari, nec in specie, nec in genere: sed iste Nascim-
bē semper portauit habitum nouitiorum distinctum di
stinctione patēti ab habitu professorum, sequitur neces-
sario, ꝙ nullo modo videtur tacitè professus. facit tex. in
d. capit. j. de regu. libr. 6. dum dicit, habitum, qui dari pro-
fessis consueuit, & in ver. liberè. vbi ille, qui non accepit
habitum, qui consueuit dari professis, post annum liberè
potest reuerti ad mundum, & ibi intelligitur verbum, li-
berè. i. sine licentia alicuius: vt probat glo. in versi. liberè.
relata ad text. in cle. dudum, in versi. liberè, de sepultur. &
in c. omnis, de poen. & remissio. & in c. statuimus, de regu
lari. & in capitulo final. §. final. de consuetud. libro sexto.
& in capit. de illis, de sponsal. Ita in proposito potuit iste
Nascimben recedere, ex quo non assumpsit habitum
professorum, liberè, & sine licentia alicuius. Et etiam
ibi dicit Dominicus, quod etiam poterit recedere non
soluendo expensas sibi factas in monasterio pro il-
lo tempore. Et ex isto capite apparet clara decisio,
quod iste non fuit tacitè professus. Et si dicatur, amice,
istud fuit allegatum, vel oppositum per aduocatos: nunc
est conclusa causa, ideo tardè venere bubulci. Respon-
deo, quod tardè non venerunt, per elegantem doctri-
3 nam domini Anton. in commento capitulo 1. de iudic.
vbi dixit se in facto consuluisse, quod etiam post † con-
clusionem in causa potest iudex interrogare partem, ar-
gument. l. vbicunque. ff. de interroga. actio. nedum ad
declarandam dubiam probationem: sed etiam ad fun-

dandam

dandam intentionem aduersarij, per l. generaliter. §.j.C.de iureiu. Ita in proposito nostro, posito ꝙ in causa sit conclusum, nihilominus poterit iudex se informare super hoc ad veritatem inuestigandā.l.is apud quem.C.de eden.& d.l.vbicunq;.& 30.q.5. in ter iudicantem. Secundo, posito non tamen concesso, ꝙ portasset habitum professorum, ꝙ tamen non est verum: quia nunquam illud portauit: sed habitū nouitiorum infra annum probationis fuit protestatum dicto Nascimben ꝙ nisi bene se haberet & cōtentus remaneret in vocatione, in qua vocatus erat, nolebat vt religioni præfatæ obligaretur: quæ protestatio facta fuit per reuerendum Vicarium ordinis minorum: & sic per habentem potestatem. Et etiā per vicarium eiusdem ordinis emanarunt literæ attestantes, ipsum Nascimben nō esse professum, nec esse obligatum præfatæ religioni. Circa hoc est aduertendum. primò ista inuestigatio non est necessaria: quia iam soluta & sopita est q̄stio per superius dicta: sed vt satisfaciam quæsito aduertēdum est, ꝙ tempus anni probationis non solùm datur in fauorem volentis ingredi religionem: sed etiam in fauorem volentis illum recipere ad religionem. & sic fauore vtriusque emanauit dispositio, seu dilatio annalis. c. ad apostolicam. de reg. Vnde sicut protesta-
4 tio † præambula ex parte volentis ingredi, de non ꝓfitendo, impedit professionem futuram: ita impedit ex parte debentis ad professionem alium recipere, vt professio nullo modo intelligatur facta. & ad hoc probandum allego glo. valde solennem in c. ex parte. de regul. quæ dicit, ꝙ delatio habitus annalis inducit professionem, nisi fiat ꝓtestatio in oppositū. & ibi dominus Antonius summè no. illam glo. ꝙ in dependentibus a voluntate protestatio cōtraria sensui facta tollit præsumptionem iuris, & de iure. & sic contra præsumptionem iuris, & de iure admittitur probatio in cōtrarium per actum protestationis: refert se dixisse in commento. c. cum M. Ferrariensis. de constit. & in clem. gratiæ. de rescrip. & subdit ibi. D. Ant. post Vinc. & alios, ꝙ protestatio de non profitendo facta infra annum, est istius effectus. ꝙ nedū infra annum non inducitur professio, imo nec post anni lapsum, licet aliquo tempore steterit post annum. vnde adhuc poterit exire. c. pastoralis. de offic. ord. & si voluerit remanere, adhuc habebit annum, vbi cedat in hoc iuri suo, de quo in Spe. de statu mona. in vlti. q. Spec. tenet idem: ita dicendum in ꝓposito de protestatione facta per surreptionem, seu ꝑ vicarium, de non recipiendo ipsum ad professionē. Facit, quod etiam voluit idem dominus Anto. in c. ad nostram. & in c. 2. eo. ti. & ibi glo. & quod voluit Io. And. in d. c. ex parte. & ideo idem Io. An. in cap. j. de regula. lib. 6. quærit quid si permanens per totum quintumdecimum annum portauit habitum professionis: an dicatur professus tacitè: & concludit ꝙ sic. Sed an possit probari contrarium, videtur ꝙ nō: quia est præsumptio iuris, & de iure, ꝙ fuerit professus: quæ non admittit probationem in contrarium. c. is qui. de spon. & tenuit Hostien. qui remittit se ad summam de præsump. §. 2. ver. alia est iuris, & de iure. & idem posuit Ioan. Mona. & Ar. sed Ioan. Andr. ibi tenet contrarium, quando. s. protestatus fuisset, ꝙ non intēdebat obligari: de quo se remittit ad not. in d. c. 2. in gl. & ad d. c. ex parte. super vlti. glo. Lapus Abbas, in d. c. j. allegat ad idem, quod no. gl. fi. in cle. eos, eo. tit. sed dicit, ꝙ non videtur, ꝙ talis protestatio iuuet protestantem, cum sit facto contraria, nisi fieret ex causa: vt in d. c. cum M. & in c. j. quod met. cau. & in c. solicitudinem. de appell. & in c. cū olim. de censi. & sic Ioan. An. est differens a dicto Lap. qa Lapus requirit, ꝙ protestatio sit interposita ex causa. & Ioan. de Ligna. idem dicit, ꝙ protestatio iuuat protestantem, si fiat ex iusta causa: aliàs reprobatur per factum contrarium. allegat illud dictū Lapi dominus meus Ioannes de Imo. in d. c. j. & dicit dictū Lapi procedere: quando protestatio est contraria facto: sed in casu isto protestatio fuit declaratoria. allegat, quod no. in d. c. cum M. & in c. j. de lit. cōtesta. & istud sequitur Dominicus in d. c. j. quia vbicunque
5 † factum est multipliter intelligibile, & agens protestatur, ꝙ non facit actum ad finem vnius ex intellectibus, sed intendit ad alium intellectum, iuuat protestantem. Ita not. in iuribus præallega. sed recipere habitū potest dupliciter intelligi, ꝙ facit animo profitendi, vel ꝙ facit animo probandi: & sic protestatio non est contraria facto. & istud in simili tenet gl. in versi. protestatione. in cle. j. de procur. & etiā hoc tenet Inn. in c. j. quod me. cau. Facit, quod no. Paulus in d. cle. eos. vbi dicit, ꝙ protestatio prodest, allegat. d. c. j. quod me. cau. & d. c. ex parte. & Spec. in loco superius allegato. & hoc dicit velle glo. ibi. protestatio namque tenetur protestātem, quando est super eo, quod potest se habere ad vtrunq;. allegat dictum capitu. de lit. conte. & si opponatur, ꝙ ꝓtestatio est cōtraria facto. ideo non iuuat: vt in d. c. cum M. tunc soluit Pau. ꝙ in casu isto non est contraria facto: imo compatitur cum facto. potest enim esse longa delatio habitus sine professione. 16. q. 2. capitu. si quis incognitus. 19. quæst. 3. vt in monasterijs. in quibus statuitur ad professionem tempus longius anno. & ad contrarium respondet, ꝙ non semper tollitur protestatio contraria facto: imo quandoque rumpit factum, cap. fi. de condi. appo. quod semper contingit, quando protestatio habet sua formalia substātialia: secus si non habet, vt in contrarijs. & ita eum sequit̄, referens istam doctrinam, reuerendus dominus Cardinalis Floren. in d. clemē. eos. & idem sequitur ibi. D. Petrus de Ancharano. & etiam sequitur ibi Ioannes de Imo. Facit etiam, quod voluit dominus Antonius in d. capi. j. quod metus causa. in versi. cōcludе ergo tria, quandoque quis est expresè professus, proferendo verba apta ad professionem: & tunc obligatur religioni, etiam si protestetur, ꝙ profiteri non intendit: nec adsit metus iuuans protestationē, & repugnans sensui ingressus vel professionis: vt ibi. & no. in d. c. cum M. & iste non est casus noster: quandoque quis suscipit habitum: & tunc si non est habitus professorū absque aliqua protestatione, vel metu, non arguit professionem. & istud facit pro his, q̄ superius dicta sunt, quando quis suscipit habitum ꝓfessorum: tunc si protestatio intercedat, & metus simul, iuuatur protestans, & non valet professio: quia adest iusta causa detrahendi consensum in actu profitendi: quandoque intercedit metus absque protestatione, & idem, dummodo de eo iudicialiter constet, vt dixit ibi glo. quandoque intercedit sola protestatio absque metu, & dicit Innocen. ꝙ iuuat protestatio: etiam si nullus metus adsit. & in hoc est differentia inter verbalem professionem, & tacitā, seu præsumptam, per delationē habitus: quia verbalis protestatio nō iuuat, nisi interueniat iustus metus in realibus, nuda protestatio iuuat sine metu. & est ratio: quia votum verbale certitudinaliter arguit ꝓfessionem: cum verba naturaliter mentem arguāt, voces enim sunt earum, quæ sunt in animo passionum notæ, vt voluit Aristoteles primo perihermenias. l. Labeo. ff. de sup. le. receptio verò habitus nō arguit mentem claram, sed dubiam: quamuis in dubio talis præsumptio tollatur per aliā præsumptionem. c. cum inter R. de elec. quæ verba dicit do. Anto. esse summè notanda: quia de eis facit magnum festum in commento. c. cum M. istud etiam sequit̄ Ioan.

Ioan. de Imola. in d. c. j. Modò in proposito nostro, sicut protestatio declarat animum volentis ingredi, ꝙ per receptionem habitus professorum vltra annum, non intendit profiteri, adò ꝙ non habetur ꝓ ingresso: ita protestatio facta per debentem recipere ad professionem: quia licet vltra annum retineat eum in monasterio cum habitu professorum, declarat animum eius, ꝙ tacitè non est receptus ad professionem. nec est opus ꝙ in tali protestatione facta per ipsum vicarium interueniat iusta causa: quia sufficit sola protestatio: vt voluit Innoc. D. Anto. D. Card. Paulus, Pet. de Ancha. Io. de Imo. Domi. de S. Geminiano, & etiam in casu nostro iam interuenit iusta causa: ex eo, quia pater vicarius in dicta sua ꝓtestatione dixit, nisi bene se haberet, & contentus remaneret. D. Anto. seu Nascimben in vocatione, in qua vocatus erat nolebat ipsum Anto. obligari suæ religioni, satis fuit iusta causa vestita talis protestatestatio ex eo: quia non bene se habebat dictus Ant. seu Nascimben, in d. religione, nec contentus remanebat. ideo sicut quis non potest recipere aliquem ad professionē, nisi tacitè, vel expressè profiteatur: ita nec ipse tacitè videtur profiteri, quando expressè professio sua tacita, seu præsumpta non acceptatur, quod est introductum in fauorem vtriusque. s. volēlentis profieri, & volentis eum recipere ad professionem: vt in d. c. ad apstolicam. de regu. & etiam si bene ponderemus istam consuetudinem. D. Anto. seu Nascimben acceptauit illā protestationē ex eo: qa facta sibi protestatione per dominum vicarium nō contradixit: nec dixit se aliter habiturum in futurū, & stare contentum in illa vocatione pro tempore futuro, ar. regulæ is qui tacet. lib. vj. cum simi. ideo videtur, ꝙ vtriusque consensus concurrit in ista protestatione. ergo &c. Et etiam aduertendum est accuratè: quia vicarius ordinis in suis literis attestatur, ipsum Antonium non esse professum, nec obligatum religioni suæ: quo casu concurrit duo. primo: quia

6 bono: † viro est credendum: vt est gloss. melior de iure in l. Titio fundus. ff. de condition. & demonstratio. de qua eleganter exclamat Bald. in l. indicia. C. de rescinden. vend. Facit l. si a bonæ fidei. & quod ibi notat Angelus. ff. de rei vendica. & maximè vbi in tali viro concurrit sanctitas vitæ, adeo ꝙ dixit Hostien. in c. finem litibus. de dolo & contuma. ꝙ si sanctæ vitæ, vel magnæ religionis homo litigat & succūbit: quia in iustam causam litigādi habuit, ꝙ nihilominus non punitur in expensis: ex eo quia credendū est, ꝙ aliquo iusto colore fuerit motus ad litigandū, argu. c. 2. de operis noui nuntia. Facit, quod habetur in c. expedit. 12. q. 2. facit notabile dictū D. Anto. in c. postremò. de appe. vbi voluit, ꝙ ita est credendum sancto viro, ꝙ veritatem dicat, & secundum illā iudicet, ꝙ si committitur sibi causa, & est coniunctus alicui partium, ꝙ non propter hoc potest recusari: qa non præsumitur, ꝙ malè iudicabit. Facit textus singularis in §. omnibus. lxj. dist. vbi propter summam bonitatem & sanctitatem merus laicus potest assumi in Pontificem: & tamen regulariter est secus. Ita in proposito est dicendum standum dicto istius sancti & religiosi viri attestantis dictum Anto. non esse professum, nec obligatum suæ religioni. Concurrit etiam: quia prælatus: vt est glossa valde singularis in clemen. prima, de electio. vbi custos fratrum minorum, vel generalis, & similes dicuntur prælati, vt cōsuluit reuerendus dominus Cardin. secundùm ꝙ ipse refert in d. clement. j. de elect. quo casu standū est

7 literis† prælati sigillatis sigillo prælati ordinis: vt plenè scribit Ioan. Andr. & plenius Ioan. Calderini, do. Antonius, & alij in c. post cessionem. de probatio. & Specu. in eodem titu. §. fina. versi. x. Innocen. in c. 1. de fide instrumen. Archid. in c. vt circa. de elect. libr. 6. & in c. curam. xj. q. iij. Iacob. Butr. & Bal. in l. si qua per calumniam. C. de episcop. & cler. facit c. 2. de offic. ordi. lib. 6. vbi literæ sigillatæ ęquiualēt instrumēto publico. ergo standum erit literis sigillatis istius domini vicarij: tum propter officium rei gestæ per eum, & propter auctoritatem. tum propter sanctitatem & religiosam vitam suam. Nec obstat, si forte quispiam dixerit, amice, ista protestatio non emanauit in forma solēni: ergo non tenuit. & sic habetur, ac si facta non fuisset: vt l. quoties. C. qui satisd. cog. cum simi. ꝙ autem non fuerit in forma solenni, patet, quia non facta coram iudice. quia ad hoc respō

8 deo, ꝙ quædam † est protestatio declaratoria voluntatis ipsius protestantis, alia est inhibitoria, ne aliqd fiat. tertia incitatoria, vt aliud fiat. quarta est certificatoria alicuius, quod est, vel non est. Modò in proposito nostro, ista protestatio est declaratoria voluntatis protestantis: quo casu sufficit talis declaratio absque aliqua solennitate. l. qui in aliena. §. finali. ff. de acquirenda hæredit. l. pro hærede. §. fin. ff. eodem. l. at si quis. §. pleriq;. ff. de relig. & sumpt. funer. l. Nesennius. ff. de neg. gest. & ibi dixit Barto. ꝙ liber rationum, vel scriptura propria probat sufficienter ea, q̄ dependent ex animo declarantis, & scribentis. & idē dixit in l. nuda ratio. ff. de donatio. & in auth. & si cōtractus. C. de fide instrumētorum facit, quod notat Bal. in l. pacta nouissima. C. de pactis. Quia prima distinctio est Bartoli in l. non solum. §. morte. ff. de operis noui nuntia. cum ergo ista protestatio sit declaratoria animi, & voluntatis ipsius vicarij, quòd nō intendit recipere ipsum Antonium ad professionem: superius est dictum. quæ ergo imperitia esset dicere, ꝙ debuisset dominus vicarius adire iudicem & protestari, ꝙ non intendebat recipere eum ad professionem: cum in his, quæ spectant ad regulam & ad cōstitutionem regulæ ipsæ sit iudex: vt est tex. formalis in c. ad nostram. de appell. & maximè, quia vicarius est prælatus, & repræsentat illum ordinem sacrum & voluntatem ipsorū fratrū professorum: ergo, &c. Præterea iam non est probatum, ꝙ dictus Antonius stetisset in ipsa religione per quindecim mēses. ergo in ista exceptione ipse reus debet succumbere: vt l. qui accusare. C. de eden. capitu. vt nostrum. vt ecclesia benefi. Et si dicatur, quòd iam probatum est per testes, ꝙ dictus Antonius confessus fuerit, se stetisse per quindecim menses in dicta religione. Respondetur, ꝙ talis confessio non præiudicat D. Anto. ex quo est minor xxv. annis, vt ex dispositione statuti apparet. Et etiam quia iam licentiatus ab ipso domino vicario recessit a dicto conuentu tanquam non professus, & tāquam non obligatus dictæ religioni: vnde præsumptio est, ꝙ vel non steterit tanto tempore in religione, vel si steterit tanto tempore, stetit tanquam non professus, & non obligatus dictæ religioni. Quis ergo esset animi tam agrestis, qui diceret tantum & talem religiosum, vt est vicarius obseruantiæ gloriosi Francisci, scripsisse, ꝙ dimittebat istum Antonium, & licentiabat eum tanquam non professum, & non tanquam non obligatum suæ religioni, si in veritate obligatus & professus fuisset. Et ex istis cōcludo istum Antonium, seu Nascimbenū nō esse obligatum, nec professum tacitè, aut expsse. & per consequens testamentum est reuocabile, & videtur satis inciuile & inhumanum ex parte hæredis insistere circa hoc. ¶ Ad aliud dubiū vtrū donatio, seu cessio & consensus præstitus teneat? Videtur

9 ꝙ sic: quia istud statutum est † exorbitans a iure cōmuni: debet ergo intelligi in casu, in quo loquitur, & non extendi. l. si verò. §. de viro. ff. soluto mat. l. si seruus. versi. non dixit prætor. ff. de acquiren. hæred. vnde

vnde in casu nostro statutum prohibet donare, cedere
obligare &c. non tamen prohibet alienanti consenti-
re. Vnde subtilissimus doctor Iacob. Butr. in l.2.C.si ad-
uer. dona. videtur decidere istam quæstionem formali-
10 ter. pone, inquit, statuto † cauetur, ꝙ minor non possit
alquam venditionem facere sine consensu propinquo-
rum, etiam si iurauerit: an poterit vendenti consentire:
& decidit ꝙ sic, non tamen est in lectura, sed refert Bald.
habere super libro suo quandam apostillam. allegat. l. si
pater. i n fine. ff. de manu. vindic. non obstat illa l. ij. quia
ius commune trahitur ad similes casus: vt l. nō possunt.
ff. de legi. sed ius municipale, quod contrariatur iuri cō-
muni, non trahitur ad similia. Cum ergo istud statutum
non loquatur in casu, quo consentit minor alienanti.
ergo sequitur, ꝙ remanebimus in dispositione iuris cō-
munis: vt in c. susceptum. de rescriptis, libr. 6. l. si extra-
neus. ff. de condi. ob cau. l. commodissimè. ff. de liberis &
posthu. in l. si cum dotem. in princ. ff. soluto matrimo. &
ex isto capite nullo modo obstat tale statutum. Prætere-
ea facit, licet statutum ita disponat: tamen non habet lo
cum in ista donatione, vel cessione, quod sic ostēdo. Ista
donatio, seu cessio fuit facta ob causam: puta propter
seruitia, & obsequia: & propter secreta commissa: quo
casu fuit remuneratoria. ergo non fuit mera donatio:
& per consequens non cadit in consideratione istius sta
11 tuti: quia donatio † remuneratoria dicitur esse quædam
permutatio. ita dixit Bald. in l. sed si lege. §. consuluit. ff.
de petit. hæredit. adeo ꝙ licet bona, quæ transeunt in fi-
scum, non possint alienari: tamen propter remuneratio
nem possunt. l. mulctarum. C. de modo mulct. Bart. post
Gul. de Cu. in l. j. ff. de iustitia & iur. Bal. in l. programma.
C. commi. epistolas. accedat optimus textus in l. si pater.
§. primo. ff. de donationibus. vbi licet regulariter dona-
tio propter sequutam ingratitudinem possit reuocari:
vt in c. fina. de dona. & C. de reuocan. donatio. per totū.
tamen si est remuneratoria, nō potest reuocari propter
ingratitudinem sequutam: vt ibi est casus singularis. &
ideo dixit Bald. multùm singulariter in l. si vnquam. C.
de reuocand. donatio. ꝙ licet donatio reuocet propter
natiuitatem filiorum: vt ibi est casus singularis: tamen
non reuocatur, si talis donatio est remuneratoria. facit
textus valde solennis in l. metum. §. sed licet. ff. quod me
tus causa, vbi donatio metu facta, si est remuneratoria,
non reuocatur propter metum. facit capitu. quicunque
suffragio. c. qui ecclesia. xij. quæstione. c. ij. & c. per tuas. de
donationibus. & l. iubemus. C. de sacrosan. ecclesijs. vbi
licet res ecclesiæ non possint donari, vel alienari sine cā:
tamen possunt propter remunerationem. Facit quod
notat Angelus in l. sed hoc ita. ff. de re iudic. vbi dicit, ꝙ
in donatione remuneratoria nō habet locū exceptio,
vt cōueniatur, quatenus facere potest. & facit lex, diuus
libertus. ff. quæ in fraudem patroni. facit glossa optima
in l. Aquilius Regulus. ff. de donationib. vbi donatio re-
muneratoria non indiget insinuatione. Facit, quod no.
gl. in l. si volūtate. C. de dot. promissio. vbi ex causa remu
nerationis potest maritus constituere dotem vxori. fa-
cit l. non omnes. §. si. ff. de re mllita. Cum ergo ista dona-
tio fuit remuneratoria, ergo non cadit in consideratio-
ne statuti: & per consequens sumus extra casum statuti.
Cum ergo in ipso instrumento donationis & conces-
sionis dicatur, iure remunerationis & satisfationis serui-
tiorum, laborum, & aliorum habitorum, & recepto-
rum per ipsum donatorem a dicto donatario & eius fa-
milia, ac etiam propter ea, quæ ab eis habere sperat, at-
que etiam ob quædam eidem Caio in secretis commis-
sa, fieri per dictum donatarium, & propter eiusdem do-
natoris transitum ad religionem, & sic pietatis & elee-
mosynæ, cessit, donauit &c. & sic talis donatio cum fue-
rit remuneratoria non subiacet regulis statuti. Et cum
ob pietatē etiam facta fuerit: ergo sequitur, ꝙ talis dona
tio valet, & tenet, circunscripta solennitate ipsius statuti.
Præterea & similiter aduertendum: quia etiā extat aliud
statutum, quo cauetur, ꝙ omnis donatio, quæ fiet de cæ
tero inter aliquos inter viuos excedens quātitatem, seu
æstimationem centum librarum Bononien. fiat in præ-
sentia vnius ex iudicibus Potestatis, & septem testium.
quo casu videtur, ꝙ a centum libris infra talis donatio
12 valuerit a contrario † sensu ipsius statuti, quod argumē.
est validum in iure: vt l. j. §. huius rei. ff. de officio eius. cap.
publicato. de elec. l. inter socerū. §. cū inter. ff. de pact. do-
talibus. l. si cum dotem. in princip. ff. solu. matrim. c. cum
apostolica. de his quæ fiunt a præla. cum simi. & sic vide-
tur, ꝙ saltem talis donatio valeat, & teneat in centum li-
bris. & ideo in casu nostro non fiet coacernatio, seu coa-
dunatio, maximè vt actus vitietur: quia potius est capien
da via, vt actus teneat, quam pereat, vt l. quoties. ff. de ver
borum oblig. l. quoties. ff. de rebus dub. cum simi. facit ad
prædicta tex. optimus, & quod notant scribentes in l. san
cimus. §. si autem. C. de dona. & ista iudicio meo erant,
quæ præsentem consultationem reddebant valde du-
biam. ideo istis eneruatis & sublatis de medio apparebit
veritas indubitata præsentis consultationis. Et licet ista
sint colorata & apparentia satis: tamen casum nostrum
non attingunt. ideo illis non obstatibus puto contrariū
fore de iure verius, videlicet, ꝙ talis donatio, aut cessio
non tenuerit nec in toto, nec in parte, qđ ostendo aper
tissima decisione. Et primò pondero statutum munici-
pij, in ver. nullus minor possit contrahere, vel se obliga-
re in iudicio, vel extra sua bona immobilia, vel aliqua
sua iura vendere, cedere, alienare, vel alteri obligare &c.
vbi ponit solennitatem quomodo possit se obligare:
quo casu formaliter decidit istam q. Bal. in l. j. C. si aduer.
dona. in princip. vbi dicit hoc modo, hic dicit Iaco. Butr.
ꝙ simplicem donationem in re mobili non potest face-
re minor: quia non potest super tali donatione interpo-
ni decretum. Ego dico, inquit ibi Bald. ꝙ nec potest dari
curator ad auctorandum in donatione, allegat. l. seruus
furiosi ab agnato. ff. de manu. nam curator dandus est cā
cognita. i. ex iusta causa. sed non est aliqua iusta causa dā-
di curatorem ad donandum: cum donare sit disperdere,
argum. ff. de dona. l. filiusfam. ff. quod vi aut clam. l. prohi
bere. §. planè. cum simil. & subdit postea ibi Bal. propter-
13 ea (inquit) dico, si statutum disponit, ꝙ † contractus nō
valeat etiam si minor iurauerit, ꝙ impossibile est, ꝙ mi-
nor cum auctoritate curatoris donet, etiam iurando: qa
impossibile est, eum habere curatorem ad donandum,
& per hoc dicit, ꝙ refutationes, quas faciunt puellæ fra-
tribus cum auctoritate curatoris, quatenus sapiunt dona
tionem sunt nullæ ipso iure. quinimo plus dixit tex. sing.
secundum eundem Bald. in l. fin. C. si maior. fac. alie. ratā
habe. ꝙ iudex non potest interponere suum decretum,
vt minor donet, & si interponat, non tenet donatio. Et
si quispiam dixerit, amice legem habemus hoc permittē
tem, videlicet ipsum statutum permittēs minorem ob-
ligari posse, & vendere, & alienare, quo casu comprehen
ditur donatio, quæ iam alienatio est: & est alienatio, ge-
nerale verbum comprehendens donationem, venditio
nem, & similia, per quæ transfertur dominium. vnde li-
cet de iure communi non possit dari curator minori ad
donandum: tamen ex dispositione istius statuti videtur,
ꝙ possit: seruata tamen dispositione istius statuti: vnde
loquitur de venditione, renuntiatione, cessione, & con-
fessione, quo casu videtur, ꝙ potuerit donare. Circa hoc
est accuratè considerandum, ꝙ de iure communi mino-
ri est prohibita donatio: vt in d. l. j. & in d. l. fin. & in d. l. ser
uus furiosi ab agnato. cum sim. statutum istud non ema-
nauit in fauorem ipsorum minorum, coadiuuando ip-
14 sum ius commune. ideo non debet per sua † verba gene
ralia corrigere ius commune: vnde dixit gloss. quæ alle-
gatur pro singulari, in authen. ex testamento. C. de colla.
ꝙ probanda sunt veba statuti ad hoc, vt non corrigat ius
commune, & allegat text. meliorem de iure apud legi-
stas, & in l. si serui vestri. C. de noxa. & apud canonistas al-
legatur text. melior de iure in c. cum dilectus. de consue-
tu. &

tu.& optimè & melius facit tex.in c. causam quęst.de re-
scrip.licet loquatur in rescripto, vbi sunt impropriãda
verba ad hoc, vt rescriptum non corrigat ius commu-
ne.& optimè facit glo.in c.statutum.de præbē.libr.6. vbi
extenditur statutum ad hoc, vt non corrigat ius cōmu-
ne. Et sic inquantum possumus tenemur reducere statu
tum ad terminos iuris communis, & euitare correctio-
nem,inquantum possumus:vt l.sancimus.C. de testa. cū
si.& si aliter diceremus,sequerentur, duo inconuenien-
tia.primum esset,ꝙ generalia verba, quæ possunt aliquē
effectu operari, interpretarentur contra ius commune
ad illud corrigendum.secundum esset,ꝙ statutum istud,
quod emanauit in fauorem ipsorum minorum, seque-
retur,ꝙ esset ad damnum ipsorum minorum, & ꝙ da-
ret eis viam ad donãdum. & istud formaliter sentit Bal.
in d.l.1.dum dicit, ꝙ non potest dari curator ad donan-
dum.ideo.inquit,si statuto cauetur, ꝙ contractus factus
cum minore sine curatore nō valeat,ꝙ non poterit do-
nare,cum auctoritate curatoris: quia statutum nō videt
per illa verba, cōtractus factus cum minore, largo sum-
pto vocabulo comprehendere donationem: quia iam
15 † donatio est cōtractus:vt l.si donationis.C.qd met.cau.
& ibi firmat Bar.q alle.l.si quis emptionis.C.de præscrip.
30.An.Bal.in l.contractus.C.de fid.instr. & sic istud statu-
tum non comprehendit casum, quando datur curator
minori ad donandum.sciuisset enim statuens exprime-
re verbum donare,si de donatione sensisset, ar. c. maio-
res.de baptis.& c.ad audientiam.de decl.& l. 1. §. si autē.
C.de cadu. tol. & credo, ꝙ pessimè sit intellectum istud
statutum,si intelligatur, ꝙ minor in præsentia vnius do-
ctoris &c.vt in ipso statuto dicitur, possit donare bona
sua:maximè in casu nostro,vbi dicitur, ꝙ donauit ratio-
ne meræ & simplicis donationis: licet postea subdat, &
ratione remunerationis. Et sic ex isto capite talis dona-
tio est ipso iure nulla. Secundò ostendo hoc & fortius,
ꝙ non tenuerit:pondero verbum,alienauerit, positum
in ipso statuto,& in medium affero illud, quod Bal.no-
stro venit in mentem in l.2.C.si aduer.dona. vbi quærit,
cauetur statuto, ꝙ minor non possit aliquam venditio-
16 nem facere sine certa solennitate: an † poterit venden-
ti consentire: & refert se habere quandam apostillã Iac.
But.in suo libro,ꝙ sic:ipse tenet contrarium: quia sic de
facili posset fieri fraus statuto, ꝙ esse nō debet.l. fraus.ff.
de leg.cum si.facit.l.pater ex prouincia. in fi.ff. de manu.
vindict.superius allegata.ubi ꝓbatur,ꝙ consentiens ma-
numissioni uidetur ipse manumittere. facit etiam; quia
prohibitio non est facta a statuto propter ipsum vende-
re,quod in facto tantum consistit: sed propter iuris effe-
ctum.s.propter alienationem dominij,vel quasi,quæ re-
sultat.sed hæc ratio habet locū in consentiēte: ergo &c.
Facit etiam; quia in statutis mens,de qua constat, spectã-
da est potius,quam uerba.l.cum mulier.ff.sol.mat.l.scire
oportet.§.vel maximè.ff.de excu. tut. c. cum voluntate.
de sen.excom. cum si. & talis mens potius dicitur inter-
pretatiua,& clausulatiua,quàm extensiua:vt no. in l.Cæ-
sar.ff.de publica.& sic contra Iac.But.tenuit Bal. & Salic.
in d.l.2.& subdit ibi Bal. ꝙ si statutū apponit verbū alie-
tionem:tunc etiam indubitanter dicit, ꝙ non potest cō-
sentire:quia licet alius daret titulum vendendo, seu alie-
nando : tamen ipse minor daret dominium, & ab ipso
minore dominium directè euelleretur. & iam in casu
istius statuti apponitur verbum,vēditio, & alienatio, sic
posito non tamen concesso, ꝙ istud statutum intellige-
retur de donatione: tamen nullo modo posset minor
cōsentire alteri seu curatori,aut agnato, aut doctori vē-
denti rem ipsius minoris,nisi interueniret solennitas ip-
sius statuti. Et etiam ponderet appensate solēnis doctor
dom. Vicarius pro sua eminenti scientia: quia in istis sta-
tutis apponitur specialis rubrica, de donationib. quia in
isto puncto dicitur: itē statuto posito sub rubrica de do-
nationib.cauetur.Et sic sequitur, ꝙ iste minor nō potuit
donare,nec dari curator, aut doctor,ad donandum rem
ipsius minoris:nec etiam potuit ipse minor consentire
donãti rem suam. Et licet in ipso statuto dicatur, ꝙ pos-
sit cedere,uel renunciare, nō intelligitur ex causa dona-
tionis:& sic nec etiam renunciatio & remissio. Facit, qđ
no.Bal.in l.illud.C.de sacrosan.eccle. & Ang. in consilio
incipiente.in dei nomine & suæ matris virginis glorio-
sæ,pro parte negatiua.& quod no.in l.doli clausula.ff.de
noua.& in l.apud Celsum.ff.de doli excep.& facit, quod
no.in l.si sponsus.§.circa.ver.Neratius.ff.de don.inter vi-
rum & vxorem.& in l.contra iuris.ff.de pac.& in l.si quis
obligatione.ff.de reg.iur.& in c.veniens.de testi. latè per
Ludouicum Rom.post alios in l.Modestinus.ff. de don.
ideo talia verba non debent adaptari ad donationem,
cum tale statutum esset tunc correctorium iuris cōmu-
nis, & esset contra omnem mentem & voluntatem ip-
sorum statuentium,qui voluerunt prouidere indemni-
tati ipsorum minorum. Tertiò facit, ꝙ in dicto statuto
dicitur,si quæ cessiones,renuntiationes, alienationes, &
obligationes,sacramenta, seu confessiones prædictorū
minoris &c. non seruatis solennitatibus prædictis, ipso
iure sint cassi,& cassæ,& nullius valoris,vel momenti, in
præiudicium dicti minoris. Modò in proposito nostro,
in prædicta donatione non interuenit solennitas ipsius
statuti:ergo talis donatio est nullius momēti. vnde istud
17 statutum † apposuit formam ex eo : quia inficit actū ip-
so iure.& apponit decretum, quo casu etiam consensus
partium nil potest operari:vt voluit Bal.in l.1. C. qui ad-
mit.in ver.extra quæritur, statuto cauetur. & glo.in c.di-
lecto.de præben.& in c.1.de rescrip.lib.6. & in cle.1.eod.
tit.& in c.statutum.eo.tit.libr.6.& in c.fin. de offic.deleg.
libr.6.& Bald.in capit.1.qui successores teneantur. sed in
casu isto non fuit adhibita debita solennitas statutaria:
nec in donatione nec in instrumento curiæ, vt iam præ-
supponitur in puncto. ergo sequitur, ꝙ instrumentum
donationis, seu ipsa donatio est nullius momenti & ef-
18 fectus.Quartò facit,vbicunque † donatio est regulariter
prohibita, & propter remunerationem seruitiorum est
permissa,requiritur tunc, ꝙ benemerita & seruitia verè
probentur, & non statur assertioni meritorum. Ideo di-
xit Bar.in l.si fortè.ff. de castr.pecul. ꝙ vbi quis nō potest
donare nisi propter benemerita, non stat̄ assertioni suæ
meritorum: nisi benemerita ꝓbētur verè. & facit, qđ
voluit in l.per diuersas.C.de manu. & facit. l. ab Anasta-
sio.eod.titu.& glo.aurea in l.si donatione. C. de colla. &
quod ibi not.Bald.& Sali. & quod habetur in l.qui testa-
mentum.ff.de proba.& in l.1.de natura.libr. & in l.illud.
& ibi Bal.C.de sacrosan.eccle.& Bart.in l.si tibi. §.pactus.
ff.de pactis.& Bal.in l.si tibi pecuniam.ff. si certum petat.
post Gul.de Cun.& ideo dicebat Ange.in d.l.si donatio-
ne.ꝙ quoties confessio fit inter prohibitos, illa confes-
sio præsumitur simulata, & in fraudē facta, nisi appareat
de veritate eius, quod continetur in instrumēto,allegat.
d.l.qui testamentum.& in specie alleg.tex.singularem,&
meliorem de corpore iuris in l.etiam.§. ex præterito tē-
pore.in versi.quas æstimare debet. ff.de manu. vindic. de
quo tex.ibi facit Ang.festum ad hoc. & bene facit, quod
not.Bald.in l.iubemus.C.de sacrosan.eccle.vbi licet præ-
latus possit remunerare benemerita impensa ecclesiæ
de fructibus ecclesiæ:tamen sunt verè probanda illa me-
rita.Idem voluit Guliel. de monte Laud. in clementi. 1.
de rebus ecclesiæ non alienan. & Bald.in l.fina.C.de usu-
ca.pro do.facit.l. Aquilius Regulus.ff.de dona.& est dili-
genter aduertendum, ꝙ talia benemerita debent æqui-
ualere rebus donatis.& ideo gloss. singularis in c. si quos
12.quæstione.2. poni: exēplum de eo, qui fecit aliquod
seruitium insigne.& text.in d.§.ex præterito. dicit, quòd
dominum in prælio adiuuerit,contra latrones tuitus sit,
ꝙ cum sanauerit,& ꝙ insidias detexerit.& text. in l.si pa-
ter.§.1.ff.de dona.dixit,si a latrunculis captum eripuit:&
subdit,merces enim eximij laboris appellanda est, quod
contemplatione salutis certo modo æstimari non pla-
cuit.& ibi dixit glo. ꝙ sicut homo non æstimatur:ita nō
æstima-

æstimatur id, quod causa salutis eius datur. & facit, quod dixit Bald. in l. 1. in finalibus verbis. C. manda. & Bal. in l. fina. C. de vsuca. pro do. Et facit et in dicta l. si donatione. & in l. filiæ. C. familiæ erciscūdæ. Modò in proposito, minor etiam cū curatore est prohibitus donare regulariter, vt superius dixi. Si ergo ex remuneratione est ꝓmissa sibi donatio, requiritur, ꝙ benemerita & seruitia verè probentur: & ꝙ æquiualeant rebus donatis: sed ita non sunt probata. ergo stabimus regulæ, ꝙ non est licita donatio. Et est mirum, quomodo ille curator iurauit agere vtilia pro minore & prætermittere inutilia, de quo in l. fina. §. omnem. C. de administratione tuto. quomodo præstiterit auctoritatem ad donandum: seu quomodo donauit contra suum iuramentum: quia iudex non potuisset Interponere decretum, vt minor donaret: vt superius dixit Bald. & quomodo ille doctor præstiterit suā auctoritatem ad donandum. Deus ueritatem nouit. Et ex istis tollitur illud, quod dicebatur, ꝙ ista fuit donatio remuneratoria: quia, salua pace, pondero, ꝙ in instrumēto donationis dicitur, donauit purè liberè, tam ex causa
19 donationis, quàm remunerationis: quia si fuit † remuneratio, ergo non fuit donatio, arg. l. sed si l. §. consuluit. ff. de petit. hæredit. Nec obstat, cum dicitur, ꝙ in isto instrumento donationis, & propter secreta sibi commissa: quia ad hoc ut donatio ob causam non sit inconsideratione legis, aut statuti apponentis solennitatem debere interuenire, oportet, ꝙ sit causa de præterito vera, & aperta. nam illa uerba sunt prolata in fraudē. ideo nō est eis standum, vt superius dixi, & uoluit Bar. in l. 2. C. ne lice. po. & Lud. Roman. in d. l. Aquilius Regulus. Vltimò est aduertendum, ꝙ in statuto, in rubrica de don. dicitur, placet, ꝙ omnis donatio, quæ fiet decætero inter viuos excedens quantitatem, seu æstimationem centum librarum, fiat in præsentia vnius ex iudicibus potestatis: est videndum de intellectu istius statuti: si dicimus, ꝙ primū statutum nō loquitur in donatione, ut est pura ueritas, vt superius dictum fuit, remanemus in dispositione iuris communis quò ad primum statutum: vt minor non possit donare, & sic frustra dubitatur, an illud statutum comprehendat istam donationem: si sic est, an istud statutum comprehendat ipsum minorem donantē: & certo certius est ꝙ non, quod sic ostendo. istud statutum si intelligeretur, ꝙ minor posset donare infra centum libras, esset correctorium iuris communis. & talis correctio surgeret argumento sumpto a contrario sensu, qđ
20 esse non debet: nam arg. a † contrario sensu dicitur esse ex coniectura: & sic est intellectus coniecturatiuus, & ꝑ consequens improprius: ut est tex. in l. 1. in ver. non propriè, sed per coniecturas. ff. si tab. testa. & facit gl. & ibi doctores in l. apud antiquos. C. de fur. sed ꝑ sensum improprium & subauditum nō potest induci correctio: ut est gl. in c. cupientes. §. ꝙ si per uiginti. de elec. lib. 6. ergo sequitur, ꝙ tale argu. cessabit a contrario sensu quò ad ipsos minores, ad correctionem iuris communis. & ideo tale statutum intelligitur quò ad maiores, si donauerit infra centum libras: sed quò ad minores remanemus in dispositione iuris communis: ut d. l. si extraneus. cum si. & ista videt veritas in ipso statuto. Si uerò intelligamus primū statutum, ꝙ etiam loquatur, ꝙ minor possit donare cum auctoritate curatoris, & solennitatibus appositis in illo statuto: tunc dico, ꝙ argu. a contrario sensu in ipso statuto loquente de donatione nullo modo est assumendum: quia derogaret illi primo statuto, & illud tolleret & corrigeret, quod nōn est dicendum: vt a cōtrario sensu inducatur correctio statuti: vt est dictum. & optimè facit ad hoc elegans doctrina Bar. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. vbi dicit, ꝙ si aliqua exceptio potest opponi contra instrumentum ex dispositione statuti: & postea disponit statutum generaliter, nullam exceptionem opponi posse: intelligitur, nisi illa exceptio veniret ex dispositione alterius statuti: quia aliàs secundum statutum generale corrigeret primum, quod non est dicendum. Facit, quod no. dom. Petrus de Anchar. in c. statutum. §. cum authen. de rescriptis. lib. 6. ubi consuluit, statuto Teruisij cauetur, ꝙ forensis non possit acquirere bona immobilia in territorio Teruisij, cauetur alio statuto, ꝙ uxore prædecedente in matrimonio vir lucretur dotem. modò mulier Teruisina contraxerat matrimonium cum forensi: & bona immobilia sibi dederat in dotem, & mortua fuit durante matrimonio, fuit dubitatio, vtrum maritus posset lucrari dotem consistētem in reb. immobilibus? & fuit decisum, ꝙ sic. quia debuit capi sensus, vt vnum statutum non corrigat aliud: & idem refert in repetitione c. canonum statuta. de constitu. & bene facit, quod not. Ioan. Andr. in additio. Specu. in titu. de executi. sen. §. postremò. & in titu. de sent. §. vt autem. facit, quod not. Bald. in l. maximum vitium. C. de libe. præteri. versi. vlterius quæritur. vbi dicit, cauetur lege municipali, ꝙ pater teneatur relinquere filijs quintam partem bonorum: alio statuto cauetur, ꝙ testamētum, in quo filijs non est relicta integra legitima, sit ipso iure nullum. an istud statutum uideatur tollere & corrigere primum: & decidit ꝙ non: quia intelligitur de legitima, quæ est quinta pars bonorum: & ita dicit se in quæstione facti consuluisse. Modò in proposito posito, non tamen concesso, ꝙ primum statutum disponeret, ꝙ minor possit donare cum illa solennitate interposita a statuto, istud secundum statutum disponens, ꝙ a centum libris supra &c. si a contrario sensu cōprehenderet, ꝙ minor posset donare sine solennitate: sequeretur, ꝙ corrigeret primum statutum, quod non est dicendum, ex supradictis. Facit glo. in clemen. 1. de supple. neg. prælato. quæ vult, ꝙ inducitur argumentum a cōtrario sensu ad correctionem iuris. ergo sequitur, ꝙ istud statutum nullo modo obstat, quin dicta donatio in totum corruat, & in totum sit nulla. Et etiam pondero, ꝙ primum statutum non loquitur, quādo minor vult donare &c. apparet ex isto secundo statuto, ꝙ in donando apponit aliam solennitatem. ergo sequitur, ꝙ primum nō loquitur in donatione: & sic videtur verisima conclusio, ꝙ tale statutum in nullo opitulatur aduersario istius minoris: nec oportet insistere, si debet fieri coaceruatio rerū, aut summarum: iuxta not. in d. l. sancimus. §. sin autē. C. de dona. quia nihil ad propositum. Et etiam d. iudicans consideret: quia iste minor tractat de damno vitando, & de recuperando suum patrimonium, & aduersarius tractat de lucro captando: nec sunt paria, lucra non capere, & debita perdere l. fin. C. de codicil. ergo &c. Et ad contraria superius formata manifestissima apparet responsio ex supradictis. Et sic concludo ex supradictis, istum Antonium, seu Nascimbenum non esse tacitè ꝓfessum: nec esse obligatum d. religioni: & sic testamentū nullo modo habere effectum: & illam donationem, seu cessionem in nullo valere, & esse nullius effectus, & momenti. Et ita concludo in fauorem ipsius minoris.

EPITOME.

¶ Statutum de debitore cessante & fallente, debet de doloso intelligi.

SVMMARIVM.

Contumacia est, quando citatus expresse dixit, non veniam. cessatio verò, quando tacitè: quia ter citatus, nec inuentus est. 1.

Fallentes dicūtur dolo, & abscondita mentis machinatione. 3.

Statuta quò ad verba magis æquiparentur contractui, & stipulationi, quàm vltimæ voluntati. 4.

Statuti dispositio conuenire non potest, cum illius verba non cōueniunt. 6.

Rebellis propriè dicitur, qui ciuis erat, & incidit in crimen maiestatis. 7.

Famam restituere possunt Papa. Imperator, Senatus, & Populus non recognoscens superiorem. 10.

Card' na-

Cardinali legato dicenti, se habere commissionem, in præiudicium alterius creditur. num. 11.

Literæ secundæ impetratæ, nulla de primis inualidis mentione facta valent. num. 15.

CONSILIVM XLIII.

Ista consultatio ita subtiliter, & copiosè discussa & examinata extitit per hos celeberrimos iuris vertices: vt nihil vlterius melius, aut subtilius dici, aut allegari potest. ideo paucula in medium afferre constitui. Et est diligenter aduertendum, quod reperitur sententia lata contra istos fratres tanquàm cessantes, fallentes & omittentes soluere suis creditoribus, & fuit lata antequã d. fratres fuissent condemnati pro rebellibus status, & in confiscatione bonorum: posteaquàm verò fuerint condemnati pro rebellibus status, in confiscatione bonorum, fuerunt declarati debitores dictorum assertorum creditorum. & ex dispositione municipali habetur, ac si non fuissent condemnati in ipsis quantitatibus. oritur nunc dubitatio mediocris, an tales sententiæ mereantur executionem, tanquam fuerint validæ. secundò posito quod fuerint validæ & mereantur executionem, erit videndum, vtrũ vigore restitutionis factæ per dominum legatum de latere, & per regimina, impediatur effectus & executio illarum sententiarum, & habeantur perinde, ac si latę nõ fuissent: & istis maturè discussis, apparebit veritas præsentis hæsitationis. ¶Circa primum videtur, quod prima sententia, qua pronuntiatũ fuit ipsos cessantes, & fallentes, fuerit valida, quod sic ostendo. Isti fratres erant absentes, & non soluebant suis creditoribus, & non cogebantur sui asserti creditores eos sequi extra domicilium & locum, vbi fuerat contractum debitum, si culpa eorum nõ poterant accedere ad locum contractus, debuit eis imputari, & non suis creditoribus. imo debebant constituere se soluturos debita alibi, quàm in loco cõtractus, vel debiti: ex quo ad illum locum accedere non poterant: vt est tex. singularis secundùm vnam lecturam gl. in l. vsuras. C. de solu. ideo culpa debitoris non est interpretanda ad damnum creditoris. facit, quod not. Bart. in l. cum in talibus. ff. de his quibus vt indig. & Bald. in l. sed si quis. §. illud. ff. si quis cau. & ex hoc tollũtur multa, quæ in cõtrarium allegari possunt, licet enim esset notoria eorũ absentia: non tamen propter hoc soluebant creditorib. suis: erant ergo absentes & cessantes, & soluere oportebat. ergo recurrere debemus ad statutum municipij, domicilij, & contractus, ex quo satisfaciant suis creditorib. Et est ponderandum, quod illa sententia non fuit ita fulminatoriè lata: quia incepta fuit causa in iudicio, vicesimosecundo Septembris. & lata fuit sententia sexto mensis Octobris, quo casu non dicitur tempus esse ita breue, quod præsumptio sit, quod non fuerit cognitum de causa. Et ideo dominus Dominicus de sancto Geminiano in capitulo, põderet vnusquisque. 50. disti. dicit, quod ex breuitate tẽporis præsumitur sententia lata causa nõ cognita, & ponit exemplum contra iudices, qui de mane habent processum, & in vesperis ferunt sententiam. allegat capitulum, cum ex literis. de in integ. restit. & bene facit, quod not. Bar. in l. prolatam. C. de senten. & interloc. om. iudi. & quod consuluit solennis doctor do. Petr. de Anchar. in suis consilijs, cõsi. 97. Sed in casu nostro durauit vltra mensem causa illa. ideo cessat præsumptio temporis repetita. & ita respondetur ad dictum Bar. in d. l. prolatam. & etiam ad illud, quod dixit Bal. in l. captatorias. C. de testa. mili. & do. Anto. in c. si pro debilitate. de officio dele. Et si dicatur, quod fuit lata sine legitima defensione istud tollitur: quia satis fuit citatio legitima, si fuit facta secundũ formam statuti municipalis, quod est lex communis in populo: vt l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. cum si. nec est præsumendum, quod iudex pronuntiauerit causa nõ cognita, arg. l. 2. C. de offi. ciui. iudi. & l. Herennius. §. Caia. ff. de euic. & in c. in præsentia. de renuntiatio. & c. bonæ memoriæ Maguntini. de electio. cum sim. ergo sequitur, quod talis sententia tenuit. Et etiam est ponderãdum, quod si ista sententia tenuit. ergo tenuit secunda sententia ex eo: quia fuit declaratoria, & nihil de nouo induxit: vt in cap. 1. de summa trinitate. lib. 6. in princi. & l. hæredes palam. in verbo, sed si notam. ff. de testa. & sic omnis effectus & vigor istius sententiæ declaratoriæ, habet originem & validitatem ab illo primo fonte. s. ab illa prima sententia, ex quo est declaratoria. & ideo dixit dominus Dominicus in d. capitu. 1. in fin. principij, quod post dilationem datã ad faciẽdum articulos in causa possunt antiqui articuli declarari. facit glo. & Dominicus. 34. distin. c. si quis viduã. & ideo dixit idem Bald. in prima consti. Cod. §. quibus. quod licet statutarij non possint addere ad antiqua statuta: tamen possunt illa declarare. facit, quod voluit idem Bald. in rubrica. C. de rerum permut. & in l. ex testamento. C. de testa. manu. & quod not. glo. in c. per tuas. de dona. & quod no. do. Meus Io. de Imo. in dicta. l. hæredes palam. Modò in proposito nostro, posito quod ista sententia secũda, inquantum condemnatoria: non potuit ferri contra ipsos bannitos, & rebelles, quorum bona erant confiscata fisco illius municipij, & sic fuit talis sentẽtia sine instantia: tamen ex quo est declaratoria, & omnis eius effectus refertur ad primam sentẽtiam: videtur, quod potuerit fieri: quia nihil de nouo addidit. & sic videtur sublatũ illud, quod dicebatur de l. si constante. §. fin. ff. solu. matr. & per consequens, si prima tenuit lata contra ipsos fratres absentes, cessantes, & omittentes soluere suis creditoribus: ergo tenuit ista declaratoria. Præterea dicitur, quod iam fuerũt restituti. Ad hoc dico, quod posito quòd iã restitutio tenuerit, & facta fuerit ab habente potestatem: tamẽ quod tertium nullo modo præiudicat. Et ad hoc allego elegantem doctrinam reuerendi domi. Cardi. Florentini in c. ad petitionem. de accu. vbi dicit, quod potestas Papæ est tanta, potest disponere, quòd qui facta habeantur pro infectis. allegat glo. singu. in cle. 1. in versi. pro infectis. de immu. eccle. de qua gloss. singulariter exclamat dom. Anto. & Ioannes de Imola in capitu. cæterùm. de rescriptis. & reuerendus pater dominus Abbas consiculus meus in capitu. quæ in ecclesiarum. de constitu. & in capitu. aliquando de senten. excom. Et dominus Cardi. in dicto capitu. ad petitionem. dicit se habuisse quæstionem de facto, mãdauit Papa executori: vt cum minister sancti Antonij, ordinis minorum, esset renuntiaturus in capitulo generali, acceptaret talem renuntiationẽ: quã etiam ipse in commissione in illum casum acceptat, & mandauit alteri prouideri de prouincialatu, ita factum fuit: deinde Papa reuocauit illam commissionẽ, & omnia consecuta, & uoluit pro infectis haberi; an per hoc dicatur primus minister remanere minister: Videtur, quod sic per prædicta, quod dicit esse mirabile, quod resurgat titulus extinctus contra l. si res. §. aream. ff. de solut. sed hoc euenit: quia fingitur, quod illa renuntiatio non interuenit, subdit etiam, quod omnia, quæ fecit secundus minister, remanebunt valida, ne præiudicetur tertio. finge enim, quod alienauit in forma debita, si reuocarẽtur alienata, ageretur de præiudicio tertij. & sic sentit expressè dominus Cardina. quòd vbi fit restitutio etiam per Papam, cum clausula illa prægnante, quòd omnia inde secuta habeãtur pro infectis, quòd nihilominus non præiudicatur tertio. facit. l. nec auus. C. de manci. lib. cum similibus. Ita dicamus in proposito nostro: posito quod cum illa restitutio fuerit facta ab habente potestatem: nihilominus non præiudicauit tertio, maximè quando est illi tertio quæsitum ius ex sententia, de qua est expressè fienda mẽtio, ad hoc vt reuocetur: vt plenè disputat Bald. in commento leg. præscriptione. C. si contra ius vel vtilita. public. & in l. impetrata. C. sent. rescri. non pos. & habetur in l. causas. C. de transactio. sed in ista restitutione non fuit facta mentio de iure ipsorum creditorum eis quæsito per

fito per dictam ſententiam: nec fit mentio de ipſa ſen-
tentia. ergo ſequitur, ꝙ talis reſtitutio non tollit ius ip-
ſorum creditorum. Et iſta erant, quæ iudicio meo red-
debant præſentem conſultationem dubiam. ¶ Et licet
iſta ſint colorata & apparentia ſatis: tamen caſum no-
ſtrum non attingunt. & ideo illis non obſtantibus con-
trarium puto de iure verius, videlicet, ꝙ tales ſententiæ
tam prima, quàm ſecunda, fuerunt nullæ, & nullius ef-
fectus. quod ſic oſtendo inconuincibiliter. Et pondero
primò, ſtatutum loquẽs de debitore ceſſante & fallen-
te, quis propriè dicitur debitor ceſſans. gloſſ. ſingularis
& aurea in l. ſi accuſatoribus. in verſicu. per contumaciã
adeſſe iudicio ceſſantibus. C. de accuſatio. in verſicu. per
1 cõtumaciam. dicit, ꝙ cõtumacia † eſt, quando expreſsè
citatus dixit, non veniam: ceſſatio, quando tacitè: quia
ter citatus non inuentus, ille propriè dicitur ceſſare. &
ſic ſtatutum iſtud loquitur de debitore ceſſante: & loq-
tur: de eo debitore, contra quem laborat ſiniſtra ſuſpi-
cio, quod in fraudem ſuorum creditorum ſe abſentaue
rit. & ideo requiritur ex diſpoſitione iuris communis, ꝙ
ter fuerit citatus, & non inuentus: quia ad hoc requiri-
tur illa trina citatio ad conuincendum iniquitatem ip-
ſius debitoris. & ideo dixit Inno. in capitu. fina. de eo qui
mit. in poſ. quòd eo ipſo, ꝙ quis non reperitur in domo
vxoris, præſumitur latitare, & doloſè ſe abſentare. Et eo
ipſo, ꝙ clericus non reperitur eſſe in beneficio, in quo
debet reſidere, præſumitur, ꝙ malitioſè & doloſe ſit ab-
ſens: quod dictum refert Ange. in l. 4. §. prætor ait. ff. de
damno infecto. & in l. properandum. §. & ſi quidem. C.
de iudi. & Moderni ſcribentes in capitulo ex tuæ. de cle-
ric. non reſiden. ſed vbicunque conſtat, ꝙ non in frau-
dem ſuorum creditorum debitor ſe abſentauit. ſed ex
alia cauſa: non eſt opus, quod citetur ter, & non inuen-
tus dicatur ceſſans, cum non in fraudem creditorum ſe
abſentauit. & iſta fuit propria mens & voluntas ipſorũ
ſtatuentium, loquentium de debitore ceſſante, non eñ
2 eſt veriſimile, ꝙ ſtatuens voluerit addere † afflictionem
afflicto. capitu. cum enixa fuerit mulier. 5. diſtin. capitu.
cum percuſſio. 7. quæſtio. 1. C. de epi. audi. l. tam demen-
tis. l. diuus. ff. de offic. præſi. vnde ſi propter ſuſpicionem
ſtatus & timorem rebellionis quis ſe abſentauerit, non-
ne eſt iniquiſſimum, ꝙ creditores aſſerti faciant illum
citari ter in loco contractus, ſeu domicilij, & faciant il-
lum pronunciari fallentem, & ceſſantem? Vnde præſup
ponit tale ſtatutum, ꝙ ille poterat commode compa-
rere, & venire ad reſpondendum ſuis creditoribus, & in
contumaciam dicitur ceſſans, & fallens: ſecus ſi nõ poſ-
ſet ſecure comparere. facit capit. ex parte. de appella. cle.
paſtoralis. de re iudi. capitu. accedens. vt lite non conte.
& quod no. gloſſ. in capit. ad ſupplicationem. de renun-
cia. & habetur in l. ſciendum. & in l. ſed ſi alio. ff. ad Tre-
bel. vnde verbum, ceſſans, præſupponit contumaciam
tacitam, & contumacia præſupponit dolum. Pondero
3 † verbum fallentes, quod proprie præſupponit dolum
& machinationem. eſt enim quædam abſcondita men-
tis machinatio: vt eſt text. in l. fina. in verſicu. abſcondi-
tam machinationem. C. de litig. & optimus textus in l.
1. §. dolum. ff. de dolo. vbi eſt machinatio quædam alte-
rius decipiendi cauſa. gloſſ. in procemio clementi. Virgi-
lius in ſecundo Eneidos: Dona carere dolis Danaum.
adeo ꝙ dolus, & ſic fallacia, quæ eſt machinatio quædã
ad decipiendum creditores, eſt delictum, gloſſa eſt ſolẽ-
nis in l. 1. in verſicu. crimine. ff. de fideiuſſo. tuto. gloſſ. in
l. 1. §. ſi apud ſeruum. ff. depoſiti. quod Nicolaus de Nea-
poli in d. l. 1. dicit eſſe notandum propter ſtatuta loquẽ-
tia de delicto: ut habeant locum in dolo, & allega. opti-
mum text. in l. 1. §. plane. in verſi. quia proprij delicti pœ-
nam. iuncto verſicu. ſi ex dolo. & Bald. ibi. ff. de tutell. &
ra. diſtra. Et ex iſtis manifeſtiſſima elicitur concluſio cui-
que exercitato in iure viro, ꝙ tale ſtatutum, tam quò ad
verba, quæ attendenda ſunt: vt l. nominis & rei. §. verbũ
ex legibus. ff. de verborum ſignifica. l. ille aut ille. §. cum
in verbis. cum ſimilib. ff. de lega. 3. nam voces ſunt ſigna
earum, quæ ſunt in animo paſſionum: vt voluit Ariſto-
teles philoſophorum antiſtes in primo perihermenias.
& habetur in l. Labeo. ff. de ſuppel. leg. quam etiam quò
ad mentem, quæ ſimiliter primis in rebus eſt attenden-
da: vt cap. fin. de præben. c. cum in illis. eod. titu. lib. 6. c. ex
multiplici. de decimis. c. præterea. & capi. intelligentia. de
verbor. ſignifi. c. Marchio. 1. quæſtione. 1. l. 1. §. 1. & ibi gl.
ff. de hæredi. inſtitu. l. 3. C. de liber. præteri. l. cum mulier.
ff. ſoluto matrim. l. ſcire oportet. §. ſed & ſi maxime. ff. de
excu. tuto. loquitur de ceſſante, & fallente doloſo, & ad
id dante operam, & viam, vt ceſſet ſoluere creditoribus
ſuis, & ideo ſtatutum ita diſpoſuit, ne talis doloſus lucra-
retur de ſuo dolo, & fraude ſua. & maxime cum iſtud ſta
tutum ſit contra ius commune, ſtricte debet intelligi: vt
l. 1. §. is qui nauem. ff. de exercito. & l. quicquid aſtringen-
dæ. ff. de verbo. oblig. & licet Bal. in tit. de pace Conſtan.
verſicu. deinde quæro. dixerit, ꝙ ſtatuta magis accedunt
vltimæ voluntati, quàm cõtractui, & ſtipulationi. tamẽ
procedit in caſu, in quo ibi loquitur. & etiam loquitur
Barto. in l. omniũ. C. de teſta. dicit, ꝙ quoad verba in ſta-
4 tutis † appoſita, ſtatuta magis æquiparantur contractui,
& ſtipulationi. uerba enim obligatoria ſtatutorum de-
bent intelligi proprie: quia ad inſtar ſtipulationum ſtatu
ta fiunt propter interrogationem & reſponſionem. l. 1.
ff. de legi. ideo ſtricte interpretanda ſunt. facit, quod no-
tat Baldus in l. contractibus. C. de fide inſtrumentorum.
Modò iſtis ſic præſuppoſitis pro veriſſimo fundamento
huius conſultationis arguo ſic formaliter: aut iſta ſentẽ-
tia prima, qua fuit pronuntiatum, ipſos fratres fore fal-
lentes, eſt valida ex diſpoſitione iuris communis, aut ex
diſpoſitione dicti ſtatuti: ſed non eſt valida ex diſpoſitio
5 ne iuris communis ex eo: quia ſententia † de iure com-
muni non poteſt ferri in abſentem non citatum legiti-
me: vt l. abſentem. ff. de pœnis. l. ne diu. C. de pœnis. per
locum a ſpeciali. c. 1. in verſicu. nos contra inauditã par-
tẽ aliquid diffinire non poſſumus, nec debemus. de cau
ſa poſſeſſio. & proprie. vbi ipſe Papa nõ poteſt ferre ſen-
tentiam diffinitiuam contra partem abſentem & in au-
ditam: & ibi verbum negatiuum appoſitum ante verbũ
poteſt, importat omnem impotentiam: vt voluit gloſſ.
in c. beneficium. de regu. iur. lib. 6. & in clementi. diſpen-
dioſam. de iudi. Facit. l. fina. in verſicu. cognitionaliter. C.
de legi. vbi eſt text. ſingularis, ꝙ imperator debet ferre
ſententiam diffinitiua cauſa cognita, & de cauſa cogno-
ſci non poteſt partibus abſentibus, nec citatis legitime:
quia merita cauſarum partium aſſertione panduntur.
c. cum ex literis. de in integrum reſtitutione. l. 2. C. ſi per
vim, vel alio modo. tenet ibi Bald. & Raphael Fulgo. Fa-
cit clemen. paſtoralis. de re iudi. vbi princeps non poteſt
ſupplere defectum citationis contra ſubditum. facit. c. 1.
de feud. ſine culpa non ami. & quod ibi not. Baldus, &
quod habetur in c. cum olim. de re iudica. & quod nota.
ibi Hoſt. & Ioan. Andr. & alij plene in l. de vno quoque.
ff. de re iudic. l. nam ita diuus. ff. de adopt. cum ſi. cum er-
go talis ſententia fuerit lata parte abſente, nec legitime
citata. ergo fuit nulla ipſo iure ex diſpoſitione iuris cõ-
munis: & etiam quia fuit lata parte abſente. ergo cauſa
non cognita: quia cauſarum merita partium aſſertione
panduntur: vt d. c. cum ex literis. ergo nõ potuit cogno-
ſci de cauſa parte abſente. ergo fuit lata ſine cauſæ cogni
tione. quo caſu dicit tex. in l. prolatam. C. de ſent. & int.
om. iudi. auctoritatem rei iudicatæ nõ obtinebit. & ideo
dixit Bart. in l. is apud quem. C. de eden. ꝙ licet iudex fe-
rat iuſtam ſententiam: ſi tamen non cognouit de cauſa,
ſententia eſt nulla ipſo iure. quinimo volũt iura, ꝙ ſi eſt
præſumptio, ꝙ de cauſa nõ cognouit, ſententia eſt nul-
la: vt in d. c. põderet quiſque. & in d. c. cum ex literis. quã-
to ergo magis eſt nulla, quando conſtat & certum eſt,
ꝙ de cauſa non fuit cognitum, & ſic indubitata conclu-
ſio elicitur ex iſtis, ꝙ iſta ſententia fuit nulla ex diſpoſi-
tione iuris communis. Item etiam nulla eſt ex diſpoſi-
tione

6 sitione istius statuti, ex eo: quia ad illū † casum non adaptatur dispositio statuti, ad quem casum non adaptantur verba ipsius statuti. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto. & ibi dixit Bartolus, ꝙ si statuto cauetur, ꝙ de contractu soluatur gabella sex denariorum pro libra, & fit contractus super re inæstimabili, ꝙ non habebit locum dispositio statuti: quia verba statuti sunt cōcepta in re æstimabili: vt ibi dixit Angelus, cauetur statuto, ꝙ stetur iudicio medicorum, si est remansura cicatrix, & iam est notoriū cicatricem remansuram: ꝙ tunc iudex nō adhibebit cōsilium medicorum. facit, quod notat ibi Raphael Cumanus & Ioannes de Imola & Bartolus in l. ita autem. ff. de administratione tuto. & dominus Dominicus in ca. indemnitatibus. §. sed cum eas. de electio. lib. 6. & Barto. in l. quod constitutum. ff. de testamento milita. facit. c. licet. & quod ibi notat dominus Antonius, de decimis. & qđ habetur in c. ex parte Astensis. de conces. præben. & qđ notat Baldus in l. in coniunctione. & in l. si furiosi. C. de nuptijs. & in l. illam. in principio. C. de colla. sed in proposito verba apposita in ipso statuto de debitore cessante, & fallente, non comprehendunt istos fratres absentes contra eorum voluntatem. & non valētes venire ad ciuitatem, & superius est dictum. ergo sequitur, ꝙ dispositio ipsius statuti non habebit locum. Et per consequēs non potest talis sententia sustineri vigore & dispositione ipsius statuti. ergo sequitur, ꝙ remanemus in dispositione iuris communis: vt in c. susceptum. de rescriptis, libro 6. l. commodissimè. ff. de liberis & posthumis. cum similibus. sed de iure communi est nulla: vt est dictum. & etiam de iure istius statuti est nulla: quia statutum nō loquitur in isto casu. ergo certo certius est, dictam sententiam fore nullam. frustra ergo petitur illius executio l. 4. §. cōdemnatum. ff. de re iudicata. l. si expressum. ff. de appellationibus. clement. prima. de re iudicata. & quod habetur in l. prima. C. de executione rei iudicatæ. & sic concludo istam primam sententiam, per quam pronūtiati fuerunt dicti fratres, cessantes & fallentes, fuisse nullam & nullam executionem mereri. ¶ Capio nunc secundam sententiam declaratoriam, qua fuerunt declarati debitores illorum assertorum creditorum. & quoad istam dico, ꝙ corruit, & est ipso iure nulla, ex rationibus allegatis contra primam. Et posito, ꝙ fuerit declaratoria, & omne robur sortiatur ex prima. ergo nulla existente prima, nulla erit ista secunda, tanquam ex infecta radice duxerit originem. Et vlterius est ponderandum: quia ista sententia secunda fuit lata eo tempore, quo iā lata erat sententia banni contra eos pro rebellibus, & in confiscatione suorum bonorum: quo casu nudi exulabant, vt dicitur, & perinde habiti fuerūt ex forma dictorum statutorum, ac si in dictis quantitatibus fuissent dicta die condemnati, & talis sentētia declaratoria perinde est, ac si esset condemnatoria. quarto casu habet minus dubium ista consultatio. Et præmitto illud, quod dixit Baldus in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi.
7 vbi dicit, ꝙ rebellis † propriè dicitur ille, qui erat ciuis, & incidit in crimen læsæ maiestatis. & sic fuit bannitus in persona, & in ære: tunc arguo sic. Iudicium, vel sententia non tenet lata contra hominem mortuum. l. Paulus. ff. quæ sent. sine app. re. l. in summa. §. fina. ff. de re iudica. cū similibus. sed bannitus in ære & in persona æquiparatur mortuo in tantum, quod dixit Bald. in l. si qua. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. ꝙ si pater præterijt filium suum bannitum in ære & in persona, fiscus nomine banniti non poterit dicere testamentum nullum: quia bannum morti æquiparatur: sed mortuus non dicitur præteritus. ergo sequitur in casu nostro, ꝙ non potuit dari sententia ad petitionem assertorum creditorum contra ipsos fratres bannitos pro rebellibus: & in confiscatione bonorum. & isto casu talis sentētia est nulla ipso iure. adeo ꝙ sine remedio appellationis est nulla. & ideo dicit ibi
8 Bald. ꝙ † filio bannito banno capitali non debetur legitima: quia persona banniti non reputatur esse in rerum natura: quia cum in locum eius alter succedat, ergo ipse pro mortuo habetur. l. actione. §. publicatione. ff. pro socio. Præterea facit, quod dixit Baldus in l. per diuersas. C. manda. in 9. quæst. vbi eleganter satis discutit: si banaitus potest suas actiones & iura cedere & finaliter cōcludit, ꝙ si bona banniti essent confiscata: tunc cessio facta per bannitum non teneret: quia crederentur iura fisci, non iura propria, allegat. l. tutelas. §. si libertatem. ff. de capi. dimi. facit, quod dixit Sali. in l. 2. C. de iur. om. iud. in 5. quæstione. vbi allegat Bald. in rubrica. C. si a non compe. iudi. dicentem, ꝙ expulsi proprijs laribus perdunt domicilium. idem in deportatis, vel perpetuò relegatis. l. amissione. §. qui deficiunt. prællega. & ideo non possunt ibi conueniri de ante gestis. Et facit, quod dixit idem Bal. in d. l. 2. quem domini consulentes allegant, vbi dicit, ꝙ si nudi exularent omnibus bonis confiscatis, ꝙ tunc conueniri non possunt. sed debet conueniri fiscus illius ciuitatis, qui possidet bona. facit, quod nota. do. Petr. de Ancha. in capitu. cum olim. de testi. Facit gloss. in l. adulter. ff. de adulte. in gl. 2. ibi, vel similis: puta quia banniti æquiparentur relegato, quæ gloss. determinat, ꝙ sicut mortuus non accusatur in loco, vbi sortiebatur forum tempore suæ vitæ: ita nec bannitus, quasi subtractus sit de illo loco per bannum. & licet Ang. dicat contrarium ibi, & etiam cōtrarium dicat in l. ad cognitionem. ff. ex qui. cau. in poss. ea. vbi dicit, ꝙ bannitus de Bononia potest conueniri Bononiæ. Respōdeo, ꝙ Ange. non loquitur in bannito in confiscatione bonorum, qui nudus exulat bonis confiscatis: vt in casu nostro, ponunt enim ista gladium ad radicem in præsenti quæstione: quia isti fratres illo modo banniti æquiparantur mortuo, & nihil habuerunt: quia iam fiscus fuit successor, debuerunt declarari esse creditores fisci, & non illorum fratrum bannitorum, & exulantium bonis confiscatis. ergo talis sententia fuit nulla ipso iure. Et est considerandum, ꝙ processus fallentię fuit inchoatus. 22. Septembris. & 24. eiusdem fuit inchoatus processus contra ipsum Titium pro crimine læsæ maiestatis. & etiam pendente ipso processu fallaciæ, fuit inchoatus alius processus de crimine læsæ maiestatis contra fratres ipsius Titij: quo casu tales processus sunt nulli ipso iure. vnde singulariter dixit Bald. in l. fina. ff. de in integrum restitu. ꝙ si bona sunt publicata, tunc processus facti contra tales exititios non valent ipso iure: quia cum citetur ad locum sibi notoriè inimicū, in quo non posset comparere sine periculo vitæ: citato non arctat illos tales. l. sciendum. ff. de legat. & hodie est magis expressum in dicta clementi. pastoralis. §. Pisana
9 quoque ciuitas. est enim iustus † timor timere crudelitatem, vel seditiones ciuitatis, vel seductores: vt l. Fulcinius. §. quid si latitare. ff. ex quib. caus. in poss. ea. & etiam ibi dicit, ꝙ si bona sunt publicata, debet agi contra fiscū, qui succedit. & dicit de hoc non esse dubium. Et sic formaliter deciditur ista quæstio: quia incontinenti fuit inchoatus processus inquisitionis de facto status, & crimine læsæ maiestatis, non potuerunt comparere, ꝙ talis processus contra eos fuit nullus ipso facto. Et per consequens nec valuit prima sententia, nec secunda: & si bene aduertatur fuit magna iniquitas & diabolica ex parte ipsorum assertorum creditorum: quia viderunt illos fratres absentes propter causam status & crimen læsæ maiestatis, & procedi fecerunt contra eos, vt contra fallentes, & cessantes. debuerunt enim petere iura sua, si illa efficacia habebant, & non venire cum infamia illorum fratrum ad intentandam fallaciam, & cessationem, cum maximo præiudicio honoris & detrimenti illorum fratrum. Et est præsumendum, ꝙ propter absentiam illorum fratrum fecerunt declarari se esse creditores, non autem ꝙ vera & iusta essent debita: vt l. qui repudiantis. ff. de inofficioso testamento. l. si præses. C. de pignor. l. si ideo. ff. de euict. c. cum Bertoldus. de re iudica. & etiam quia talis sententia lata fuit sine instantia: quia instantia inchoata non transiuit ad fiscum: vt l. si constante. §. fina. ff.

na.ff.solu.ma.& latè dicũt dñi consulentes. Et sic cõcludo sñiam nõ valuisse, nec primã, nec scdã. ¶ Nec obstãt allegata in ꝯtriũ. primo cũ dr̃, ꝙ isti erant absentes: qa ista absentia nõ fuit ꝓcurata per ipsos fratres ad hoc, vt nõ soluerẽt suis creditoribus veris, argu. l. & q data opera. ff. ex qbus causis maio. Nec obstat, cũ dr̃, ꝙ sui creditores nõ tenebãtur sequi suos debitores extra domiciliũ & locũ ꝯctus, qa cõcedo, poterãt tñ petere sua debita in bonis ipsorũ debitorũ: & istud debuerũt facere, si erãt veri creditores, & non ꝓcedere ad fallaciã & cessationẽ ipsorũ fratrũ: q nõ poterãt dici cessantes, aut fallẽtes. Nec obstat, cũ allegat. l. vsuras: qa illa l. nõ facit ad ꝓpositũ. ibi enim ꝓbatur s̃m vnã lectu. ꝙ qui promisit certo loco soluere Perusij. & cõtingit exbãniri creditorẽ ex facto illicito, ne de facto occupet a fisco, cogit debitor ꝓmittere soluere alibi, q̃ in loco ꝯctus. & iste nõ est casus nr̃. Nec obstat, cum dicit, ꝙ sñia non fuit ita fulminatoria: qa satis est, ꝙ iudiciũ fuerit tale, ꝙ nõ poterãt venire dicti debitores asserti ad rñdẽdũ suis creditoribus. nã in 22. die Septempris fuit inceptus processus fallacię, & 23. die eiusdẽ fuit inceptus processus inqsitionis sup rebellione, quo casu satis appa ret de iniqtate ipsorũ creditorũ: cũ tali tpe nõ poterant ꝯparere. ¶ Nec obstat, cum dr̃, ꝙ citatio fuit satis ltima, ex quo emanauit s̃m formã statuti: qa rñdeo, ꝙ statutũ non vendicauit sibi locũ in casu nr̃o: vt iã superius fuit ostẽsum. Nec obstat, cũ dr̃, ꝙ secunda sñia fuit declaratoria: qa licet fuerit declaratoria, tamẽ habuit effectũ ꝯdemnatorię: qa ipso statuto dr̃, perinde habeant, ac si eadẽ die fuissent ꝯdẽnati. ergo fuit ꝯdẽnatoria. & sic fuit lata eo tpe, quo illi nudi exulabãt, ꝯfiscatis bonis suis: vt superius est dictũ. & posito, non tñ ꝯcesso, ꝙ fuisset mere declaratoria: nihilominꝰ est ipso iure nulla: qa laborat eodẽ morbo & vitio, quo laborat prima sñia. Nec etiã obstat, cũ dr̃, ꝙ fuerũt restituti. sed illa restitutio, posito ꝙ tenuerit: tñ nõ p̃iudicauit tertio. & sic nec ipsis creditoribus, vt dixit dñs Cardinalis: qa ad hoc apparebit rñsio ex dicẽdis in sequenti dubio: tñ ex quo illę ambę sñię fuerũt nullæ ipso iure, vt dictũ est. frustra ẽ ĩsistẽdũ, ¶an restõ p̃iudicauerit iuri q̃sito ipsis creditoribꝰ: qa iã nullũ iꝰ fuit eis q̃sitũ ex ipsis sñijs nullis & inualidis. ¶ Capio scdam dubitationem circa istã restitutionẽ, vtrũ valuerit: & vtrum comprehendit illas sñias: & an tollat ius q̃sitũ tertio. Et põdero, qa licet ampla sit potestas legati de latere, vt p̃dicãt cõsilia reddita: non tñ attingunt, si legatus de latere potest restituere ad famam: & ad honores: & idem possit facere populus ecclesię subditus, de quo per Inno. & communiter omnes scribentes in cap. cum te. de re iudic. & per Bar. in l. j. §. de qua. ff. de postul. & in l. infamem. ff. de pub. iudi. quinimo dubitatur, an collegiũ cardinaliũ possit restituere ad famam. & concluditur per scribentes, ꝙ Papa † & Imperator & Senatus, & Populus liber non recognoscens superiorem possunt restituere ad famã, ergo de iure communi nec potuit legatus de latere: nec etiã populus Anconitanus. Sed circa hoc põdero verba apposita ĩ dicta restitutiõe, auctoritate nobis ab Apostolica sede ĩdulta, vbi legatus refert se habuisse istã potestatẽ restituẽdi a sede Apostolica. stat nũc q̃stio optima, posito ꝙ credatur dicto Cardinalis asserẽtis se legatũ, vt latè scribit vnus de consulẽtibus, an credat sibi dicenti se habere ꝯmissionẽ specialẽ cõtra ius cõe. & quidẽ extat solẽne ꝯsiliũ Angel. consi. 179. incipiente, in Chr̃i nomine amẽ, mãdatũ principis. vbi fuit olim quæstio in partibus Brixię, cũ dñs Agabitus de Colũna Cardinalis legatus asseruisset se habere specialẽ cõmissionẽ dispẽsandi cũ ĩhabilibus. & concludit ibi Angelus, ꝙ si talis cõmissio concernit p̃iudiciũ Papæ, & cõmodũ subditorũ: tũc statur assertioni suæ, si vero cõcernit p̃iudiciũ alienũ, non stat̃ dicto suo: vt ibi latè, & subtiliter arguit, de quo ꝯsilio fecit mentionẽ dñs Petrus de Ancha. in cle. j. de probatio. vñ restituere ipsos fratres ad famam & honores, respicit cõmodũ ipsorũ: & ẽt restituere ad bona, est incommodũ Papæ. iõ credit̃ ei. sed quo ad præiudiciũ creditorũ vr̃, ꝙ ei nõ credat̃: vt dixit ibi
11 Ang. Ad hoc dico, ꝙ imo credit̃ Cardinali legato † dicẽti, se hẽre commissionem in pręiudicium alteriꝰ. ad hoc allego tex. in cap. ꝯstitutus. de ap. in ver. intellecto igit̃ p̃ assertionẽ Cardinalis. vbi est casus formalis, ꝙ stat̃ assertioni Cardi. in præiudiciũ alterius. & ibi Ioan. And. dicit esse speciale in legato de latere ex consuetudine generali, vt credatur relationi illius. ergo minimè mutanda sunt, quæ certam interpretationem habuerunt. l. minimè. ff. de legib. cum simil. Et probo ratione inconuincibili hoc modo, potẽtius est totum, quàm ipsa pars, per not. in l. quæ de tota. ff. de rei vendic. sed creditur Cardinali super toto: ergo multo fortius creditur Cardinali legato super parte. nam creditur sibi asserenti se esse legatum: vt probatur in c. nobilissimus. 97. distinct. & ibi gloss. & Archi. & late dixit D. consulens, & not. Bal. in l. iurisiurãdi. C. de testi. & in l. exemplo. C. de probatio. & in l. si qua per calumniam. C. de episco. & cleri. & in l. prima. C. de man. prin. & in l. aliquando. ff. de offi. proconsul. & in l. prohibitum. C. de iure fis. lib. 10. & in c. j. §. item sacramenta. de pace iur. fir. si ergo creditur sibi asserenti se esse legatum. ergo multo fortius credetur sibi asserenti se habere commissionem specialem in pręiudicium alterius. Præterea facit ad hoc c. cum a nobis. de testi. in ver. salua in omnibus sedis Apostolicæ auctoritate. vbi creditur dicto sedis Apostolicæ, in præiudicium alterius: ergo sequitur, quòd creditur dicto legati de latere: quia appellatione sedis Apostolicæ venit legatus de latere: vt est tex. melior de corpore iuris in capitulo si Abbatem. de electi. libro sexto. ergo. &c. Pręterea facit textus, qui allegatur pro singulari in capitulo quicunque 11. quæstione prima. vbi statutum Imperatoris potest facere, quod stetur dicto solius episcopi. ergo multo magis in casu nostro, consuetudo generalis curiæ potest disponere, ꝙ stetur dicto Cardinalis, asserentis se habere commissionẽ in præiudiciũ alterius. Et si allegaret gl. in ꝯtriũ in c. sicut. de sen. excõ. Rñdeo, ꝙ non ꝓcedit de gñali cõsuetudine curię, vt voluit Ioannes Andr. in dicto capitulo constitutus. vnde cum talis & tantus dominus, qui non præsumit̃ iudicaturus, nisi sicut iudicaret ipse princeps: vt est tex. in l. j. ff. de offi. pręfec. pręto. & ibi Cardinales ęquiparãtur pręfecto pretorio: & latè ibi scribit Bald. quod si ipse legatus asserat se auctoritate Apostolica hoc facere: pręsumendum est, quòd ad hoc specialem commissionem habuerit. Et maximè in casu nostro habet nullam dubitationem ista consultatio: quia etiam per regimina & consilium populi idem factum extitit: & iam omnia prædicta postea fuerunt confirmata, & probata per sedem Apostolicam: quo casu omnia nostra facimus, cum auctoritatem nostram impartimur, capitulo primo, & secundo. de confirma. vti. & l. secũda, versicu. sed neque vero. C. de vete. iur. enucle. vnde dixit Bal. in l. ex placito. C. de rerum pemuta. ꝙ si Romanus Ponti. confirmauit statuta ciuitatis Spo-
12 leti: ꝙ talia statuta † dñr statuta papalia, & nõ statuta Spoletana: adeo ꝙ trãsgressor illorũ statutorũ dicet̃ transgressor statutorũ Papalium. & quod no. idẽ Bal. in l. ex verbis. C. de don. inter vi. & vxo. & in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iu. & ĩ l. rescripta. C. de pci. Impe. offer. & ĩ tractatu scismatis, quẽ posuit in ti. C. si qs

aliquem testa.prohi.& in l.adoptio.ff.de adop.facit gl.in c.ea quæ.de re iudi.& in capit. quia diuersitatem.de conces.prebẽ.Ita dicamus in casu nr̃o,quod ista confirmatio, & approbatio papalis conualidauit & roborauit in totũ ipsam restitutionẽ: maximè quia cõsilium populi repræsentat ipsum populum: vt voluit gl.in rubrica.C.quæ sit longa consue. & de hoc satis est dictũ per dominos consulentes.ergo sequitur,ꝙ potuit talis restitutio fieri, ex quo iam habebat cõmissionem & auctoritatẽ a sede Apostolica, ad hoc vt sic posset restituere ad honores & famã:vt singulariter hoc expressit Bald.in d.l.exẽplo. C.de proba.& ẽt ad bona,vt dictũ est.Nec obstat,cũ allegatur dictum domini Cardi.ĩ c.ad petitio.de ac-
13 cu.vbi voluit,ꝙ † restitutio non fit cum præiudicio tertij.Et bene facit,qnod voluit idem dominus Cardinalis in c.quia diligentia.de elect.vbi dixit,ꝙ si bona alicuius sunt cõfiscata: & postea restituitur ĩ integrum.recuperabit solum bona,quæ non reperiũtur alienata per fiscum: quia restitutio intelligitur sine præiudicio tertij:vt in c.quis.de rescriptis.libro 6.l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de liber.& posthu. & per Bart.in l.fi.C.de sen.pas.& per Alber. de Rosate in authen. idem Nestorianus. C.de hære. vt ibi per Raphaelem Fulgo. Ang.in authẽ.de hęre.& fal. in principio. & per omnes scribẽtes in dicto §. & qd si tantum.& per dominum Petrum de Ancha.in c. quãuis. prealle. & per dominum Abbatem de Sicilia in c.ex tuę.de cleri.nõ residẽ.& in c.j.de parochi. & in d.c.quia diligentia.quia ad omnia ista facile respondetur per elegantem & singularem doctrinam eiusdem domini Cardinalis in d.ca.quia diligentia.
14 vbi dicit, ꝙ † quotiescunq; superior concedit restitutionem in plenissima forma: tunc dicit se vidisse in ꝯtingẽtia facti obseruatũ, ꝙ nõ fuit admissa exceptio confiscationis:quia superior potest tollere potestatem magistratibus sibi subiectis, ne ius super hoc reddãt:cum potestas magistratuũ pẽdeat a superiore.l.2.ff.de origi.iu.licet malè fecit sic faciẽdo, quia finaliter nõ deberet iustitia deficere ꝑ id,quod notat Innocen.in c.quæ in ecclesiarum.de cõsti. qa deberet contractus factus seruari: vt in ca.primo.de probati.& sic dicit,ꝙ alienata reuocantur in præiudiciũ tertij,licet illa alienatio facta fuerit, postquã bona illa fuerũt cõfiscata per valẽtem illa bona de iure alienare.& ita residet tantus doctor, & est diligenter ponderanda eius doctrina:quia loquitur eo casu,quo ex iustis causis illa cõfiscatio facta fuit. & tñ si conceditur restitutio in plena forma,reuocant alienata in præiudicium tertij.& sic dictũ eiusdẽ do. Cardina.in dicto c.ad petitionem.limitatur, nisi restitutio facta fuerit ĩ plenissima forma. Modo in ꝓposito nostro ista restitutio emanauit ĩ plena & plenissima forma.quia in ea dicitur,ex nũc etiã ex tenore præsentiũ, auctoritate prædicta decernimus nulla,irrita,& inania,& pro nullis,irritis,& inanibus cẽseri, haberi, & reputari debere, restituentes etiam ipsos,& eorũ quẽlibet ad famã,honores, & ad alia, ꝓut erãt ante ascripta eis,& cuilibet eorum.& sic apparet,ꝙ pinguis, & plenissima fuerit ista restitutio. ergo reposuit ipsos ad omne ius eorũ pristinũ, pôt ẽm princeps hoc facere,argum. l.Lucius.ff.de euic. l.item si verberatum.cũ simi.ff.de rei vendi. & legatus de latere ẽst princeps in prouincia sibi decreta: vt ex textus in dicto cap.si Abbatem.de elec.libro 6. & in casu nostro tales sententiæ fuerunt latæ ratione partialitatis:ideo præsumuntur iniustę,vt in titulo de pace Constan.§. sentẽtię. & sic rõne partialitatis latę fuerũt, quo casu fuerũt rescindẽdę,facit, qđ no.ibi Bal.& quod no.Bar.in l.oẽs.populi.ff.de iustitia.& iure.& dñs Abbas siculus in ca. bonæ memorię.de elec.& quod habetur in l. si quis ĩgenuam.§. in ciuilibus dissensionibus.ff.de capti.& postli.re. & in c.quanto.63.distinctione,& Bald.in dicto.§.sentẽtię.dicit illum textum fore valde notabilem ad exitios terrarum,vnde sciamus, qui processus facti cõtra eos rescindãtur,eis ad ciuitatem reuersis.:& optimè facit illud dictũ Barto.in d.l.fi. ff.de in integrum restitutio.vbi dixit,ꝙ processus facti cõtra tales sunt ipso iure nulli,ex quo non audebant comparere iusto timore.Et sic talis restitutio valuit & tenuit etiã in præiudicium ipsorum assertorum creditorum,licet in veritate non esset necessaria ista inuestigatio quo ad ipsos creditores assertos:quia tales sentẽtiæ in fauorem eorum latæ non tenuerunt: imo fuerũt ipso iure nullæ.¶ Restat nunc videre,si dicta restitutio nedum comprehendat bãna & processus: sed ẽt ipsas sententias inde latas. Ad hoc aduertẽdum est: quia ista inuestigatio nõ videtur esse necessaria hac ratione.licet enim literæ impetratæ debeant facere
15 mentionem de primis,tamen vbicunque † primę literę sunt nullę,valent secundæ impetratæ, nulla facta mentione de primis nullis & inualidis. Ita dicit glos.in c.ex tenore.de rescriptis. ergo multo fortius quando sunt nullæ.facit.ca.ex parte.de rescriptis,& ita etiam sequũtur ibi doctores per illum text. facit c.cum nostris.de conces.præben.& c. suggestum.de iure patro.& c.in nostra.de rescriptis.Ita dicamus in proposito cum sententiæ illæ,de quibus superius latæ dictum fuit,fuerũt nullæ ipso iure.ergo in ista restitutione facta ad famam,honores,& bona nõ fuit necessarium facere mentionem de illis sentẽtijs nullis & inualidis,facit,quod not.Bartol.in l.non putauit.§.non quæuis.ff.de contratabu.& quod not.glo. in l.si pater.C.ne de sta.defunct.& in c.cũ plures. de officio delega.libro 6.16.q.3.potest.& ĩ c.vt debitus. de appellatio.& quod habetur in l.si accusaturus.ff. de adulter.& quod no.Baldus in l.nõ dubium.C. de legibus.& sic stat veritas,ꝙ stante nullitate ipsarum sententiarũ non fuit opus facere mẽtionem de illis sententijs, in præfata restitutione domini legati.& dominorum sexdecim reformatorum status Anconæ.Et posito,non tamen concesso,ꝙ tales sententiæ tenuissent,nihilominus talis restitutio comprehendit dictas sententias,quod probant verba prægnantia,& plenè concepta in ipsa restitutione:in qua dr̃, restituentes etiam ipsos & quemlibet eorum ad famã,honores, & alia, prout erant antea ascripta eis & cuilibet eorum.vnde in tali restitutione voluit restituẽs,ꝙ in fama,honoribus,& alijs sint in eo statu, in quo erãt antea.ergo eo ipso, ꝙ isti fratres, vel hæredes eorum docent, ꝙ tales sententiæ non fuerant latæ ꝯ eos ante absentiã, & recessum propter suspicionem status & rebellionis, dictæ sñiæ nullo modo obstãt:sed videntur restitui ad ipsas sententias.facit elegãs dictum Innocẽ. in c.inter dilectos. de fide instrumento.in quadã additione, quæ cõmuniter nõ habetur,quam refert & sequitur ibi Ioã. And. & cõmuniter omnes scribentes,& Archidia.in c.si Papa. de priuileg.libro 6.& facit.l.in testamento. la grãde. ff.de conditio.& demon.ergo eo ipso,ꝙ probant, ꝙ ante eorum recessum propter suspicionem status non erant dictæ sentẽtiæ latæ:dictæ sententiæ in nullo eis obstant. Et sic restitutio talis comprehendit ipsas sententias, eoque magis: quia per talem restitutionem nõ tolluntur credita asserta ipsorũ creditorum:nisi ꝙ tales sententiæ late contra illos exitios non defensos non præiudicent dictis fratribus: quod est omni iuri & æqtati apprime cõsonũ.Si ius habẽt dicti asserti creditores ꝯ ipsos creditores, vel eorũ hr̃des,agant & petant debitũ suum:nec oportet insistere aliter super isto puncto: quia si restituit ad

ad famã,& ad honores,& ad alia.illa dictio, & alia, importat illum statum, in quo erant ante recessum, propter suspicionẽ status:& per cõsequens talis restitutio comprehendit tales sentẽtias. unde videtur eos restituere ad eorum pristinum statũ. Facit.l. ꝙ si minor.§.restitutio.ff.de mino.cum simi. nec est necesse aggredi naturam illius dictionis, & ad alia.q̃d importat:quia sufficit, ꝙ eos restituerit ad statum, in quo erant ante recessum propter suspicionẽ status,& rebellionis.Et sic ex supradictis cõcludo ipsas sententias non tenuisse vigore iuris communis, nec vigore ipsorum statutorũ, & ipsam restitutionem tenuisse,& comprehendere ipsas sñias latas in fauorem ipsorum assertorum creditorũ: licet nõ fuerit opus,ex quo fuerant nullę. Et sic in fauorem ipsorũ fratrum concludo.

EPITOME.

¶Testamentum primum solenne & perfectum, in quo extraneus erat institutus, per secundam voluntatem, qua cum testator esset interrogatus, an filias suas hæredes sibi esse vellet, annuit,& respondit sic, reuocatum esse contendit.

SUMMARIUM.

Filiorum causa fauorabilior est in successioue patris, vel aui, quam Dei.nu.1.

Testamentum secundum iure speciali tantum consistens tollit primum perfectum.nu.2.

Consentire satis videtur, qui annuit.nu.3.

Testamentum vltimum minus solenne tollit primum magis solẽne, si iure naturali, vel gentiũ nitatur, vt quod inter filios factum est.nu.4.

Patris dispositio iter filios vt valeat, sufficit, verba, vel indicia interuenire.nu.7.

Responsio affirmatiua intelligitur continere omnem qualitatem, præcedentis interrogaionis.nu.8.

Interrogari testator non solum a tabellione & notario, sed etiã quouis alio potest, an talẽ, vel tales hæredes sibi hæredes esse velit.nu.10.& 11.

Pater dicitur inter filios iure speciali testatus cum duobus tantum testibus.nu.16.

Testes non sunt iccirco varij & falsi, quod de tempore specifico non conueniant.nu.17.

CONSILIVM XLIIII.

& etiam dicit, ꝙ illa verba, seu nutus defuncti, emanarunt ad infestationem ipsorum nepotũ, ꝙ postea fuit vocatus vnus notarius, & postea duo notarij, vt essent rogati de dictis verbis istius testatoris, & ipse infirmus voluit loqui: sed reuoluit se ad aliam partẽ. & dicit ibi D. Pau. ꝙ ex sequentibus constat qualis fuerit mens & voluntas illius infirmi in præcedẽtibus. l. si concubinam. §. res amotas. ff. rerum amo. cum si. sed in casu nostro cessant omnia: quia hic ꝑseuerauit iste Ange. vsque ad finem in illa voluntate, vt filiæ suæ sibi succederent: nec fecit alium actũ ꝯdictionis. & sic casus & contingentia facti, in quo consuluit D. Pau. differt realiter & essentialiter a casu nostro. ergo. Tertio, ex illo non est inferendum ad casum nostrum. vt l. eum actum. ff. de neg. gest. l. naturaliter. §. nihil. cõe. cnm simi. ff. de acqui. pos. ergo. Nec obstat, quod voluit Bar. in d. l. iubemus. primo, qa Bar. non loqt̃ de pr̃e volente filias suas succedere in bonis suis, vt superius est dictũ. Secundo: qa Bar. vr̃ sentire in eo, qui pp infirmitatem poterat loqui articulate, cum prius loqueretur. & sic loquitur in eo, qui cum plures dies esset infirmus, & debilitatus pp infirmitatẽ, ẽt postea perdidit loquelã articulatam: qa verisĩle est, ꝙ tunc perdat sensum, nec hẽat bonum intellectum, & sic vr̃ sentire in eo, qui amittẽdo articulata loquelã amittit sensum bonũ, quasi ex ꝓcedenti defectu intellectus sequitur perditio loquelæ articulatæ: sed iste non casus noster. iste Ang. non fuit antea infirmus, adeo ꝙ passus fuisset pp infirmitatẽ debilitatẽ ĩtellectus, sed fuit ꝑcussus in gula, vt dr̃, & statim fuit offensum organũ loquẽdi. vñ tunc tpis non erat læsio, nec vera nec ꝓsumpta intellectus & sensus, & ex dispõne sua bene vr̃, ꝙ non fuerint supini sensus, ex quo voluit filias suas succedere, & fatuus fatua loquitur, & vir prudens loquit̃, q̃ cõgruunt prudẽti viro. l. is qui. §. fi. ff. de tut. & cura. da. his. l. quidam in suo. ff. de condi. instit. c. legimus. 93. di. nã si dixisset, non, bñ esset ꝓsumptio de insano intellectu & ꝑdito, per no. in l. j. ff. de inoffi. test. excludendo filias suas a successione sua. & sic propriè & rectè dictũ Bar. intellectum & ponderatũ nullo mõ est ꝯ ꝑñtẽ consultationẽ, tũ etiã si aliter intelligeret dictũ Bart. esset ꝯ decisionẽ. d. l. qm̃ indignũ. tũ ẽt qa ꝯ Bar. tenuit subtilis doctor D. Bñdictus de Plumbino in ꝑalleg. l. iubemus, vt superius dixi. Nec obstat, cũ allegat. d. l. iubemus. qa ex superi⁹ relatis & dictis clarissimè apparet rñsio. Nec obstat, cũ dr̃, ꝙ ex isto secundo testamento nullns põt esse hæres, qa hoc est falsum, & ꝯtrium est verius ꝑ d. §. ex imperfecto. & per d. §. si quis autẽ. & per d. l. 2. de iniusto testa. & l. si duobus. §. si prius. ff. de ꝯtabu. vt superius dictũ est. ergo. Nec etiã obstat, cũ dicitur, ꝙ iste Ang. erat intestabilis, qa est falsum, cũ haberet bonum & sanum intellectum, vt superius fuit amplè respõsum, & per consequens satis manifestissima & vera conclusio resultat, ꝙ filiæ prædictæ debent succedere huic Angelo defuncto. & ponderet diligenter dominus iudicãs, quia agitur de excludẽdis filiabus a successione parentis, ꝙ abhorrent omnia iura, tam humana, q̃ diuina. & esset summa iniquitas eas excludere. & ideo partes, suæ erunt in pronuntiando & declarando primũ testamentũ fore reuocatum per illã secundam dispositionẽ. Postremò esset vidẽdũ, ꝙ posito, non tñ concesso, ꝙ ista secunda dispositio de iure non teneret: & non reuocaret primum testamẽtũ, an ex quo iste filiæ habent & possident bona paterna, & ẽt habent voluntatem patris. possent per viam fori conscientiæ se tueri, & erit elegans & solẽnis inuestigatio. Sed non sum interpellatus ad consulendum super hoc, ideo subsisto & cõcludo in fauorem ipsarum pupillarum dicti Angeli. ¶ Restat modo videre, si sufficienter & legitimè sit probata voluntas & dispositio illius Angel. volentis reuocare primũ testm̃. Et circa hoc est aduertendum, ꝙ in testamento patris inter filios est sublata solennitas iuris ciuilis, & est textus in l. fi. C. fami. ercis. vbi text.
15 vult, ꝙ dispõ† testati vel intestati ĩter libros valet, ẽt imperfecta. i. sine solennitate legali. ita summat illũ textum Bal. & addit, ꝙ inter liberos ius ciuile imitatur ins gentium, seu naturale, & naturam communem. l. hos accusare. ff. de accusat. §. oĩbus. naturali enim respectu & intuitu iura mouentur, vt patet in rõne literæ. de testa. imperfe. in prin. Et Bal. in l. filię.
16 C. fami. ercis. dicit, ꝙ pater dicitur † testatus iure speciali, quãdo testatus est cum duobus testibus inter filios, vt d. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. & ibi dicit, ꝙ cum ius ciuile confirmet tale testm̃, factum inter filios cum duobus testibus poterit ex eo adiri hæreditas. & facit, quod no. do. Anto. in c. relatum. de testa. vbi dicit, ꝙ in relictis ad pias causas tollitur omnis solennitas iuris ciuilis, & est verior opi. de iure, quã opi. Lapi, & ita seruat consuetudo secũdum dñm Abbatem ibi. & dominum Ioannẽ de Imo. facit, qđ no. Bart. in l. j. C. de sacrosan. eccle. & ibi Bald. in cõmen. illius. l. Et optimè faciunt prædicta ad intellectum dubij præcedentis: & sic sufficiunt duo testes ad probandum istam secundam dispositionem istius Ange. Quo præsupposito est vidẽdum, si hoc est sufficienter probatum: & vr̃ ꝙ sic, si fiat discursus per dicta testium productorum per ipsas filias. Clarissimè cõstat de interrogatione facta per illũ Guardianum dicto Angelo de dictis suis filiabus admittendis ad successionem ipsius Angeli, & de responsione facta nutu, & signis, & per verbum, sic, per ipsum Ang. & concordant dicti testes in loco, & die, variant tamen aliqualiter in tempore. Et certè est præmitendum, ꝙ si testis non deponit ita de tempo
17 re specificato non † propter hoc redditur falsarius, vel varius. vnde dixit Bal. in l. presbyteri. C. de episc. & cleri. ꝙ testis debet magis recordari de personis, & loco, q̃ de die. vnde super tẽpore multũ est excusabile dictum testis, allegat dictum Inno. in c. qualiter. el 2. de accusa. Facit, quod voluit Archi. 3. q. 9. nihilominus. Et multominus in hora, per ea quæ no. gl. singu. in l. si ex pluribus. §. fi. ff. de solu. & Bald. in l. imperator. ff. de statu ho. vbi allegat illam glossam pro singu. & in l. præscriptione. C. si cont. ius vel vti. publicam & in l. fi. C. de edic. diui Adri. tol. & in l. cũ proponat. C. de vindicta manu. & facit, quod dixit Saly. in l. penultima. C. de accusa. vbi dixit, ꝙ qñ tps adijcitur termino remoto, ex quo immediate non concludirur, ꝙ hoc non refert. ponit exemplum in hæreditate petita, puta asserit Titius Caium defunctum iam est annus, vel certo tempore, & se proximiorem esse, & hæredem ab ĩtestato, & sic petit declarari, & se pronuntiari possessorẽ rerum hæreditariarum, & sibi cõdẽnari ad restitutionem earũ: mõ licet isto casu ꝑsonæ mors non sit probata ƒm tps in libello descriptũ: sed simpliciter alio tpe: nihilominus actor dẽt obtinere ꝓximitate, & alijs necessarijs legitime ꝓbatis. & est isto casu rõ: qa nulla ex prolatis insurgit contrarietas, vel dubitatio circa ea quæ concluduntur, ꝙ sit hæres, & iam sit ius petẽdi sibi. & qñ constat de causa proxima non curatur de cã remota. l. 2. C qđ metus causa: tũc arguo sic. vbicun
18 que † testes inducuntur ad probandum aliqđ nõ limitatum tempore, tunc varietas tẽporis non reprobat dicta illorum testium. puta volo probare, ꝙ possederim: sunt testes producti, qui dicũt, vnus de vno anno: alius de alio anno: certè sufficit. nõ enim ĩducunt̃ ad probãdũ possessionẽ certi tpis, secus si ĩducerentur ad ꝓbandũ aliquod factum certo tpe, ita decidit

decidit Bal. post Bar. in l. ob carmen. §. testes. ff. de testi. allegant Cy. C. quæ sit longa consue. l. 2. in quarta. q. ver. quæro cum difficile. & ver. sequẽti. facit, qđ no. Inno. in c. qualiter. el 2. de accusa. & in c. cũ causam. de testi. & facit l. testium. C. de testi. & qđ ibi not. Cũ ergo in nr̃o ꝓposito sit sufficienter probatum per testes ꝓductos per parte dictarum filiarũ, ꝙ dictus Ange. signis, & nutu, & ẽt rñdendo per verbum, sic declarauerit suam voluntatẽ, ꝙ filiæ suæ sibi succederent: & in hoc testes oẽs sunt concordes, posito ꝙ testes varient circa horã noctis, non est curandũ si circa horam non concordant: quia facilis est obliuio circa diem: & voluit Bal. in præallegata l. presbyteri. q̃to magis erit facilis circa horã, ꝑ glo. in d. §. fi. supra allegato. vnde dicebat Bal. in rubrica ĩ titulo de controuer. inuest. in vsib. feu. ꝙ si essent testes singulares non conferentes ad vnũ rei finẽ, qui eos produceret, non diceret aliquẽ testẽ haberet: & ꝑꝑ ipsam varietatẽ testimonij nulla fides adhiberetur: vt c. cũ causam. de ꝓba. si aũt testes nõ essent adeo singulares, ꝙ non propterea discordarent in vnũ rei finẽ, sed venirent ad eũdẽ finẽ per diuersa media. seu per diuersas coniecturas sibi inuicẽ patrocinantes, tunc testimoniũ coadiuuãt. Sed in ꝓposito nr̃o testes ꝓducti ꝑ parte ipsarũ puellarũ deponũt ad vnum rei finẽ: quia oẽs deponunt illum Ang. nutu, & signis declarasse suã voluntatẽ: sequitur, ꝙ nullo modo est curãdum de hora. Secũdo facit ẽt, qđ hr̃ in cap. cum tu.
19 de testi. vbi † quoties testes actoris ꝯriantur testibus rei circa actum reiteralem: reduci debent testes ad concordiam per actus multiplicationẽ. Facit, quod hr̃ in l. 2. §. deinde exactis. ff. de orig. iuris. ergo cũ iste actus potuit esse reiterabilis, sequitur, ꝙ multomagis testes ab eadem parte producti, si contrariantur in hora in actu reiterabili: ꝙ præsumatur actus fuisse multiplicatus, & reiteratus. & ideo isti testes non sunt discordes. Facit, quod voluit glo. in cle. j. in ver. simul. de appel. per quam gl. dicit ibi dñs Antonius, ꝙ si testes dicunt, tales possederunt simul talem rẽ: & alij testes dicunt, ꝙ tempore, quo vnus possedit, alius non possedit, ꝙ dicta eorum saluari possunt, vt notetur simultas in actu possidendi, & non in tẽpore eodem modo dicit, si testes dicunt, ꝙ tales simul adulterium commiserunt cum tali, perturbauerũt possessionẽ tales: & apparet, ꝙ inter actum vnius, & alterius, fuit diuersitas in tempore, & in loco, saluantur testes, quia illud verbũ, simul, simultatẽ in actu facit in prædicamento loci, & temporis. facit glo. in c. bonæ. de elec. & in l. in operis. ff. de loca. & ibi Bar. & ꝑ eundẽ Bart. in l. si plures. ff. de iniur. & Cy. in l. testium. C. de testi. ita dicamus in proposito, vt capiatũ concordia testium, ex quo actus erat reiterabilis. Facit, qđ pulchre voluit Bal. in prima constit. C. in §. q. bus. vbi dixit tex. in d. c. cũ tu. procedere in actu reiterabili, in quo possunt diuersa tp̃a cõsiderari & verificari, sed vbi deponerent de actu non reiterabili, & instantaneo, impossibile ꝙ deponentes ꝯria saluentur. allegat. ꝙ no. in l. j. C. qui accusa. non possunt. & ideo dicimus, inquit, ꝙ ꝯdictoria nõ possunt. simul esse vera. & sic cum iste actus potuit reiterari: qa iã est reiterabilis: sequitur, ꝙ testes isti sunt ad concordiã reducendi. & ideo speciale est in testibus Susannæ: quia ex eo, ꝙ deponebant de eadem hora, colligebatur veritas actus, & diuersitas in loco commissi adulterij, ĩduxit ꝯ eos p̃sumptionẽ falsi. Facit gl. fin. ĩ c. nihilominus. 3. q. 9. cũ ergo in casu nr̃o appareat de loco, & actus est reiterabilis. ergo capienda est cõcordia inter ipsos testes. Tertio facit: nã licet vnus testis dicat, ꝙ fuit circa quartam horam noctis, & alter testis dicat, ꝙ ipse existens in camera post primã horã noctis, cũ dimidia, vel circa, audiuit. Item inter istos testes de facili potest fieri reductio ad concordiã assumendo illud, circa, largitione & non stricte ꝑut in simili. facit gl. ĩ l. 2. §. fi. ff. si cer. pe. in testibus, quorũ vnus dixit ante guerrã: alius vero dixit post. & ibi ꝑ Bar. & ꝑ eundẽ Bal. in l. inter stipulantẽ. §. j. ff. de ver. ob. & in l. in insulã. §. fructus. ff. sol. matri. & l. j. C. de vsufru. & sic vr̃, ꝙ cum actus iste testandi sit reiterabilis, vt l. si quis in prin. testĩ. ff. de leg. 3. & in l. j. C. de sacrosan. eccle. cum si. & qa põt fieri concordia, sequitur, ꝙ isti testes probant, & reducendi sunt ad cõcordiã, vt probent. Nec obstat, ꝙ dicunt legi-
20 stæ, † ꝙ testes pñt reduci ad concordiã, ne incidant periurium, nõ aũt vt probent, ut not. Bar. in l. j. C. de vsufru. & in l. inter stipulantem. §. j. ff. de verbo. ob. & in l. 2. §. fi. ff. si cer. pe. & in l. in insulã. §. fructus. palle. & in l. si possessori. §. itẽ si iurauero. ff de iureiu. & in l. cũ de ætate. ff. de proba. & Bal. in l. Gallus. §. ille casus indifficilis. ff. de libe. & post. & Ang. in l. qui ante calendas. ff. de ver. obl. qa in ꝯriũ vr̃ esse casus in d. c. cũ tu. quẽ tex. allegat ad hoc ꝑ singu. ibi Io. de Imo. intelligendo, & canonici erant actores. & ita ibi intelligebat Hosti. ꝙ dicebat se habuisse facti notitiã: ergo potius erat standum illi textui, q̃ opi. legistarũ. Præterea Bal. in l. itẽ vidẽdũ. ff. de peti. hæredi. dixit, ꝙ ſm iura ciuilia potest fieri sana ĩterpretatio in dictis testium ẽt ad probandũ. allegat, qđ no. in l. stipulatio ista §. hi quoq;. ff. de ver. ob. quę verba dicit esse menti tenenda. Sed ita est in casu nostro interpretãdo secundũ sanam mentẽ & intellectum dicta illorum testiũ quoad tp̃s, inducetur probatio voluntatis illius Ange. ergo facit ẽt, qđ plene not. dñs meus Io. de Imo. in d. l. inter stipulantẽ. §. j. & in d. c. cũ tu.
21 Facit etiam: quia testes † deponentes de die sunt plures alijs deponentibus de nocte: ideo stabitur dicto plurimum: posito ꝙ omnes fuerint producti ab eadẽ parte. ita voluit Specu. in titu. de testa. §. postq̃. versi. quid si plures. vbi dicit, ꝙ si plures ꝯcordant, & qualitas negotij hoc patitur, & motus animi ipsius iudicantis concurrat, ſm dicta illorũ debet ferre sñiam: vt l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. sed in casu nr̃o qualitas negotij hoc patit̃, & requirit, ꝙ filiæ vocentur ad hæreditatẽ parentũ, vt l. cũ auus. ff. de ꝯdi. & demõ. & l. generaliter. §. cum autẽ. C. de insti. & substi. & ẽt motus animi ipsius iudicis debet ad hoc concurrere, vt filiæ inuitent̃ ad hæreditatẽ paternam. ergo si non essent testes, qui adinuicẽ sibi ꝯdicerent pares in numero, & ẽt ĩ dignitate, & aliis qualitatibus: tũc staret̃ testibus deponentibus aptiora & verisimiliora, vt est no. tex. in c. licet causam. de prob. sed verisimilius est, ꝙ Ange. ꝑdictus voluerit filias suas, puellas p̃ferri debere ĩ successione sua dicto Bariseto, vt in l. cum acutissimi. C. de fideicõ. ergo sequit̃, ꝙ stabitur illis testibus ita deponentibus. facit elegans dictũ Inn. in c. auditis. de præscrip. & qđ loquit̃ in c. cũ ecclesia Vultetana. de elec. vbi dicit, ꝙ testes, quorũ dictis cõsonat ius cõe, p̃ferunt̃ testibus, quorũ dictis ꝯsonat ius spãle. Facit no. dictũ Inn. ĩ ca. j. de frig. & male. ubi dicit, ꝙ si mulier ꝓbat ꝑ testes, ꝙ uir est frigidę naturæ, & uir ꝓbat ꝑ tot testes æquales, ꝙ imo est naturæ potẽtis & uirilis ꝙ testes mariti p̃ferũtur testibus mulieris ex eo; qa aptiora deponunt. Facit, qđ no. Bal. in authenti. omnes peregrini. C. communia. de succe. Facit ẽt, quod uoluit idẽ Baldus in conclusionibus iuris, in c. cũ sint partiũ iura obscura. de regulis iuris, libr. 6. ubi uoluit post Dynum, ꝙ si una probatio est fauorabilis, & alia est odiosa, statur ꝓbationi fauorabili. si uero utraque probatio est fauorabilis, & alia est odiosa, stat̃ illi fauorabiliori, alle. textũ. in l. lege iulia petronia. ff. de manu. & idem dixit in cap. domino guerram. §. promptiores. in ti. hic finitur lex Cora. & incipit consue. reg. Subdit ẽt idem

22 idem Bald.in d.cum sint.ꝙ si iudex† certa ratione ex indicijs motus magis assentit vni probationi,q̃ alteri, ꝙ ita debet iudicare: sed illud dēt in sua sñia exprimere: vt no.ĩ l.duo iudices.ff.de re iu.& ibi est gl. or. ꝙ non dr̃ dubiũ, qñ vna probatio superat aliã in aliquo iudicio sumente originem & testimoniũ ex facto partis.ita ibi residet Bal. cum ergo in casu nr̃o fauorabilior est probatio,quæ fauet illis filiabus pupillis,arg.l.cum acutissimis motus animi ipsius iudicis dēt ad hoc inclinari. ergo sequitur, ꝙ illi probationi stabitur. Facit ēt,qđ voluit idē Bal.ĩ l. magistratus.C.qñ prouo.non est necesse.in ver.illud etiã no.ꝙ idē fauor debetur attestationibus, qui debet̃ rei iudicatæ, & iõ fauorabiliores attestationes alijs præferunt̃,& non eliduntur ab eis, alleg.d.l.lege iulia.& idē ēt dicit, ꝙ si testes sũt pares, p̃t alteris adhærere, & alteris non, dũmõ hoc exprimat in actis, inserendo cãm suæ adhæsionis. & ita dicit intelligēdũ.qđ eleganter no.in d.l.duo iudices.& sic cũ attestationes cõformes tp̃i sint fauorabiliores pro ipsis filiabus pupillis, ergo debet magis illis adhærere. Et posito,non tñ cõcesso, ꝙ non essent pares: adhuc magis deberet inclinari ĩ fauorē filiarũ, vt superius est dictũ,& dixit idē Bal.in l.j.C.cõmi.vel epistola,ꝙ ex coniecturis fides auget̃,& qui hēt meliores coniecturas vincit.nã vt eleganter dicit Ioannes mona.in capitulo duobus.de rescrip.libr.6.paritas reducitur ad imparitatē pp additã coniecturã ad alterũ extremũ.sed probatio in fauorē filiarũ ipsius Angeli hēt meliores cõiecturas.ergo sequitur,ꝙ iudex dēt inclinare se ad fauorē earũ. Præterea est appensatè satis ꝯsiderãdũ, ꝙ testes deponētes de vltima dispositione ipsi⁹ Angeli,circa ipsas filias successuras ꝯcordes ĩ loco & tp̃e, sunt sufficiētes ad probandũ illã dispõnē suã exp̃ssam,nutu,& voce,r̃ndendo,sic. ergo non est curãdũ de alijs, qui non cõcordant de hora. sufficit enim esse probatum per testes sufficientes ad illam,& iam fuerunt sufficientes: vt no.in d.l.fi. C.famil.ercis.& in d.§.ex imperfecto. vt superius dictum fuit.ergo. Et ideo dixit Bald.in dicta rubrica,de contro.inuestit.ꝙ qñ singularitas non est obstatiua, tũc nunq̃ impedit probationem, vt fuit in casu nostro: quia iste actus testandi fuit reiterabilis, et iam est probatum ipsum Guardianum bis interrogasse ipsum Angelum,vt apparet ex testibus productis in fauorem ipsarum filiarum.Præterea etiam facit, quia pro parte ipsarum filiarũ sunt duo testes fratres mēdicantes gloriosi beati Francisci,quorum vnus† seruat altissimam paupertatē & sanctimoniã, quibus

23 est maxima fides adhibenda. Facit elegans dictum domini Antonij in cap.postremo.de appellatio.vbi licet consanguineus partis litigantis possit recusari vt suspectus in iudicem ab alia parte, tamen si est homo magnæ religionis,non potest, quia non præsumitur, ꝙ velit contra iustitiam iudicare.& ideo dixit Hosti. in cap.finem litibus.de dolo & contu.ꝙ si homo magnæ religionis & vitæ,litigat, & habuerit iniustam causam litigandi, ꝙ propter hoc nõ est cõdemnandus in expensis, quia non est præsumptio, ꝙ motus fuerit ad litigandũ nisi aliquo iusto colore.facit c.2.de ope.noui nun.& glo.solennis in l.Titio fundus.ff.de condi.& demon.& Bal.in l.indicia. C.de rei ven.& maxime quia habet duo adminicula optima.videlicet fauor filiarũ, quia nullus amor vincit paternum,vt l. isti quidem.ff.quod met. causa.& l.quidã cum filium. de verbo. obli. & quod hr̃ in l.nam & si parentibus.ff.de inoffi.testa.Et ēt ſm, quia ista dispositio fuit vltima.ergo est fauendũ: cũ postrema derogent prioribus.l. pacta nouissima. C. de pac.cũ si.ergo. Facit,qđ hr̃ in c.in nr̃a.de testi.vbi stat testibus honestiorib.& dixit Hosti.ꝙ tanta possset esse auctoritas & honestas duorum testium, ꝙ p̃ferentur centum testibus.Facit, quod hr̃ in l.ob carmē.§.fi.ff.de testi.& in l.fi.ff.de fi.inst.Preterea est cõsiderandum,ꝙ testes producti pro parte ipsarum filiarum deponunt de interrogatione & sanitate intellectus ipsius Angeli tempore, quo respondit Do. Angelus ad interrogationem sibi factam per illum Guardianum, quo casu eorum dispõ est cõformis

24 iuri,ꝙ præsumitur † quilibet esse sanæ mētis: vt l.furiosum.C.qui testa.face.poss.c.indicas.3. q.9.c.cum dilectu.de success.ab intestato. l. non codicillum.C. de testa.adeo,ꝙ dixit Innocentius in capitulo, cum causam.de testibus.ꝙ non credit̃ testi asserenti aliquem esse furiosum, nisi deponat per sensum proprium.& notat Baldus in dicta l.furiosum. ex eo, q̃a quilibet præsumitur esse talis, qualis esse debet: nisi probetur contrarium.ergo stabimus præsumptioni iuris. Et si dicat̃, ꝙ dictus Angelus faciebat aliquos actus non congruentes sano intellectui. ad hoc respondetur,quòd non est verum, quia hoc non probant testes inducti ad probandum non sanam mentem. Nam ex quo primus frater reducebat eum in contritionem reducendo sibi ad memoriam gloriosum beatum Franciscum,& beatum Bernardinum, ille potius deuotione motus, q̃ insania accepit cordulã,quo accintus erat ille frater: certè illud accepit ex contritione potius, q̃ ex insania, & ille actus non est realiter inuentus ad inducendã probationē non sanæ mentis. Et maximè etiam, quia iam multi testes & etiam dictus frater Cherubinus deponunt, se non iudicare illum fuisse sanæ mentis, per illos actus.quinimo est ponderãdũ,ꝙ posito,non tñ concesso,ꝙ ex illis actibus iudicaretur non sanę mentis: nihilominus ex quo disposuit ita, vt disposuisset quilibet sanæ & integræ mentis, inuitando filias suas ad successionem,ꝙ quilibet prudens faceret. talis dispositio esset valida,& firma de iure,& p̃sumitur, ꝙ tũc tēporis esset sanæ mentis: quia ex factis,& dictis,qualis sit mens hominis,sana, aut insana, præsumitur, vt in prēallega.c.legimus. Vnde refert solennis doctor dominus Bal.in c.j.in prin.per quos fiat inuestitura, in vsib.feu.ad finem,& dicit,ꝙ refert Valerius testa-

25 mentum cuiusdam † furiosi per senatores approbatum,quia bene disposuerat, alleg. Io. And.in c.cum dilectus,de succes.ab inte.ita referre., ergo ita erit dicēdum in proposito nostro. Facit, quod no. Io. And. in c.ad nostram,de consue.de sententia lata a fatuo ita iustè & canonicè,ac si esset lata a iudice sanę mētis,ꝙ talis sententia valuerit,cum ergo quilibet prudens hoc fecisset,posito,non tamē concesso, ꝙ fuisset insanæ mentis tempore, quo accepit cordulam illam,tamen dispositio sua valuit,& tenuit, tanq̃ fuerit facta ab homine mētis integerrimæ. Facit,quod dixit dominus Pet.de Anch.in cle.si furiosus,de homicidio. vbi alleg.Stephanum,ꝙ in dubio quis præsumitur sanę mētis,nisi contrarium probetur,quod est verum siue negando, siue affirmando proponatur: vt d.cap.cum dilectus,nisi constet,ꝙ aliquando fuerit furiosus: tũc enim incumberet onus probandi ei,qui dicit eum sanæ mentis, 3.q.9.can. indicas, & ibi no.secundũm Stephanum.Idem tenet ibi Pau-

26 lus dicens,ꝙ allegans† furorem debet eum probare, sed probato,quòd semel fuit,præsumitur durare: vt in regula semel malus.li.6.nam,vt ibi dicit Dy.accidens naturæ contrarium,ꝙ ſm naturam est,& præter naturã, tollit effectum præsumptionis ipsius naturę,quod est verum in accidēti durabili saltem aptitudine. alias contra naturam ipsius accidētis non præsumitur perseueratio.Facit,quod no.Inno.& canonistæ in c.cum inter canonicos, de elect.Ita dicit Paulus, & in hoc dicit domin.Petrus ibi notandum bene

bene ad qõnem, quam ipse habuit in contingentia facti. quidã enim, qui furiosus & insanæ mentis verbis & factis extrinsecus videbatur, fecit ɔ̃ctum, ĩ quo se obligauit in mille, eo mortuo contra dictam promissionem hæres se defendebat ratione furoris, & probatum fuit, qũo habebat dilucida interualla: sed non fuit de furore tpe obligationis limitatè probatum: quærebatur an præsumeretur facta tpe furoris vel sanæ mẽtis? & vr̃ ꝙ tpe furoris, ex quo semel fuit furiosus, ꝙ dicit esse notandũ perpetuo: & sic ad infringendum illam obligationem concurrunt duo, videlicet, ꝙ antea fuerat furiosus, & postea se obligauerat. Sed in casu nostro nõ est probatum, ꝙ antea dictus Angelus fuerit furiosus, nec postea fecit actum furiosi. imo in casu nostro fecit actũ, ad quẽ omnia iura, & diuina, & humana eum inclinabant, & inducebat, vt inuitaret filias suas ad successionẽ suam: vt in dicta l. cum acutissimi. ergo sequitur, ꝙ talis sua dispositio valuit & tenuit, & multo fortius in casu nostro, cum non sit probatũ ꝙ fuerit insanæ mentis. quinimo est probatum quòd per plures testes, & magis idoneos, ꝙ erat sanæ mentis, qui præferendi sunt aliis testibus ɔ̃riis, tanq̃ deponentes verisimiliora & cõformiora iuri naturali & etiam positiuo, præsumentibus quem esse sanum & integræ mentis. Facit dictum c. licet causam. & dictum Inn. in dicto c. auditis. de præscriptio. & per consequens standum erit testibus deponentibus illum Angelũ fuisse sanæ mentis. Nec obstat, cum opponitur contra personas testium ipsarum filiarum ratione amicitiæ, quia ad hoc rñdeo, posito, non tñ concesso, ꝙ amicitia repellat a testimonio: tamen vbicunque aliter sufficienter probata intentio partis, vel est ꝓbata per alios, licet sit aliquis† amicus, tamen sustẽ-

27 tatur inhabilitas illius ꝓpter habilitatem aliorum. hoc decidit Angelus in suis consiliis, cõsilio j. vbi dicit, ꝙ licet testis sit domesticus: tamen si deponit id, quod alii testes non domestici deponunt, sustentatẽ eius dictum per alios. & ita cõsuluit. & est text. valde elegans in l. si quis ex argentariis. §. sed si omnes. in versi. sed si vnus humilis & deploratus sit. ff. de eden. Et bene facit, quod ibi voluit Iac. But. & Bal. per illũ tex. & quod voluit idem Bal. in l. imperator. ff. de statu ho. & in l. j. C. de testa. & in l. ꝑscriptione. C. si contra ius vel vti. publ. Præterea facit, quia licet aliquis sit amicus, non tñ repellitur a testimonio pp inimicitiam, gl. est in §. cogitandum. auth. de mona. & gl. 3. q. 5. in summa. & in c. testium. 3. q. 3. Bald. in l. data opera. C. qui accusa. non pos. & ideo dicit Ang. in d. §. cogitandũ. ꝙ rõne amicitiæ testis non repellitur a testimonio, sed aliquantulũ detrahitur de fide sua. & ita dicit dẽre intelligi. l. 3. & l. idoneis testib. ff. de testi. nã amicitia rĩr est charitatiua, q̃ non impedit testimoniũ ferendũ, de quo in Spe. de testi. in principio. nã ſm legẽ diuinã debemus diligere proximũ sicut nosmetipsos: vt in euangelio. & de pęn. dist. 2. proximos. Et ideo scriptum est, ꝙ nã induxit quandam cõciliationẽ inter nos, iuxta illud platonicum relatum a Cicerone in primo officiorum, Nõ nobis soli nati sumus. & ideo gl. in c. quoties. de testi. dicit, ꝙ amicitia charitatiua non impedit testimonium ferendum. facit l. sciendum. ff. de vsur. & iõ dixit Bal. in l. eos. C. de testib. ꝙ amicus est testis idoneus, nisi forte amicitia esset nimis stricta. Facit, qđ dixit Bald. in d. l. eos. vbi dixit, ꝙ iudex debet arbitrari, ꝙ sit idoneus, nisi alia ratio sit, q̃ sola amicitia: vt d. l. sciendum. & allegat Aristotelem dicentem, amicus amico vult bona. ergo nõ vult falsum testificari pro eo: quia hoc esset sibi malum non bonum: nam secundum Boetium, infeliciores sunt, qui mala concupita peregerunt. ergo, inquit ibi Bal. nomen amicitiæ non est expulsiuum testimonii. allegat. d. l. sciendũ. Facit etiã, qđ no. Bald. in l. si quis testibus. C. de testi. vbi dicit, aut ex tali amicitia resultat aliquid prohibens, vt amicitia viri & vxoris, & tunc repellitur a testimonio, aut insurgit alia qualitas prohibẽs, & tũc non repellitur in totum, sed debilitatur fides testis, secundum Petrum. & ideo concludit ibi Bal. ꝙ amicitia non repellit a testimonio, nisi per accidens, scilicet quãdo per amicitiam vnius resultat odiositas alterius. nam amicitia est virtus: odiositas est vitiũ, & istud vitium repellit testem non virtus: vt d. l. sciẽdũ. ex quibus infero vnum, qđ vr̃ nouũ in ista mate-

28 ria, ꝙ ad repellendum† testem a testimonio pp amicitiam nõ sufficit allegare amicitiam in genere, sed est necessarium deuenire ad speciẽ amicitiæ, & eius qualitatem, vt vr̃ tex. in d. l. sciendũ. & sic cum in ꝓposito nostro non fuerit allegata talis amicitia, ꝙ resultet odiositas alterius, nec fuerit allegata inimicitia qualificata, sequitur, ꝙ iste testis amicus non repelletur a testimonio. Facit, quod in simili no. Bart. in l. j. C. de testa. Nec etiam obstat, cũ opponitur ɔ̃ testem de paupertate: quia pauper honestus non repellitur a testimonio in authen. de testibus. §. primo & §. sancimus. Specul. in titu. de testi. §. j. versic. Item ꝙ est paup: Nec ẽt obstat, qđ opponiẽ, ꝙ testes ꝓducti p illas puellas dixerũt ad interrogationem tertii mortuo dicto Angelo, se fuisse præsentes, & tpe suæ infirmitatis, ex qua decessit, non audiuisse eum loquẽtem, nec de bonis suis disposuisse, ꝙ si ĩ iudicio examinati postea ɔ̃riũ dicerẽt, non starẽt suo testimonio, qnimo venirẽt puniendi pęna falsi, vt elegãter voluit Bar. in l. eos. ff. ad l. Cor. de fal. Primo, quia istud dictum Bar. non est verum: & ɔ̃ dictum Bar. est gl. Archi. in c. cũ cãm. de testi. & contra eum tenuit Salycet. in authentica atqui semel. C. de proba. in 2. quæstione, nec poterit puniri de falso. Ita tenet idẽ Sal. in l. si quis decurio. C. de fal. & ĩ l. qui falso vel variẽ. ff. de testi. Item quia contra dictum Bar. est tex. in capitu. primo. §. si enim domino. versicu. non interfuisse. in titulo quid sit inuestit. vbi si quis dixit vnũ extra iudicium, cogitur dicere in iudicio veritatem, nec attenditur primum dictum. Ita dixit Baldus illũ textum fore ad hoc singularem, & destruere ex toto opinionem Bartol. Facit, quod dixit Bald. in cap. primo. §. cum autem in titulo de controuer. inuest. vbi dixit, ꝙ si testes dixerunt extra iudiciũ se non interfuisse, ꝙ possunt nihilominus in iudicio deponere veritatem absque eorum præiudicio. Et si doctrina Barto. esset vera, sequeretur, ꝙ veritas denegaretur, tamen quia in secundo dicto interuenerunt duo, scilicet iuramentum & calor iudicii, ideo præualet primo dicto. & contra Bar. tenuit Angel. in consilio suo, incipiente in hac quæstione, posito pro constãti, vbi consuluit contra Bar. dicens sibi nunquã placuisset d. Bar. quia prima examinatio non rite facta non ꝑiudicat posteriori rite facta: imo statur posteriori, p cle. 2. de testibus. & respondet ad l. eos. & istã partẽ sequitur dominus Antonius in dicta cle. cum causam. & ibi Ioãnes de Imol. & dominus Petrus. & habetur per dominum Anto. in c. cum in tua. de testi. & per Bal. in l. nullum. C. de testi. & per ɔ̃ns standum erit depositioni eorũ iurantium. Præterea non obstat, si dicaẽ, ꝙ multi testes deponunt, dictũ Angelum non fecisse nutum, aut signũ aliquod expressiuum suæ volũtatis, nec rñdisse, sic, ad interrogationẽ illius Guardiani. & talis negatiua, ex quo erat coarctata ad locum, & tps, est probalis: vt no. in l. si. C. de iureiu. l. ex testamento. C. de testa. Bar. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appel & in l. in illa. & in l. hoc iure. ff. de verborum obligatio. Baldus in l. actor. C. de probation. Angelus in l. si binę. ff. de iniusto testamento.

to.Bar.in ꝯsilio incipiente,Martinus de Eugubio.& in.l.Pantonius.& ibi gl.§.rei.ff.de acquiren.hereditate doct.in cap.cum ecclesia sutrina.de causa poss.& proprie.capit.secundo.de cleric.non resi.capi.bonę el primo.de elect. Quo casu potius statur testibus deponentibus pro tali negatiua, ꝙ testibus deponẽtibus pro affirmatiua: ista est gloss. valde singularis in capitu.clerici.80.distinc. quam reuelauit apud legistas Bal.in commento l.data opera.C.qui accu.nõ poss.Sed ista nullo modo obstant.Primo licet ista negatiua potuerit probari,ex quo erat ad locum restricta & tẽpus:nõ tamen sequitur:ergo testes deponentes per eam, pręferũtur testibus affirmantibus.
29 Primo:qa regula est,ꝙ†decẽ affirmãtes prẹferuntur mille negantibus.l.diem proferre.§.si plures.ff.de arbi.& ibi Bal.qui refert doctrinã Oldra.vbi dixit, ꝙ aut testes negant eius actus agnitionem, super quo deponunt,& tunc indistinctè procedit illa regula,& probabiliter hic potest dici cõtingere, cũ deposuerunt hoc non audiuisse eum loquentem, si vero deponerent contrariã asserrionem, & deponerent super eo,qđ cõsistit ĩ iudicio rationis,seu artis, & tunc potest probari negatiua sicut affirmatiua pone exẽplum, vt ponit Nicolaus de Neapoli in doctoribus examinantibus scholarem,tunc non præponuntur, nec postponuntur: sed statur deponẽtibus verisimiliora. Si autem negatiua consistit in sola facti accidentia,vt in casu nostro,quia testes dicunt illum nõ respondisse interrogationi, nec etiã oculos aperuisse,tũc si est probabilis,stat̃ testibus deponentibus verisimiliora,& pluribus in numero: vt d.l.ob carmẽ.§.fi.ff.de testa.si vero negatiua nõ est probabilis:tũc stat affirmãtibus.& ita dicit Nic.de Neap. in l.j.ff.de vent.insp.se audiuisse a dño Machagnano de Alzogretis:sed re uera dicit fuisse verba Oldrad.in d.§.si plures. Modo in proposito nostro isti testes, primo aliqui eorũ non asserunt negatiuã coarctatam:secũdò non deponunt verisimiliora, imo verisimiliora deponunt testes affirmantes. Item non sunt plures, imo sunt pauciores affirmantibus. ergo stabitur dicto testium affirmantium productorum pro parte dictarum pupillarum.verisimilius enim est:vt pater inuitauerit filias ad successionem suam.Nec obstat gl.in d.c.clerici.ex eo quia illa procedit, qnando testes erant numero pares. Sed in casu nostro nõ erãt pares numero,quia plures erant testes affirmantes. ergo seqt̃,ꝙ illa gl.nõ ob.Itẽ illa gl.loqt̃ eo casu, quo testes deponunt super eo, qđ est cõforme iuri naturę, videlicet, ꝙ quis non deliquerit, vt hr̃.l.merito.ff.pro socio.cum similibus.facit no.dictum Inno.in capit.dudum.de elc.& quod not.Cy.& Bal.in l.mater.C.de proba.& Bart.in l.non solum.in §.sed vt ꝓbari.ff.de op.no.nũc:quo casu ꝑferunt̃ testes licet negẽtes testibus deponẽtib.quẽ deliqsse,tanq̃ deponẽtibus ꝯ præsumptionem iuris:in c.j.de scruti.j.q.3.cap.sancimus.& c.estote misericordes.de reg.iur.cum si. Sed iste non est casus noster: quia imo non sumus in casu verisimiliori, vt filii potius admittãtur ad successionem patris,q̃ excludantur, & sic illa gloss.non obstat:tum etiam quia illa gloss.loquitur in casu liberationis, & promptiores esse debemus in absoluẽdo & liberando, q̃ in condemnando: vt in d.c.clerci.cnm similibus.Et sic ex supradictis concludo clarissimè esse probatum dictum Ang.expressisse suam volũtatem, vt filię suę admitterentur ad eius successionem: & per cõsequens illud primum testamẽtum reuocatum est,et est nullius momẽti, nec ex eo potest hęreditas adiri. tum etiam quia in primo testamento non fuit relictum dictis filiabus iure institutionis:vt in authenc. vt cum de appellatio.cogno.& quod notat Bal.in l.his verbis.ff.de heredibus instituen.& per consequens non remanent firmę tutelę datę in primo testamento,nec etiam ex secunda dispositione:quia in ea non, constituit illũ Barcettum tutorum.et sic concludo in fauorem ipsarum filiarum.

EPITOME.

¶Statuto prohibente,ne a sententia confirmante priorem appellari, prouocari, de nullitate dici,iudicis officium implorari,eidẽ aliquatenus contraueniri, quicquã cõtra eã dici, uel excipi opponi possit,sed firma maneat,& omnibus iuris remediis executionem habeat,Iudex minorem non potst in integrum restituere.

SVMMARIVM.

Statutum ad eũ casum aptatur, cui eius verba conueniunt. numero 1.

Clausula, omnino fit rata, ubi alias nihil operatur, excludit in integrum restitutionem.nu. 2.

Statutum, de quo hic, duabus fidem habet sententijs conformibus.nu. 3.

Clausula, uel alia quauis ratione, maiora expressis copulat.numero 4.

*Statutum tollens appellationem, uidetur tollere in integrum restitutionem.nu.*8.

*Statutum impersonaliter loquens comprehendit etiam minores.nu.*10.

CONSILIVM XLV.

VIso puncto,& appensate & accuratè discussis statutis splendidæ vrbis Brixię,vt pręsens hęsitatio clarior & apertior esse videatur: videtur, ꝙ iste minor possit restitui ĩ integrum. Et quia tota difficultas pendet ex dispositione statutorum, vidẽdum est primo de effectu,& vigore ipsorum.dicitur enim in quostam statuto,postquam vero lata fuerit sententia suprascripta in dicta causa reductionis,vel nullitatis,& cõfirmata fuerit ipsa sententia arbitramẽtalis, nõ liceat amplius appellare,nec prouocare a dicta sententia, nec nullam dicere, nec eidem aliqualiter contraire,nec contra eam quicquam excipere,vel opponere:sed prout lata fuerit,firma maneat, & executionẽ habeat oĩbus iuris remedijs. Extat aliud statutũ, in quo dicitur,ꝙ in omni causa,vel articulo, vbi reperitur prohibita nullitas per formam iuris,vel statuti communis Brixiæ, nõ possit amplius nullo modo de nullitate quæri,agi,vel excipi,nec iudicis officium implorari quauis rõne, vel causa. si subtiliter ponderentur ista statuta, posito ꝙ tollant oẽ remedium veniendi ꝯ talem sñiam per ipsos litigãtes,nõ tñ videntur excludere iudicẽ,quin ex suo officio possit istũ minorem restituere in integrũ:qa istud statutũ est ꝯ dispositiouem iuris cõis,vt in l.j.C.ne liceat in vna eademq; cã tertio prouo. Nec aggredior latissimam disputãdi prouinciam de vigore ipsius statuti,an possit tollere appellationẽ: qa de hoc nõ q̃ritur in præsenti cõsultatione: sed hr̃ late per Ioan.And.in addit.Spec.in titul.ed appella.§.videndum restat nunc.& per Bal.in l.fi.§ fi.C.de tẽp.app.& in l.si appellationem.C.de app.& in l.si filius.ff.de testa.mili.& in l.cũ de cõsuetudine.ff.de leg.& in l.fi.C.de senten.& interlo.om.iud.Bar.in l.oẽs populi.ff.de iust.& iu.& in l.fi.ff.de aq.plu.ar.Sal.in d.l.fi.de tẽp.appel.Ang.in d.l.oẽs populi.& per oẽs scribẽtes in c.ve-

in c.veniẽtes.de iureiur.& in c. vt debitus.de appel. & in c.non solũ.eo.ti.li.6.Et sic istud statutũ,ex quo est ꝯ ius cõe,debet restringi,quatenus fieri potest.l. quicquid astringendæ.ff.de verbo.obl. facit l.sancimus.C.de testa.cum sim.vnde licet prohibeat posse implorari iudicis officium ꝯ talem sniam:nõ tamẽ prohibet ipsum iudicem exercere suum officiũ: vnde de iure communi potest iudex ex suo officio restituere minorem:vt decidit Ioã. And. in c.cum venissent.de instit. vbi dixit, ꝙ iudex ex suo officio põt ecclesiam restituere. Ita dicamus in minore, cũ minor & ecclesia æquiparent,vt c.j.& ca.auditis. de in integrum resti.& cle.j.eo.tit.c.inquirendum. de pecul.cle.Cum ergo tale statutum dicat, nõ possit officiũ iudicis implorari,illa verba sunt relata ad personã ipsius victi,seu partis.non enim sunt relata ad iudicem,licet ergo pars sit prohibita implorare bñficium restitutionis in integrum: tñ poterit iudex ex suo officio restituere istum minorẽ.facit optimus tex.in c.indẽnitatibus.§.sanè.de elec.lib.6.Et ibi Dominicus de sancto Geminiano per illum tex.dicit,ꝙ licet pars repellatur a facultate excipiendi: non tñ repellitur iudex, quin possit ex officio suo opponere.Et pulchre dixit dominus Petr.de Ancha.in c.cũ inter.de except.ꝙ licet excõicatus non possit agere ꝯ iniuriantem,poterit nihilominus iudex ex suo officio illum punire,alle.l.item apud Labeonem.§.si quis sic fecit.& ibi Old.ff.de iniur.Et Bal.in l.j.C.de vind.manu.dixit,ꝙ licet pars nõ possit se defendere ex forma statuti: tamen iudex poterit opponere ex officio suo.& idem dixit in l.j. C. si tu. non gesse.Facit,quod dixit dominus Antonius in c. cũ dilectus. de consue.vbi voluit,ꝙ si pars nõ potest opponere, iudex potest ex officio supplere.alleg.Inn. in c.cum olim.de censi.facit quod not.dominus meus Ioã.de Imo.in l.cum lege.ff.de testa.vbi dixit,statuto cauetur,ꝙ bannitus non possit in iudicio opponere,ꝙ si iudex opposuit pro bannito, valebit processus,licet enim repellatur pars, non tamen repellitur iudex. Et in l.de pupillo.§.si procur.ff.de operis noui nuntia.dixit idẽ Io.de Imo.ꝙ licet excõicatus non possit petere restitutionem rei, quia fuit spoliatus: vt est glo.in c.ex insinuatione.de procur. tamen iudex ex suo officio poterit restituere.Facit glo. solennis in c. nulli. de accusation. vbi licet accusatus non possit opponere crimen & infamiam contra testes ad eos repellendos: tñ poterit iudex ex suo officio opponere.Ita in proposito posito,ꝙ iste minor nõ possit petere restitutionem in integrum aduersus talem sententiam:tñ iudex ex suo officio poterit,quia statutũ de iudice nullam fecit mentionem.l.si seruus.versi. non dixit prætor.ff.de acquir.hære. & ex isto capite potest iste minor restitui in integrum.Secundo imo videtur,ꝙ possit appellare. licet enim statutũ istud loquatur per verba ita prægnantia & crassa: tñ intelligitur de appellatione friuola, non aũt de iusta:vñ dixit gl.valde sing.in c.pro illorũ. de præbendis:ꝙ si in rescripto dicatur, ꝯdictores non audiẽdo, intelligtur qñ de facto ꝯdicunt: non aũt qñ de iure. not. Bald.in l.j.C.de his quæ pœ.no.Facit c.vt debitus honor.de appel.& qđ dixit Bal.in l.fi.C.de sen.& interlo.omniũ iudi.& optime facit text.in ca.ex parte.de officio deleg.el ij.vbi dr̃, ꝙ si in rescripto Papæ tollit̃ exceptio,intelł̃r de friuola.facit,qđ no.Bartol.in l.j. §.per vim.ff.qđ vi aut clã.vbi ẽt dicit, ꝙ sublata appellatione,ĩtelligitur de friuola.& ẽt ita not.in l.oẽs populi.ff.de iusti.& iure.Ita in proposito, licet istud statutũ tollat appellationẽ,supplicationẽ,& simliia, intelligitur de friuolis & iniustis. Tertio facit, licet istud statutum tollat appellationem,& supplicationem,& alia:non tamen tollit querelam. Quo casu stat doctrina vera,& omnium scribẽtium opinione probata: ꝙ prohibita appellatione nõ videtur prohibita querela: vt in capitulo pastoralis. & in capit. cum in ecclesia.& ibi dominus Petrus de Ancharano,de appel.Et ideo dixit Bal.in l.fin.C.de sen.& interlo.omnium iudi.ꝙ licet statutum remoueat appellationẽ:nõ tamẽ remouet recusationem. & in l. fina.C.de edic.di.Aldri. tol.dixit idẽ Bal. ꝙ licet statutum tollat appellationem, supplicationem, & similia:nõ tñ vr̃ prohibere recursum ad superiorem pro fiẽda iustitia.& pulchrè dixit D. Domiicus in c. statutũ.§.assessorẽ.de rescrip.lib. 6.vbi licet dicat gl. ꝙ eo ipso,ꝙ statutum dicit,stari cõscriẽtiæ alicuius, ꝙ nõ potest refricari in dubium,nec appellari.& in cõtrarium est gl.in cle.j.de iure pa. soluit ibi Dominicus reducendo illas ad cõcordiã,ꝙ gl.in d.§.assessorem.procedit,ꝙ non põt refricari in dubiũ,vel veniri ꝯ illud, qđ arbitratus est ex conscientia ꝑ viã appellationis,supplicationis,querelæ, & similiũ:sed si velit implorare misericorditer officiũ superioris, ut erronea conscientia sibi non noceat,põt.ita est dicẽdum in proposito nostro.quinimo dixit D.meus Io. de Imo.in d.cle.j. de iure pa. ꝙ licet pars non possit appellare,vel recurrere ad superiorẽ, vt voluit gl.in d.§.assessorem.tñ non excluditur iudex,quin ex officio suo hoc faciat.& ita intelligit gl.ibi, ꝙ licet pars sit exclusa:non tñ est exclusus iudex, quin ex officio suo retractet illud,qđ iniquè factũ est.ita videtur dicendum in proposito nr̃o, ꝙ poterit adiri superior misericorditer pro fienda iustitia. & etiam iudex ex suo officio poterit illam retractare:& sic poterit restituere in integrũ istũ minorem.Quarto facit gl.in c.suscitata.de in integrum restit.quæ dicit,ꝙ licet ꝑ sniam non possit opponi aliqua exceptio: tñ poterit opponi exceptio,quæ obest sententiæ,si de illa ꝯstet incõtinenti.& sic nõ sequit̃,licet statutũ dicat, ꝙ nõ possit appellari,supplicari, &c. ergo seqt̃,ꝙ nõ poterit aliquo remedio succurri victo ꝯ talẽ sniam.vñ dixit Bal.in auth.ꝓsente.C.de fideiuſ. ꝙ licet nõ possit opponi aliqua exceptio ꝯ istrm:tñ poterit fideiussor petere a principali sibi iura cedi.& Ang.in auth.sed hoc ita.C.de duo.re.dixit,ꝙ licet non possit opponi aliqua exceptio ꝯ istrm:tñ poterit opponi exceptio diuisionis.Facit,qđ voluit D.meus Ioã.de Imo.in c. cãm quæ.in §.cum ita.de rescrip. ꝙ si cauetur statuto,ꝙ non possit opponi exceptio, nec defensio,ꝙ nihilominus poterit postea repetere solutũ tanq̃ indebitum,argu.c.debitores.de iureiur.Ita dicit debere limitari.l.j.C.de ꝯdi. indebi.cũ simi.Ita in proposito nostro,non procedit ita indiscussum ius isti⁹ minoris. Quintò põdero,ꝙ istud statutũ est conrra ius cõe,& priuat quẽ iure appellãdi,supplicãdi &c. quo casu dubito, an comprehendat ipsos minores sine beneficio restitutionis in integrũ. Et quidẽ Saly.in l.2.C.q̃ sit long.consuetud.qrit,an consuetudo liget furiosos,& infantes.& allegat gl.ibi q̃ dicit,ꝙ ad instar legis scriptæ eos ligat. & subdit postea, ꝙ licet consuetudo gñalis eos liget: non tamen tollit eis beneficium spãliter concessum a lege.vñ qđ si cõsuetudo disponit,ꝙ decepti vltra dimidiã iusti pretii non possint petere contractum rescindi,nec iustum pretium suppleri,ꝙ licet talis cõsuetudo liget ipsos minores:tñ poterunt petere restitutionem in integrũ, alleg.l.si sine.§.Lucius.ff.de admi.tu.Facit c.j.§.præterea.de prohi.alie.feu.vbi tempus ad petendã inuestituram currit minori:sed restituitur in integrum. Facit l.2.C.de fun.pa.lib.11. vbi si minor non soluit vectigal principi ex fundo,quem tenet intra debitũ tps non currit sibi præscriptio,sed currit curatori.& ibi dicit Bar.ꝙ cum oĩa vectigalia cõis Florentię,ex commissione principis sint licita, ꝙ si minor cessauit

uit soluere vectigal, quod dicitur principis, multo magis nõ incidit in pęnã sicut nõ icidit i pęnã non soluẽdo vectigalia, q̃ debent ciuitati, nisi ciuitas hẽret sup hoc legẽ ꝓpriã, qa tunc curret: sed posset restitui, alleg. c. constitutus. de in integrum restitu. Facit, qđ no. Bal. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & in c. j. in ti. quo tem. miles. & in c. j. §. porro. in tit. qualiter olim feud. pote. alie. Facit auth. de hære. & falci. §. pupillis. Ex quibus iuribus videtur dicendũ, ꝙ tale statutũ, posito ꝙ comprehendat ipsos minores: nihilominus si reperiuntur lęsi. possunt restitui in integrũ. dẽt enim capi interpretatio, vt istud statutum saltẽ quo ad ipsos minores reducatur ad terminos iuris cõmunis, argum. c. cum dilectus. de cõsue. & c. causam quæ. de rescrip. & capit. dilecto. de ver. sig. l. si serui vestri. C. de noxal. l. postulante. ff. de trebel. l. fina. §. in cõputatione. C. de iure deliber. cũ si. facit, quod no. per omnes scribentes. in d. c. constitutus. & in l. fi. C. in quibus cau. in integ. resti. nõ est ne. & sic minor in ista sententia arbitramẽtali, licet cõfirmata per iudicem. poterit, si est lęsus, petere restitutionem in integrum: quia tollitur minoribus beneficium eis concessum a iure. Et ista erant, quæ iudicio meo reddebant præsentem cõsultationem valde dubiã: sed istis mature examinatis apparebit indubitata veritas præsentis consultationis. ¶ Et licet ista sint colorata & apparentia satis: tamen casum nostrum non attingunt ideo illis non obstantibus contrarium puto de iure esse verius. qđ oñdo
1 inconuincibiliter hoc mõ. Ad eũ † casum, ad quẽ adaptant verba statuti adaptat ipm statutũ. ita probat in l. 3. §. prætor ait. ver. toties. ff. de dam. infect. & ibi dixit Bart. caueãt statuto, ꝙ de ꝯctu soluatur gabella sex denariorum pro libra, ꝙ tale statutum nõ habet locum in contractu facto super re, quæ non potest æstimari: quia verba statuti non possunt adaptari ad illum casum. Et idem voluit in l. ita autẽ. in principio. ff. de admi. tuto. & facit, quod habetur in l. quod constitutum. ff. de testa. mili. & ibi Bart. & in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. & quod no. per illum tex. D. Dominicus. in cap. indemnitatibus. §. sed cum eas. de elect. libro sexto. & no. D. Anto. in c. licet. de deci. & facit c. ex parte Astensis. de concess. præben. & no. Bal. in l. illam. C. de colla. in versic. ꝙ nulla constitutio. vbi dicit, ꝙ vbi cessant verba legis, cessat dispositio ipsius. ergo vbi verba adaptantur, adaptatur & ipsum statutum, & idem voluit Bal. in l. si furiosi. C. de nup. & ideo singulariter dicebat idẽ Bal. in l. contractus. in principio. C. de fide instrumẽto. ꝙ verba statuti, seu ipsa statuta sunt ad instar stipulationis: quia fiunt per interrogationẽ & responsionem. facit, quod no. Ange. Raph. & Io. de Imo. in d. §. quoties. & quod habetur in l. nominis. & rei. §. verbũ ex legibus. ff. de verb. sig. & quod scribit Aristoteles Peripateticorũ antistes, primo perihermenias. voces sunt earum, quæ sunt in anima passionũ notæ. sic ista maior est verissima: sed verba ipsius statuti complectuntur restitutionem in integrum petendam aduersus talem sententiam, ergo sequit, ꝙ ipsius statuti dispositio excludit restitutionem talem petendam. hoc probant expresse verba ipsius statuti in versi. nec possit iudicis officium implorarij, quæ verba formaliter adaptantur ad in integrũ restitutionem petendam, quæ iudicis officio petit, & non iure actionis, tex. est in l. ꝙ si minor. §. fina. ff. de minor. & hoc ibi tenet Bar. & idem voluit in l. in causæ. eo. titu. si ergo tale statutum prohibet implorari iudicis officium aduersus talem sñiam arbitralẽ, confirmatã per iudicẽ. ergo sequitur ꝙ ꝓhibet ipsam minorẽ restitui in integrũ, cũ restitutio in integrũ iudicis officio postulet, & sine lato disputatiõis

cãpo ista qõ est decisa isto medio formali, & ꝯcludo. Secũdo facit; qa in ipso statuto dr, nõ liceat amplius appellari, nec prouocari; nec nulla dici, nec aliqualiter cõtraire, nec quicquã m excipi, vel opponi: sed prout lata fuerit, firma maneat, & omnibus
2 iuris remedijs executionẽ habeat. vnde põdero † illa verba rata seu firma maneat, quæ operãtur, ꝙ tũc nunq̃ põt appellari, ita probat in auth. ei q. in vers. rata maneat sentẽtia. C. de tẽp. appel. & in l. episcopale. C. de epi. audi. Et ideo dicebat An. in l. iubemus. in ver. omnino rata sit, ꝙ vbicũq; apponit illa clausula, oĩno sit rata, nullo modo põt appellari. Modò in ꝓposito statutũ repellit appellationẽ, prouocationem, nullitatẽ, &c. & postea dicit rata seu firma sit, illa verba ad hoc vt aliquid operẽtur, intelligũtur, vt operẽtur reiectionẽ restitutionis in integrũ, & omne aliud remedium annullatiuum, seu rescisiuum sententię: qa aliàs nihil operaretur, ꝙ esse nõ debet. l. si quando. ff. de le. j. c. si Papa. cũ si. de priui. libro vj. minimũ enim verbũ appositũ in statuto videtur appositũ cũ ministerio aliqd operãdi. Facit, qđ habetur in cap. si romanorũ. 19. distin. & per Bal. in l. in cõtractus. in princ. C. de fide instru. & in rubrica. C. de cõtrahen. emp. vnde si debet manere firma, & omnibus remedijs iuris habere executionẽ: ergo videt tollere restitutionẽ in integrũ: qa propter hoc impediret executio. Tertiò facit: qa in ipso statuto dicitur, nec amplius appellari, nec prouocari: vnde statuẽtes videtur se fundare super geminata sentẽtia: vnde vñr habuisse cõfidẽtiã in illa geminatione: quia ex quo fuit lata sñia arbitramẽtalis: & fuit petita reductio ad arbitriũ boni viri, seu iudicis: & fuit iã cõfirmata, statutũ ꝯfidit se super illis sentẽtijs geminatis. nã regulariter pręsumitur ꝓ sentẽtia, vt l. l. herẽnius. §. Caia. ff. de euic. c. i pręsẽtia. de renũci.
3 cũ si. ideo mens ipsius statuti fuit † illa, fidẽ adhibere duabus sentẽtijs cõformibus, q̃ fidẽ adhibuit. cle. j. de re iud. tribus sentẽtijs cõformiter latis. vnde tex. d. cle. j. dicit ad agẽdũ, vel excipiẽdũ de nullitate ipsarũ vel alicuius ex ijs, nullatenus admittit: donec hæ sentẽtiæ plenariè executioni madẽtur. & si bene põderet dicta clemẽtina nõ appouit verba ita pręgnantia, vt apponit istud statutũ: & tamen doctores ibi cõcludũt, ꝙ cõtra tres sententias cõformiter latas nullo modo potest impediri executio, nec ꝑ viã nullitatis, nec ꝑ viã restitutionis in integrũ: nã eo ipso, ꝙ quis succubuit ter ĩ eadẽ causa, pręsumit temerarius litigator: vt ibi. ita in ꝓposito, istud statutum idem fecit post duas sententias, quod fecit d. cle. j. post tres sñias, ꝙ facere potuit ipsum statutum: vt l. omnes populi. cũ si. ff. de iusti. & iur. sicut ergo nil opponi potest cõtra tres sentẽtias ꝯformes: ita nil poterit opponi cõtra duas sentẽtias conformes, stante isto statuto: & multo magis in casu isto, cũ statutum loquatur pinguius, & in d. cle. dicitur, nihil opponi possit, donec plenarie fuerint executioni mãdatę. & in dicto statuto dr, prout lata fuerit maneat firma, & omnibus iuris remedijs habeat executionem. & ex hoc tolluntur multa motiua facta supra pro parte cõtraria, nõ enim loquuntur, vbi iã lata fuit sententia, & fuit appellatũ, vel reclamatũ, & postea fuit sententia confirmata: qa esset secus: tale enim statutũ emanauit ad lites finiẽdas, & ad calũnias tollẽdas. c. finẽ litibus. de dolo & cõtu. c. cordi. de app. li. 6. c. calũniã. de pœ. cle. vt calũnijs. de re iudic. cũ si. & sic nõ loquũtur illa ꝯria, qñ iura partis fuerũt bis examinata, & discussa, nã sermo duplicatus videtur prolatus cum maiori deliberatione, vt in ca. & si Christus. de iure iur. facit, quod in simili scribitur de geminatione actus, vt. l. j. C. de plus pe. l. antiquæ. C. ad Velleia. auth. siue a me. eod. titu. l. in

l.in contractibus.§.de illo.C.de non nu.pe.l.cum scimus. C.de agri.& censi.lib. 11.cle.cum a repulsione. de appella.insti.de acti.§.de constituta.l.fin. C. ad l. falci. cum sim. Quartò in dicto statuto dicitur, ꝙ nō possit aliquatenus contrairi dictæ sententiæ.bene facit cap. meminimus. in versi. aliquatenus. vbi confessio clerici facta coram iudice laico non inducit aliqualem condemnationem corā iudice ecclesiastico: & sic nec indicium aliquod. Ita in ꝓposito,si istud statutum tollit, ꝙ non possit contrairi aliquatenus,videtur tollere restitutionem in integrum: qa per eam deuenitur contra ipsam sententiam, argumento l.quod si minor.§.restitutio.ff.de minor.vnde dixit gl. singularis in cle.1.de re iudi.nā regula est, ꝙ dictio alius, est implicatiua similium:vt l.si fugitiui.C.de seruis fugitiuis.cle.abbates.de rescrip.c.sedes apostolica,eo.tit.glo.in c.damnamus. de summa trin. & fide catho. sed vbicunq;
4 † apponitur dictio prægnans, puta, quæuis aliquauis, & similes, tunc copulat & cōiungit maiora expressis. & allegat illam ibi pro singulari do. meus Io. de Imo. Modò in proposito nostro in isto statuto apponuntur illa verba,appellari, prouocari, de nullitati opponi, iudicis officium implorari,vel aliquatenus contrairi:copulat igitur maiora expresis.ideo posito non tamē concesso, ꝙ nō esset exprese prohibita restitutio : cum tamē satis sit exprese prohibita ex eo:quia prohibet officiū iudicis implorari, tunc per illa verba comprehenditur prohibitio. & maximè,quia in alio statuto dicitur,nec posit agi, vel opponi de nullitate, vel officium iudicis implorari alia quauis ratione,ecce qualiter illa verba copulant maiora expresis: & sic nec ratione minoris ætatis poterit intentari in integrum restitutio.Quintò facit,quod no. Bal.in
5 l.pe.ff.de iusti.& iure.ver.quartò quæro. vbi † quærit, an maior,& præsens, qui non appellauit ab iniqua sententia,posit petere restitutionem:& videtur,ꝙ non l.1.C.si sæpius resti.po. In contrarium arguit per l.seruo inuito. §.ad Trebel. soluit, ꝙ per dolum iudicis datur restitutio ex clausula generali, idem si errore affectato,secundùm Gul.& Cy.ibi.secus si bona fide pronunciauit, quæ bona fides præsumitur:maximè in sententia,vt l.Herennius.§. Caia.ff. de euict. ita ibi residet Bald.ecce qualiter Bald. videtur congruè decidere præsentem quæstionē dicit eīn, ꝙ si non appellauit, non potest restitui in integrum aduersus sentētiam:quia præsumitur, ꝙ iustè lata fuerit. ita optimè inferatur,ꝙ si non potest appellari, non poterit peti restitutio in integrum. & loquitur ibi Bald. in vnica sententia, & si statutum prohibeat contrairi aliqualiter dictæ sententiæ.quomodo ergo poterit peti restitutio in integrum per ipsum minorem.Sextò facit,quod no.Bal.
6 in l.fi.C.de edict.di. Adri.toll.vbi dicit, ꝙ † pronunciatio,de qua ibi,est priuilegiata adeo, ꝙ non potest appellari ab ea:putat tamen, ꝙ si interlocutoriè pronunciauit iudex leuato velo,potest haberi recursus ad superiorem pro habenda iustitia:secus dicit, si diffinitiuè pronunciauit, quia tunc nullo modo poterit haberi recursus ad superiorem pro habenda iustitia.& est ratio; quia tūc præsumitur pro iustitia sentētiæ,vt in c.bonæ memoriæ Maguntino.de elec.c.pisanis.de resti.spol.cum sim. Cum ergo in casu isto diffinitiuæ fuerunt bis latæ sentētiæ, & statutum prohibetur appellationem, prouocationem &c. ergo non potest haberi recursus ad superiorem, nec per viam supplicationis : nec per viam restitutionis in integrum.& loquitur ibi Bald. quando prohibita est appellatio:sed in casu nostro sunt illa verba prægnantia, vt non posit contradici, implorari iudicis officium &c. ergo. Nec obstat,si dicatur, a sententia præfecti prætorio non appellatur:vt l.1.ff.de offic.præfect.prætorio : & tamen a sententia eius minor restituitur in integrum : vt est text. in l.præfecti.ff. de minor.& in l.minor autem magistratus.ff.eo.vbi dicitur, ꝙ etiam conceditur restitutio contra res bis iudicatas. licet ergo istud statutum loquatur illo modo,ꝙ nō posit appellari, prouocari &c.tamē poterit peti restitutio in integrū.& etiam posito, ꝙ res esset bis iudicatą, istud ergo statutū debet reduci ad terminos, & dispositionem dictarum legum:vt non excludat restitutionem in integrum:vt l.si serui vestri.C.de noxali.l.fi. §.in computatione.per gl.C.de iure deliberā.c.cum dilectus.de consue.c.causam quæ.de rescrip.cū si. quia ad ista facile respondetur: quia statutum istud nō solùm remouet appellationem : sed etiam restitutionem in integrū: vt superius fuit dictum. Item quia dicit, ꝙ sententia maneat firma, & habeat executionē, quæ verba aperto ore excludunt restitutionem in integrum. nam sicut nil nouari appellatione pendente potest, & sic non potest sententia mandari executioni,vt l.ex iudiciorum. cum si.ff. de accusatio.c.non solùm.de appel.libr.6. ita non potest aliquid nouari pendente restitutione in integrum, vt in c.suscitata.de in integrum restitutione. & sic non potest sententia mandari executioni interim.& facit, quod no. Bal.in l.si causa cognita.C. de transact. & doctores in d.c. suscitata. & istud statutum disponit, ꝙ ista sententia maneat firma, & omnib.iuris remedijs habeat executionē. tunc ergo videtur excludere restitutionē in integrū : qa restitutio in integrum petita impedit executionem fiendam.ergo sequitur, ꝙ illa verba statuti formaliter tollūt beneficium restitutionis in integrum.& sic non obstant præallegata iura,quia concedūt restitutionem, sed istud statutum excludit, & sic est tale statutum contra ius cōmune. Præterea facit,quod no.Bal.in l.fi.C.si ex fal. instr. in princ.ver. quæro nunquid. vbi dat theoricam optimā in ista materia, ꝙ quoties exceptio aliqua nō potest opponi, tūc nunquàm causatur restitutio in integrum : vnde ibi dicit, ꝙ super edicto diui Adria. nō conceditr restitutio in integrum,si testamentum erat falsum : quia talis falsitas nō poterat opponi pendente illo iudicio, in quo causatur restitutio in integrum, sed in casu isto nihil potest opponi contra sententiam arbitralem confirmatā: nec aliqualiter contrauenirí.ergo sequitur, ꝙ nullo modo potuit intentari restitutio in integrum. Præterea facit,qđ dixit Bal.in rubr.C.de appel.in vlti.quæst.vbi dixit,
7 disponit statutum, ꝙ nō † posit appellari, vtrum posit opponi exceptio doli, & videt ꝙ non : quia excipere est quædam species appellandi : vt l. nō distinguemus.§.quidam.ff.de arbitr.concludit postea, ꝙ aut statutū dat laudo validitatem, & non potest excipi argumento gl. quæ est in l.in causæ.ff.de min.Modò in ꝓposito nostro, istud statutum præstat validitatem & robur huic sententiæ ex eo:quia disponit prout lata fuerit,firma maneat, & omnib.remedijs executionem habeat.ergo præstat firmitatem dictæ sententiæ, & ꝑ consequens si non pōt excipi. ergo multo minus intētari restitutio in integrū:qa si tollit remediū ordinariū iuris cōis.ergo multo magis remediū extraordinariū iuris specialis.potētius est eīn ius cōe, quàm ius speciale:vt ff.de test.milit.l.ex militari.§.1.Præ-
8 terea † restitutio in integrū habet conformitatē cū appellatione: quia tēdit ad reponendū rē in veteri statu : vt dixit Bal.in authē.q̄ supplicatio.C.de preci.impera.offer. ergo statutū tollens appellationē vr̄ tollere omne id, qđ hēt conformitatem cū appellatione,argumento c.cū qd vna via.ff.de regu.iur.& l.oratio.ff.de sponsali. cum simi. & sic videtur tollere restitutionem in integrum. Et si quispiam dixerit, ꝙ videtur casus in contrarium in l.1.ff. de offic.præfect. præto. vbi a sententia præfecti prætorio non appellatur : & tamen potest peti restitutio in integrum : vt ibi est casus in finalibus verbis. Ita in proposito sublata appellatione, non videtur sublatum remedium restitutionis in integrum. Ad hoc respōdeo, quòd
9 si subtiliter ponderetur, videtur † casus in contrarium in dicta l.1. nam si appellatione non includeretur restitutio in integrum, ad quid dicta l.prima, expresisset de restitutione in integrum? Certè nullo modo expresisset:quia superfluo emanasset, argumento capitu. si Romanorum.19.distinctio.capitu.si Papa.de priuileg. libro 6.l.si quando.C. de inoffi. testa. sed quia remouendo appellationem, statutum ipsum videbatur tollere restitu-

tionem in integrum: & ideo illa. l. disposuit excipiendo restitutionem in integrum, tanquàm comprehenderetur in illis verbis appellationis,& ratio est,quare est concessa restitutio in integrum, quia non innititur iniquitati iudicantis,vt superius est dictum:& sic videtur,ꝙ etiam sub illis verbis,non possit appellari,comprehendatur restitutio in integrum: quanto fortius in casu istius statuti, nõ erãt licitum petere restitutionem in integrum: cum sint apposita verba ita larga & prægnantia,quæ comprehendunt restitutionem in integrum, & omne aliud remedium rescissiuum.Facit clement. cõstitutionem.§.insuper.de ele. vbi prohibita appellatione, videtur prohibita querela,& sic videtur prohibita in integrum restitutio.Præterea est etiam accuratè considerandum in casu
10 nostro: quia istud statutũ loquitur † impersonaliter. dicit enim,non possit prouocari, appellari,contrairi, implorari iudicis officium &c.quo casu illa verba sic impersonaliter prolata comprehẽdunt ipsos minores.Ita formaliter dixit Bald.in l.omnes populi.ff.de iustitia & iure. ergo sequitur, ꝙ tale statutum comprehendit ipsos minores, & multo fortius: quia iam statutum loquitur de officio iudicis, quod comprehendit ipsum minorẽ implorãtem remedium restitutionis in integrum: vt superius est ostensum.Præterea hoc decidit in terminis Bald. in l.in causæ.ff.de mino.vbi dicit, ꝙ si statutum, dicit,ꝙ contra sententiam, vel laudum non possit opponi aliqua exceptio, ꝙ non poterit minor petere restitutionẽ in integrum.& idem voluit in addi. Specu. in tit. de arbi. vbi alleg.Cyn.in d.l.in causæ.facit.glo.ibi. ¶Nec obstant allegata in contrarium.Primò cum dicitur,ꝙ illud statutum est contra ius commune: quia concedo,tamen ha-
11 bet rationem optimam in se, † vt sit finis litium, quem finem omnia iura,omnes leges, omnes sapientum voces clamant,& prædicant:vt in capi.finem litibus. de dolo & contu.& in l.properandum. C. de iudi.ca. cordi. de appella.lib.6. cum si. & etiam vt tollantur calumniæ litigantium:quia de facili præsumuntur,datis duabus sentẽtijs conformib. vt superius est ostensum: & ideo ista ratio est fauorabilis:ideo est attendenda.clement. cum rationi.de elect.l.cum ratio.ff.de bon. damna. cum si. Nec obstat, cum dicitur, ꝙ non videtur tale statutum excludere iudicis officium: quia imo excluditur iudicis officium.vnde Bar. in l.non solùm.§.quenquam.ff. de iniur. dixit,statuto cauetur, ꝙ qui non soluerit collectas, non audiatur,nec in ciuili,nec in criminali, modò contingit. ꝙ non soluens fuit percussus: de qua percussione iudex inquirit, an possit videtur ꝙ sic:quia statutũ denegat sibi audientiã non iudici,quin inquirat,arg.l.1.§.vsque adeo. ff.de iniur.in contrarium dicit ibi Barto.videri casum,nã si non potest ipse conqueri, nec res publica cõqueri poterit,& ita disputando terminauit Iacob.But.Facit,quod no.Bald.in l.falsi quidem.C.de fal. & in d.l.1. §.ꝙ autẽ. ff. de aleator.& dom.Pet.de Ancha.in commento.c.canonum statuta.de consti.& Bald.in l.cum lege.ff.de testa. & quod not.Barto.in l.querela. C.de fal. & Ludo. Rom.in l.de pupillo.§.si procurator.ff. de no. oper. nun.Ita dicamus in proposito, si istud statutum denegat posse appellari,vel supplicari,vel contrairi, vel de nullitate dici: ergo sequitur,ꝙ nec per ipsum minorem, seu eius curatorẽ, nec per iudicem. Nec obstant illa pulchra dicta, in ꝗ-
12 bus dicitur ꝙ licet pars † sit exclusa ab excipiendo, non tamen repellitur iudex &c.quia procedunt eo casu, quo apparet de iustitia ipsius exclusi. vnde licet exclusus non possit excipere:tamen poterit excipere iudex:quia ad iudicem spectat veritatem inuestigare: vt l.is apud quem C.de eden.d.c.iudicantem.30. quæstione. 5. vnde in casu glo.in c.ex insinuatione, quia excommunicatus fuerat spoliatus: ideo nimirum si iudex non vult pati illam iniquitatem, vt spolians lucretur de dolo & violentia sua. eodem modo si quis verberet excommunicatũ: vt voluit dom.Petr.de Ancharano.ita etiam in capit.nulli. de accusat. vt iudex possit repellere testem infamem. Et ita etiam respondetur ad dicta domini Ant. sed in casu nostro non apparet de iniustitia & iniquitate sententiæ cõtra ipsum minorem latæ.imo apparet de iustitia, quæ est præsumpta ex duabus sententijs, & præsumitur, ꝙ tales sententiæ fuerint iustæ:& sic iste non est casus noster. statutum enim prædictum præsumit omnimodam iustitiã resultare ex ipsis sententijs conformiter latis. ideo hæc non merentur allegari contra istam partem.Et sic nullo modo obstat,cum opponitur,ꝙ iudex potest ex officio suo restituere ecclesiam,& per consequens ipsum minorem:quia procedit eo casu, quo constat de læsione: & a lege, aut a statuto populi,non est exclusum remedium restitutionis in integrum.quisnam esset ita audax, vt restitueret minorem contra dispositionem statuti? cũ iudex teneatur, & iuret iudicare secundum leges & statuta municipij: vt in authen.iusiuran.quod præsta.ab his,& sit custos legis,& non violator:vt dixit pulcher text.in §. oportet.in authen.de iudi.& ideo nimirum si iudex non poterit ex officio suo restituere in integrum. Quinimo stante doctrina Iac.Bu.disputantis superius allegata. Bar. Bal.& Pet.de Anch.quod si quis nõ potest agere,nõ possit iudex ex suo officio pro eo inquirere: quæ opinio est ab omni caterua scribẽtium probata:etiam superius dicta allegata in contrarium nullo modo obstãt: quia nec probantur iure:nec fortè possent apta aut conueniri ratione sustentari:quia sibi imputet excõmunicatus, quare non petit absolutionem. Qinimmo dicebat multum singulariter Ioannes Calderini in ca. ab excommunicato.de rescrip. ꝙ excommunicatus si negligit petere absolutionem cadit a beneficio.c.cum inter.de excep. & c. intelleximus.de iudic.quia nec in iudicio se poterit defendere, nec appellare.ideo si patiatur iniuriam, aut spoliationem,imputet sibi.quia non poterit agere:quia potest petere absolutionem. & sic respondeo ad illa singula dicta.& multo fortius in casu nostro:cum iste sit casus longè differens & alienus a casu illorum dictorum, vt iã superius demonstraui.Nec obstat,cum dicitur,ꝙ tale statu-
13 tum intelligit de appellatione † nulla,seu prouocatione friuola ex pluribus. Primò:quia si ita esset, ꝙ istud statututum intelligeretur de friuola executione, vel appellatione:sequeretur,ꝙ nihil operaretur: quia iam appellatio friuola semper reijcitur, nec suspendit iurisdictionẽ iudicis:nec est de consideratione iuris: vt est text.in c.cũ appellationibus friuolis. de appel.libro sextò, cum si. & ideo istud statutum intelligitur de appellatione interponenda ex causis iustis, aliàs nihil operaretur, ꝙ esse non debet:vt c.si Papa.de priui.cum si.Secundò respondetur, ꝙ illa doctrina confunditur hodie per tex.in ca. pastoralis.& c.vt debitus.de appel.vbi Papa cõmittendo causam appellatione remota,intelligitur remota etiam iusta appellatione,& bene facit,quod no. Bal.Sali.& Iac.Butr.in l.fin.C.de sen.& interlo. omn.iudicum. & quod habetur in l.1.§.fin.ff.a qui.appell.non licet. per dominum Ioannem de Imo.Tertiò etiam respondeo, ꝙ illud non procedit in casu nostro:quia statutum loquitur expressè, dũ dicit,nõ possit appellari,prouocari, de nullitate dici, vel aliqualiter contrairi,nec iudicis officiũ implorari, sed firma maneat,& omnib.modis executioni mandetˉ. nec ẽt Bar.& alij loquuntur in casu nostro:quia dictũ eius,& dictũ c.ex parte.& sim.procedunt eo casu, quo causa committitur per superiorẽ,appellatione remota, ad petitionem partis: quo casu videtur ad importunitatem petentis emanasse,& ideo debet intelligi strictè,argumẽto.l.1. C.de peti.bo.subla.lib.10.sed iste non est casus noster:qa sumus in casu constitutionis, & statuti, quo casu potentior & validior est dispositio facta per viã statuti: vt pulchrè & congruè firmat Bal.in l.1.ff.de consti.princi.& facit optimus tex.in §.erit autem lex 4.di. Et sic indubitanter in nullo habet obstare dicta ratio: maximè in casu nostro, in quo fuerunt latæ duæ sententiæ, pro quibus verisimilius præsumitur.Et est diligenter ponderandum istud statutum; quia non loquitur, vt multa in contrarium ad-

rium adducta loquuntur. licet enim dicatur, quòd sublata appellatione non videtur sublatum aliud remedium rescissiuum; quia loquuntur, quando nullo tempore fuit permissa appellatio: sed quādo fuit permissa appellatio, seu reclamatio: & appellans, seu reclamās succubuit: tūc est secus; quia iam statutum præsumit de iniustitia iterū appellantis, vel iterum reclamantis, & iste est casus noster: præsumitur enim esse calumniosa, iterum interponenda appellatio. Nec obstat cum dicitur, ꝙ licet statutū
14 tollat appellationem, † vel prouocationem, non tollit querelam ex eo; quia imo est sublata omnis querela: vt in d. clemen. constitutionem. §. insuper. de elect. Item qa iam contraria tolluntur, vt proximè dixi: quia loquuntur eo casu, quo non est permissa appellatio: sed quando appellatio iam fuit pmissa, seu reclamatio, & succubuit iterum reclamans, & tunc est secus: vt est dictum. Itē est etiam aliter respondendum, videlicet ꝙ illud pcederet, quando statutum staret in simplici prohibitione appellationis: sed quando vltra procedit, annullando omne remedium rescissiuum, & disponens sententiam firmā, & latam mandari executioni omnibus remedijs: tūc secus. statur enim tunc dispositioni statuti, volentis executioni mandari dictam sententiam confirmatoriam. Nec obstat, cum allegatur Bald. in d. l. fin. quia licet statutum
15 † tollat appellationem, non tamen tollit recusationem: quia istud in facto nostro nihil obstat. Secundò illud dictum videtur esse dubium ex eo: quia appellatio & recusatio paribus gradib. incedunt, vt optimè firmat Lapus in suis allegationibus, allegatione 1. & omnes scribentes in c. suspicionis. de offi. deleg. & in c. cum speciali. & in c. secundò requiris. de appella. ideo est phibita appellatio: ergo & recusatio: quia recusatio iudicis suspecti est de iure naturali: vt est optimus tex. in c. quia suspecti. 3. q. 5. & in dicto c. secundò requiris. & not. in d. c. cū speciali. ideo prohibita appellatione non est prohibita iudicis suspecti recusatio: & istud nil ad casum præsentis consultationis. Nec obstat, cum dicitur de gloss. in §. assessorem. & in clemen. 1. de iure patronatus: quia hic non agitur de eo, quod est commissum conscientiæ alicuius, sed agitur de eo, quod bis fuit ruminatum & discussum in iudicio, & confirmatum: quo casu statutum præsumit commodā iustitiam. Nec etiam obstat, cum allegatur c. suscitata. qa larga & pinguia verba istius statuti tollunt istud contrarium, & bina examinatio & discussio causæ. Nec obstat, cum alleg. dictum Bald. in d. authen. præsente. & Ange. in d. authen. sed hoc. quia nil ad rhobum. Nec ob. dictū Ioā. de Imo. in d. §. cum ita. vbi dixi; ꝙ poterit postea repetere solutum: quia hic non est casus noster, non enim apparet, ꝙ indebitè fuerit pronuntiatū, vt est superius ostēsum. Nec ob. cum dicitur, ꝙ istud statutum est contra ius commune, & priuat potestate appellandi: quia cōcedo, cum postea dicitur, ꝙ non comprehēdit minorem. Respondeo, ꝙ imo comprehendit ex pluribus. Primò: quia loquitur impersonaliter, quo casu comprehenditur minor, vt voluit Bald. in d. l. omnes populi. & superius dixi: quo casu cessat omnis dubitatio, & omne scrupulum. Et optimè facit, quod voluit Bald. in l. non videtur. C. de in integ. resti. mi. & ibi gloss. vbi dicit, ꝙ potest poni exemplū, vt in iure communi, & in iure consuetudinario, seu municipali. Et ideo facit ad quæstionem: dictat statutum, ꝙ omnes causæ vertētes inter affines & consanguineos debeant compromitti. Modò minor vult aduersus istud compromissum in integ. restitui: an possit: & videtur ꝙ sic, per l. si minor. §. minores. ff. de minor. nam eo ipso ꝙ compromittit, videtur læsus. cōtrarium dicit esse verius: quia istud est compromissum necessarium, vnde minor vtitur iure communi. i. municipali, quod ligat minores, sicut maiores. l. si sinc. §. Lucius. ff. de admi. tut. & ibi hoc not. Iac. de Are. qui dicit etiam minorem aduersus consuetudinem non restitui, quæ verba dicit Bald. in d. l. non videtur. sunt gloss. & Odofre. Cum ergo in proposito nostro dicat statutum prædictum, ꝙ sicut lata fuerit sententia, firma maneat, & omnibus iuris remedijs mandetur executioni, nec liceat appellare prouocare &c. ergo ligat ipsos minores. Et ideo dixit idem Bald. in l. si mater. C. ne de statu defunc. ꝙ † præscriptio statutaria currit mi- 16
nori; ex eo quia statuta vniuersalia æquiparantur pactis. Sicut ergo præscriptio conuentionalis currit minori, ꝑ id, quod no. gl. singularis ſm Dy. in l. si cum militatib. C. de in integrum restitutione mi. vbi præscriptio conuentionalis currit militi, licet non currat præscriptio legalis: ita currit præscriptio municipalis minori. allegat Innocen. in præalle. c. constitutus. cum etiam minores inquit ibi Bal. ligentur per statuta locorum, consuetudines municipales, & vniuersales, nisi nominatim minor aut respublica excipiantur. alleg. qđ not. in d. l. si sinc. §. Lucius. nec istud statutum excipit aliquam personam: ergo nec nos excipiemus. l. hæc oratio. ff. si ingen. esse dica. & bene facit, quod voluit Barto. in consilio incipiente, quæritur, an statutum vbi consuluit, statuto cauetur, ꝙ causæ cōpromittantur: an veniant adulti. & consuluit ꝙ sic. & sic firmat idem, quod voluit Bald. vbi supra. Ita dicamus in casu nostro. Et etiam est ponderandum: quia cum quærunt doctores superius allegati: an præscriptio statutaria currat minoribus, loquuntur eo casu, quo statutum nō loquitur impersonaliter: sed personaliter, per illa verba, si quis &c. vt voluit Bald. vbi supra. Item nō loquuntur, quando mens & verba ipsius statuti comprehendūt minores, vt est in casu istius statuti prohibentis officium iudicis implorari, quæ verba comprehendūt in integrum restitutionem: & per consequens ipsos minores, quo casu statutum potuit istud facere, argumento leg. omnes populi. ff. de iusti. & iure. cum simi. Et not. Bald. in capitu. primo, in titu. quo tempo. miles. in vsi. feud. & in capit. 2. §. porrò. in titu. qualiter olim feu. pote. alie. ergo tale statutum comprehendit ipsos minores. Itē hæsitatio hæc, an præscriptio statutaria præiudicet ipsius minoribus, nō videtur esse necessaria in præsenti consultatione: quia illa iura loquuntur eo casu, quo statutum priuat ipsos minores iure suo: & expressè apparet de læsione ipsorū minorum. & ita etiam loquitur dom. Sali. in d. l. 2. quo casu non est sine dubitatione, vtrum talia statuta voluerint præiudicare ipsis minoribus. Ista sunt aliena & longè diuersa a casu nostro ex eo; quia istud statutum tendit ad lites abbreuiandas, & calumnias extirpandas: ex quo enī minor habuit sententiam arbitramentalem cōtra se, & reclamauit ab illa, & prosequutus est illam exclamationem: & maturè examinato & discusso negotio, fuit sententiatum, malè fuisse reclamatum, & bene fuisse arbitramentatum, & iudicatum: habet pro indubitato tale statutum, ꝙ tertio appellans, aut reclamans foueat iniustitiam: & sic est in calumnia, & sic non loquitur eo casu, quo apparet de læsione minoris, & de priuatione iuris sui: imo sumus in casu, in quo apparet de iniustitia ipsius minoris. & sic illa nullo modo obstant, nec sunt digna memoratu aliquo contra præsentem consultationem. & sic aliter diceremus, sequeretur ꝙ tale statutum frustra emanasset: & fuisset nihil operaturum, si per restitutionē in integrum rescinderetur illa confirmatio primæ sententiæ, seu primi arbitramenti: & fuisset impositum verbis, quod non est dicendum, capitu. commissā. de elect. libro sexto. l. si duobus. C. commu. de lega. cum simi. ergo &c. Et sic concludo contra dictos minores.

EPITOME.

¶Officialis massarius, de quo hic, ius habens & potestatem creandi & eligendi officialem vnū idoneum ad ponderandas mercantias, vno electo, alterum eligere non potest viuo illo, municipali iure repugnante. Nec si secundæ electionis effectus post mortem eligentis collatus est, iure communi valet: quin successor massarius nouus aliū eligere poterit.

SVMMARIVM.

Legis dispositio ad eum casum non potest accommodari, ad quē verba eius aptari non possunt. num. 1.

Coadiutoris officium finitur mortuo principali. num. 4.

Officialis alterius officio immiscere se nō debet. & nu. 15. nu. 8.

Paria, sunt aliquid facere tempore prohibito, & in tempus ꝓhibitum conferre. num. 10.

Officialium creatio semper fieri debet more antiquo obseruato, aliàs est nulla. num. 15.

COSILIVM XLVI.

DEum Innocent adiutorem, qui eis sapientiam donauit 26. quæstione quinta c. non liceat. 1. q. 1. ca. cum Paulus. & c. principatus. in authentico, quomodo oporteat episcopos. in principio. ideo optimi clementissimi Dei omni inuocato præsidio: Viso puncto, & maturè pensato, & discusso, videtur dicendum, ꝙ dictus Baldasar nullo modo potuerit eligere dictum Antonium, ita ꝙ deberet posset succedere in dicto officio ponderandi mercantias dicto suo patri stantibus terminis, prout in facto præsupponit, ꝙ ille Baldasar prædecessit patri ipsius Antonij: & sic officium ipsius Antonij videtur incepisse eo tēpore, quo ille Baldasar desierat esse massarius, & mor-
1 tuus fuerat, quod sic ostendo. Ad † eum casum non adaptatur dispositio legis aut constitutionis, ad quē casum non adaptantur verba ipsius. Ita probat tex. in l. 4. §. prætor ait. versic. quoties. ff. de dam. infect. & ibi dixit Barto. statuto cauetur, ꝙ de contractu soluatur gabella sex denariorum pro libra, si fit contractus super re inæstimabili, non soluetur gabella: quia verba contractus non possunt adaptari ad illum casum. facit, quod no. ibi Ang. Io. de Imo. & Rapha. Cuma. facit. l. ita autem. & idem no. ibi Bar. ff. de admi. tuto. & l. quod cōstitutum. ff. de testa. mili. & ibi Barto. l. hos accusare. §. omnib. ff. de accusa. & l. illā. C. de colla. & idem no. ibi Bal. & voluit idem Bald. in l. si furiosi. C. de nup. & in l. contractus. C. de fide instru. & ibi
2 dixit ꝙ † statutum idem est, ꝙ stipulatio: quia fit ꝑ interrogationem & responsionem, sicut fit stipulatio: vt latè ibi per Bald. & ita est inhærēdum verbis statuti, sicut verbis stipulationis. idem voluit do. Anto. in c. licet. de decimis. & do. Dominicus de sancto Geminiano in ca. indēnitatibus. §. sed cū eas. de elect. lib. 6. facit c. ex parte Astēsis. de conces. præben. & sic ista est conclusio indubitata, ꝙ ad illum casum non adaptatur legis dispositio, ad quē non adaptatur verba eius: sed in casu nostro verba capituli conferentis potestatem massario creandi & eligendi officialem ad ponderandum mercantias non se extēdūt ad istū casum, vt videlicet electio facta de dicto Antonio ad dictum officium valeat: ergo sequitur, ꝙ in eo casu non habebit locum eius dispositio. Sed capitulum dicti officij massariæ disponit hoc modo, videlicet massarius dictæ fabricæ ius habeat, & sibi liceat auctoritate sua absque vlla contradictione, ponendi vnum officialem idoneum. & sic dictum capitulum sonat in hoc, videlicet ꝙ vnum officialem debeat eligere, & sic si subtiliter ponderetur dictum capitulū, loquitur eo casu, quo non est officialis aliquis positus, sed cum est aliquis officialis positus, non disponit statutum, ꝙ possit aliquis officialis poni. Et etiam quia iam loquitur de vno officiali ponendo, si ergo est iam positus, disponit capitulum, ꝙ alter non sit ponēdus, cum dicit, ꝙ posit vnum officialem ponere, qui debet tenere claues dictæ gabellę ad pōderandum. & sic verba statuti loquuntur eo casu, quo nō est officialis positus, & est vnus ponēdus. Sed in casu nostro iam erat vnus officialis positus, videlicet pater ipsius Antonij, qui erat positus & electus ad illud officium per quendam dominum Ludouicum, de quo in puncto dicitur, Cum ergo ex vigore dicti capituli spectet ad massarium ponere vnum officialem ad dictum officium: & verba non possunt adaptari ad casum nostrum: ergo sequitur, ꝙ nō adaptabitur eius dispositio, per superius dicta. Et mēs ipsius capituli aut statuti fuit coniecturatiuē, ꝙ vnus massarius nō impedit se de officio alterius. Modò in proposito nostro electus massarius existente patre ipsius Antonij officiale posito, a quodā massario ad dictum officium ponderandi: eligit ipsum Antoniū in officialem & præsidentem dictæ stateræ toto tempore ipsius Ant. ipsum ergo posuit & deputauit, & quilibet eorum insolidum toto tempore vitæ ipsorum, vt quilibet eorum dictum officium exercere possint, & valeant, & sic apparet clarissimè ex istis verbis expresis in instrumēto electionis prædictæ, ꝙ iam pater ipsius Antonij erat positus officialis ad ponderandum: & tamen dictus massarius posuit ipsum Antonium cum potestate, ꝙ ambo insolidum possint exercere dictum officium, & sic duo officiales positi fuerunt, quod est contra dispositionem & tenorem dictæ cōstitutionis, seu capituli, ergo ex isto capite non potuit dictus massarius ponere, eligere, aut constituere ipsum Antonium, ex quo iam illius positus, & constitutus fuerat. Et si quispiam dixerit, amice, si bene inspicias verba ipsius instrumenti, vnus officialis fuit positus ex eo; quia in dicto instrumento dicitur hanc quādem electionem fecit ipse massarius, vt ipse asseruit: non causa duplicandi officialem: sed vnus erat & fuit officialis. Ad hoc respondeo, illa sunt verba inania, & nullius fructuus productiua ex eo: quia erat vnus officialis, & posuit alium: & voluit, ꝙ ambo insolidum exercerent dictum officium: ecce qualiter ipsi facto dicta verba sunt
3 contraria, & sic potius est standum † facto, quàm verbis: quia iam verba sunt contraria facto. facit capitu. Cumana ecclesia. de elect. c. solicitudinem. de appellat. & quod latè scribit dominus Antonius in capitu. cum M. Ferrariensis. de constitu. & Barto. in l. non solùm. §. mortè. ff. de operis noui nuntiatio. & sic fecit eum æqualem officialem. & illa verba potius videntur emanasse in fauorē ipsius constitutionis, & capitu. præfati. Et si dicatur, ꝙ iste fuit coadiutor. s. dictus Antonius, vt patet ex dicto instrumento, cum dicitur fit dicto suo patri antiquo donec vixerit in dicto officio, auxilio, & fauori. & sic videtur esse coadiutor. Ad hoc respōdeo, sit ita, ꝙ fuerit datus coad-
4 iutor. nonne † mortuo principali, cui fuerit datus coadiutor, expirat officiū & potestas coadiutoris? vt est text. & ibi hoc firmat Barto. in l. solet. ff. de tutelis. vbi dicit, ꝙ illa lex & præcedens inducitur ad quæstionem, cuidam episcopo propter infirmitatē datus fuit coadiutor mortuo episcopo administratio deuoluitur ad capitulum & officium coadiutoris expirat. capi. primo. de cleric. ægro libro sexto. & in capitu. grandi. de supple. negligen. prælatorum. tunc arguo, iste Anto. fuit coadiutor illius Barto. seu eius patris: sequitur, quòd officiū eius expirauit, & per consequēs aperta est via moderno domino massario eligendi, & ponendi officialem in dicto officio, ad ponderandum mercantias. idem tenet Barto. in l. quæsitum. ff. de tutel. facit l. si tutor. ff. de tutelis & ra. distra. cū iste coadiutor fuerit subsidiarius, & mortuo illo officiali Bartholomæo prædecessore ipsius Antonij, expirat officium ipsius Anto. Et illa verba posita in ipso instrumēto, in quo dicitur, & demum morte sequuta eiusdē Bartholomæi, idem Antonius toto tēpore vitæ suæ remaneat solus officialis in dicto officio & præsidens: illa verba sunt contraria actui præcedenti; quia si est coadiutor illius Bart. dictus Antonius, sequitur ꝙ mortuo illo Bartholomæo expirat officium illius Antonij. ergo nō potuit esse aut constitui officialis per illū massarium, imo est actus contrarius, & contra substantiam coadiutoris: ideo iure non fuit coadiutor, nec officialis post mortem illius massarij. Et si subtiliter veritas ponderetur, & inuestigetur: ista fuit quædam fraus in præiudicium futuri massarij, quæ fraus colligitur ex multis coniecturis, vt inferius ostendā. nā iste massarius iā mortuus erat cōsanguineus illius Bartholomei & Antonij, quo casu ꝑsumptio

5 sumptio est fraudis propter consanguinitatem & affectionem:vt in l.lata.C.de dona.l.tutor petitus.§. quæ tutoribus.ff.de excusat.tuto.& ibi dixit Bald.q̃ si Papa promouit nepotem in Cardinalem, caro & sanguis sibi reuelauit.item præsumitur esse fraus:quia dictus massarius dicit in dicto instrumēto electionis, q̃ propter præmiū, quod merebatur dictus Bartholomeus : quia fideliter se gesserat in dicto officio, tamen nō propter hoc præmiū debuit consequi in præiudicium futuri massarij, nec de hoc erat præmiādus:quia iam tenebatur fideliter, & sufficienter ipsum officium ponderandi gerere, & exercere.nam præmium non datur † exercenti actum ex ne-
6 cessitate officij, text.est in l.si quis in graui.§.vtrum.ff.ad silla.& ibi dicunt omnes scribētes,statuto cauetur, q̃ capiens bannitum habeat certum præmium, q̃ non comprehendit potestatem, vel alium officialem capientem bannitum,qui non sponte & voluntariè illum capit,sed ex necessitate officij facit optimus tex.& ibi Bald. in l.2. C.de oper.liber.facit text.in l.nulla macula.C.de delato. lib.10.& quod ibi not.Bart.& sic cum ex necessitate officij ille Barto.exercuit illud fideliter,& legaliter, nō venit remunerandus propter hoc, contra dispositionē iuris communis, aut iuris municipalis. nec etiam hic connumerantur benemerita condigna præmio:nam remu
7 neratio † debet esse conformis benemeritis : vt est text. & glo.in l.etiā.§.ex præterito tempore.ff.de manu. aliàs de manu.vindi.& in l.si pater.§.1.ff.de dona.& Sali.in l.si donatione.C.de collat.& etiam quia in casu isto sumus in actu prohibito regulariter a iure communi : vt inferius ostendam. ergo non stabimus assertioni meritorū: sed oportet,q̃ verè probentur:vt in d.§. ex præterito tēpore.& glo.in d.l.si donatione.& Barto.in l.si fortè.ff.de castr.pecul.& in l.per diuersas. C. mandat. & in l.1. C. de mendican.vali.lib.11.& Bal.& Salic. in d.l. si donatione. & Bald.in l.1.aliàs 2.C.ne lice.poten.& quod habetur in l.qui testamentum.ff.de proba.& in l.1.C. de natura. lib. & sic ex multis apparet,q̃ in fraudem legis municipalis, & etiā legis communis, emanauit electio de dicto Antonio ad ipsum officium : sufficit enim per coniecturas fraudem probare.l.dolum.in glo.C.de dolo.ca.2. de renunci.lib.6.in glo.l.post contractum.ff.de dona.l. si quis post.C.de bon.dam.l.Iulianus.ff.qui & a qui.cum sim.Et sic ex dispositione præfati capituli municipalis talis electio fuit nulla & plena fraudibus & dolo : & per consequens nullius effectus non enim debet reportare commodum ex dicta fraude præfatus Antonius.c.ex tenore literarum.capi.sedes apostolica. de rescrip.cum si. ¶ Restat nunc videre,posito,non tamē concesso,q̃ dicta electio non fuerit celebrata contra dispositionē iuris municipalis,an ex dispositione iuris cōmunis possit aliquo modo sustentari,& quidem indubitata veritas esse videtur,iudicio cuiusque in iure exercitati viri,quod non tenet. quod sic ostendo. iste Antonius fuit electus ab illo massario superius enarrato, vt post mortem ipsius Bart. sui patris idē Antonius toto tempore vitæ suæ solus remaneat officialis in dicto officio, & decessit dictus massarius,post decessit præfatus Barto. existente alio massario post mortem ipsius Bart.& ipsius massarij, incipit dictus Anto.solus exercere dictum officium:aut nos dicimus istum Anto.esse officialem & incepisse suum officium tēpore illius massarij,qui eum elegit, & tunc istud esse non potest; quia nullus officialis erat ponendus, vt superius est dictum: & ideo sua electio fuit nullius momenti:aut dicimus,q̃ fuit coadiutor illius Barto.& istud videtur verisimilius,& tunc eius administratio est finita, & extincta, eo ipso q̃ decessit dictus Bart. vt est superius ostēsum.ergo electio sua incipit habere vires post mortem ipsius Barto.& sic tempore moderni massarij. ergo reperit electus ab auctore inhabili, & incepisse eius electio ab infecta radice, ex quo enim ista electio incepit habere vires tēpore istius moderni massarij, debuit fieri ab isto massario,& non ab illo: nō enim debuit,nec potuit se impedire de tempore alterius massarij:vnde text. in l.in prouincijs.C.de numerar.& actuar. li.12. probat,
8 q̃ nūquam † vnus officialis debet se intromittere de alterius officio.Et ibi dicit Barto.esse casum, q̃ si sunt plures officiales deputati ad officium maleficiorum,& quilibet p̃ sua porta, nō poterit vnus scribere in causis maleficiorum alterius portæ,vt ibi est casus secundùm Bar. & quidem argum.de loco ad tempus militat in iure:vt l. vnum.ff.si cert.pet.vnde sicut vnus officialis non potest se impedire de officio alterius officialis ad illum locum deputati: ita non poterit se impedire de tēpore alterius officialis.& sic ille massarius nullo modo potuit eligere istum Antonium ad ipsum officium, cum electio illius spectaret ad præsentem massarium, & sic non potuit se intromittere de tempore alterius massarij,& per consequens talis electio de dicto Ant. fuit nullus effectus: vnde Bald.in l.repetita.C. de episc.& cle.post Gul.de Cu.alleg. illum text.q̃ vnus non debet impedire se de iurisdictione,vel officio alterius,& loquitur ille text. de iudice & notario:idem dicit ibi Bald.de quocunque officiali & alleg.glo.secundum eum singularem in l.quicunque. C. de exact.& execu.libr.12.vbi est tex.q̃ deputatus ad vnū officium non impedit se de officio collegæ, & remittit ad not.per eum in d.l.in prouincijs.Facit,quod not. Bal. in l.testamenta.C.de testam.in princi.vbi dicit, q̃ nullus debet officium sibi commissum excedere, & de officio alterius tangere,allegat.l.2.C.de appar.lib.12.& l.2.C.de appa.præfec.anno.co.lib.& d.l.in prouincijs,ergo sequitur,q̃ ille massarius non potuit se impedire de tempore istius massarij, & per consequens non potuit celebrare electionem officialis, quæ spectabat ad futurum massarium. & ad hoc vlterius adduco elegantem & singularē text.in l.& hæc distinctio. §. cum fundum communem. ff.de loca. in versicu.cum fundum communem ego & tu habuimus, & inter nos conuenit,vt alternis annis certo pretio eum conductum haberemus,& tu cum annus tuus esset exiturus, consulto fructus sequentis anni corrupisti, agam te cum duabus actionibus &c. vt ibi bellissimè declarat iurisconsultus,duo conuenerunt, vt alterius annis fundum communem conducerent, & conduxerunt: vnus eorum suo anno ita exfructuauit fundū illum, vt modici & nulli fructus sequenti anno colligerentur, q̃ tunc poterit consocius agere cōtra consociū. & ibi pulchrè dixit realis scientiæ doctor dominus Bartholo.& Salice.illum esse casum valde notabilem contra datiarios molendinorum, qui in fine suæ conductæ corrumpunt fructus sequentium conductorum inducendo ciues,vt mittant frumentum ad molendina,sciēs q̃ non soluent nisi pro medietate pretij eius,quod prius soluebant:& ibi dicit Barto.illum tex. esse diligenter cōsiderandum contra conductores,qui in fine suæ conductæ ita exfructuant fundum, vt parum reddat in sequenti,qui text. est ad hanc consultationem aureus & singularis,& ponit gladium ad radicem:quia cum eligere, aut inferre officia connumeretur inter fructus, vt voluit gl.
9 sing.in c.cum olim.de maio.& obed.quæ vult, q̃ † conferre beneficia, eligere,& similia, dicuntur in fructus & connumerantur inter fructus episcopales.Ita in proposito nostro,eligere seu constituere, aut ponere officialē ad officium ponderandi connumeratur in fructibus officij massariæ:vnde nō potuit dictus massarius apponere manus suas ad fructus spectātes ad massarium sequētē, & sic non potuit cōstituere dictū Antonium ad officiū prædictum cū spectaret ad hodiernum massarium. facit, quod voluit Bal.in d.§.cum fundum.vbi dicit illum tex. fore contra emptorem clusij Perusini, qui potest percipere omnes fructus illius anni.non tamen potest corrumpere fructus sequentis anni spectantes ad secundū emptorem. Et sic per tex.illius §.est indubitanter decisa & determinata præsens consultatio. facit optimus text. in l.in fructu.ff.de vsufr.legat.Facit, q̃d not, Bal. in l. obseruare.§.p̃ficisci.ff.de officio procōsul. vbi dicit, q̃ præter de-

ter deputatos nullus pōt se intromittere de officio alle-leg.d.l.2.C.de execu.& appa.libr.12.Præterea facit,paria
10 sunt aliquid † geri tēpore prohibito,vel in tempus prohibitum conferri.l.qđ sponsæ.C.de don.ante nup. vnde non inspicimus initium electionis & constitutionis, ad illud officium ponderandi, sed tēpus collatæ executionis. Vnde si iudex dicat nūcio, vade & cita talē die lunæ, pro die dominico, non valet præceptum: quia confert in tempus prohibitum eius executio. s̄m Bald.in d.l. qđ sponsæ.facit,qđ not.in d.l.si socer.§.Luc.ff.sol.mat.& in l.in tempus.ff.de hæred.instit. Cum ergo in casu nostro executio istius positionis & constitutionis ad officium dirigatur ad tempus mortis ipsius Bar.qui Barto.decessit mortuo illo massario cōstituente, & alio massario succedente. ergo fuit directa talis executio ad tempus futuri massarij,& sic ad tempus prohibitum:ergo non valet. Et si aliqđ diceremus,sequeret̄, ꝙ massarius posset fraudare alium massarium futurum & tollere sibi omnē facultatem illius officij massariæ, ꝙ non esset dicendū: qa nulli sani capitis hoc assererent: & sermones nostri sunt adaptati reb. sensatis,& intellectu fruētib. vt voluit Aristoteles,& sentit iurisconsi.in l.si ita quis.in ver.qđ nemo sanus loqueretur.ff.de euict.Facit etiam simile, quod di-
11 cimus in iudice,quando fert sententiam † extra tempus instantiæ:quia non valet sentētia per eum lata, si opponatur:vt firmat do. Ant.in c.de causis. de offi.dele. & tenuit Dy.& Guido de Suza.per l.fi. C. vt intra certum tēpus crimi.quæstio termi. & eos sequitur Tancredus de Corneto in sua compendiosa,in 10.Rubr.q.19.facit, qđ not.Oldradus Laudensis consi.73. & qđ not.per omnes scribentes in l.properandum.C.de iudic.& in c. penulti. eod.titu.& per Baldū in lege,scire oportet.§. consequēs. ff.de excu.tut.cū ergo ista constitutio facta de dicto Antonio fuerit directa effectualiter & executiuè ad tēpus, quo iste massarius nō erat futurus massarius, & sic extra tempus sui officij:ergo sequitur,ꝙ non tenuit:& per cōsequens modernus massarius poterit eligere officialem ad ponderandum mercancias. Præterea facit, quod bellissimè inducebat verissimus iuris interpres dominus & mihi pater summa reuerentia obseruandus do. Gaspar de Rangonib.Mutinensis in suis subtilissimis redditis allegationib.videlicet, quia cum dictum officiū sit, prout erat perpetuum,ꝙ ante mortem dicti Bar.officialis, vel
12 eius † remotionem, alius non potuit loco ipsius creari, aut cōstitui:quinimo & si creatus fuerit, creatio ipsa fuit ipso iure nulla:vt singulariter probatur in præalle. lege, scire oportet.§.consequens.in versic.non detineri eum, qui in locum eius creatus est, tanquam nō liceat dari in locum existentis tutoris: vbi non potest creari vnus loco alterius, nisi ille alter fuerit remotus. Et ibi dixit realis doctor Andreas de Pisis, cuius sententiā ibi refert & sequitur Bald. ꝙ si officialis est creatus in aliquo officio,& ante eum dimissum,vel remotum, alius est creatus loco eius,ꝙ ipso iure talis creatio, & constitutio nō valet, ꝙ dicit esse no.dignum, & bene ibi ꝓbatur.Cum ergo in casu nostro iste Antonius fuisset creatus officialis ante remotionem, vel ante mortem illius Bart. officialis.ergo apparet,ꝙ talis creatio fuit ipso iure nulla,& multo fortius in casu nostro ex eo: quia capitulum municipale dicit, ꝙ vnum officialem debet massarius constituere in dicto officio,ergo debuit illum Barto.primò & ante omnia remouere ab officio præfato, si de iure hoc facere poterat, & postea illum Antoniū constituere officialem.Præterea facit,qđ voluit Bar.in l.2.C.de cō
13 sti.pec.ad finem ver.sciant etiam, ꝙ † positi consules & omnes officiales, ꝙ vnus officialis non potest se intromittere de officio alterius officialis,alleg.l.fiscus.§. delatoris opera. in ver. quam alius tenebat ad sui tēporis administrationem pertinere. ff. de iure fisci. Ita ergo in ꝓposito, non potuit iste massarius se intromittere de tēpore huius moderni massarij.Facit etiam, quod not.idē Bald.in l.1.post Iaco.Butr.C.de sportul.& in l.1.ff.de officonsul. vbi vnus officialis non potest se impedire de
14 facto alterius.Præterea facit,vbicunque prima † electio, seu constitutio ad officium de aliquo facta est ipso iure nulla,valet secunda electio: prima aliter non cassata: secus si prima fuerit valida.ita probatur in c.constitutus.el l.de appella.& in c.auditis.& in c.consideramus. de elec. sed in casu nostro prima constitutio,seu electio facta de illo Bar.valuit & tenuit. ergo ea non cassata & annullata non potuit alius de nouo creari, aut eligi. & istud optimè facit pro dicto Andr.de Pis.& Bal.in præalleg.§.cōsequens.Præterea facit l.actuarios.C.de numer.& actua. lib.12.& ibi colligit Bar.ex isto tex. ꝙ vbicunque creant̄ aliq officiales,semper debet mos antiquus seruari: aliàs
15 creatio esset nulla,& sic est ibi casus secūdūeū, ꝙ † syndicus creatus non congregata vniuersitate ad sonū cāpanæ,vel alio sono,vel nō congregata in loco, vbi aliàs consueuit congregari, vel non congregata de mādato superioris,prout consueuerat, non dr̄ legitimè creatus, vel ordinatus:& ita dicit ibi Bart.ꝑ illū tex.se in facti cōtingētia obtinuisse,alle.l.nō tm̄.ad fi.ff. de decur. l. super creandis.C.de iur.fi.lib.10.l.nam illud, qđ est consuetudinariū,non est arbitrarium:vt dixit Bal. in l. quæcunq;. C.de seruis fugi.facit.l.domini prædiorum. C. de agri.& censi.lib.11.& l.excepto.C.loca.l.si prius.§.rectè placuit. ff.de aqua plu.ar.Cum ergo iste Ant. fuit electus & constitutus ad dictum officium contra omnem consuetudinem & antiquum morem obseruatum in cōstitutione talis officialis,ergo sequitur, ꝙ talis constitutio fuit nulla,& nullius effectus.ergo.facit,quod voluit Bal.in c. 1.de feud.guar.vbi dicit,ꝙ ea,quæ fiunt in officio,præsumuntur esse facta contemplatione officij, secus si fiant ante officium inchoatum, & post officium consumatum modò in proposito, iste Anton. fuit constitutus officialis, antequàm dictus massarius haberet hoc officium massariæ se extendens ad illum Antonium creandum officialem, considerato tempore executionis officij: quia executio dicti officij se extendebat ad tempus futuri massarij, & illo tempore incepit. ergo fuit facta, antequam esset massarius habilis ad hunc officialē creādum: ergo non tenuit. Et sic ex superius scriptis resultat conclusio manifestissima, ꝙ tam ex dispositione iuris municipalis,seu illius capituli loquentis de officiale cōstituendo per massarium communis,quàm etiam ex dispositione iuris communis, talis deputatio facta de dicto Anto.ad dictum officium ponderandi fuit nulla,& nullius effectus & roboris: & per consequens massarius modernus poterit alium deputare, & creare ad dictum officium ponderandi. Et ista videtur esse veritas indubitata. Et ita conclusio.

EPITOME.

¶ Prohibuit & expresse inhibuit testator hæredibus suis,& eorum descendentibus in perpetuum venditionem & alienationem turris, domorum, possessionum, & quaruncunque terrarum, &c. & subiunxit, cum velit & intendat prædicta omnia in sua hæreditate,& apud suos posteros,& successores perpetuò esse, remanere, & conseruari debere &c. Ex his verbis Barbat. respondet etiam in ecclesiam factam alienationem non valere.

SVMMARIVM.

Testator potest expressè & tacitè prohibere, ne bona sua alienentur,vel in ecclesiam transeant. num. 1.

Verba illa, apud suos posteros perpetuò esse, & conseruari, intelliguntur de posteritate naturali & legitima, non de ecclesia. num. 2.

Pactum,ne res transeat ad ecclesiam per alienationem, ingressu religionis infringitur. num. 4.

CONSI-

CONSILIVM XLVII.

VIso puncto & testamēto primi testatoris, & maturè & diligēter examinato pro præsentis considerationis clarissima decisione videtur, ꝙ legatū factum per ipsum Ioānem dictę ecclesię de Runchijs fratrū minorū valuerit & tenuerit nō obstāte dispositione ipsius primi testatoris, qđ sic ostēdo. Potentius est statutū populi quàm pactum priuatorum. illud enim, quod potest fieri pacto, potest fieri statuto, vt est glo. quæ reputatur singularis in rubrica. C. de decre. decur. libr. 10. & qđ not. glo. in c. penul. de consue. libr. 6. & tex. melior de iure, & ibi Bald. in l. generaliter. C. de fideiusso. & habetur in l. neque pignus. & l. ex prætorio. ff. de reg. iur. tamē negatiuè non procedit illa regula, ꝙ nō potest fieri pacto, non potest fieri statuto: quia imo illud, quod nō potest fieri pacto, potest fieri statuto, dummodo non sit contra bonos mores: quia maioris vigoris & potentiæ est lex municipij, quàm conuentio ipsorum priuatorum. ita decidit Barto. in l. nō impossibile. ff. de pactis. & l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. & gloss. & omnes scribētes in dicto c. penul. de consu. lib. 6. & per omnes scribētes in c. fin. de consuetu. & per Baldum latè & pulchrè in l. de quibus. ff. de legib. vnde in his, quæ sunt præter legē, plus potest statutum, quàm pactum: vt not. in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. Et ideo dicit Baldus in dicta l. non impossibile. in suis recollectis, non in lectura, ꝙ glossa, quæ est in dicta rubrica de decret. decur. non est simpliciter vera, & sic stat firma regula, ꝙ potentius est statutum, quàm pactum: sed clarum est, ꝙ statutum non potest operari, aut disponere, ꝙ non relinquat ad pias causas. vnde Bartolus in l. filiusfamilias. in §. diui. ff. de legat. primo. & in l. iubemus. §. sanè. C. de sacrosanctis ecclesijs. dixit, statuto cauetur, ꝙ bona immobilia non possint alienari in non subditum, ꝙ non comprehenditur ecclesia: quia talia statuta sunt contra libertatem ecclesiæ, vt in c. nouerint. de sententia excōmunicationis. & benè facit tex. in cap. fina. de rebus eccle. non alie. & quod not. Bald. in l. fin. C. de sacrosanctis ecclesijs. & quod not. dom. Anto. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. & Io. Mona. in cap. vt animarum. de constit. lib. 6. & Bald. in l. fin. §. in computatione. in finalibus verbis. C. de iure deliber. Cum ergo statutum, quod est potentius, non possit disponere, ꝙ nō relinquatur ecclesiæ, seu ad pias causas: ergo multo minus hoc poterit facere pactum priuatorum, & per consequens non obstante ꝙ testator voluerit, ꝙ dicta bona remaneant in familia, & hæredibus suis, nihilominus potuit heres legare ecclesię. Et facit ratio optima stante tali prohibitione, illi de familia possunt inter se alienare: vt est tex. singularis in l. pater. § quindecim. ff. de leg. 3. nam vbicunque est facta prohibitio in certum genus personarum, puta, vt nō alienet extra familiam, tunc talis prohibitio se non extendit ad casum, in quo quis veniret vt hæres legitimus ab intestato: vt ꝓbatur per glo. in l. pcto. §. fratre. ff. de legat. 2. & l. pater. §. Iulius. ff. de lega. 3. & idem si ille legitimus veniat vt hæres testamentarius, vt est glo. quæ reputatur singu. in d. §. Iulius Agrippa. & sequuntur moderni in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. sed certo certius est, ꝙ ecclesia habetur loco hæredis legitimi, & habetur in numero filiorum, vt est tex. melior de iure in c. in præsentia. de proba. & no. in authen. de eccle. titu. §. sed hic præsenti. ergo sequitur, ꝙ legando ecclesiæ, & sic in pios vsus, videtur legasse in familia, & per consequens non videtur fecisse contra dispositionem testatoris. Facit, quod habetur in authen. res quæ. C. commu. de leg. vbi bona subiecta restitutioni non possunt alienari: & tamen in causa dotis possunt. ergo multo magis in ecclesiam erogari. & per consequens videtur, ꝙ tale legatum debeatur dictæ ecclesiæ. Et ista erant, quæ faciebant dubium in præsenti cōsultatione. ¶ Et licet ista sint colorata: tamen casum nostrum non attingunt. ideo illis non obstantib. contrariū puto esse de iure verius. Et primò præmitto verba ipsius testatoris, dum dixit: prohibuit & expressè inhibuit ipse testator hæredib. suis infrascriptis, & eorum descendentib. in perpetuum venditionem & alienationē turris, & domorum, possessionum, & quaruncūque petiarū terræ: & si contingat in totum, vel in partem vendere, vel alienare de reb. & bonis prædictis, aut ad actū alienationis peruenire, ex nunc ipse testator quālibet vēditionē, & alienationem de ipsis rebus & bonis in totum, vel in partem fiendam cassauit & annullauit: cū velit & intendat ipse testator prædictam turrim, domos, & possessiones, & petias terræ, res & bona in sua hæreditate, & apud suos posteros & successores perpetuò esse, remanere, & conseruari debere: & ita etiam in alia clausula dixit: quia intendit ipse testator ipsas bancas, domos, & beccarias in sua hæreditate perpetuò esse, remanere, & conseruari debere ex causis prædictis. ista sunt formalia verba dicti testatoris. Secundò præmitto regulam traditam in l. fin. de rebus alie. non alie. in ver. siue lex alienationem inhibuerit, siue testator hoc fecerit, siue pactio cōtrahentiū hoc admiserit: non solùm dominij alienationē, vel mācipiorum manumissionem esse prohibendam: sed etiā vsusfructus dationem, vel hypothecā, vel pignoris nexū penitus prohiberi: similique modo & seruitutes minimè imponi, nec emphiteuticum contractum, nisi in his tantummodo casib. in quib. cōstitutionum auctoritas, vel testatoris voluntas, vel pactionum tenor aliquid tale permiserit. vbi est casus peregrinus & singularis, ꝙ ꝓhibita alienatione videtur prihibita omnis trāslatio dominij directi, vel vtilis, vel alicuius iuris in re. quod tenet ibi Bar. & Bal. & idē voluit idē Bart. in l. ea lege. C. de cōdi. ob caus. & sic cum in casu nostro sit prohibita venditio, & alienatio ipsarum rerum, videtur prohibitū omne ius quærendum in ipsis rebus. & tenet ibi Sali. ergo dictus Ioan. institutus hæres non potuit imponere aliqđ ius soluēdi in ipsis reb. facit, qđ no. Bal. in d. l. ea lege. Mo-
1 dò arguo sic incōuincibiliter, testator † pōt expressè & tacitè prohibere, ꝙ bona sua non alienentur, seu non transeant in ecclesiam. Istud formaliter decidit Barto. in authen. ingressi. C. de sacros. eccle. vbi quærit, si factū est pactum in instrumento emphiteusis, ꝙ res non transeat in ecclesiam, ꝙ tale pactum tenet, & non transibit res in ecclesiam. Et optimè facit tex. in l. si ita quis. C. de pac. inter emp. & ven. vbi valet pactum, vt in loco vendito nō fiat capella, vel monumentū. & ibi Bal. arguit de authēt. cassa. C. de sacros. eccle. & respōdet, ꝙ illa auth. habet locum in statutis, quæ videntur derogare libertati ecclesię: sed non habet locum in pactis priuatorū, & allegat no. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obli. vnde Ang. multū sing. in d. l. si ita qs. §. ea lege. dicit, ꝙ in casu illius §. inquātū ibi dicitur, ꝙ fuit donatus & traditus seruus, vt ne ad fratrem eius, aut filium perueniret, ꝙ si contrarium factū fuerit, potest agi ad interesse. Et gl. ibi dicit, ꝙ illo casū licet dare Deo, si ecclesiā velit facere hæredē: quia illud est licitū in suis: ita erit licitū in ecclesia, ex eo ꝙ ecclesia est quodāmodo de suis: vt in authētico de san. epi. §. sed hoc præsenti. & ibi Ang. refert Dy. dicere istud esse verum, qn̄ facit se monacum, aliàs secus. vt in ca. in præsentia. de proba. tunc enim non habet loco filij: & ideo dicit, conclude, ꝙ in casu illius §. etiam non admittetur ecclesia, si lex conuentionis fuisset, vt nō possit in ecclesiam determinatam alienari, etiam si monasterium ingrederetur: sed si prohibitio non esset facta, vt non alienaretur simpliciter in ecclesiam: tunc intrando monasterium non committeretur stipulatio: quia ecclesia venit iure legitimo: sed si non intraret: sed simpliciter institueret ecclesiam: stipulatio non committeretur. Ista sunt formalia verba Ange. ibi: & sic concludit ibi Ange. quòd quando prohibitio fit, ne alienetur in ecclesiam determinatam, etiam quàm per ingressium

religionis non potest in ecclesiam transire: sed si prohibitio esset facta, vt non alienaretur simpliciter in ecclesiam, tunc instituendo ecclesiam, committitur stipulatio: secus si transiret in monasterium. Modò in proposito satis expressè prohibuit, ne legarent ecclesiæ, aut ecclesiam instituerent hæredem sui testator prædictus, cum in prohibitione præfata dixit, ꝙ velit & intendat prædictam turrim, domos, & possessiones & petias ter-
2 ræ, res & bona staret in sua hereditate, & apud suos † posteros perpetuò esse, & conseruari. vnde isto casu testator videtur expressè sensisse de sua posteritate naturali, & legitima, & nõ de ecclesia. textus est in lege, cum acutissimum. C. de fideicomniss. & in lege, generaliter. in princip. C. de institu. & substi. Ideo dicit Bald. in dicta lege, cum acutissimi. ꝙ si testator post mortem filij iussit construi monasterium: ꝙ tunc filius filij excludit monasterium. & dicit fuisse dictum Ricar. de Malumb. & dicit esse rationem: quia hoc casu monasterium non habetur loco filij: quia ratio naturalis potentior est, quam fi-
3 ctio. nam fauorabilior † est causa filiorum & posterorum, quàm causa ecclesiæ in dubio: vt no. glo. in l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cleri. & Bald. in l. iubemus. C. de testa. in l. in suis. ff. de libe. & posthu. & in leg. 1. C. de sacrosan. ecclesijs. & in leg. & in epistola. C. de fideic. Pet. de Anch. consi. 43. Io. de Imo. in c. fin. de don. facit 17. q. 4. ca. quicunque. quanto magis in casu certo: vt est casus noster, in quo testator voluit istas res remanere apud suos posteros, & actum verum & naturalem considerauit: in d. l. cum acutissimi. ergo voluit excludere ecclesiã: & per consequens non potuit iste Ioannes legare dictæ ecclesiæ, aut alijs. seruanda est enim voluntas testatoris legitima. l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & demon. l. 1. C. de sacrosan. eccle. c. vltima voluntas. 13. q. 2. & sic cum iste testator nõ intrauerit religionẽ: ideo ecclesia, seu conuentus non habetur loco filij: & per cõsequens non potuit mutare voluntatem primi testatoris. Et per consequens cum iste Ioannes alienauerit vltra dimidiam hæreditatem ipsius testatoris: ergo nõ potuit alienando legare dictas annuas pecunias dictæ ecclesiæ in bonis prohibitis alienari. Et sic cum Ang. dicat, ꝙ eo casu, quo testator prohibuit in certam ecclesiam alienari, videtur complecti casum nostrum: & sic sentit ibi Ange. ꝙ etiam transeundo in monasterium, seu in aliã eccclesiam, non propter hoc possunt in monasterium illud transire bona prohibita alienari, vel si non expressit de certa ecclesia, oportet, ꝙ trãseat in monasterium sed in casu nostro non expressit de certa ecclesia: tamen satis expressit ecclesiam in genere, ex quo voluit, quòd apud posteros suos & successores remanerent dicta bona prohibita alienari. Et in specie nostri casus loquitur
4 Bar. in d. auth. ingressi. cum dixit, si est † appositum pactum, ne transeat in ecclesiã per alienationem, dicetur contraueniri pacto per ingressum ad monasterium, & in casu nostro satis dixit de ecclesia, cum voluerit perpetuò apud suos posteros remanere. Præterea facit, quod not. do. Meus Ioan. de Imo. post alios doctores in l. si ita quis. §. ea lege. vbi dicit, quod quoties est facta prohibitio, ne alienetur extra familiam: tũc talis prohibitio nõ extenditur ad casum, quo quis veniret vt hæres legitimus ab intestato: vt probat glo. in l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. & probatur. in l. cum pater. §. cum inter. eo. tit. secus si vellet venire vt hæres testamentarius; quia tũc videtur prohibita dicta alienatio: licet fiat titulo institutionis, vel legati. ita decidit Barto. & Ange. & Ioan. de Imo. in d. l. si ita quis. §. ea. lege. Barto. in l. ea. lege. C. de condi. ob cau. & Barto. & Ange. in l. filiusfam. §. diui. ff. de legat. 1. & habetur in d. l. peto. §. fratre. ff. de le. 2. cum ergo ista ecclesia non veniat vt hæres legitimus ab intestato: sed veniat ex testamẽto dicti Ioannis, & veniat extra familiam & posteritatem ipsius testatoris, ergo sequitur, ꝙ nullo modo potest venire ad huiusmodi legatum contra expressam prohibitionem & voluntatem ipsius testatoris. Et si quispiam dixerit, fauendum esse ecclesiæ, & piæ causæ in dubio: vt in l. sunt personæ. ff. de religi. & l. id quod pauperibus. C. de epis. & cleri. c. religiosa. 10. 2. q. 6. c. super prudentiam. 14. q. 2. c. fin. de testa. cum simil. ta-
5 men non est † fauendum ecclesiæ cum præiudicio alterius: quia ecclesia est mater & cultrix honestatis & iustitiæ, vt dixit pulcher tex. in cap. 1. de alie. feu. & bene facit. c. per tuas. de dona. & quod no. Bal. in præalleg. l. ea. lege. Et ideo dixit tex. optimus in c. ex tenore de foro comp. ita sumus viduis & pauperib. in iustitia debitores, ꝙ alijs iniustitiam facere non debemus. facit. l. si quis præsbiter. C. de episc. & cle. Et ibi dixit Bald. ꝙ ecclesia, quæ est cultrix iustitiæ, non vult iuri alterius derogare, & ibi etiam dicit per illum tex. ꝙ ecclesia in præiudicium patroni laici eo inuito de simplici ecclesia nõ potest fieri collegiata: & maximè in casu nostro: quia agitur de vltima volũ-
6 tate testatoris defuncti, quàm exequi † est pium, vt dixit tex. singularis in authen. de hæred. & falcid. §. si verò expressim. & sic non debet ista ecclesia consequi istud legatum cũ præiudicio familiæ & posteritatis ipsius defuncti, & contra voluntatem ipsius testatoris. Præterea est ponderanda doctrina Barto. in d. l. filiusfa. §. diui. vbi dicit, statuto ciuitatis cauetur, ꝙ non valeat alienatio rerũ immobilium, quæ fit in non subiectum. decidit, ꝙ non valeat tale statutum respectu ecclesiarũ, & monasteriorum: quia esset contra libertatem ecclesiasticam: vt in auth. cassã. C. de sa. san. eccl. coniugo nunc doctrinã Bal. superius allegatam, vbi dixit, ꝙ licet statutum non possit facere talem prohibitionem respectu ecclesiæ: tamẽ testator potuit facere talem prohibitionem, ergo sequitur, ꝙ dictus Ioan. hæres institutus non potuit disponere & legare dictæ ecclesiæ, obligando bona ꝓhibita alienari extra familiam, & posteritatem ipsius primi testatoris. Et si quispiam dixerit, ꝙ dicto Ioanni hæredi competebat legitima, & Trebellianica, iuxta not. in c. Rainu. & c. Rainaldus. de testa. & in l. quanquàm. C. ad l. falc. Bal. in commento. l. pater filium. ff. de inoffi. testa. Ang. in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. & in §. si quis autem non implens. in authen. de hæred. & falc. Bald. in l. filium quem habentem. C. fam. erci. Moderni in l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad l. falc. do. Petr. in c. in præsentia. de probat. & sic cum debeat habere duas quartas, sequitur: ꝙ si istud legatum factum prædictæ ecclesiæ non est vltra legitimam, & Trebellianicam, debitam ipsi Ioanni hæredi primi testatoris, ꝙ tale legatum valeat & teneat: quia videtur legasse dictus Ioãnes de bonis sibi debitis, & nõ de bonis prohibitis alienari. Ad hoc respõdeo, ꝙ dictus Ioannes † perdidit Trebellianicam non cõficiendo in-
7 uentarium. Et licet Barto. in authen. sed cum testator. C. ad l. falcid. teneat, ꝙ per non confectionem inuentarij perdatur falcidia, sed non Trebellianica. & idem teneat in l. Marcellus. §. quidem. ff. ad Trebel. & Bald. in l. filium quem habentem. C. fam. ercis. & Ange. in d. authent. sed cum testator. & in authen. de hære. & falcid. §. si verò expressim. nihilominus Bar. cum accidisset quæstio in facto consuluit, ꝙ per non confectionem inuentarij perdatur Trebellianica, in quodam elegãti suo consilio qđ incipit, Lena Matarelli. & tenuit etiã Oldradus Laudensis in suo consil. 134. & sequuntur verissimi iuris interpre. do. Bal. & d. Bartho. de Saliceto in præalle. authẽ. sed cum testator. & idem etiam tenuit elegantissimus doctor do. Ludo. Rom. in commento authen. similiter. C. ad l. falcid. & allego de hoc casum optimum, & meliorem de iure in auth. de hære. & falci. §. si verò nõ fecerit. idem tenet do. Meus Io. de Imo. in præall. l. Marcellus. §. ꝙ autem. & sic iste Ioannes non conficiendo inuẽtariũ perdidit non solùm falcidiam: sed etiam Trebellianicã. & ita consului bis, & etiam vidi consultum per solennẽ doctorem do. Paulum de Cast. eo tẽpore, quo consului ſm istam partem, & etiã consuluerunt valentissimi doctores secũdum istam partem. Et sic si iste Ioannes perdidit trebellianicam, & iam habuit suam legitimam: ergo non

go non potuit alienare vlterius de bonis prohibitis alienari per illum primum testatorem. & per consequens sequitur, quòd dicta ecclesia non debet habere illud legatum. ¶Nec obstant allegata in contrarium. primo cum dicitur, quòd illud, quod potest fieri pacto, potest fieri statuto: sed non econtra. illud, quod non potest fieri pacto: ergo non potest fieri statuto: quia potentius est statutum ipso pacto, hoc concedo: sed cum dicitur, quòd statuto non potest fieri, quòd res non possit alienari in ecclesiam. Ad hoc respondeo, illud esse verum, nisi aliter
8 † a lege exprimeretur: quia tunc pacto priuatorum posset fieri illud quod non posset fieri statuto. Iste est text. in l. si quis ita. C. de pact. inter empt. & vendit. vbi dicit valere pactum, vt in loco vendito non ædificetur capella, aut monumentum. & ibi Bald. arguit in contrarium de authen. cassa & irrita. C. de sacrosanct. ecclesi. & soluit, quod illa lex habet locum in statutis vniuersorum, & vniuersaliter factis, quæ præsumuntur facta in derogationem libertatis ecclesiæ: secus in pactis priuatorum, vt ibi. & etiã ibi allegat, quod habetur in dic. l. si ita quis. §. ea lege. & facit, quod superius dictum fuit, & quod voluit Barto. in præalleg. authen. ingressi. cum ergo in proposito nostro sit expressum in iure, quod posset quis apponere conditionem rei suæ, vt non transeat in ecclesiam, stabimus legi. iuxta illud dominicum, nos legem habemus: & sic licet regulariter potentior sit prouisio statutaria & municipalis, quàm prouisio priuatorum: tamen fallit in casu aliter a iure prouiso, vt est iste casus noster, & idem voluit Bald. in cap. clerici. de iudi. vbi dicit non esse dubium, quod dominus possit imponere legem rei suæ, vt non possit alienari in ecclesiam, & allegat no. in præal. §. ea lege. Et
9 cum dicitur non valere statutum, quòd † res immobilis non possit alienari in ecclesiam, & personam ecclesiasticam: & si generaliter statutum loquatur, non comprehẽdit ecclesiã, vel ecclesiasticam personam. Ad hoc respondeo, quod licet communiter ita dicãt scribentes fere omnes: tñ mihi est valde dubius passus iste, quem in pñsentiarum nõ examino: quia nõ est opus ad victoriam pñsentis consultationis, & hoc ex doctrina laudabilis & obseruandæ memoriæ domini Signoroli de Mediolano, qui post prolixas allegationes pro, & contra finaliter cõsuluit tale statutum esse iuridicum, & valere, & non improbari. nec esse cẽsendum contra ecclesiasticam libertatẽ: quia est conditum fauore publici boni, & subditorum, vt immobilia & territoria conseruentur. vnde non est censendum esse contra libertatem ecclesiæ. sed pro libertate publici territorij, & publicarũ functionũ: & quia respublica æquiparatur ecclesiæ: vt l. fi. C. de sacrosa. ec. vnde sicut ecclesia debet defendi in iuribus suis, ita & ciuitas. & etiam in extraneo. istam partem tenuit dominus Bald. ideo quia non est opus, istam prouinciam nunc non assumo. & sic iste Ioannes hæres non potuit alienare contra voluntatem ipsius testatoris in ecclesiam. Nec ob-
10 stat cum dicitur, quòd illi de familia † possunt alienare inter se: quia istud non facit contra hanc consultationẽ ex eo: quia ecclesia non habetur loco illorũ de familia, & posteritate testatoris. vnde tunc habetur loco legitimi hæredis, quando quis ingreditur monasterium. vt in dic. capit. in præsentia, de probat. cum sim. sed in casu isto non agitur de ingressu religionis. ergo. Item quia testator expresse voluit, quod dicta bona immobilia remanerẽt in familia & in posteritate ipsius testatoris: quo casu esset magnus conflictus, an per ingressum religionis dicerentur illa bona remanere in posteritate & familia ipsius testatoris, stantibus familia & posteritate testatoris, & iste non est casus noster, sufficit, quod iste Ioannes nõ fuit ingressus religionem. Et sic apparet ex superius dictis, quod iste Ioannes testator, cum habuerit suam legitimam portionem, & non possit detrahere trebellianicam, ex quo nõ cõfecit inuentariũ: nõ potuit disponere de alijs bonis ipsius testatoris phibitis alienari: nec ẽt potuit alienare in ecclesiam, vt superius dictum est. Et sic non poterit ecclesia petere, aut consequi talia relicta in bonis primi testatoris prohibitis alienari. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Statutum, vt impuberum, quibus nulla facta est substitutio, vel puberum intestato decedentium hæreditas, ad agnatos eorum, ex linea paterna, matre & materna linea prorsus exclusis, pertineat, etiã sorores eorum excludit.

SVMMARIVM.

Statuentis, tum temporum suorum consuetudinem: tum publicæ vtilitatis ratione in statuendo secutos esse, probabiliter conijcimus. nu. 1.

Statuti causam finalem præfatio indicat. nu. 3.

Statuentium mens & ratio quoties concurrunt ad aliquem actũ, illas sequimur, licet verba aperte non exprimant. nu. 5.

Fauor attendi & extendi debet. nu. 6.

CONSILIVM XLVIII.

STatuto terræ Centi maturè pẽsato, & examinato: videtur, quòd sorores debeant succedere filijs dicti Petri, & sic fratribus ipsarum sororum: nam de iure communi sorores vocãtur ad successionem fratrum: vt in authen. defuncto. C. ad Tertulian. & in authẽ. cessante. & in authen. post fratres. C. de suis & legiti. sed istud statutum non excludit sorores a successione fratrum: ergo remanebimus in dispositione iuris communis. l. commodissimè. ff. de liber. & posthum. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. l. si cum dotem. ff. solu. ma. Vnde in isto statuto dicitur, statuimus, quod filio, vel filiæ impuberi moriẽti, cui p patris præmortui testamentum, substitutio legitime facta non fuerit, si legitime fieri potuit: vel puberi intestato, vel intestatæ decedenti, mater vel aliquis, seu aliqua de linea materna aliquatenus non succedat: sed ipsorum impuberum & puberum hæreditas ad agnatos eorum ex linea paterna, matre, & materna linea prorsus exclusis, pertineat. Ista sunt formalia verba statuti. vnde tale statutum excludit matrem, & venientes ex linea materna: sed ista soror defunctæ personæ non venit ex linea materna, sed venit ex linea paterna: & sic statutum videtur potius excludere sorores, quæ veniunt ex linea materna. Et iste intellectus est capiendus. quia per illum statutum istud reducitur ad terminos iuris communis, quod est omnino faciendum. Etiam per verba impropria debemus excludere correctionem iuris communis: vt est glo. melior de iure in auth. ex testamento. C. de colla. & tex. in capitulo, cum dilectus. de consuet. & in capitulo, causam quæ de rescrip. & in capitulo, dilecto. de verbor. sign. facit glossa in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. & sic sumus in casu non prouiso a statuto. l. si seruus. versi. non dixit prætor. ff. de acqui. hære. Secundo omnia statuta, quibus possunt adaptari regulæ iuris, debẽt intelligi sm regulas iuris, & argumenta legum: ita not. in c. j. de gradi. suc. in feu. & in c. j. de feud. cogni. sed regulæ iuris, quibus cauetur, quod sorores succedant fratribus, possunt adaptari ad istum casum statuti: ergo sequitur, quod debemus istum intellectum amplecti, & per consequens ista soror succedet in bonis suorum fratrum. Tertio excludere aliquem ab hæreditate legitima est exhæredare. l. qui volebat. ff. de hæredi. insti. sed exhæredatio non valet, nisi nominatim fiat: vt ff. de libe. & po. l. j. vnde a simili ratione, nec statutum intelligitur priuare quem, nisi nominatim fiat, cum ergo ex dispositione iuris hæreditas fratrum

debeatur

debeatur sorori: ergo soror non intelligitur exclusa, ni-
si statutum nominatim illã excluderet. Quarto istud de-
cidit Bal. in l. illã. C. de colla. vbi dicit: statuto cauet, ꝙ ma
ter non succedat stãtibus agnatis & extãt aliq agnati trãs-
uersales, q de iure cõi succederẽt: an dicti agnati, puta ne-
pos sororis, excludatur vi statuti? & concludit Bal. ibi ꝙ
non: qa sicut exhæredatio hominis non porrigitur ad p̄-
teritum, de quo non est facta mentio: ita nec exclusio le-
gis: cum pariter vtriq; sit odiosa. vnde statutum hoc non
dicit. ergo nec nos: quia non debemus ampliare statutũ
contra ius commune: vt lege, si vero. §. de viro. ff. soluto
matrimonio. vnde dicit ibi Baldus, quòd statutum de-
fert successionem in præiudicium matris, non in præ-
iudicium aliorum: & etiam allegat casum illius legis, il-
lam. Et sic videtur ex istis posse dici, quòd istæ sorores ex-
cludunt istum patruum in successione istorum fratrum:
& per consequens statutum prędictum nullo modo ob-
stat dictis sororibus. ¶ Et licet ista sint colorata: tamen
non attingunt casum nostrum: ideo illis non obstanti-
bus contrarium puto esse de iure verius: videlicet, quòd
dictæ sorores sunt exclusæ a iure succedendi ipsis soro-
ribus: & admittatur patruus ex dispositione istius statu-
ti. Et primo præsuppono illud, quod continetur in præ-
fatione ipsius statuti: vbi dicitur. ipsorum impuberum,
& quorumlibet etiam maiorum ab intestato deceden-
tium hæreditas deferebatur ad agnatos patris ipsius mo-
rientis, & non ad matrem: nec ad aliquos coniunctos di-
ctorum morientium per lineam maternam, quod est &
fuit ad hoc, vt masculi & coniuncti per lineam paternã
eidem non deficerent, & vt possent sustinere onera epi-
scopatus Bononien. & honores domus: & quia volun-
tas patris & morientis talis esse communiter approba-
tur, vt melius per masculos supportentur onera episco-
patus Bononien. ac iura ipsius conseruẽtur. Ista sunt for-
malia verba statuti & præfationis ipsorum. Secundo prę-
suppono illud, quod pulchrè & iuridice dixit Baldus in
quodam suo eleganti consilio incipiẽte, Martinus Ioã-
nis de Florentia, posito inter cousilia Angeli. vbi sum-
mo ingenio tangens vigorem, seu rigorem prædictorũ
& similium statutorum, quæ communiter extant per
Italiam, inquantum includunt masculos, & excludunt
fœminas a successioue defunctorum cõiunctorum: vn-
de dicit, quòd eo ipso, quòd tale statutum exprimit agna
tos masculos, & intentio sua est prouidere illis agnatis,
exclusis sororibus defunctæ personæ: & hæc mẽs statuen
tium sumitur secundum eum coniecturatiue, ex causa
& ratione, quæ mouit verisimiliter statuentes. Primo di-
cit, quòd ratione cuiusdam compensationis præsumpta
1 ex quadam † consuetudine communi modernorum tẽ-
porum, ex qua consuetudine probabiliter sumitur con-
iectura mentis, & ratio statuentis. lege, si seruus plurium,
§. finali. ff. de le. j. Primo, est consuetudo moderna secun-
dum eum, ꝙ superstites agnationis succedant oneribus
defunctorum, quãtum ad propulsationem iniuriarum,
actiue & passiue. & ad mnlta similia incõmoda: est ergo
æquum, vt ibi collocentur commoda prouenientia ex
agnatione, vbi collocantur incõmoda. l. j. §. fi. ff. de aqua
plu. arcen. Secundo, ratione cuiusdam publicæ vtilitatis,
2 quæ † tribuit facultates suas, vt familiariũ salua sit digni-
tas, quæ absq; diuitijs non conseruatur. l. ab omnibus. cir
ca prin. ff. de le. j. l. j. §. si seruus. ff. de ventr. inspici. ideo ho-
nores & onera publicorũ gerendorum officiorum spe-
ctant ad solum virilẽ sexum. l. 2. ff. de re. iur. & hæc fuit rõ
cõiecturatiue mouens modernos iurislatores: & quia p
agnatos virilis sexus perpetuatur agnatio. l. pnunciatio:
§. familiæ. ff. de verb. sig. & ideo dicit, ꝙ vbicuuq; apparet
de ratione legis, debemus intelligere ad id tãtum, quod
ratio se extẽdit: & hoc dicit esse infallibile. ista sunt dicta
Bal. ad contextũ in præallegato consilio. & sic Bal. ibi fir-
mat, ꝙ eo ipso, ꝙ statutum exprimit agnatos masculos,
est intentio sua prouidere illis agnatis, exclusis sororibus
defunctæ personæ, & sic videtur in terminis decidere

istam quæstionem: quia iam statutum istud terræ Cen-
ti exprimit agnatos masculos, vt superius est expressum:
ergo mens & dispositio eius est, ita prouidere illis mascu
lis agnatis, ꝙ excludantur sorores defunctæ personæ. Se-
3 cundo præmitto, ꝙ præfatio † statuti ostendit causam fi-
nalem, & intentionem ipsorum statuẽtium. casus est val
de elegans in l. regula. §. licet. in versicu. initium constitu-
tionis demonstrat. ff. de iur. & fac. ignor. quem ad hoc al
legat Bald. in ca. secundo requiris. de appella. vbi dixit, ꝙ
causa proęmialis respicit omnia sequentia. Facit. l. fin. ff.
de hæredi. insti. vbi ratio legis, aut constitutionis pręsumi
tur ex proęmio. & hoc ibi colligit Bald. nam proęmium
dicitur primus sermo. facit. §. quibus. in prima constitu.
C. & ibi dixit Baldus ꝙ proęmium non est ponendum
in lege. vbi nullum suffragium præstat: sed si declarat mẽ
tem legislatoris, quæ etiam ex proęmio colligitur, mul-
tum operatur. facit. l. j. & ibi Bal. ff. de origi. iuris. Facit op-
timus tex. in l. j. ff. ad macedo. Et ibi dixit Barto. ꝙ ex præ-
fatione compreheuditur mens cõdentis, ꝙ dicit esse val-
de notandum propter statuta. facit. l. item quia. §. item Iu
liano. ff. de pac. Et ideo dixit Bartol. & ibi Bald. in l. cum
hi. ff. de transac. quòd illa lex habet locum in alimentis,
quæ debentur ex vltima voluntate propter verbum, re-
licta, ibi positum, quod denotat actum vltimæ volunta-
tis: vt in capitulo, bene quidem. 96. distinctio. & glossa in
clementina si plures. de iure patronatus. Et si dicatur,
quòd illud verbum, relicta, est positum in procemio il-
lins l. respondetur, quòd videtur repetitnm in constitu-
tione: quia procemium loco causæ finalis habetur. facit
elegans dictum domini Cardinalis in capitu. penultimo,
de clericis coniugatis. vbi dixit, quòd causa expressa in
procemio legis præsumitur esse finalis. Et optime facit
capitulum, ex multa. de vo. & quod ibi no. dominus Ab-
bas. & sic stat ex istis conclusio verissima, quòd lex, seu
statutum regulatur, & ampliatur, & declaratur ex ver-
bis positis in procemio, & in præfatione tanquam a cau-
sa potissima finali mentis ipsorum statuentium. Modo
in proposito nostro dicitur in proœmio ipsius statuti Cẽ
ti, quòd illud statutum emanauit ad hoc, vt masculi &
coniũcti ex linea paterna sustineant onera episcopatus,
& honores domus. ista ergo ratio est idem, quòd dispo-
sitio: & militat in omni fœmina, siue veniat ex parte ma
terna, siue veniat ex paterna. vnde fauor agnationis con-
sistit in masculis venientibus ab ipsa agnatione. fœminæ
enim transeunt in alienas familias, adeo quòd dicebat
Bartolus in lege, quoties. C. de priuile. scholar. libro 12.
4 quòd † si aliquis habuit priuilegium pro se, & suis descen
dentibus, masculis, & fœminis, quòd non veniunt filiæ
maritatæ: quia iam effectę sunt de aliena familia. & sic ista
agnatio non conseruatur in fœminis: sed in ipsis mascu-
lis, & in eis consistit & conseruatur honor domus & fa-
miliæ: & in l. j. §. seruus. ff. de ven. inspici. Et nedum istam
considerationem habuit lex municipalis moderna: sed
etiam illam habuit lex Mosayca, & diuina: vt stanti-
bus masculis fœmina non inuitaretur ad successionem:
vt habetur Numeri. 26. c. vt refert Ange. consi. 299. Sali.
in l. 1. C. de summa tri. vnde sequitur necessariò, ꝙ istud
statutum disposuit, ꝙ soror excludat̃ stante agnato ma-
sculo, per quem conseruatur domus & agnatio. Istis p̄-
5 suppositis, arguo sic inconuincibiliter, vbicũque † mẽs
& ratio ipsorum statuentium concurrit ad aliquem a-
ctum, posito ꝙ verba illud apertè non dicant: tamẽ nos
capimus mentem & intentionem ipsorum statuentiũ.
verba enim debent deseruire menti ipsius proferentis,
tex. est in capitu. secundò requiris. de appellat. capitu. in-
telligentia. & capitu. præterea. de verborum signi. 1. q. 1.
c. Marchion. capi. fi. de præbend. l. pater. §. fundum. & ibi
Barto. ff. de lega. 3. l. 3. C. de liber. præteri. vbi est textus, ꝙ
quando manifestissimus est sensus testatoris, nusquam
interpretatio verborum tantum valet, vt melior sensu
existat. l. cum mulier. ff. soluto matrimonio. gloss. in l.
tale pactum. §. fi. ff. de pact. & in cle. 1. de rescrip. & est tex-

tus

tus pro illis gloss. melior de iure scire oportet. §. & si maxime. ff. de excu. tuto. & not. Angel. consilio 32. sed in casu istius statuti mens & voluntas statuentium fuit excludere foeminas, & includere agnatos, vt dictum est. licet ergo verba ipsius statuti dicant, ꝙ agnati masculi excludāt matrem, & venientem per lineam maternam: nihilominus excluditur soror: quia ista fuit voluntas statuētium: quæ etiam colligitur ex verbis istius statuti, dum dicit, vt masculi & coniuncti per lineam paternam. vnde istud statutum etiam ex verbis suis clarissimis excludit sorores defunctæ personæ, ex eo quia dicit, vt masculi & coniuncti per lineam paternam. vnde considerat duo, videlicet, ꝙ si de masculis & de linea paterna. vnde licet istæ sorores sint de linea paterna: tamen non sunt masculi, & sic nedū istud statutum excludit sorores defunctæ personæ quoad mentem: sed etiam quo ad verba sua formalia. ergo hr̄ perinde, ac si ipsas foeminas venientes ex linea paterna exclusisset: posito ꝙ sola mens statuti concurreret: sed concurrit voluntas statuentium & verba. ergo sequitur, ꝙ istæ sorores sunt exclusæ a successione fratrū, stante isto patruo. Et ideo dixit Bal. in consilio superius allegato, ꝙ eo ipso, ꝙ statutū exprimit agnatos, excludit sorores defunctæ personæ: maximè quia istud statutum est fauorabile, & principaliter emanauit in fauorem agnationis & in fauorem episcopatus: & sic in fauorem publicum, ergo est extendendum: quia non in odiū fęminarum emanauit, sed principaliter in fauorem do-

6 mus. ergo † debet attendi fauor, & sic extendi. l. si quis nec causam. ff. si certū petatur. l. qui exceptionem. ff. de cōdi. indebi. gloss. in l. veniam. C. de in ius vocand. & in l. sed si hac. §. fin. ff. eod. titu. & gloss. in c. si propter. de rescrip. lib. 6. & in c. sciant cuncti. de elec. lib. 6. & Ange. in d. §. fina. dicit, ꝙ tunc extenditur fauor, non odium, licet in eius cōsequentiam venit illud odium. allegat simile de capit. si quis suadente. 17. q. 4. vbi fit extensio non eo respectu: quia poenalis: sed quia in fauorem clericorum emanauit: ita multo magis debet extendi istud statutum, vt patruus excludat istas sorores: licet in veritate non sit opus extensione: quia verba statuti sunt clarissima. Et ideo multum eleganter dicebat Bald. in d. l. venia. quòd si cauetur statuto, quòd filius excludat filiā, quòd nepos ex filio excludet filiam, & pur illud statutū loquitur in filio, non in nepote: & tamen extenditur: quia in fauorē masculorum emanauit. & ibi dicit dominus Rapha. Fulgo. ꝙ etiam excludet filiam filiæ: & sic non solum extenditur fauor ex parte masculi excludentis, sed etiam extēditur odium in consequentiam ex parte fęminæ exclusæ: vnde posito ꝙ in casu istius statuti non comprehēderetur soror ex verbis: tamen quia comprehenditur in ratione & mente statuentium, non dr̄ extensio, sed cōprehensio. & est optimus tex. in l. his solis. C. de reuo. donat. quanto fortius, qa verba & mens statuti hoc patiuntur, & etiam expressè disponunt. Præterea accedat, quod pulchre voluit Bar. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertullia. vbi di-

7 cit, statuto † ciuitatis Florentiæ cauetur, ꝙ mater nō succedat filijs stantibus agnatis, ꝙ agnati non solum excludunt matrem, sed etiam excludunt oēs alias fęminas: & sic excludunt sorores, & amitas. Et inquit, si dicas, ꝙ istud statutum excludit nominatim matrē, ergo nō alij excluduntur, seu aliæ: vt l. tutelas. ff. de capi. dimi. respondet ibi Barto. ꝙ ex eo capite, quo mater excluditur, aliæ foeminæ, vel alij agnati excluduntur. & sic agnati videntur excludere reliquos alios, vt ibi latissime scribit Barto. & refert se consuluisse in quæstione facti. cum ergo in casu nostro istud statutum loquatur dispositiue, quod est minus dubium: quia non loquitur per ablatiuos absolute positos, sed claris verbis disponit, vocando illos agnatos ad successionem mortuorum, & excludendo foeminas.

8 Præterea facit, quod dixit Bald. in l. si defunctus. de suis & legitim. vbi quærit de illa quæstione Barto. statuto † inquit, cauetur, ꝙ agnati masculi præferantur matri, & auiæ maternæ, ꝙ præferentur amitæ, licet amita sit agnata: qa qd̄ mr̄i, & auiæ detrahit̄, ipsis agnatis accrescit, & dicit, quòd non est text. melior in iure illo. & allegat Bart. in l. 2. §. videndum. & refert alios contradicere, dicentes, ꝙ si amita est in priori gradu, quàm agnati, quòd ipsa succedet, & non mater, vel auia materna: cum sint exclusę per agnatos masculos. patrocinatur ergo amitæ statutum per exclusionem matris & auiæ. Postea dicit, quòd si quis vellet tenere opinionem agnatorum masculorum, posset allegare pro se id, quod not. Cyn. in l. j. C. quæ sit longua consuetu. vbi dicit, quòd debet attendi ratio statuti: nam statuta, quibus possunt adaptari regulæ iuris, debent intelligi secundum regulas iuris, & argumenta legum: vt not. in capitu. j. de gradi. success. in feud. & in capitu. j. §. sancimus. de feud. cogni. & in capitu. com dilectus. de consue. & multo fortius recipiunt interpretationem viuæ rationis, & viuæ æquitatis. l. si serui vestri. C. de noxa. Sed per viuam rationem probatur, quòd si agnati excludunt matrem defunctæ personæ, excludunt amitam, ratio secundum Bald. ibi hæc est: si ex dispositione legis vinco vincentem te: ergo multo magis vinco te. & postea ibi Bald. dicit consideranda esse verba statuti: vtrum ponant agnatum conditionaliter ad excludendam matrē, & tunc nō excludit amitam: sed bene excludit matrem, aut sunt verba dispositiua inuitando agnatos ad successionem: & tunc excludunt matrem & etiam amitam. & allegat Barto. ita consuluisse. Et sic concludit ibi Bald. quòd si statutum inuitat agnatos ad succedendum, excludendo matrem: licet non facit mentionem de amita. tamen amita excluditur ab agnatis: ita & multo fortius in casu nostro excludentur sorores ipsorum fratrum defunctorum ab isto patruo: quia statutum istud loquitur de agnatis masculis per lineam paternam, vt excludant matrem, & uenientes per lineam maternam, & sic videntur exclusæ sorores: & licet Bald. aliter voluerit in l. illā. C. de colla. tamen in d. l. si defunctus. concurrit cum dicto & consilio Bartol. & ista via est tenenda: quia fauet agnationi & familiæ, & oneribus episcopatus supportandis: & quia ita voluit statutum prædictum, vt apparet ex sua præfatione, quæ est causa finalis ipsorum statuentiū: vt voluit Bal. in l. j. C. de fal. cau. adiec. leg. & superius fuit dictum. Præterea facit, quod no. Bald. in l. maximum vi-

9 tium. C. de lib. præte. in princ. vbi inqt, statuto † canetur, ꝙ filia foemina non succedat stantibus masculis, modo filia decessit vno patre relicta nepte ex ea, an dicta neptis succedat auo, simul cum masculis: & concludit ibi ꝙ non: quia eo ipso quòd masculi includuntur, videtur exclusæ foeminæ: nā inclusio vnius ē exclusio omniū aliorum. l. quod in rerum. §. si quis post. ff. de le. j. dicit etiam: quia cum ratio statuti sit fauor agnationis, quinimo fauor publicus conseruandarum familiarum. Et cum eadem ratio sit in excludenda nepte, quæ in excludēda matre: ergo idem debet intelligi statutum, tam in nepte, q̄ in ipsa matre, argumen. l. filium habeo. ff. ad maced. nec melioris conditionis debet esse neptis, quàm filia. l. si viua matre. C. de bonis, & mat. & idem dicit in filio ipsius filiæ. Ita dicamus in casu nostro, si est exclusa mater in successione filiorum propter fauorem agnatorum: ergo multo fortius est exclusa filia, & sic soror ipsorū fratrum morientium: nec est dare rationem diuersitatis, imo multo fortius sunt exclusæ filiæ ab ipso statuto, si exclusa est mater. facit d. l. si defunctus. vbi est melior tex. de corpore iuris: secundùm Bal. ibi, & istud etiam sequitur bonæ memoriæ doctor dom. Bartholomeus de Sali. in præalleg. l. maximum vitium. & sic videtur ex supradictis, quòd istæ sorores sunt exclusæ ab ipso patruo.

¶ Nec obstant allegata in contrarium. Primò cum dicitur, ꝙ de iure communi sorores succedunt fratrib. quia concedo. cum verò dicitur, ꝙ statutum eas nō excludit, hoc negatur: quia imo eas excludit, vt superius est dictū: ex eo quia inuitat agnatos masculos per lineam paternam ad successionem mortuorum. ergo excludit agnatas foeminas. Item quia in præfatione satis appatet

ret: vt dictum est superius. Item in verbis statuti satis hoc colligitur. Item quia ex mente ipsorũ statuentiũ & ratione vrgẽti, & ex solẽni doctrina Bar. consulẽtis, vt iã superius est demõstratum, istud statutũ excludit sorores defunctæ personæ. stãte patruo ex parte & linea paterna. Et sic tollitur istud: cum dr̃, ꝙ istæ sorores veniunt ex linea paterna: qa si statutũ inuitat ad successionẽ agnatos masculos veniẽtes per lineã paternã: ergo excludit agnatas feminas venientes per lineã paternã: vt est dictũ. Nec obstat, cũ allegat̃, ꝙ statutũ, cui potest adapari regula iuris &c. qa imo huic statutũ nõ põt adaptari regula iuris disponentis, sorores succedere fratribus: quia istud statutum disponit contrarium, & illud argumenũ facit Bald. in d. l. si defunctus. & tamen ibi sequitur consilium Bart. Nec ob. cum dicitur, ꝙ exhæredare aliquem debet fieri nominatim: qa illud procedit, qñ exhæredatio fit ab homine, & etiam procedit illud eo casu, quo quis instituendus est, & ita procedunt allegata in contrarinm: sed iste nõ est casus noster: primo quia istæ sorores non sunt instituẽdæ de necessitate iuris ab ipsis fratribns, vt l. fratres. C. de inoff. testamento. & etiam quia ista exhæredatio, si exhæredatio dici possit, fit a statuto, & sic a lege. & etiam qa illud argumentum format Bal. in præalleg. l. si defunctus. & tamen sequitur consilium Bartol. sed nos sumus in casu, in quo fratres non cogebantur isto casu instituere sorores: & quia etiam statutum disponit, ꝙ sorores non succedunt, vt est superius dictum. Nec obstat, cum allegatur dictum Bal. in d. l. illam. quia ipse Bal. in dicta l. si defunctus. tenet contra, & sequitur opinionem Bart. & etiam quia loquitur in alio casu, quàm in casu nostro: qa in nostro casu apparet ex præfatione ipsius statuti, volentis agnatos masculos per lineam paternam prouenientes excludere matrem &c. Et sic in casu nostro apparet expresè, quòd istud statutum voluit includere agnatos masculos lineæ paternæ, & excludere fœminas. & isto casu non loquitnr Bald. Et sic ex istis concludo istum patruum præferri sororibus in successione ipsius defuncti. Et ita conclndo.

EPITOME.

¶In causis, siue suapte natura, siue rescripto principis summariis, non est iuramentum calumniè exclusum: imo quia in hac causa etiã summaria vtroque modo, iurari de calumnia petitum fuerat, nec iuratum est, processus est nullus.

SVMMARIVM.

Iuramentum de calumnia in extraordinarijs summarijs causis deferri potest. nu. 1.

Iudicium est nullum in quo, cum esset petitum de calumnia iurari iuratum non est, nu. 4.

Rescriptum principis, quo iuramentum de calumnia remittitur, nisi clausulam, non obstante lege illa, habeat, nullius est momenti. nu. 8.

CONSILIVM XLIX.

QVia Præsens consultatio subtiliter, & copiose decisa est per celeberrimum dominum consulentem. ideo paucula in medium afferam. Et primo facit dubium: quia causa ista de sui natura est summaria, vt apparet ex dispositione statuti: & postea concurrit rescriptum superioris, in quo etiam facit illam summariam, & sic concurrunt duo vincula. adeo quòd nullo modo sit opus iurare de calumnia in causa ista, argumen. l. fina. C. ad l. falcid. & l. autiquæ. C. ad Velleia. & in l. in contractibus. §. de illo. C. de non numer. pecun. & gloss. in l. cum scimus. C. de agri. & censit. lib. 11. & cle. cum a repulsione. de appellationibus. Vnde Bar. quem allegat dominus consulens in d. l. 2. C. de iura. calum. in versicu. tertio principaliter quæro. dicit, ꝙ quędam est causa ciuilis & extraordinaria, in qua non sit litis contestatio: & tunc dicit se putare, ꝙ iuretur de calumnia semper, cum iudex exposceret, secundum formam iuris antiqui, vt l. j. C. de iura. calum. & sic Bartol. sentit, ꝙ tunc in causa summaria est iurandum de calum. cum iudex hoc petit, & sic videtur sentire, ꝙ hoc stet in posse, & officio iudicis: ergo sequitur, ꝙ iudex non arctatur, nec cogitur ad hoc, vt exposcat partem iurare de calumnia: quia non compellitur iudex facere illud, quod potest ex officio suo facere. l. consentaneum. C. quomodo & quãdo iud. & per Bar. & Bal. in l. j. eo. ti. & in l. j. ff. de mag. conuen. gl. in c. licet causam. de proba. & per modernos ibi. & in c. significarunt. de testi. facit l. non quicqnid. ff. de iudi. Vnde licet quãdo iudex peteret, ꝙ in causa summaria pars iuraret de calumnia, pars teneatnr iurare: non tamẽ sequitur, ꝙ si iudex hoc nõ petat, & pars hoc petat, quòd tunc teneatur actor iurare de calumnia ad petitionem rei: vnde si subtiliter ponderetur Barto. videtur voluisse, ꝙ in causa summaria actor non tenetur iurare de calumnia, nisi quatenus velit & exposcat iudex: sed in casu nostro iudex hoc non petit. ergo sequitur, ꝙ processus non reddit̃ nullus: nec tenebitur actor in ista causa iurare ad petitionem rei, postquam iudex non petijt istud iuramentum subeundum esse per ipsum actorem: & sic multominus in causa ista, cum sit effecta summaria ex duplici dispositione, scilicet ex iure municipali, & ex rescripto principis rescribentis. Et ista erant, quæ præsentem consultationem reddebant dubiam, quibus visis diligenter & accurate examinatis apparebit veritas indubitata. ¶Et licet ista sint colorata, tamen casum nostrum non attingunt: ideo illis non obstantibus, contrarium puto de iu-
1 re verius: & allego tex. formalem, & apertum, ꝙ † in causa summaria & extraordinaria, siue ex dispositione legis, siue ex dispositione superioris non est exclusum iuramentum calumniæ, iste est tex. in cle. sæpe. de verborum significatione. in prin. in versiculo, sancimus, vt iudex, cui causam committimus simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij citationem ac præstationem iuramenti de calumnia, vel malitia, siue de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commissionem huiusmodi non excludit. vbi est text. pro ista quæstione, ꝙ per commissionem factam a superiore, vt summarie in causa procedatur, non excluditur iuramentũ calumniæ, & sic pro ista cõsultatione est ibi casus, ꝙ licet causa sit effecta summaria ex rescripto principis, vel ex dispositione iuris, non est propter hoc exclusum iuramentum calumniæ: & de illo text. facit mentionem dominus Bal. in c. j. de iura. calumnię, in antiquis. ad hoc, ꝙ in causa summaria requiritur iuramentum calumniæ. Et etiam illum text. ad hoc allegat dominus, & consiculus meus dominus Archiepiscopus Panormitanus in d. capitu. j. post alios, & subdit Matthęus comentator clementinarum in d. cle. sæpe: ꝙ licet iuramẽtum dę calumnia posit tacite omitti in causis ordinarijs: vt in c. 1. de iura. calumniæ. libr. 6. non tamen tacite omitri potest in summarijs per id, quod not. in Spec. de iura. calumniæ. §. nunc dicamus. versic. si & licet gloss. in d. cle. sæpe. non teneat istud dictum Mat-
2 thæi. tamen videtur esse verisimum, vt non † posit tacite omitti in causa summaria, per tex. in cle. volentis nõ esse excludi iuramentum: cum si tacite posset omitti nõ est dubium, ꝙ excluderetur: sed nõ potest excludi. ergo nõ potest tacite omitti. Et si subtiliter ponderetur. c. 1. de iura. calumniæ. lib. 6. non dicit contrarium. loquitur enim in causa ordinaria, vt apparet in principio illius tex. dum dicit, in primo litis exordio. & in versicu. poterit in qualibet parte litis: quia intelligitur ordinarie, & cum postea dicitur, propter omissum quoque tacite in tota causa calumniæ iuramentum, processus aliàs factus legitime, non est nullus: intelligitur in causa ordinaria. Vnde sequi-

de sequitur ex hoc dicto Matthęi, ꝙ posito, ꝙ in ista causa summaria non fuisset petitum iurari de calumnia: nihilominus processus iste erit ipso iure nullus, cum non fuerit omissum, imo fuit expresse petitum iurari de calumnia: & tamen non fuit præstitum tale iuramentum, oportet ergo insistere super dicto Matthęi: & gl. in dicta clementina sæpe. Et facit optime text. in dicta leg. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. noui nuncia. vbi in interdicto
3 † de noui operis nunci. iuratur de calumnia, qd iudiciũ est extraordinarium: qa omnia interdicta sunt extraordinaria: vt insti. de interdictis. §. fin. & sic ex istis apparet manifestissima conclusio, ꝙ debuit iurari de calumnia, siue causa fuerit summaria, sine ordinaria effecta. Ex eo maxime: quia ille Imolensis petijt litem contestari, quo casu videtur voluisse causam agitari ordinarie, quod facere possunt partes. ita dixit Ange. in l. causam. ff. de manu. titulo generali, se consuluisse Bononiæ, & optime facit, quod not. dominus Petrus de Ancharano in dicta clementina sæpe. & quod notant moderni in capitulo ad nostram. el 3. de iureiurando, & eo maxime: quia in fauorem ipsius Imolensis fuit introductum, ꝙ dicta causa esset summaria, ergo potuit renũciare suo fauori, vt c. ad apostolicam. & capitulo porrectum. de regular. lege, si quis. in conscribendo. C. de pac. cum simi. Quod autem pro parte ipsius Nigliseli fuerit petitum iurari de calumnia, apparet ex ipsa petitione, cũ dicit cõtenta in ipsa supplicatione, sub libello non esse vera, imo aliena a veritate iuris & facti. & calumniose instituta, petens per prius deferri iuramentum calumniæ, dictę parti aduersæ, aliter protestatur de nullitate processus. Vnde tũc succedit re-
4 gula omnium scribentium, ꝙ si † est petitum iurari de calumnia, & non est iuratum, iudicium est nullum, ita dixit Bart. in d. l. de pupillo. §. qui opus. & Iacobus But. in l. 2. §. sed qa. C. de iura. calumniæ. vbi dicit, ꝙ cauti procuratores dum respondent ad libellum, negant narrata, prout narrantur vera esse, & fieri debere, & in fine subiungunt iurari de calumnia, & vlterius non curant insistere: vt si postea iuramentum non præstetur, iudicium redd atur nullum. & ita intelligatur capitulum primum. de iura. calumniæ. libro sexto. facit, quod no. Ioan. Andreas in ca. j.
5 de libel. obla. vbi dicit, quòd libelli † oblatio est de substãtia, si petatur: aliàs sufficit qualisqualis petitio: vt per glo. in præallega. clementi. sæpe. & facit in similib. quod dixit gloss. in capitu. vxor fœlicis 17. quæstione. 4. quòd induciæ deliberatoriæ ad respondendum libello sunt de substantia iudicij, si petantur: adeo quòd reddunt iudicium nullum, si non dentur. & idem voluit glossa in dicta clementina sæpe. Ita dicamus in casu nostro, quòd istud iudicium est nullum: cum non fuerit iuratum, vt fuit petitum. Et si quispiam dixerit, non esse petitum aliquid ab illo Imolesio, vt iuraret de calumnia. ad hoc dicendum, quòd immo petiit istud iuramentum præstari in debita forma: nam, vt dixit text. in d. §. qui opus. hoc in iusiurandũ auctore prætore defertur: vbi colligitur optima practica, & illa practica est vsus procurator in isto processu: nam debet peti iuramentum calumniæ a iudice deferri: vnde verba ex dispositione iuris concipiunt impersonaliter. ita decidit text. in dict. §. qui opus. in versicul. iusiurandum. exigatur. ecce nunc qualiter petitur iuramentum exigi auctore prætore. & sic optima practica & vera vsus fuit iste pcurator ex parte dicti Nigliselli, & istud etiam voluit Iacob. Butrigar. cum vtitur practica, quòd procurator in fine petit iurari de calumnia, & sic verba concipiuntur impersonaliter. Facit, quod not. dominus Antonius in repertorio iuris ciuilis in litera. C. calumn.
6 iuramentum. vbi dicit, quòd † in omni iuramento, quod debet in iudicio deferri, est deferendum a iudice in iudicio: nec pars tenetur iurare, nisi a iudice deferatur: ita tenet Ioannes Andreas in capitu. vltra tertiam. de testib. & Bld. in l. 3. in principio. ff. de iureiurando. & in repetitione. l. 2. eod. titu. Et ideo dixit Lodouicus Romanus In dicto §. qui opus. quòd iudex non compellit partes iurare de calumnia, si hoc non fuit ab eo postulatum. & sic optima fuit ista practica, quòd peteretur a iudice iuramentum calumniæ deferri. Facit. l. videamus. §. deferre. ff. de in litem iuran. & dicta. l. 3. in principio de iureiurando. vbi omne iuramentum siue iudiciarium, siue necessarium, siue conuentionale; est a iudice deferendum patri. & ratio optima & subtilis esse potest: quia ille, qui iurat, inducitur vt testis: vt l. fina. C. de fideicomm. testis autem, qui se sponte ingerit, est suspectus: vt l. quę omnia. ff. de procura. & sic fuit seruata hoc casu practica iuris. Pre-
7 terea, tunc iudicium agitatum sine † iuramento calumniæ valet & tenet, quando tale iuramentum est omissum tacite. ita dicit text. in capitu. j. de iura. calumniæ. libr. 6. ver. propter omissum quoque. sed in casu nostro non fuit omissum tacite, imo fuit expresse petitum a iudice deferri: vt etiam dicit dominus consulens. ergo sequitur, ꝙ processus est nullus: nam eo ipso, quòd est petitum iurari, & non iuratur, præsumitur, quòd aduersarius intendit calumniari, vt dicit dominus Petrus de Ancharano in dicto c. j. quia calumnijs est obuiandum. clem. vt calumnijs. de re iudicata. capit. calumniam. de pęni. cum simillibus. ergo sequitur, ꝙ processus est nullus. Nec obstant allegata in contrarium. Primo cum dicitur, ꝙ cõcurrit ius municipale, & rescriptum superioris, quòd ista causa sit summaria concedo. ergo non est iurandum in ea de calumnia: istud nego. & nõ sequit̃: quia omnis causa posito ꝙ sit summaria, requirit iuramentum calumniæ: vt in d. cle. sæpe. & in d. §. qui opus. & dixit Bald. in d. ca. 2. vnde non præsumitur princeps per suum rescriptum voluisse tollere iuramentum calumniæ: vt est tex. in d. clemen. sæpe. Et ideo dixit gloss. & Salyc. in d. l. 2. §. sed quia. C. de iu-
8 ramen. calumniæ. ꝙ per † rescriptum principis potest remitti iuramentum calumniæ, dummodo dicat, non obstãte. illa lege: aliàs rescriptum nõ teneret, & sic superior per istud suũ rescriptũ nõ tollit iuramentum calumniæ præstandum: vt in d. cle. sæpe. vnde ex dispositione statuti licet causa sit summaria: tmen est iurandum de calumnia. licet postea superior etiam faciat illam causam summariam: quæ tamen erat summaria, non tollit illud iuramentum præstãdum, & sic non obstat illa geminatio. Nec obs. cum allegatur dictũ Bar. dum dicit in causa summaria esse iurandum de calumnia, cum iudex exposcat: quia non propter hoc dicit, ꝙ non sit iurandum, si per partem non petatur: vt in d. cle. sæpe. & in d. §. qui opus. quinimo si aliquid potest facere iudex ex officio, & non faciat, non punitur: vt dicit Barto. in l. consentaneum. & do. Anto. in c. venerabilis. de iudi. sed quando petitur, tũc iudex tenetur impartiri officium suum, aliàs punitur. ideo dixit Specu. in titu. de offi. iudi. §. impedit. post prin.
9 ꝙ non † potest appellari a iudice, si non fecit illud, quod facere potuit ex suo officio, vt l. non quicquid. ff. de iudi. illud procedit, quando non fuit petitum, secus si fuit petitum. facit glo. notabilis in c. fina. de rescriptis. modò in casu nostro posito ꝙ istud iuramentum deberet deferri, quando iudex hoc exposcat, quod procedit, nisi apertè petatur, & in casu nostro fuit petitum. ergo. Item quia in causa summaria potest peti iuramentum calumniæ deferri, vt dictum est. Et sic cõcludo processum esse nullum, & partes iudicis esse in declarãdo ipsum processum nullum: & ita concludo.

EPITOME.

¶ Qui percipiebant baptismatis sacramentum in ecclesia plebanali, & alia in parochiali, recusabant decimas personales iccirco plebanali soluere, quòd per longissimum tempus nihil soluissent: Sed Barb. respondet, partem illarum dictæ plebanali deberi, quæ tanta erit, quanta solet ab aliis dari, nec temporis diuturnitatem momentum habere.

SVMMA-

SVMMARIVM.

Decimæ personalis pars ecclesiæ plebanali, in qua baptismus suscipitur, pars alij, in qua alia sacramenta percipiuntur, & diuina audiuntur, debetur. nu. 2. & 3.

Priuilegio quæsibilia, præscriptione quoque quæri possunt ab ijs, qui ea possidere possunt. nu. 5.

Decima personalis est iuris diuini, nec consuetudine tolli potest. nu. 7.

Decimæ sunt a quolibet soluendæ, nisi speciali Papæ priuilegio sit exemptus. nu. 12.

CONSILIVM L.

IN puncto isto, videlicet cum
quæritur, ecclesia ple
banalis habet certas capellas curatas in
suo plebanatu, & parochiani illarũ reci
piunt sacramentum baptismatis in illa
ecclesia plebanali, & decimas soluunt di
ctæ ecclesiæ plebanali, illa de causa: quia in ea percipiunt
sacramentum baptismatis in recompensationem illius
oneris. Modo extat vna ex illis capellis sita in plebanatu
dictæ plebis, cuius capellæ parochiani percipiunt sacra-
menta baptismatis in dicta ecclesia plebanali, nec volũt
aliquid soluere loco decimæ dictæ plebi in recompensa-
tionem oneris: & allegant, ꝙ ex tempore, cuius non ex-
tat memoria in cõtrarium, nunq̃ soluerunt aliquid loco
decimæ dictæ plebi, in recompẽsationẽ dicti oneris. per
rectores tñ dictæ plebis fuit cõtradictũ ipsis parochianis:
vt soluerẽt illã decimã dictæ plebi rõne dicti oneris, sicut
soluũt alij parochiani percipiẽtes sacramentũ baptisma-
tis in d. plebe. Et videtur dicãdũ, ꝙ omnimodo cõpellan
tur, & cogantur ad solutionem dictæ decimæ. Et primo
præmitto illud, quod disputat glo. in capitu. cum contin-
1 gat. de deci. vbi quærit, an † decima debeatur ecclesiæ ba
ptismali: & concldit ꝙ sic. & idem voluit glos. in capitu.
statuimus. & in cap. quicunque. 17. q. j. & Innocẽn. Hosti.
& Ioann. de Imo. in d. cap. cum contingat. & firmant ibi
omnes scribentes & in cap. ex transmissa. de præscrip. &
Hostien. in summa. de decimis. §. cui danda est decima. in
prin. vbi concludit, ꝙ est danda ecclesiæ baptismali, alle-
gat. cap. quæsti. 16. q. j. §. j. 13. q. j. vnde Ioann. And. in addi.
Specu. in tit. de deci. late reassumit articulum istum, & la-
te D. Anton. in d. cap. cum contingat. & latissime ibi reue
rendissimus dominus Archiepiscopus Panormitanus
cõsiculus meus. Et quidem conclusio istorum patrum
circa istum articulum est talis, ꝙ si quærimus de decima
2 † personali, & iste est casus consultationis huius, talis de-
cima personalis spectat ad ecclesiam parochialem, in
qua quis audit diuina & percipit sacramenta ecclesiasti-
ca: vt in dic. capitu. quæsti. cum sua gloss. & in capitu. fina.
de parrochia. & in dic. capitu. ad apostolicæ. de deci. & in
hoc omnes doctores sunt concordes. Sed remanet vna
dubitatio, ꝙ sæpenumero quis percipit ecclesiastica sa-
cramenta in vna parochia, & sacramenta baptismatis
percipit in ecclesia baptismali, & plebanali, seu matrici:
& iste est casus noster formalis, & sic non potest dici, ꝙ
omnia sacramenta percipiantur in ecclesia parochiali.
vnde refert Ioan. An. in præalle. addi. quosdam tenere, ꝙ
cum baptismus sit ianua omnium sacramentorum: vt
in cap. fina. de presby. non baptiza. & sic sit notabilius &
excellentius sacramentum alijs sacramentis: ꝙ ratione
huius sacramenti debet ecclesia baptismalis habere par-
tẽ decimarum personalium, quod videtur satis rationi
consonum, & bene facit, quod not. Innocent. in capitul.
de his. de sepultu. vbi quærit Innocen. pone, ꝙ aliquis in
3 sua parochia audit † diuina, & in plebe percipit sacramen
ta, cui debeatur canonica portio, concludit hic Innocẽ.
quòd fiet diuisio inter eas. facit, capitu. j. eod. titu. & idem
firmat Ioann. Andr. in capitu. de his. & ibi D. Anton. D.
Petr. & communiter omnes. & idem etiam firmat idem
Petr. de Ancharan. in capitu. 2. de sepul. libr. 6. facit text.
in d. capitu. 2. & ibi etiam scribentes. Panormitanus in d.
capitu. de his. quærit, quid si parochia audit diuina, & in
plebe percipit sacramenta: decidit, quòd superior arbitra
bitur inter eas condignam portionem considerata qua-
litate liberorum, argumen. l. Seio. ff. de annu. legat. & al-
legant doct. in capitu. cum contingat. quod habetur in
capitu. nouum genus, & dicunt in hoc esse standum con
suetudini, si de consuetudine appareat. ita recitat præ-
fatus D. Archiepiscopus in dic. capitu. cum contingat. &
ita residet: quasi velint præfati scribentes, quòd si con-
suetudo disponit, quòd totum illud, quod debet habere
ecclesia baptismalis, habeat capella curata, & sic ipsi pa-
rochiani totum soluunt ecclesiæ curatæ, quæ est eorum
parochia: tunc illud totum debeatur ecclesiæ parochia-
4 li. Item est standum † consuetudini, quanta portio deci-
mæ personalis debeatur ecclesiæ baptismali, propter
onus præstandi sacramentum baptismatis. Modo in
proposito nostro omnes parochiani aliarũ capellarum
curatarum sitarum in territorio dictæ plebis soluunt cer
tam partem decimæ personalis dictæ plebi, propter sa-
cramenta baptismatis, quæ in illa recipiunt: & etiam sol-
uunt suæ ecclesiæ parochiali decimam. isti vero paro-
chiani vnius capellæ non volunt soluere partem deci-
marum dictæ plebi, nec soluunt suæ parochiæ, & sic lu-
crifaciunt sibi illam partem decimæ personalis: & cla-
rum est, quòd ad quem spectat onus, debet spectare emo
lumentum. 12. q. 2. capitu. charitatem. cap. quicunque. &
c. ecclesiasticis. & in capi. cum secundum Apostolum. de
præben. cum si. vnde ex istis apparet clarissime, ꝙ ista ec-
clesia plebanalis debet habere partem decimæ persona-
lis ab istis parochianis recipientibus sacramenta baptis-
matis in dicta ecclesia plebanali: & talis portio erit tãta,
quanta arbitrabitur superior, qui debebit habere consi-
derationem ad laborem: vt in d. l. Seio. vel erit tãta, quã-
ta determinabitur per consuetudinem aliarum ecclesia-
rum parochialium vicinarum, ar. cap. olim. de consue. &
ista est pura & indubitata veritas. ¶ Restat nunc videre:
quia isti parochiani dicunt per longissima tempora non
soluisse. ergo sequitur, ꝙ sunt exempti, & per consequẽs
non possunt compelli illam soluere: qa diuturnitas tem
poris, cuius non extat memoria in contrarium, inducit
priuilegium. l. j. ad fin. l. in concedendo. ff. de aqua plu. ar-
cen. c. super quibusdam. §. præterea, de verbo. signi. l. hoc
iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quoti. & æsti. & ibi dixit Ang.
ꝙ doceatur, ꝙ memoria hominum in contrarium non
existat, & allegetur ductus aquæ a Cesare concessus. nam
licet non doceatur de priuilegio: tamen ille ductus iure
seruitutis habetur. l. vsum aquæ. & l. diligẽter. C. de aque-
du. libro 11. & ibi subdit, ꝙ si nobilis est vsus imperio per
tantum tempus, cuius initij memoria nõ existit, & dicit
se exercuisse auctoritate Cesarea, licet priuilegium non
ostendat, tamen sufficit, & ibi etiam dicit, quod si ciui-
tas ignorante Papa, vel Cesare exercuit merum impe-
rium per tempus, cuius non existat memoria in contra-
rium, ꝙ præscripsit illud ius: sed in casu nostro isti paro-
chiani per tempus, cuius non extat memoria in contra-
rium, non soluerunt partem huius decimæ dictæ eccle-
siæ plebanali, & tamen in ea perceperunt sacramenta ba
ptismatis: ergo sunt priuilegiati: & per consequens non
possunt ad hoc compelli in futurũ. Facit, quod pulchre
not. Bal. ĩ l. prouinciali. C. de seruit. vbi dicit, ꝙ si qua pdia
sunt in cluso Perusino, quæ non consueuerunt solue-
re tributum ecclesiæ, quòd non possunt compelli ad sol
uendum tributum: qa consuetudo specialis derogat ge-
nerali. Cum ergo in proposito isti parochiani non con-
sueuerunt soluere istam partem decimarum huic ple-
bi. ergo ista consuetudo specialis derogat generali con-
suetudini aliarum capellarum. Facit, quod not. reueren-
dus dominus Cardinalis Florentinus in c. cum apostoli-
ca. de his quæ fi. a præla. vbi dicit, ꝙ si laicus possedit deci-
mas, & allegat præscriptionem tanti temporis, cuius ini-

tij

tij memoria non existit:& allegat titulum sibi fuisse concessum ante concilium Lateranense: tūc præsumitur, ꝙ ante concilium fuerit sibi concessus, propter possessionem tanti temporis.facit,qđ no. in c.peruenit. de cēsi. & in l.qui in aliena.§. si non adierit.ff. de acquir. hære.l.si filius.C.de peti.hære.l.cum de in rem verso.ff.de vsur.Nec ob.si dicatur,ꝙ laicus non potest præscribere decimas:vt in ca. causam quæ. de rescri. quia respondet ibi dominus Cardinalis,ꝙ hoc casu, ꝙ laicus non tenebit decimas ex præscriptione:sed ex vi præscriptionis. & sic præsumitur adeptus titulum tempore permisso.s.ante concilium Lateranense.Ita dicamus in casu isto, ꝙ ex ista vetustate tēporis præsumuntur isti parochiani exempti.Facit, quod not.Io.An.in c.2.de præben.lib.6.vbi dicit,ꝙ l.cum de in rem verso.ff.de vsu.& similes procedunt in his, quæ possunt possideri per laicos secundum ius.postea ponit exēplum in iure decimarum: & sic sentit, ꝙ in decimis præsumitur titulus iustus ex cursu temporis, cuius non extat memoria in contrarium.Facit,quod scribunt doctores in d.c.2.vbi dicunt, ꝙ decimę ex speciali concessione cadunt in laicos,licet sint spirituales. Ita etiam dicunt in iure conferendi præbendas, maximè quando hoc iure vsi sunt tanto tempore, ꝙ non existit memoria in contrariū.& ibi dicit Io.mo. ꝙ sicut ex aliqua causa tale ius acquisiuerunt a principio:ita in eo debent cōseruari. Ita ergo erit dicendum in casu nostro.Facit,qđ ibi no.dominus Petrus de Ancharano, vbi dicit, ꝙ si non apparet, vtrum laicis decimæ,quas tenent,fuerint concessæ ante, vel post concilium Lateranense, ꝙ præsumitur pro laicis,si nō apparet alium nullo vnquam tempore illas possedisse: satis enim presumitur,ꝙ qui modo possidet,semper possederit,allegat no.p se in cle.literas.de rescri.& in rubrica,de spon.duo.& in c.in præsentia.de probat. & in d.c.cum apostolica.facit etiam,nam illa, quæ sunt quæsibilia priuilegio, sunt quæsibilia præscriptione.cap.duo simul.de officio ordi.maxime quando concurrit tempus, cuius memoria in contrarium non existit: vt in dicto §. præterea. & in dicto §.ductus aquæ. sed ius speciale est q̄sibile ipsi laico per priuilegiū, vnde Bald.in l.rescripta.C. de preci. impera. offer. loquens de potestate Papæ dicit. quod Papa potest committere mero laico. Facit gloss. in capitu.verum.32.distin.c.bene quidem.96.distinct. & in gloss. Menam.2. quæstione 5.& ibi etiam Bald.ponit exemplum de rege Vngariæ, & rege Angliæ conferentibus præbendas in suis regnis. ergo sequitur, quòd isti laici potuerunt ex tempore acquirere ius non soluendi istam partem decimæ personalis. Facit etiam: quia ista est decima personalis, quæ de consuetudine tolli potest, vt notant omnes theologi,& omnes summistæ, & doctores in c.parochianos. de deci.& in c.in aliqbus.Cū ergo de consuetudine isti parochiani nunquam soluerint.ergo ita erit,quòd in futurum non poterunt compelli. Et ista erant, quæ iudicio meo reddebant præsentem consultationem dubiam. ¶ Et licet ista sint colorata:tamen casum nostrum non attingunt: ideo illis non obstantibus,contrarium puto esse de iure verius, videlicet, quòd compellantur soluere debitam portionem decimæ personalis huic plebi, quod sic ostendo: illa,
5 quæ sunt quæsibilia † priuilegio, tunc sunt quæsibilia præscriptione, vel consuetudine, quando quærens est capax illa possidere.capitu.sine possessione. de regulis iuris libro sexto. & probatur in capitulo causam quæ. de præscript.vbi laicus non potest habere ius decimandi ex priuilegio, non autem ex præscriptione. & ibi dicit dominus archiepiscopus Panormitanus, quòd licet aliqua possint acquiri priuilegio:non tamē sequitur, ergo possunt acquiri ex tempore,puta præscriptione,vel consuetudine: nisi data capacitate possidentis, ita etiam voluit idem Dom. Archiepiscopus in dic.capitu. super quibusdam.§.præterea.Ita etiam dixit Ioann. An. Dom. Petrus de Ancharan.& dominus Dominicus in dic.capitu.2. de præbend.libro sexto.sed laicus non potest possidere ius non soluendi decimas, posito non tamen concesso, quòd Papa potuerit concedere istis laicis ius non soluendi decimam, non tamen potuerunt ex tempore acquirere ius exemptionis, & sic non soluendi. Et sic nec præscriptione,nec consuetudine potuerunt illud acquirere, Vnde multum singulariter dixit Ioan. monach. &
6 Ioan. An. in d.capitu.2.de præbend.in 6. quòd † tolerantia superioris non iustificat gestum,quantocunque tempore duret,in his, quæ non sunt quæsibilia sine principis consensu:vt in capitu.cum iamdudum.de præben. quòd dicit esse summe notandum: quia facit, quòd quantuncunque Papa toleret, vt decimæ per laicos non soluantur: non tamen videtur illud quæri posse per laicos, posito quòd ex tempore,cuius non extat memoria in contrarium,non soluerint.Et subdit Io.monaci non obstare iura dicentia, quòd memoria tanti temporis habet vim constituti:quia loquūtur de iure,ꝙ potest cadere in laicum absque auctoritate sedis Apostolicę, aliàs sola tolerantia non sufficeret,allegat.dic.capi.cum iamdudum. de præbend. & sic dicit intelligi debere. dic.l. cum de in rem verso.& simil.vbi est possibile secundum ius, vel p̄ter ius,vel contra ius, & ideo firmant ibi scribētes, quòd si laicus per centum annos non soluit decimam Papa tolerante. quòd nō propter hoc est exemptus a iure soluendi decimam.Modo ista ponunt gladium in præsenti consultatione ad radicem.posito, quòd ex tempore,cuius non extat memoria in contrarium, isti parochiani nō soluerint istam partem decimæ huic ecclesiæ baptismali.non tamen propter hoc erunt exempti:imo tanto magis peccatum infelicitat & aggrauat dominus delinquentium, quanto magis in ea perseuerant. Et ex hoc sublata sunt multa allegata superius in contrarium. Et si dicatur,quòd ista est decima personalis, quæ per consuetudinē tolli potest,vt voluerunt theologi, ad hoc respō. ꝙ imo est debita, iuxta illud psalmistæ, sumite psalmum & date timpanum,idest,sumite spiritualia,& date temporalia ministris ecclesiarum.vnde Innocen.in rubrica, de deci.damnat opinionem dicentium,decimas personales non esse de iure diuino,& dicit, ꝙ sunt quasi hæretici illud asserentes,& miratur de nouis theologis tenentibus contrarium:& dicit, ꝙ expressè est cautum contrarium Deuteronomi.12.capit.in princi.& etiam allegat rationem ex eo:quia maior est ratio, ꝙ quis det tributum de eo,quod producit manu sua,tanquam dignus: quàm de eo,quod producit humus.& hanc opinionem tenet In-
7 nocen.ꝙ † decima personalis sit de iure diuino,nec possit tolli cōsuetudine,quin debeatur. tenet & sequitur Io. An.in præallegat.capitu.in aliquibus. qui dicit, quòd ille text.non intendit diminuere decimas debitas a iure diuino: sed potius aggrauare solutionem decimarum: vt si sensus illius text. quòd decimæ prediales, & personales, quæ debentur,vt lege diuina, necessario sint soluēdæ, & non solum illæ,sed etiam illæ & aliæ,quæ debentur secūdum loci consuetudinem, qui intellectus congruit mirabiliter illi textui, & amicatur, & hanc opinionem sequitur verissimus iuris interpres & magnæ auctoritatis doctor Do.Anton.de Butrio, in capitu.parochianos. de deci.vbi refert se cōsuluisse multos theologos super isto passu,tam in confessione vel extra, & nunquam reperit vnum,qui sibi faceret conscientiam super solutione decimarum:sed ipse hoc damnat: & dicit tales non procul ab hæresi fore,cum omnes doctores ecclesiæ, qui fuerūt sancti & doctissimi viri, tenuerunt contrarium: vt Hieronymus, Augustinus, Gregorius & Ambrosius: vt habetur.17. quæstione prima, capitulo reuertimini. & capitu.decima.& cap.cau.questione septima.capitulo,quicunque.& capitulo.maiores.de consuetu.distinctione.5. quadragesima. & dicit se credere eos quasi dānatos, qui volunt credere istis asserentibus oppositum. & facit glo. in dicto capitulo, quicunque. quæ dicit, quòd etiam decimæ personales sint de iure diuino. & sic cum istæ decimæ personales sint debitæ de iure diuino,sequitur, quòd

isti

isti parochiani tenetur soluere partem decimarum personalium ecclesiæ plebanali: propter onus ecclesiæ in præstando eis sacramenta baptismatis: & eo maxime, cum alij parochiani aliarum capellarum sitarum in territorio dictæ plebis soluant portionem decimæ personalis propter sacramenta baptismatis, quæ recipiunt in dicta plebe. & sic consuetudo communis, & vniuersalis parochianorum dictarum capellarum est in contrariũ. vnde non potuerunt illi parochiani dictæ solius capellæ introducere consuetudinem contra ius commune positiuum, & contra ius diuinum veteris & noui testamenti: maxime non accedente cõsensu superioris, & sic Ro. Pontificis. Vnde Bald. multum eleganter in commento legis de quibus.ff. de legib. dicit, æquiparari per illum textum consuetudinem & statutum, quia in statuto condendo requiritur, quòd sit talis populus, qui possit statuere. nam si nõ potest in expresso, nec in tacito. cũ in vtroque requiratur par potentia causæ efficientis: nam statu-
8 tum † & consuetudo differunt tanquam tacitum & expressum, & ideo sicut in statuto requiritur causa efficiẽs, habilis & potens ad statuendum: ita requiritur in consuetudine introducenda. vnde singulariter subdit, statuto cauetur, quòd syndici villarum teneantur denunciare maleficia, & quædam villa stetit per centum annos. quòd in ea non fuerunt maleficia denunciata: decidit, quòd ista consuetudo non denunciandi introducta per illos centum annos est inualida: cum illi de illa villa non habeant potestatem statuendi, nisi vbi consuetudo esset expressè approbata per superiorem: vt in lege, fina. C. de testa. ita est dicendum in proposito nostro, posito, non tamen concesso, quòd sit introducta consuetudo per istos rusticos parochianos vnius capellæ, vt non soluant decimam, seu portionem decimæ personalis, ecclesiæ plebis, in qua recipiunt sacramentum baptismatis: tamen illa consuetudo est inualida: quia non est introducta de consensu Papæ. & multo fortius in casu nostro non possunt se tueri; quia negatur, quòd sit introdusta consuetu-
9 do: consuetudo † enim est facti, & in facto consistit, iuxta nota. in capitu. j. de constit. libro sexto. & in d. l. de quibus. & in capitu. fina. de consue. & in d. capitu. consuetudo. ergo est probanda, & non sufficit allegare, sed oportet probare. l. j. ff. si qua. paup. fecisse dica. & ibi gloss. dicit, & probetur. glo. in capit. non est. de consue. libro sexto. & text. in l. 2. §. docere. ff. vi bo. rapto. & l. doce ancillam. C. de rei vend. capi. super. de conces. præben. c. a nobis. de deci. Præterea facit, quod no. do. Car. in præall. capi. a no-
10 bis. vbi dixit, ꝙ † prætextu longæ consuetudinis, de cuius contrario non extat memoria, quando princeps eam scit & tolerat, possunt homines se tueri, & loquitur ibi de consuetudine, quæ est Venetijs, vt decimæ non soluãtur, nisi in morte. Sed in casu nostro nulla est consuetudo in loco, vt nõ soluatur certa portio decimarum personalium ecclesiæ matrici, propter onus sacramenti baptismatis, quinimo consuetudo communis in alijs parochianis aliarum capellarum sitarum in territorio ipsius plebis est in contrarium: quia omnes soluunt. ergo sequitur, quòd cum Papa ignoret istos parochianos non soluere istam portionem decimæ personalis, & per consequens non tolerat, quòd non potuerunt se tueri ex tẽpore, cuius non extat memoria in contrarium: maxime quia a quinquaginta annis citra semper rectores dictæ plebis mouerunt quæstionem & litem de ipsa portione decimæ contra ipsos parochianos contumaces, & rebelles ad soluendum, nec fuit vnquàm obtenta talis consuetudo in contradictorio iudicio: vt not. per omnes in d. capitu. fina. de consue. & in d. l. de quibus. Præterea facit, quod not. Bald. in l. in prouinciali. C. de seruitut. vbi dicit, ꝙ prædia clusij Perusini non sunt tributaria de iure communi: sed ex consuetudine dumtaxat: quia præ-
11 dia Italiæ † non tenentur ad tributum: vt in l. omnes. C. sine censu vel reliquis. & ideo si qui sunt in cluso Perusino, qui non consueuerunt tributum soluere, ꝙ non possunt compelli ad soluendum tributum ecclesiæ: ergo sequitur, ꝙ si de iure communi regulariter tenerentur ad tributum, posito ꝙ non soluissent per longa tempora, ꝙ nihilominus possent compelli ad soluendum illud tributum: sed decimæ personales sunt debitæ de iure diuino, & de iure positiuo, vt dictum est: vt in d. capitu. parochianos. de deci. & in c. j. eod. tit. lib. 6. sequitur ergo, ꝙ si qui sunt, qui non soluerunt, possunt cogi & compelli soluere, & sic isti, licet nõ soluerint. Præterea facit, qđ dixit
12 Host. in summa de decimis. §. a quibus. vbi dicit, ꝙ † decimæ sunt soluendæ a quolibet, nisi priuilegio speciali domini Papæ sit exemptus: vt in c. tua. c. a nobis. & ca. in aliquibus. de deci. & etiam in d. §. & vtrũ. dicit, ꝙ laici eas nõ possunt præscribere. ca. causam quæ. de præscrip. 16. q. j. c. peruenit. nec quominus satisfaciãt aliqua cõsuetudine se tueri possunt: cũ sit contra ius diuinum. & idem voluit in eo. tit. §. septimo quæritur. Facit etiam, quod voluit idẽ Hosti. in §. tertio quæritur. eod. titu. versi. quid si laicus nõ habeat priuilegium Romanæ sedis, potest dici, ꝙ si percepit in pace tanto tempore, ꝙ nõ extet memoria: præsumendum est pro ipso, & habet ius in decima, ar. ca. super quibusdam. §. præterea. de verbor. signif. Et sic potest intelligi decima ab antiquo in feudum concessa. capitu. tua. de deci. & c. cum apostolica. de his, quæ fi. a præla. Postea vero Host. ibi subdit: sed hoc non est verũ: qa nullus numerus annorum non defendit laicum in talibus, vt c. fi. de consue. Nec ob. d. §. præterea. qa loquitur in temporalibus, quæ ab imperatore, vel rege concedi possunt, & sic ab antiquo tempore acquirerentur laico, qui & ipsa temporalia possidere potest. porro aliud in decimis & alijs spiritualibus, quorum concessio est imperatori, & regi, & cuilibet laico penitus interdicta: vt in c. tua. & ca. dudũ. de deci. Facit etiam, qđ bellissime dixit idem Hosti. in eo. ti. in summa. §. octauo quærit de his, qui longo tempore steterunt, ꝙ non soluerunt decimas, an possint cõpelli ad soluendum. & decidit ꝙ sic: & ista sunt formalia dicta Host. in dictis locis, quæ ponunt vltimum gladium ad radicem in præsenti consultatione. Isti non docent se exemptos ex priuilegio apostolico, nec possunt se tueri consuetudine aliqua: vt dixit Hostien. nec possunt se defendere, ꝙ non soluerint ex tempore, cuius non extat memoria in contrarium: ergo sequitur necessario & inconuincibiliter, istos parochianos compellendos ad soluendam dictam portionem decimæ personalis d. ecclesiæ plebis. Facit, quod voluit idem Hostien. in capit. cum
13 apostolica. de his quæ fi. a præla. vbi dixit, ꝙ laicus † tenetur probare exemptionem de decimis soluẽdis, seu fuisse se infeudatum ante concilium Lateranense: quia ecclesia fundat intentionem de iure communi. ergo obtinet in causa, nisi laicus probet exemptionem & sic tota iuris prudentia tenet istam partem, videlicet decimam personalem deberi de iure diuino, nec quem laicum exemptum esse a præstatione eius, nec temporis diuturnitate, nec consuetudine: & per consequens ista opinio erit tenenda in iudicando, & consulendo: vt l. j. & ibi Bald. ff. de senator. leg. athletas. & ibi Bald. ff. de his qui not. infam. l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. Bartol. in l. fina. C. de pœna iudic. & in quæstione incipiente a sententia iudicis. Angel. in leg. cum prolatis. ff. de re iudicat. Bald. in leg. obseruare. §. proficisci. ff. de offici. proconsul. & in l. j. ff. de vulgar. & pupillar. Innocen. in capitu. ne innitaris. de constitut. Ioann. Andr. in capitu. j. eod. titu. Hostien. in capitulo capellanus. de fer. gloss. in §. quidam. de pœni. distinction. j. & capitu. in canonicis. 19. distinctio. & capitulo de quibus. 20. distinctione. & sic ista opinio erit sequenda: eoque magis, quia est animæ fauorabilior, argumen. capitu. iuuenis. de sponsalib. & sic videtur, ꝙ isti parochiani possent compelli ad dandum portionem decimæ dictæ ecclesiæ plebanali, vt dant alij parochiani aliarum capellarum sitarum in territorio dictæ plebis. ¶ Nec obstant allegata in contrarium. Primo cum allegatur dictus §. ductus aquæ, qa ille tex. non probat,

bat, ꝙ præsumatur priuilegium, sed solum dicit iure constituti loco habetur. Nec lex prima, ad finem. ff. de aqua plu. arc. dicit, ꝙ præsumatur priuilegium concessum. dicit enim habuisse longa consuetudine velut iure impositam seruitutem videatur. & sic nõ dicit, ꝙ presumatur priuilegium ꝯcessum. Nec ob. c. super quibusdam. §. preterea, quia probat ꝯ̃rium. dicit enim, ꝙ pedagia, quæ non apparent imperatorum, aut regum largitione concessa, vel ex antiqua consuetudine a tp̃e, cuius non extat memoria introducta, vbi est tex. formalis, ꝙ illa sunt pedagia, q̃ consueuerunt esse pedagia a tp̃e, cuius non extat memoria in contrarium, licet non appareant concessa priuilegio imperatoris, vel regis, & sic vr̃ ibi text. ꝙ si nõ apparet ex priuilegio principis aliquid esse ꝯcessum, sed ex antiqua consuetudine, sustentatur vigore antiquæ consuetudinis, & non ex priuilegio imperatoris vero, vel præsumpto. Nec etiã Ang. in d. §. ductus aquæ. dicit, ꝙ præsumatur priuilegium: dicit enim, ꝙ licet non doceatur de priuilegio, nihilominus ille ductus aquæ iure seruitutis habetur: non tamen dicit, ꝙ præsumitur, ꝙ ex priuilegio fuerit concessus, & loquitur ille tex. in eo, qui erat capax possidendi. ergo secus in eo, q̃ est incapax, vt est laicus in decima. Nec etiam obstat dictum Bald. in dicta l. in prouinciali: quia loquitur in prædio, quod iure communi non est tributarium, sed ex sola consuetudine, sed casus noster est lõge alienus, quia loquitur in decimis, quæ de iure diuino & canonico sunt debitæ: & iam superius induxi: ergo erit secus in decimis. Nec obstat dictum domini Cardinalis, quia loquitur de iure decimãdi, quod potest tenere laicus, si concessio facta ante concilium Lateranense, vt in dicto c. cum Apostolica, sed nos loquimur in casu, in quo laicus nullo modo põt retinere ius non soluẽdi decimam, quod datur in signũ vniuersalis dominij, & propter onera, quæ ecclesia supportat præstando sacramenta baptismatis, quod de iure est primũ ipsi laico. tũ
14 etiam quia nos sumus in eo† casu, quo esset opus priuilegio Romani Pontifi. quod non præsumitur, nisi ostendatur, vt probat textus elegantissimus in capitulo ea noscitur, de his quæ fiunt a prælatis, in versi. de cõcessa libertate probauerit, & probatur in textu optimo cap. a nobis. in versiculo ostendatur, de decimis, & hoc decidit, & bene etiam facit dictum cap. a nobis. in versiculo specialiter sit exemptus. vbi quilibet cogitur soluere decimam, nisi sit exemptus specialiter. Tunc arguo sic formaliter, tunc dicitur aliquis esse specialiter exemptus, quando verbis claris & specificis est exemptus, vt l. si quis in principio. ff. de leg. tertio. & in §. si vero expressim. in authentico, de heredibus & falcidia. & ibi Angel. & text. in dicta clemen. causam, de elect. & glo. in d. clem. j. in versic. specialiter, de iudic. & in c. inquisitionis, de hæretic. & in l. fi. C. de indi. vidu. tol. ergo non sufficit, ꝙ dicat se esse exemptum, & hoc probet per coniecturas, & præsumptiones, quia quoties lex disponit vnum, & postea illa lex mandat aliquid fieri specialiter: tunc nunquam sufficit, ꝙ fiat generaliter, vel per coniecturas, vt lege cum virum. C. de fideicom. l. qui totã. ff. ad Terbellianum. Angel. in d. §. si vero expressim. Cum ergo iura diuina, & canonica iubeant omnes teneri ad decimas, nisi aliquis specialiter sit exẽptus, nisi probet, non dicetur quis specialiter exemptus, & sic non per coniecturas & præsumptiones. Nec ẽt obstat, cum allegatur dictum Ioan. monaci in dicto capitulo 2. de præbendis libro sexto: quia ipse ibi tenet, quòd dicta l. cum de in rem verso. non probat, quòd titulus præsumatur. Nec obstat, cum dicitur, quòd illa, quæ sunt quæsibilia priuilegio, sunt quæsibilia præscriptione, quia illud est verum data capacitate possidentis, vt in d. cap. causam quæ, vt superius dictum. Nec obstat, cum dicitur, quòd decima personalis potest tolli consuetudine, vt dicunt theologi, quia illud non est verum, & contrarium tenet in primis Ioannes Andreas, & dominus Antonius, & communiter omnes canonistæ, quibus est standum maxime: quia ista non est consuetudo inualida inducta ab incapacibus, vt superius est dictum: nec interuenit auctoritas Papæ, vt superius est dictum. Et ex istis concludo, illos capellanos teneri ad dictam portionem decimæ personalis soluẽdam, & ista portio erit talis, qualis est illa, quæ datur ab alijs parochianis. Et ita concludo in fauorem dictæ ecclesiæ plebanalis, & baptismalis.

EPITOME.

¶ Statutum, quo cauetur, vt nulla mulier, nec cognatus, nec cognata succedat agnatis masculis intestato descendentibus, etiam monacum complectitur, & matrem excludit. Cæterum cum matri suæ isto casu filius monacus aliquid testamento reliquisset, Barbat. etiam respondet, illam ad legitimæ supplementum agere non potuisse.

SVMMARIVM.

Religionem ingressus ius sanguinis non perdit, nec successionis. numero 1.

Priuilegium laicis in genere concessum, clericos etiam comprehendit. nu. 4.

Monacus in omni substantia succedit, cuius capax est, aliàs secus, vt in regno, Baronia, & simil. nu. 7.

Clerici in dignitate esse dicuntur ex solo clericali statu. numero 9.

Fratres prædicatores priuilegium habent, vt succedere possint. numero 13.

Legitima parentum est tertia portio eius, quod ab intestato habituri essent. nu. 15.

Statutum potest legitimam in totum tollere. numero decimoseptimo.

Legitima peti potest ab eo, qui præteritus, vel exhæredatus rumpere testamentum potest. nu. 19.

Supplementum ei competit, cui querela: & non competit extraneo. nu. 20. 22. & 23.

Mater in legitima non est merè creditrix. nu. 28.

CONSILIVM LI.

VIsis Statutis ciuitatis Pergami, & allegationibus subtilissimis redditis per clarissimum iuris cõsultum dom. allegantem, qui materiam omnẽ subtili ingenio, & lato proloquio examinauit, & omnibus accuratissime pensatis. Prima cõsideratione videtur, quòd statutum Pergamense non comprehẽdat clericos, aut religiosos, aut ecclesias, seu personas ecclesiasticas, cum disponit, quòd nulla mulier, nec cognatus, nec cognata succedat ab intestato agnatis masculis: & erit prima dubitatio in ordine huius cõsultationis. Secunda dubitatio erit, an stante statuto præfato competat dictæ dominæ Vrsinæ ius petendi supplementum legitimæ in bonis ipsius fratris Andreæ. Capio primam, & videtur tale statutum non comprehendere ipsum fratrem Andream, ꝙ sic ostendo istud statutum excludens fœminas, & inuitans agnatos, emanauit rõne cuiusdam compensationis, quia consuetudo moderna est, ꝙ superstites agnationis

 succedant

ſuccedant oneribus defunctorum quantum ad ꝓpulſandas iniurias actiuè & paſſiuè, & ad multa ſimilia. eſt ergo æquum, vt ibi collocent̄ cōmoda prouenientia ex agnatione, vbi collocātur incōmoda. l.j.§.fi.ff.de aqua plu. arcen. Secundò rōne cuiuſdā publicè vtilitatis, quæ tribuit facultates ſuas: vt familiarium ſalua ſit dignitas, quæ abſq; diuitijs non cōſeruatur.l.oībus.circa prin.ff.de le.j.l.j.§.ſi ſeruus. ff.de ven.inſpi.& quia per agnatos virilis ſexus perpetuatur agnatio.l.pronūciatio.§.familiæ.ff.de verbo.ſig.& ideo vbicunq; apparet de rōne legis debemus intelligere id tm̄, ad quod rō ſe extendit:& hoc eſt infallibile:& iſta ratio fuit, q̄ mouit modernos latores ad ſtatuendū, ꝙ fęminæ excludantur exiſtentibus agnatis:ſed huiuſmodi cauſæ,& effectus omnino ceſſant in iſto fratre, qui non conſeruat agnationem:nec etiam propulſat iniurias domus: nec diuitias hr̄e poteſt: qui nec per diuitias, nec per productionem prolis cōſeruat domū pauperes enim ſua paupertate ſordeſcunt:ergo ſequitur neceſſariò, ꝙ tale ſtatutum non vendicat ſibi locum in religioſo, & per ꝯn̄s nō dr̄ excluſa iſta mater ex diſpōne iſtius ſtatuti:& ſic dictū ſtatutum intellexit prodeſſe agnatis maſculis,& ad eos deuolui ſucceſſionem, quam abſtulit fęminis, vt ipſi maſculi haberent, & fruerētur eis: vt l.peto.in prin.ff.de leg.2. non aūt intellexit de agnatis, quibus prodeſſe nō pōt: vt apud quos per momentum remanſura non eſt hæreditas: & ꝑ ꝯn̄s ceſſante rōne, & cā finali ipſius ſtatuti, ceſſabit eius diſpoſitio.l.adigere.§.quamuis. de iure pa.c. cū ceſſante.de appel.cum ſi.Secundò hoc ſuadet natura ſucceſſionis ab inteſtato, quę ſolet eſſe reciproca: vt ſicut quis ſuccedit, ita ei alter ſuccedat, & ſuccedere poſſit aliter, cui ipſe ſuccedit.l.nam & ſi parentibus.ff.de inoffi.teſt.cum ſi.quę reciprocatio nō poteſt dari in terminis propoſitis: quia religioſo non poteſt ſuccedi.vnde nō eſt æquum, ꝙ ipſe ſuccedat. Tertiò facit, generalia verba ſtatutorū nō comprehendūt impoſſibilia ipſius ſtatuētibus.Ita dixit Bal. in l.fin.§.in cōputatione.in ſuis finalib.verbis.C.de iure delib. & fuit dictum Ioan.Monaci, in c.vt animarum.de conſti.lib.6.& refert & ſequitur D.Ant. in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. & Bal.in l.fi.C. de ſac.ſanct.ecc.& etiam D.Ant.in c.tua. de deci.& do. Abbas conſiculus in c.a nobis.el j.de ſent.excō. & Bal.in c.cum non ab homine.de iudi. vbi dicunt, ꝙ generalia verba ſtatutorum non cōprehendunt clericos.& ratio viua: quia condere ſtatutum eſt iuriſdictionis, vt l.1.ff.de iuriſd.omn.iud.in l.oēs populi.ff.de iuſti.& iur.Inno.in c.cum acceſſiſſent.de cōſti.ſed laicus non habet iuriſdōnē in clericos: vt in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.præalle.ergo non hēt poteſtatem condendi ſtatutum in clericos. & per ꝯn̄s videtur, ꝙ etiam mens ipſorum ſtatuentium nō fuerit cōprehendere ipſos clericos. verba enim generalia & ſimplicia non ſunt referenda ad perſonas non ſuppoſitas, ar.l.extra territorium.ff.de iuriſd.om.iu. l.cunctos populos.C.de ſum.trini.& facit a ſimili illud, qđ dr̄ de ſtatuto ſimpliciter condito, ꝙ non extēdit ſe in dubio extra locū nō ſuppoſitū ſtatuenti. d.c.vt animarū.§.ſtatuto.& qđ ſcribit Bar.in d.l.cūctos populos.& in d.l.cū vnus.§.j.ff.de bo.auth.iud. poſ.ergo ſequitur, ꝙ tale ſtatutū ſimpliciter loquēs non cōprehendit perſonas eccleſiaſticas, tum etiā quia nō eſt licitū ciuitatibus condere ſtatuta, q̄ porrigāt vires ſuas ad clericos, ſeu pſonas, aut res eccleſiaſticas: vt in d.c.eccleſia.& in c.bene qdē.96. diſt.& ſic ſequitur, ꝙ licet ipſum ſtatutum excludat fęminas ſtātibus maſculis, intelligit̄ de maſculis laicis & non de maſculis effectis religioſis.& iſta via eſt capiēda, vt excludant̄ fęminę nullo adhibito fauore agnationi: & ſic vr̄, & iſte frater nullo modo poſſit legare dictum ſtatutum in eius fauorē. Et iſta erant, quæ præſentē conſultationē reddebāt valde dubiā.

¶ Et licet iſta ſint colorata ſatis:tamen caſum iſtum nō attingunt, ideo illis non obſtantibus contrarium puto de iure verius, videlicet ꝙ iſte frater Andreas gaudeat cōmodo ſtatuti præfati, ꝙ ſic oſtēdo. Et pri-
1 mò præmitto, ꝙ per religionē quis† non perdit ius ſanguinis:& ſic non perdit ius ſucceſſionis.l. ius autem agnationis.ff.de pact.quia de iure naturali & licet religioſus per ingreſſum religionis moriat̄ ciuiliter: vt in l.Deo nobis.C.de epiſc.& cle.auth.ingreſſi.C.de ſacroſan.ec.auth. ſi qua mulier.eo.ti.c.cum ſcimus.de reg.cum ſi.nō tn̄ naturaliter eſt mortuꝰ, & retinet omnia, quæ ſunt iuris naturalis, cuius eſt agnatio, & ius ſanguinis: & ſic monacus, aut frater religioſus remanet agnatus. facit d.l. Deo nobis. & quod not.Spe.in tit.de ſta.mona.§.j.ver.xj.& Bal. in d.l.Deo nobis. & quod no.gl.in c.ſcripſit nobis.27. q.2.& in c.præſens clericus. 20.q.3. quinimo ita ad ſucceſſionem agnatorum vocatur, ac ſi dictam vitā religioſam non elegiſſet, ſed in ſeculo remanſiſſet: vt in d.l.Deo nobis.§.hoc etiam.in auth.de ſan.epi. §.nullam verò.ad fi.no.glo.in auct.de man. prin.& eſt tex.19.q.fi in fi.& firmat expreſſe Ang. in conſil. 130.incipiente in Dei nomine amē.ſuper primo pūcto dico de iure,& eſt cōcluſio veriſsima. Et ideo dixit Bal.in d.l.Deo nobis. ꝙ filius effectus religioſus habet omnia iura ſuitatis,& agnationis, ac remanſiſſet in poteſtate patris: & ideo ſi moritur nō agnita hæreditate paterna, monaſterium poteſt agnoſcere:quia vt filius ſuus trāſmiſit ad monaſterium: & ſic actus ciuilis, vt eſt profeſſio non poteſt tollere ius naturale.l.omnes.ff.de cap.dimi.inſti.de iure naturali.§.ſed naturalia.inſti. de leg.agna.tutel.§.fi.& ſic licet dubitetur, an religioſus perdat gradum conſanguinitatis quo ad dignitatem, vt in dicto capitu. præſens clericus.& d.c.ſcripſit nobis.& in c.ea quæ. de ſta. mo. tamen retinet ius agnationis proueniēs a naturali ſanguinis coniunctione,& ſic remanet agnatus iſte frates Andre. licet ſit religioſus. Iſtis nunc præſuppoſitis præſuppono aliud, quod ſtatu-
2 tum† municipale aliquando diſponit in modū inhibitionis, ſiue præcepti:aliqn̄ in modū conceſſionis, ſeu priuilegii, ſiue beneficii: ſi ſtatutum diſponit per viam inhibitionis, aut præcepti:& talis inhibitio, aut præceptum dirigitur in perſonam, ſiue in rem relatam ad perſonam eccleſiaſticam, niſi ſit approbata per Papam: etiā ſi ſit fauorabilis eccleſijs, non comprehēdit perſonas eccleſiaſticas: aut ipſas eccleſias: ita intelligātur dictū capitulū eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſti.& d.capi.bene quidem.cum ſi. Vnde poteſtas laicalis non diſtringit eccleſias, aut eccleſiaſticas perſonas auctorizabiliter: vt effluat a præcepto.14.quæſtio.1. c. quod præcipitur. & tūc nō tenet quo ad ipſos clericos.l.non dubium.C. de legi.x.diſt.capi. vides fili. ſi aūt cōſtitutio municipalis diſponit per modum cōceſſionis,& priuilegii, nō aſtringēdo priuilegium, maxime ſi diſponit imperſonaliter, tunc ſtatutū diſponens, concedendo, vel priuilegiando, ſi diſponit gn̄aliter in materia indifferenti, tūc clerici & religioſi gaudere debent bn̄ficio illius ſtatuti.Cū ergo in caſu noſtro iſtud ſtatutū loquatur gn̄aliter, non diſtinguēdo, præceptiue, aut inhibitiue, ſed conceſſiue, & priuilegiatiue, priuilegiat agnatos & cognatos, apponēdo verba appellatiua gn̄alia, puta agnatis exiſtētibus. vnde licet ptās laicalis nō poſſit diſtringere perſonas eccleſiaſticas, vt in iuribus ſuperius allegatis:tamen poteſt eis beneficia & priuilegia concedere: & ex ſignificato verborū prolatorū a ſtatuto veniunt religioſi,& pſonæ eccleſiaſticæ:

ecclesiasticæ:cum non perdant ius agnationis, vt est dictum: immo monacus per monacatũ non perdit iura ciuilia:vt in dicta lege,Deo nobis.Item ascendit ad maiorem statũ: vt in authentico de monacis. in principio.& per gradum superuenientem non tollitur persona ecclesiastica:vt lege,finali.ff.de senatoribus.& sic per monacatũ
3 † nedum retinet monacus, aut religosus iura sanguinis, sed etiam dicitur ciuis Pergamẽsis:licet desinat teneri ad onera personalia, cũ sit tanquam clericus priuiligatus.facit,quod not. Bar.in l.penul.C. de incol.lib.10.& in l.j.ff. ad muni. & do.Abbas in capi.postulasti.de foro compe.& dominus Petrus de Ancharano in c. fina. de officio dele.libro 6.& no.per scribentes in capitu.nullus.de tempo.ordi.li.6.Nec etiam est verisimile,ꝙ ꝯditores ipsius statuti voluerint excludere ecclesias,aut ecclesiasticas ꝑsonas ab hoc bñficio statuti:imo est potius verisimile,ꝙ voluerint eos includere:ex quo significatio verborũ illud implicat.cũ summa sit rõ,quæ fauet religioni.l.sunt personæ. ff.de reli.& sump.fu. & fauor ecclesiarũ inducit pręsumptionem mentis inclusiuè legislatoris:vel excludit ad minus in dubio ꝑsumptionem mentis ꝯtrariæ. Istis præsuppositis tanquam verissimis, & indubitatis pro fundamento ipsius consultationis arguo sic inconuincibiliter. Priui
4 legium in † genere ꝯcessum laicis comprehendit non solum laicos,sed etiam clericos.iste est text.formalis in c.dilecti.de foro compe.vbi fuit concessum priuilegium Anglicis,dicitur ibi ꝙ comprehẽdit clericos. & facit ibi, qđ not.Ioan.Andr.& scribentes:sed istud statutum licet sit laicorum,est generaliter cõcessum agnatis viuẽtibus:ergo sequitur,ꝙ includit agnatos: siue sint laici,siue sint clerici,siue sint religosi.Secundo probatur ex verbis ipsius statuti,quibus deseruiẽdum & standum est: nisi constet de mente cõtra.[?]nã illud est præsumendum,statuẽtes voluisse,quod verbis expresserunt.l.ille aut ille.§.cum in verbis.l.non aliter.ff.de legatis 3.l. Labeo.§. idẽ Tubero.ff. de supell.leg.voces enim sunt earum, quæ sunt in animo passionum notæ:vt inquit Aristo.primo periherme nias:sed verba ipsius statuti ita comprehendũt agnatum monacum,aut religosum,sicut laicum:quia iura sanguinis dispositione iuris positiui non mutantur:vt in l.iura sanguinis.ff. de regulis iuris.& dicta l. ius autem agnationis.ff. de pactis. nam vbi personæ demonstrantur, etiam comprehenditur religosus: quia non mutat statutũ:sed mutat, in melius, vt est dictum,quoniam ad dignitatem ascẽdit: vt apparet in præsuppositis:& per ascẽsum dignitatis nõ amittitur ciuilitas,vel agnatio, vt dictum est: ergo sequitur,quòd dictus frater Andreas excludet fœminam,
5 ex quo est agnatus.Tertio facit.illud,quod lex † non limitat, nec nos limitare debemus:& vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.l. si rẽ quam. §.final.ff.de euic.l.qui fundum.ff. de cõtrahen.emp. sed istud statutum disponens, quòd stantibus agnatis, fęminæ excludantur,non inuenimus limitatum iure municipali, nec etiam correctum: imo potius inuenimus contrarium, videlicet, quòd in materia successionis dispositio iuris est differens inter clericos laicos & religosos,saltem qa possunt habere propriũ in communi: vt in dicta l. Deo nobis. C.de episcopis & clericis.ergo debemus dictum statutum intelligere prout sonat. Quarto accedat, vbicũque ver
6 ba † legis aut statuti sunt clara de se,& habent significationem certam, & mens statuentis est dubia: vel saltẽ non sumus certi de mente ꝯ̃ria, non debemus verba legis restringere, nec extendere, sed in sua figura seruare,licet lex dura videat̃.l. prospexit.ff.qui & a qui.l. ille aut.ille.§.cũ in verbis.de legatis 3.l.quicqđ astringẽdæ.ff.de verborũ obligationibus. declaratio autem verborum ipsius statuti patet per se, de mente autem contraria, vel diuersa non apparet,ergo sequitur, ꝙ ipsum statutum comprehendit ipsum fratrem Andream.Quinto hoc colligitur, ratione sumpta ex mente statuti rationabili coniectura,quia debemus præsumere, ꝙ nõ minus voluerit fauere personis religosis,q̃ laicis, quia magna est ratio, quæ fauet religoni, quæ nunquam in ambiguis legum dispositionibus solet omitti, vt in d.l. sunt personæ. & qa nõ minus sunt meriti, & fauorabiles & reipublicæ vtiles Deo seruientes, q̃ seculo.l. prima.§.ius publicum.ff. de iusti. & iur.& in fauorabilibus dispositionibus non minus censendum est comprehendi magis meritos, q̃ minus meritos, vt l.Lucius.§.Lucius.ff.de legatis secundo.& l.cum pater.§.rogo.& l. cum quidam. eodem titulo.ergo cũ dispositio istius statuti cõmunis sit ad omnes laicos & religosos, absurdum esset dicere, ꝙ religosus suo fauore cẽsuerit indignos. Sexto facit ratio sumpta ex ꝯgrua statutorũ interpretatione & intellectu, qa regulariter statuta recipiunt interpretationem a iure cõmuni, vt l.2. C.de noxa.l.j.§.j.ff.de acti.& ob.c.cũ dilectus.de consue.& c. ad audientiam. de cle. nõ resi.c.dilecto.& c. ex parte.de verbo.signi.l. fin.§. in cõputatione.C.de iur.delib.per gl.Sed hoc dubiũ est, vtrũ monacus sit admittẽdus ad succedendum iure sanguinis, nõ obstante religione, & vtrũ professio non possit allegari ad exclusionẽ,inuenit̃ diffinitũ ex dispositione vtriusque iuris ꝑ parte affirmatiua, & quòd religioni prosit potius,q̃ obsit, vt est casus in d.l.Deo nobis.& no. 18.q.1.statutum. & 29.q. vlti.c.penul. ergo consonũ est sic intelligere dispositionẽ dicti statuti. Septimo facit, quod voluit Bal.in d.l.Deo nobis. vbi dicit,ꝙ
8 primo præsuppono, ꝙ istud statutū est pœnale, † ideo venit restringendum, vt in ca. hæc autem. §. pene. de pen. dist. j. c. odia, de reg. iu. lib. 6. l. cum quidam. ff. de libe. & posth. cum si. quo præsupposito arguo sic. statutum disponēs in dubio, debet referri ad terminos iuris communis, allegat glo. ordinariam. in l. final. §. in computatione. C. de iure delib. tex. in c. dilecto, & in c. ex parte, de ver. sig. & in c. causam quę, de rescri. & in c. cum dilectus, de consuet. & in l. si serui vestri. C. de noxa. c. j. de gradi. & c. j. de feu. cog. & no. Bal. in l. j. C. qui bo. ce. pos. & in l. cum a matre. C. de rei ven. dixit, ꝙ quoties quis tractat de damno euitādo, semper statutum debet restringi per ius commune, & in authen. si captiui. C. de episco. & cler. dixit idem Bal. statuto cauetur, ꝙ cōtractus factus a minore valeat, ꝙ nihilominus potest restitui in integrum, si est læsus. & facit, quod no. idem Bald. in rubr. & in l. data. C. qui accu. non poss. & in l. acceptam. C. de vsu. & in l. inuitus. C. de procurat. & in l. ab executore. C. quorum appe. non recip. & in d. c. pastoralis, de appel. & do. Petrus de Anchar. in repetitione. c. canonum, de constit. & Io. de Imol. in l. postulante. ff. ad Trebel. & ideo dixit dominus Card. in c. lator, de homicid. ꝙ si statutum imponit certam pœnam homicidę, intelligitur de homicidia doloso. Ita dicamus ī casu istius statuti, ꝙ tale statutum cum sit pœnale, in dubio intelligatur ſm dispositionem iuris cōmunis, & si aliter diceremus, tale statutum esset iniquissimum: vt quis non posset excusari expendendo falsam monetam, si doceat & probet, ꝙ ab alio habuerit, quod est valde iniquū asserere, nec statuentes hoc statuissent. nam sermones nostri sunt adaptandi rebus sensatis, & intellectu fruentibus, vt voluit Aristoteles, & dixit Bal. in l. j. C. de ser. fug. & probat tex. in l. si ita quis. in verb. quod nemo sanus loqueretur. ff. de euic. Vnde multum singulariter dixit do. meus Io. de Imol. in d. l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infe. arguendo contra doctrinam Bar. de glo. & etiam de doctrina ipsius Bart. in d. l. fi. §. in computatione. C. de iure deliber. vbi dicit, ꝙ imo non potest statutum operari ꝯ ius commune, & postea soluit, ꝙ illud dictum Bar. in d. §. prętor ait. procedit in his, quæ sunt parui præiudicij, qa

9 in † illis talibus, statutum potest intelligi, vt addat iuri cōi, & aliter disponat: quia de paruis nō est ita curandum, vt de magnis: vt l. leuia. ff. de accu. auth. nisi breuiores. C. de sent. ex breuic. reci. l. scio. ff. de in integr. resti. l. si oleum. ff. de dolo. c. & si quæstiones, de simo. & ita dicit procedere dictum Bar. in d. §. prętor ait. & procedat tunc doctrina gl. & doctorum in d. §. in computatione, & hanc dicit fuisse doctrinam obseruandæ memoriæ domini Francisci de Ramponibus in d. l. fi. §. in computatione. Ita ergo videtur necessario dicendum in casu istius statuti, quia cum loquatur in casu magni pręiudicij, & in causa criminali debet intelligi ſm dispositionē iuris cōis, vt sit conforme iuri communi, & illud non corrigat: vnde dixit gl. valde solennis in auth. ex testamento. C. de collat. ꝙ nos debemus excludere iuris correctionem, ēt impropriando verba quāto magis in casu isto, cum non improprientur verba. istud ergo statutum non debet intelligi: vt corrigat & tollat ius cōe, cum sit pœnale & odiosum. Facit glo. valde elegans in c. statutum, de pręben. libr. 6. quæ dicit, ꝙ statutum extenditur ad hoc, vt non corrigat ius commune: quanto magis in casu nostro, cum nec restringatur: nec amplietur, sed proprie intelligitur, vt sit conforme iuri communi. Et sic multifariè, multisque modis apparet, ꝙ istud statutum non obstat dictis inquisitis. Et indubitanter illa doctrina Iac. Butr. & Ang. ponunt gladium ad radicem in pręsenti ꝯsultatione. Et ideo dixit dominus Bartholomæus de Salyceto, ꝙ si apparet, quem recepisse falsum instrumentum, sed non probat: tunc creditur ipsum fabricasse illud falsum instrumentum, & tanquam fabricator punitur, vt ibi, & in l. iubemus. C. de probatio. aut probat, ꝙ ab alio recepit, & tunc fabricasse non creditur, sed puniendus est, si scienter eo vtitur, & non desistat. allegat. l. si falsos. C. de fal. & in d. l. falsos. refert idem Sal. cautelam, quam ponit ibi Cy. & Spec. in tit. de instr. edit. §. videndum. versic. j. & 2. vbi dicit, ꝙ clientulus dum producit instr̄m, protestetur, ꝙ eo vti intendit, si & quatenus non appareat illud falsum alias non: & pro ista protestatione. facit l. prætor. ff. de damno infec. & ita ibi transit idem Salyce. modo in proposito nostro, isti inquisiti probant, ꝙ dictam pecuniam habuerunt ab alio. ergo sequitur, ꝙ sunt excusati, & ꝙ iam apparet ex supradictis, ꝙ scienter ilam monetam non expenderunt. ergo sunt excusati. Item quia iam isti inquisiti protestati fuerunt, quando dabant illam pecuniam, quòd si recipiens non posset illam exponere, quòd tunc restitueret sibi: & sic videntur protestati, ꝙ ita expēdebant illam pecuniam, si erat bona & valebat tantum, pro quanto eam dabant, & sic sequitur, quòd sunt excusati, & per consequēs veniunt absoluendi a dicta inquisitione, cū non appareat de sciētia, nec de dolo eorum, cum etiam appareat de protestatione sua, & sic apparet, ꝙ nullo modo sunt in culpa, aut in dolo. Præterea nec etiam est probatum, ꝙ dicta pecunia fuerit falsa, vnde necessario est probandum, ꝙ dicta moneta erat falsa, nec ap

10 paret, ꝙ sit falsa. Et circa hoc est aduertendū, ꝙ † falsum

mulier succedant, stantibus agnatis, vnde illa verba satis æquipollent, quia videtur loqui de supplemento legitimæ, vnde dixit Ang. consil. 16. alias 15. quòd si pater petat filiũ legitimari, licet non dicat expressè, quod petit eum restitui pristinis natalibus, tamen satis dr̃ illud expressè petere. facit l. prætor ait. §. hoc interdictum. ff. de operis noui nunciatione, vbi satis dicitur expressum illud, quod venit ex mente glo. in l. prima, eodem titul. facit l. secunda. §. ad filiorum. C. quando & qui. quarta pars debe. libro x. & quod notat gloss. in l. decem. ff. de fidei. liberta. & sic in dispositione statuti non est necessaria specialis mẽtio supplementi. Tertio potest etiam responderi, quia ille §. loquitur eo casu, quo filius nõ erat exclusus à successione ab intestato: ideo illo casu requiritur, quod specialiter renuntiet supplemento legitimæ. sed in casu nostro est secus, quia ista mater erat exclusa à successione ab intestato: ergo. Nec obstat secundo, cum dicitur, quod statutũ istud loquitur in successione ab intestato, de successione autem ex testamẽto non loquitur, quia istud non obstat, hoc enim ideo est, qa magis erat frequẽtatum, & ideo potius expressit de causa intestati, sed idem est in causa testati, vt superius dictum est, tum etiam, quia in casu isto procedunt a pari causa testati & causa intestati, vt d. l. maximum vitium. tum etiam, quia correcto principali videtur correctum consecutiuum, vt in authẽ. ingressi. C. de sacrosanctis eccle. & superius plenissimè dictum est.
28 Nec obstat, cum dicitur, quod mater est creditrix in legitima, quia non † est merè creditrix, quia tractat de lucro captando. vnde gl. valde solennis in l. si emancipata. C. de iuris, & facti ignoran. dicit, quod filia in sua legitima dicitur, quasi creditrix ĩ legitima sibi quasi debita, ergo multofortius non dicitur verè creditrix in legitima mater in bonis filij, & aliud est lucra capere, &c. l. fi. C. de codicillis, & ideo non est mirum, si statutum potuit propter fauorem agnatorum tollere matri legitimã, cum verè non sit creditrix in ea in bonis filij: & iam multis de causis potest statutũ tollere legitimam filijs, ergo multo fortius matri: & eo maxime, quia iste frater Andreas iã reliquit matri certam portionem, & sic ex toto non est priuata sua legitima. Nec obst. cum dicitur, quod videtur casus in d. auth. si qua mulier, quia ille text. nihil facit ad propositum, quia ibi lex reseruat legitimam liberis. Sed in casu nostro statutum nõ reseruat legitimam matri: imo vult, quod nulla fœmina succedat: ergo nec in toto, nec in parte, argumento. c. quia circa, de priuilegijs. ca. solitæ, de maioritate & obedientia. l. 2. §. generaliter. ff. de lega. præstand. Et ita etiam respondeo ad dictam authenticam, hoc amplius. & ad dictum §. si quis autem non implens. quia ibi lex reseruauit bonorum subsidiũ filio: sed si non reseruasset, sequeretur, quod in totum sibi abstulisset: & per consequens non posset illud petere. & sic potius faciunt illa iura in contrarium: quia cum istud statutum non reseruet fœminæ legitimã: imo excludat eam a successione defunctæ personę stantibus agnatis: ergo sequitur, quod nihil potest consequi: & multo minus in casu nostro: cum ista mater petat supplementũ legitimæ: non autẽ est in totũ priuata sua legitima portione ex dispositione iuris communis: licet ex dispositione ipsius nihil possit cõsequi. Nec obstat, cũ allegatur. l. quisqs. vbi licet filia sit exclusa a successione matris: nõ tamẽ est exclusa a petitione legitimæ, qa rñdeo eodem modo, qa ius reseruauit illam legitimã: ergo si illã sibi non reseruasset, non potuisset in legitima succedere: & maxime quia hoc vendicat sibi locum in filio: vt ibi dicitur: qa est priuatus successione: ergo & legitima portione. & cũ dicit, quod illud ꝯtingit pp præsumptũ delictũ illius, idẽ est dicẽdũ in casu nostro, qđ istud contingit pp fauorẽ agnationis ꝯseruandæ. non. n. emanauit istud statutũ in odiũ mulierũ: sed emanauit in fauorẽ agnatorũ: & ideo ille fauor est ampliandus: vt firmãt omnes scribentes in l. venia. C. de in ius voc. & ibi bona gl. & in l. sed si hac. §. fi. ff. eo. & sic si bene ponderent illa iura, potius faciũt in fauorẽ agnationis: & sic in fauorẽ istius fatris Andreæ ꝯuentus: & ita etiã respondet ad l. si arrogator: quia lex vocauit eum solum ad legitimam. Nec obst. cum dicitur, quod si aliter diceremus, statutũ non valeret: quia istud est falsum: qa imo statutũ potest absorbere legitimam in totũ: vt superius fuit dictum, & in casu nostro habet minus dubitationem iste passus ex duobus, primo: quia doctores præallegati loquũtur in legitima debita filijs, sed nos sumus in legitima debita matri: quia a iure naturæ nõ ita est debita matri, sicut est debita legitima filiæ, vel filio: secundo quia iã mater habuit titulo relicti & institutionis a dicto fratre Andrea eius filio. Ideo frustra dubitat, vtrum valeat tale statutum in casu isto. Nec ob. cũ dicit, quod mater, vel filia excludunt per ius testati a successione ab intestato: & tamẽ possunt petere legitimã, seu eius supplemẽtum: quia istud est verũ ex dispositione iuris cõis: sed nos sumus in dispositione iuris municipalis. nã de iure cõmuni mater, vel filia vocãt ad successionẽ ab intestato: & ideo potest petere legitimã, aut eius supplementum: sed ex dispositione iuris municipalis nulla mulier succedit ab intestato: ergo sequitur, quod etiã est exclusa ex testamẽto a legitima, seu eius supplemento. Nec ob. cũ dicit, quod istud statutũ excludit fœminã a successione vniuersali: ergo nõ a successione particulari: qa ad hoc respondeo: istud statutũ † simpliciter
29 disponit, quod nulla mulier succedat: vnde nõ se restringit ad successionẽ vniuersalẽ potius, q̃ ad particularẽ. vñ ita simpliciter intelligit. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præstã. cũ si. vnde sciuissent statuentes exprimere de successione particulari, si voluissent. l. 1. §. finaũt ad deficientis. C. de cadu. tol. c. ad audiẽtiã. de deci. c. maiores. de baptis. l. j. ff. si mẽs. fal. mo. dixe. & quod intellexerint statuẽtes de successione tã vniuersali, q̃ particulari, apparet hoc modo: qa vbicũq; in materia exorbitanti & stricta duo sic se habẽt, quod lato sumpto vocabulo vnũ venit appellatione alterius, & est eadẽ ratio, & exprimitur: tunc statutũ disponẽs de vno habet locũ in reliquo. ita colligitur ex glo. in clementina, auditor. de rescriptis. vbi text. exorbitãs, qui loquitur de beneficio, habet locũ in dignitate: qa lato sumpto vocabulo appellatione beneficij cõprehenditur dignitas, & est gloss. in clemen. j. de rescriptis. & in clementi. j. de electiõ. & ex illis tribus gl. colligitur ista doctrina: sed in casu nostro verbum succedant, comprehendit ex sua lata significatione vniuersalẽ successionẽ & particularem: ergo sequit, quod verificatur in vtroq;, & est eadẽ ratio, & idẽ fauor: quia propter fauorem agnatorum, vt amplientur in diuitijs, ad ꝯseruandas domos, & familias emanauit, & non in odium fęminarum: ergo sequitur, quod intelligitur tam de vniuersali successore, q̃ de particulari. Nec obstat, cũ allegatur dictũ domini Bar. de Saly. in d. auth. nouissima. quia fundamẽtũ eius est illud: videlicet, quia intelligitur de successione iuris, quæ est successio vniuersali, quia ista ratio nihil seruit in isto puncto: & etiam si subtiliter dictũ Saly. ponderetur, ipse poni quęstionẽ in statuto apponẽte alios terminos, & alia verba. dicit. n. quod statutũ dictabat, quod filia fœmina nõ succedat ab intestato cũ masculo. & formaliter do. Bal. in præalle. suo consilio ita consuluit: & ita ponit thema statuti Mantuani, in quo dicebatur, quod filia nõ succedat cũ masculo: & ita ẽt formaliter poni qõnẽ Sal. ĩ d. auth. nouissima. in ver. & scias, quòd

quod si statutum, vnde illud statutum est satis differens & distans a statuto Pergamensi. vnde illud statutum non excludit simpliciter filiā a successione: sed dicit, non succedat cum masculo, quasi dicat masculus succedit vniuersaliter: & ideo filia non succedat cum eo, sed succedat particulariter, & iste est intellectus Baldi ad illud statutum in dicto consilio, sed iste non est casus noster, quia statutum Pergamense simpliciter excludit fœminam a successione stātibus agnatis, & sic disponit, ꝙ nullo modo succedat, & ꝑ hoc Bald. in dicto consilio, & etiam Saly. in dicta authent. nouissima. dicunt, quod tale statutum intelligitur de successore iuris, & sic de successore vniuersali, sed iste non est casus noster: tum etiam quia Bal. & Salyce. consuluerunt in filia exclusa a statuto, sed nos sumus in matre, & sic fauorabilior est causa filię in sua legitima & eius supplemēto, quàm sit mater: vt dixit Angelus consilio superius allegato, & consilium Bald. & Salyc. non facit contra pręsentem consultationem: & etiam in matre in terminis cōsuluit Angelus vt superius dixi. ¶ Et sic ex supradictis concludo, ipsum fratrem Andream gaudere commodo & beneficio statuti excludentis fœminas ab intestato stantibus agnatis, & in consequentiā ipsum conuentum sacri ordinis prædicatorum, & ipsam matrem esse exclusam a iure petendi supplemētum legitimæ in bonis, & hæreditate ipsius fratris Andreæ ipsius filij: & licet testatus professionem fecerit, aut decesserit naturaliter. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Statutum, quo cautum est, vt si aliquis non fabricauerit, nec aliter falsificauerit monetam: sed tātum falsam expenderit, tūc falsam monetam scienter expendens puniatur, & condemnetur, &c. duo probari vult, falsam esse monetam, & a sciente expensam, quæ quia contra inquisitos, de quibus hic, non erant probata, liberandos eos, & absoluendos esse, Barbat. respondet.

SVMMARIVM.

Scientia debet libellari & probari, maximè cum scienter factū lex, vel statutum requirit. nu. 1.
Statutum pœnale restringendum est per ius commune. nu. 8.
Falsum tribus modis accipitur. nu. 10.
Falsa moneta proprie dicitur plumbea, vel stagnea. nu. 11.

CONSILIVM LII.

VISO Statuto splendidæ terrę Mirandolę, & visa inquisitione admissa per spectabilem dominum Potestatem, & illis maturè & accuratè pēsatis videtur dicendum illos inquisitos non incidisse in pęnā statuti præfati, quod sic ostēdo. Præsupposito prius statuto pręfato dicenre, si autem aliquis non fabricauerit, nec aliter falsificauerit dictam monetam, sed tantum dictam falsam monetam expenderit, tunc talis dictam monetam scienterr expendens puniatur & ɔdemnetur &c. vnde est necesse, ꝙ duo adducātur in mediū contra ipsos inquisitos, & probentur. Primū, ꝙ scienter expenderunt monetam falsam: vnde non sufficeret expendere falsam monetā, sed requiritur, ꝙ scienter & sic est probanda scientia & falsitas, hic non apparet de scientia ipsorum inquisitorum, ergo sequitur, ꝙ non sunt puniendi. hoc decidit text. optimus in l. omnes. C. de agri. & censi. li. 11. vbi est casus, ꝙ si
1 quis præstat † opē bannito venit puniendus, sed Bar. ibi dicit, ꝙ est necesse, ꝙ in accusatione, vel inqsitione fuerit deductum, ꝙ præstitit opem bannito scienter, sciens illum esse bannitum, & est necesse illā scientiam probari per illum textum, & ibi Bart. allegat. l. vtrum. ff. de parric. vbi præstans opem parricidæ punitur eadem pœna, si fuit sciens. l. j. C. de rapt. virgi. l. raptores. C. de epi. & cler. l. nullus. C. fabricen. lib. 11. Ita dicit Bart. & idem Bar. in l. j. C. de colo. illiri. eodē libr. & in l. 1. C. de deserto. libro 12. l. Metrodorum. ff. de pœn. & in l. 2. §. si enim. ff. de incen. rui. & nau. Facit gloss. singulares in l. ex maleficio. §. longe minus. ff. de actio. & obligatio. quam allegat auream Bal. in commento. l. data opera. C. qui accus. non pos. ꝙ debet libellari de scientia, & probari. Et ideo dixit Angel. in l. j. C. de ni. agge. non rump. ꝙ statutum Perusinum disponebat, ꝙ si quis præstaret auxillum nobili, puniretur certa pœna, ꝙ oportuit libellare, ꝙ erat nobilis, & ꝙ ille sciens illum nobilem, præstiterit sibi opem, & ita dicit ibi in facto fuisse seruatum. facit optimus textus in l. j. C. de his qui latro. occult. & in l. si quis in graui. §. si quis eorum. in versicu. sciens. ff. ad Silla. & tex. in c. quicunque. in ver. scienter, de hære. lib. 6. & gl. in ver. concertationi. in ver. sciuerit, de appellatio. libr. 6. & ibi not. dominus Dominicus. facit l. 1. ff. de recep. Cum ergo in casu nostro istud statutum dicat, si scienter falsam monetam expendat: sequitur, ꝙ ante omnia est probanda scientia, iuxta doctrinam gloss. in l. j. ff. si quā. pau. fe. di. quæ dicit, & probet, & glo. in c. non est, de consue. lib. 6. & not. ibi Dominicus, & gl. in l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eo. qui sub tut. & text. in l. 2. §. docere. ff. vi bonorum raptorum, vbi non sufficit allegare, sed probare. c. ad decimas, de restitu. spolia. lib. 6. c. cum super, de concess. præb. c. a nobis, de decimis. l. doce. C. de rei ven. vnde licet in inquisitione dicatur, scienter, & dolose nihilominus probanda est ista scientia. Et si quispiā dixerit, ꝙ imo isti inquisiti præsumuntur scire: ideo
2 posset dici, ꝙ † eo ipso probatur scientia, ꝙ non probatur contrarium, vt dixit gl. in l. j. C. de testa. mili. in c. proposuisti. 82. di. gl. in c. super eo, de testi. cogen. c. sicut. el 2. de iureiur. c. pe. de excep. & gl. in c. 3. de pręscrip. in quibus glo. colligitur illa doctrina, ꝙ probatum est aliquid eo ipso, ꝙ non probatur cōtrarium. Ad hoc respondeo, ꝙ illę glossę sunt verę, & loquuntur eo casu, quo ius aliquid præsumit: iō hr̄ pro probato eo ipso, ꝙ contrarium non est probatum, ideo dicimus, ꝙ præsumptiones legum sunt probationes liquidæ. l. si tutor. C. de pericu. tuto. cum si. sed in casu nostro non est sic, quia dictum statutum requirit. ꝙ quis expēdat monetam falsam scienter, vnde non pręsumit lex, aut statutum scientiam in expendente falsam monetam, nisi probetur: vnde ipsummet statutum hoc euidenter exprimit: quia cum loquitur de fabricante falsam monetam, non loquitur apponendo verbū scienter, & est rō, qa pręsumitur scientia & dolus in fabricante falsam monetam, sed cum loquitur, de expendente falsam monetam, loquitur per verbum, scienter, quasi velit, ꝙ non ita pręsumatur in expendente, ꝙ dolose & scienter faciat: quia possibile est, ꝙ ignoret, vnde tale statutum pręsumit ignorātiam. ideo requiritur probatio. ratio est, quia in primis casibus delictum consistit in committēdo in fabricando falsam monetam, vel aliter falsificando, sed non est sic in secundo casu. ideo illa iura non obstant, nec gl. allegatæ: qa loquuntur eo casu, quo ius præsumit sciētiam, non sic in casu nr̄o ergo, &c. Præterea hoc fortius tollitur ex puncto, in quo dr̄, ꝙ dicta moneta expēdebatur pro sex denarijs pro quolibet denario illius monetę, in terra Mirandolę, non solum per ipsos inquisitos, sed etiā per alios, & alias personas,

sum capitur tribus modis, vno modo largissimè pro omni eo, qđ non est verum, siue absit dolus, siue nō: & ita sumitur, quandoque dicitur aliqua propositio falsa. l. is qui ducenta. §. vtrū. ff. de rebus dubijs. Alio modo capitur largè pro mutatione veritatis dolosa: vt dixit gloss. in l. nec exemplum. C. de fal. Tertio modo strictè, vt illud dicatur falsum, quod incidit in aliquod capitulum. l. Corneliæ. de falsis: vt l. quid sit falsum. ff. de fal. nam omnis quidem deceptio dolosa, vel assertio dolosa dicitur falsum: quia contra veritatem: sed nō facit quem incidere in falsum, ꝙ puniatur vt falsarius: sed in casibus tantum, & capitulis in titu. de falsis expressis: vt probat. d. l. quid sit falsum. ita pulchrè dixit Saly. in dicta l. nec exemplū. & Bar. in d. l. quid sit falsum. & sic cum istud statutum sit pœnale, & loquatur de expendente falsam monetā scienter, debet intelligi de falsa moneta, prout capitur strictè, & sic tertio modo: vt dictum est, argumento. capitul. odia. de regu. iuris, libro 6. vnde text. valde singularis in l. lege Cornelia. in versi. eadem lege, exprimitur. ne quis nummos staneos, plūbeos, emere, vēdere dolo malo vellet. ff. de fal. vbi ille punitur, qui expēdit falsam monetam, qui nummos staneos, aut plumbeos emere, aut vendere dolo vellet malo. & sic duo requirit ille tex. ad hoc, vt puniatur pęna expendentis falsam monetam. primo vt nūmos plumbeos expendat, aut staneos: secundo, quòd dolo malo id faciat. vnde Barto. ibi dicit, an ille, qui expendit falsam monetam, teneatur crimine falsi: &
11 dicit se credere quòd † tunc demum committit falsum, & incidit in legem Corneliam de falsis, quando expēdit nummos nominatos in illa. l. s. plūbeos, vel staneos: aliter non incidit in l. Corneliam de falsis: sed punitur extraordinariè, vt l. sacularij. cum ibi no. ff. de extraor. crim. & per hoc refert se pluries euasisse a pęna legis Corneliæ de falsis, & dominus Abbas consiculus meus in ca. quanto, de iureiurando. dicit in versicu. extra quæro, quid de eo, qui scienter expēdit falsam monetam, dicit, ꝙ tenetur pęna legis Corneliæ de falsis, quæ regulariter est deportatio, & omnium bonorum publicatio: seruus vero afficitur vltimo supplicio, de quo remittit ad l. 1. in fin. ff. de fal. & ꝙ talis expenditor teneatur hac pęna, videtur tex. in d. l. lege Cornelia. & refert doctrinam ibi superius allegatam, & dicit eam esse menti tenendam, & sic proprie Bartol. sentit, ꝙ falsa moneta dicitur proprie illa, de qua ī d. l. lege Cornelia. Et ad hoc vt quis incidat in pęnam expendentis falsam monetā, oportet, ꝙ scienter & sciens illam monetam esse falsam, illam expendat, vt sentit expresse do. Abbas in d. ca. quanto, sed in casu nostro ista non est falsa moneta proprie & stricte sumpta, quia non est de plūbo neque de staneo, nec est rasa, aut aliter vitiata, nisi ꝙ valet minus, quàm consueuit expēdi, nec dolose, aut scienter illā expenderūt dicti inquisiti. ergo sequitur, ꝙ non inducūt in pęnam statuti, & per ꝯns veniunt absoluendi ab ista inquisitione, & ideo dixit Ang. in præall. l. nec exemplum, ꝙ proprie & strictissime tūc dicitur falsum, cum occultatur veritas dolo malo in alterius perniciem. allegat. d. l. quid sit falsum. ergo vbicunque non occultatur veritas dolo malo in perniciem & damnum alterius. ergo non potest puniri tanquàm falsum commiserit: sed isti inquisiti non occultarūt veritatem dolo malo in preiudicium eorum, quibus dabant, & expendebant dictam monetam. ergo sequitur, ꝙ non inciderūt in pęnam istius statuti. vbicunque enim cessat diffinitio, cessat & ipsum diffinitum. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. l. j. §. j. de dolo. cum simi. ergo veniunt absoluendi. Et sic ex multis superius expressis liquet de innocentia ipsorum inquisitorum, & eo maxime cum ipsum statutum loquatur de actu perfecto, & cōsumato per verbū expenderit, & isti non consumarunt actum, cum protestati fuerint, ꝙ si non possunt expēdere ipsam pecuniam pro illo cursu: illam restituant, & etiam cum doceant se habuisse dictam pecuniam ab alio, & cum illa moneta habuerit illum cursum, nec fuerit factum proclama, ꝙ fuerit diminutus solitus cursus monetæ. ergo non incidunt in pœnam ipsius statuti, aut iuris cōmunis. Et sic videtur necessario concludendum, ꝙ partes spectabilis do. Potestatis erunt in absoluendo pręfatos inquisitos a dicta inquisitione: cum proniores debeamus esse in absoluendo, q̄ in condemnando: vt in c. domino guerram. §. promptiores. in titu. hic finitur lex Corra. & incip. consue. reg. c. ex literis, de proba. l. Arrianus. ff. de act. & obli. & in c. clerici. 81. di. & ibi est gl. fin. ꝙ in tantum debemus fauere liberationi, ꝙ si duo clerici deponūt me deliquisse tali die & loco, & duo laici deponunt contrarium, ꝙ stabitur dicto testium laicorum, & non dicto testiū clericorum: licet laici sint inferiores ipsis clericis. Et pulchre dixit Inno. in c. dudum. el 2. de elect. ꝙ si producuntur testes contra clericum, ꝙ sub annuo censu alienabat ecclesiastica recipiēdo pecuniam, ꝙ intelligitur de temporalibus & non de spiritualibus, ad hoc vt euitetur erimē simoniæ, & sic debemus capere in casu isto minorē partē. Et sic ꝯcludo ipsos inquisitos debere absolui a dicta inq̄sitione.

EPITOME.

¶Lege venditionis cautum erat, vt si emptrices, de quibus hic, vel earum hæredes, vel quæuis alia persona, habens ab ipsis causam, vellent venditas sibi res vendere, venditorem primum, vel suos hæredes requirerent, an emere vellēt. Illæ mortis causa terras quasdā ex venditis rebus fratribus, & conuentui beati Augustini donarunt, sine vlla illorum requisitione. Respondet Barba. valere nihilominus illam donationem. Deinde cum venditor in venditarum rerum possessione precarii nomine semper fuisset, dicit eas, nec ab illo, nec filio eius hærede vniuersali præscribi potuisse, & fratres donatarios multis modis agere cōtra hæredes vēditoris posse.

SVMMARIVM.

Verba illa, quæuis alia, copulant maiora expressis. nu. 1.
Donatio causa mortis, quo ad effectum potius accedit vltimæ voluntati, quàm contractui. nu. 2.
Ecclesia in qualibet dispositione excepta est. nu. 3.
Verba contractus sunt strictè interpretanda. nu. 4.
Emphyteuta rem emphyteuticam domino irrequisito donare potest. nu. 5.
Malæ fidei possessor nullo tempore præscribit. nu. 6.
Patris mala fides filio vniuersali successori nocet. nu. 11.
Precarium est interdictum rei persecutorium. nu. 14.
Libellus contra venditorem, qui rē non tradidit, quo modo concipiendus. nu. 15.
Venditor, qui rem venditam commodè tradere potest, compelli præcisè potest, vt tradat. nu. 16.

CONSILIVM LIII.

VIso puncto, & mature examinato, & visis instrumentis, & accurate intellectis dubitatur, vtrum ista donatio causa mortis facta conuentui, & fratribus beati Augustini non req sito dicto venditore valuerit. Secundo erit videndum, an si per tempus ita longissimum venditor, & hæredes venditoris tenuerunt & posséderunt

derunt dictas terras: vtrum præscripserint, adeo, ꝙ nil possit peti, ab eis vigore instrumenti venditionis præfatæ. Tertio erit videndum, quia dictus venditor constituit se precario nomine possidere nomine dictarum mulierum emptricium, donec corporalem possessionem adeptæ fuissent dictæ dominę emptrices: vtrū possint compelli hæredes venditoris, tenentes & possidentes dictas terras venditas ad tradendā possessionem ipsis fratribus, & conuētui Sancti Augustini, & istis maturè pensatis apparebit indubitata veritas præsentis cōsultationis. ¶ Capio primum dubium, & videtur, ꝙ non potuerint dictę emptrices donare causa mortis dicto conuentui, dicto emptore irrequisito. nā contractus accipiunt legem ex conuentione partium. l. sicut. C. de act. obl. l. j. §. si conuenerit. ff. depo. cum si. Sed in dicto instrumento venditionis dicitur, si quo tempore dictæ dominæ, vel hæredes earum vellent vendere dictas terras sic acquisitas, vel aliquam earum, ꝙ tunc & eo casu teneantur & debeant denunciare domino Gabrioto predicto, vel eius hęredi, se velle vendere dictas terras, seu partem earum, & si tunc dominus Gabriotus voluerit emere dictas terras, vel partem earum, pro suprascripto pretio, facta dicta denunciatione & notificatione, habeat & habere debeat spatium sex mensium dictus Gabriotus, vel sui hæredes a die denunciationis ad deliberandum & respondendum, si ipsas terras reemere, & habere voluerit: & si infra illud tempus non dixerit se velle emere, & recuperare: tunc & eo casu liceat ipsis dominabus dictas terras, seu partem ipsarum, vendere cuicunq; personę plus dare & emere volenti. Ista sunt formalia verba ipsius instrumenti, sed prohibitus vēdere videtur prohibitus donare: vt dixit glo. optima in l. 2. C. de vsucap. pro empto. nam appellatione venditionis venit omnis alienatio: vt l. statuliber. a cæteris. §. quintus. ff. de statulibe. & not. Bal. & Cyn. in l. voluntas. C. de fideicom. & in l. fina. C. de rebus non alie. & in d. l. 2. & Salyce. in in d. l. voluntas. & in d. l. 2. ergo sequitur, ꝙ istæ cum mulieres emptrices essent prohibitæ vēdere non requisito dicto Gabrioto vēditore, aut suis hęredibus: ergo sequitur, ꝙ non potuit donare causa mortis dictas terras ipsi conuentui, & fratribus irrequisito dicto Gabrioto: vnde Barto. in l. fin. C. de iure emphy. quærit, an emphyteutę liceat donare emphyteusim alijs domino irrequisito? & dicit, quòd non, per textum illius. l. qui loquitur de alienatione, vel translatione in alium, & idem etiam dicit ibi in fundo emphyteutico legato: nam per legatarium non potest transferri. Ita erit in casu nostro, quia nō potuissent dictæ emptrrices, nec legare, nec donare causa mortis, & per consequens ipsis fratribus conuentus Sancti Augustini non competit, aliquod ius ad recuperandum dictas terras sibi donatas. Et ista erant, quæ faciebant dubium in pæsenti consultatione. ¶ Et licet ista sint colorata, & apparentia satis: tamen casum nostrum non attingunt: ideo illis non obstantibus contrarium puto esse de iure verius, videlicet, ꝙ talis donatio causa mortis valuerit & tenuerit. Et ante omnia præmitto illud, quod dicitur in ipso instrumento venditionis, videlicet, ꝙ si quo tempore dictæ dominæ, vel hęredes earum, vel quæuis alia persona habens ab ipsis causam, vellent vendere dictas terras. ex quibus verbis clarissime colligitur, ꝙ partes ipsæ voluerunt, quòd per hæredis institutionem, & sic per actum vltimæ volūtatis dictæ dominę emptrices potuerūt dictas terras transferre in alios, vel alium, non requirendo ipsum venditorem, vel hæredes eius, & etiam per illa verba, vel quęuis alia perso
1 na hñs causam ab eis: copulant † dicta verba, quęuis alia, maiora expressis: vt est gloss. quæ allegatur pro singulari in cle. j. de re iudi. vbi dicitur in causa beneficiali, vel quauis alia, & ibi glo. ponit exemplum in causa temporali prophana, quam gl. reputat ibi singularem dominus meus Ioan. de Imo. & ego allego tex. & glo. in cle. ne Romani, in ver. expirare per mortem, vel alio quouis modo, & ibi gl. ponit exemplū per furorem, vel infirmitatem, vel absentiam, vel renuntiationem, & illa dictio, quæuis includit casum maiorem & ampliorem expresso, facit gl. in cle. j. de iud. in ver. quibuscunque. vbi comprehenditur persona ecclesiastica, & etiā laicalis, & facit etiam, quod pulchrè scripsit Ang. in l. ꝙ si nolit. §. si quid ita. ff. de ædil. ædict. & per consequens habere causam ab eis dicitur ille, qui habet titulo legati, vel titulo donationis causa mortis, vel donationis inter viuos, excepto casu vēditionis, & sic partes prædictę illud voluerunt, quod verba ab eis expressa indicant: vt l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supple. lega. sunt enim voces earum, quæ sunt in animo passionum notæ, vt scribit philosophorum antistes Aristoteles libro perihermenias, & sic cum partes exceperint casum institutionis hæredis, & postea dixerint: vel alia quæuis persona habens causam ab eis, voluerūt dicere, ꝙ dictæ dominæ, aut hæredes, aut legatarij, aut donatarij eo casu, quo voluerint vendere, teneantur requirere dictum venditorem. ergo potuerunt dictæ emptrices donare causam mortis dicto conuentui, & fratribus Sancti Augustini. qnimmo videtur, quòd in illis verbis, ipsæ, vel hęredes sui teneantur requirere dictum venditorem, comprehendunt ipsos fratres donata-
2 rios: quia † donatio causa mortis quo ad effectum accedit potius vltimæ voluntati, quàm contractui: vt est tex. melior de corpore iuris, in l. fina. in verbo omnes effectus sortiatur, quos habent vltimæ voluntates. C. de dona. causa mortis. facit text. fin. secundum Ange. in l. 2. ff. de public. vbi sicut in legatis transfertur dominium ipso iure in legatarium, secuta morte testatoris, ita in donatarium secuta morte donantis. facit text. qui etiam allegatur pro singulari in l. j. §. j. ff. de tute. & ra. distra. vbi ꝓhibitus testari: est prohibitus donare causa mortis. Facit tex. melior de iure in l. 1. ad fin. C. de caduc. tollen. vbi sicut in legatis habet locum ius accrescendi, ita habet locum in donatione causa mortis. Facit text. valde solēnis, & fin. in l. quæ sub ꝯdōne. ff. de cond. insti. vbi de dōne causa mortis reijcitur turpis ꝯdō, sicut reijcitur de testīs. facit. l. illud generaliter. ff. de dona. causa mortis, vbi æquiparatur donatio causa mortis legato. Facit tex. optimus & singularis in l. 3. ff. de coniug. cum emancip. libe. vbi sicut reseruantur legata coniunctis personis ex testamento, in quo filius est præteritus: ita conseruat donatio causa mortis facta coniūctis personis. Facit text. singularis in l. Marcellus. §. Paulus. ff. de donatio. causa mortis. vbi ita reuocatur donatio causa mortis. sicut reuocatur legatum. ideo sicut per alienationem voluntariam reuocatur legatum, ita reuocatur donatio causa mortis. ita voluit Dyn. & Bald. in l. stichus, qui meus erit. ad finem. ff. de legat. primo. facit dicta l. Marcellus. vbi sicut miles est priuilegiatus in testando: ita est priuilegiatus in donando causa mortis. facit glo. in capitu. quanquam, de vsur. lib. 6. quæ dicit, quòd vsurarius sicut est prohibitus testari sine vlla solēnitate: ita prohibitus donare causa mortis. Et sic liquido apparet ex supradictis, ꝙ eo ipso ꝙ fuit expressum per ipsum vēditorē, ꝙ si dictæ dñæ vellent vendere, vel hæredes earum, seu quęuis persona: nedum comprehenditur hęres: sed ēt legatarius, aut donatarius causa mortis: tum quia donatio causa mortis quo ad effectū, & executionem magis accedit vltimæ voluntati, tum etiam quia comprehēditur sub illis verbis, seu quęuis persona,

sona, habens causam ab eis. vnde sufficit, ꝙ hæres institutus ab eis, vel legatarius, vel donatarius, reqrat vēditorem, aut eius hæredes tempore, quo voluerit vēdere. Quinimo comprehenditur hūs causam ab eis ratione contractus, quia illa verba copulāt maiora expressis, & ex isto capite ista donatio causa mortis valuit, & tenuit, non obstantibus verbis contractus, seu instrumenti, videlicet, quòd non possit vendere, &c. & eo maximè, quia ista
3 † donatio fuit facta ecclesiæ, & in qualibet dispositione intelligitur excepta ecclesia, vt not. Bartol. in l. filiusfam. §. diui. ff. de legat. 1. & Bald. in l. fina. C. de sacrosanct. eccle. & dominus Anto. in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut. & Ioan. mona. in cap. vt animarum, de consti. libro sexto, & in dubio est fauendum ecclesiæ. l. sunt personæ, de relig. & sumpt. funer. l. id quod pauperibus. C. de episcop. & cle. cap. religiosam. 12. q. 2. cap. super prudentiam. 14. q. 2. cap. fin. de testa. Secundo est ponderandum, posito non tamē concesso, quòd verba dispositiua ipsius contractus non inducerent hoc, scilicet ꝙ ipsa emptrix possit disponere per viā vltimæ voluntatis de ipsis terris emptis, sine requisitione ipsius venditoris, quod non est verū, quia imo potest etiam per viam cōtractus, vt patet ex illis verbis, vel quæuis alia persona habens causam ab eis: quia primo præmisit hæredis institutionem, postea apposuit copulam importantem maiora expressis: nihilominus istæ dominæ, potuerunt donare causa mortis huic conuentui, quod sic ostendo. verba contractus
4 † sunt stricti iuris, & stricte sunt intelligenda & interpretanda, vt l. quicquid astringendę. ff. de verbo. oblig. & l. j. §. is qui nauem. ff. de exerci. cum si. & sunt interpretanda contra eum, qui stat pro contractu: vt in l. veteribus. ff. de pact. c. contra eum, de reg. iur. libr. 6. cum si. Modo in proposito nostro dictum in contractu, & appositum per ipsum venditorem, ꝙ si quo tempore illæ dominæ voluerint vendere videtur appositum, quia venditor iste non considerauit aliud, quàm ipsam venditionem, & non considerauit alienationem, quia expresse sibi prouidisset de alienatione, si voluisset: & occurrisset voluntati illarum dominarum ementium, vt in c. ad audiētiam, de deci. & cap. maiores, de baptis. & in l. j. in prin. ff. si mens. fal. mo. dixe. & l. j. §. sin autem ad deficientis. C. de cadu. tol. vnde debet stricte intelligi & interpretari illud verbum vendere, contra ipsum venditorem. Vnde Bal. in l. voluntas. in versi. modo restat quærere, & quærit, an prohibita venditione sit prohibita donatio, & alleg. glo. quòd sic in l. 2. C. de vsuca. pro empt. & facit illa l. voluntas. postea ibi Bald. dicit, distinguendo hoc modo, aut prohibetur venditio a lege, & non prohibetur donatio: quia talis prohibitio est, contra ius commune, & ideo non debet extendi. l. in quorum. ff. de pignorat. aut prohibetur a contrahente, & idem: quia verba contractus non debent extendi, aut prohibetur a testatore: & tunc, quia testator habet necesse causam exprimere, vt l. filiusfam. §. diui. ff. de lega. j. oportet tunc considerare causam, vtrum concernat speciem ꝯtus, aut rem ipsam, primo casu non extenditur prohibitio: secundo casu large sumitur ex vi finalis causæ, alle. Gul. & Cy. & dicit, quòd olim in primo, vt ita dixerim, tempore iuris ciuilis, antequam venirent plenæ prolationes nominum, vt l. j. ff. de contrahen. empt. nomine venditionis continebatur omnis commutatio. l. statulib. a cęteris. §. quintus. ff. de statuli. & alle. quod not. in rubr. C. de rerum permu. & ita residet ibi Bal. Et idem Bald. in d. l. 2. de vsuca. pro emp. vbi dicit, testator prohibuit rem vendi: nunquid videatur prohibuisse omnem spec. ē alienationis, & dicit glo. ibi, quòd sic per d. §. quintus, qui tex. ad hoc est notabilior alio, qui sit in corpore iuris. ipse Bal. dicit, quòd verbum venditionis, per seipsum non haberet alienationem significare: vt l. fin. C. de prædi. curia. libr. 10. sed ratione adiuncti, idest ratione causæ prohibitionis includit alios titulos, vt not. in l. 2. §. fin. ff. quæ res pigno. cap. j. de pigno. l. in quorum. ff. eo. titu. Preterea distinguit dicens, vel dic, aut prohibitio est legalis, aut est prohibitio testatoris. Præterea finaliter dicit, dic vt dixi in l. voluntas. C. de fideicom. & sic Bal. in d. l. 2. residet in eo, quod dixit in d. l. voluntas. & ad d. l. 2. optime respondetur, ꝙ loquatur in prohibitione testatoris, sed nos loquimur ī prohibitione facta in pacto, seu contractu: ergo erit verissima conclusio, ꝙ posito quòd non essent illa verba apposita in contractu illo, sed dumtaxat fuisset dictum, ꝙ non possint vendere, poterunt donare. Tertio hoc decidit glo. solennis in l. fina. C. de iure emphyt. quæ
5 tenuit, quòd † licet emphyteuta priuati non possit vēdere rem emphyteuticam irrequisito domino: tamen illam potest donare, & illam gloss. sequitur ibi Bald. & in l. si domus. §. fin. ff. de legat. j. & bene facit, quod no. idem Bald. in authent. quas actiones. C. de sacrosanc. eccle. & in c. j. ver. donare in titul. qualiter olim feud. pote. alie. Et ideo D. meus Ioan. de Imola in præallegat. l. si domus. §. fina. dicit, emphyteutam priuati posse donare rem emphyteuticā sine consensu domini, & damnat opinionem Bar. in d. l. fi. & alle. glo. ibi ꝯtra Bart. & dicit illam glo. cōmuniter sequi doctores. & etiam illam sequitur Ioan. And. in c. potuit. de loca. super glo. 3. & Spec. in titulo de loca. §. nūc aliqua. versi. 107. & ibi etiā Ioā. And. sequitur illam glo. Nec ob. d. l. fi. inquantū vult, ꝙ non possit sine ꝯsensu domini: quia loquitur in venditore, vt ibi patet expresse. & potissime per id, qđ ibi dicitur, ꝙ debet denuntiare domino verum pretiū. nā illud propriè cadit in emptorem, qa appellatione pretij venit ꝓprie venditio, vt in l. fi. C. de prædi. curia. præalleg. & gl. in l. cum dotē. de iure dotiū. l. apud Celsum. §. si cū legitima. ff. de dol. excep. l. j. ff. de superficie. & ibi Barto. & Bart. in l. facta. §. hæres. ff. ad Trebellianum. & Bal. in l. per diuersas. C. manda. pro hoc etiam alleg. quia non est eadem ratio in venditione & donatione. nam in venditione habetur respectus ad pretium. ideo cum intersit emphyteutæ a quo illud pretiū habeat, ꝯueniens est, ꝙ requirat dn̄m, sed donatio fit propter affectionē, vt l. nec adiecit. ff. ꝓ socio, q̄ nō cadit vniformiter in donatario, & dn̄o. ideo nō est conueniēs emphyteutam arctare, vt requirat dominum. Nec obstat gloss. in l. j. C. de fun. patri. lib. 11. quia si bene ponderetur illa gloss. in donatione non facit differentiā inter emphyteutam priuati: & reipublicę: sed bene facit in venditione. & sic nō ꝓbat id ad quod per Bar. allegatur: nec etiam est verisimile. Nec obstat ratio Barto. quia licet donatarius emphyteutæ priuati non sit obligatus domino: tamen remediū erit, ꝙ poterit vendicare rem ab ipso, si non soluatur pensio: vt dixit gloss. in d. l. fi. & ita residet Ioan. de Imo. in dicta l. si domus. §. fina. Et idem voluit gloss. in d. capitul. potuit. & ibi Philippus & Innocē. & Ioan. And. qui assignat rationem diuersitatis inter contractum venditionis, & donations: quia donatio communiter fit propter meritum, & propter affectionem, quē habet quis ad personā, cui donat, sed dominus forte ita non meruit: vt sibi fiat donatio, sicut ille, cui emphyteuta vult donare, nec illā affectionē habet forte ad dominum: & ideo nō sic haberet finalē intentionem suam, volens donare in ꝯtu donationis respectu domini. ideo videtur, quod non teneatur requirere, & hanc opinionem dicit Ioann. Andr. in d. c. potuit. tenendam, & illam sequitur Cy. in dicta l. fin. & late eam sequitur Ioan. de Imol. in d. c. potuit.

capitul. potuit. in tertia gloss. sic Bal. Inno. Philippus, Io. And. Ioã. de Imo. Cyn. D. Petr. & glo. vtriusq; iuris & Spec. tenent istam patrem, ꝙ prohibitus vendere non est prohibitus donare. Et Io. de Imol. dicit istam
6 fore communem opinionẽ, ꝙ † emphyteuta, qui est prohibitus vendere domino irrequisito, non est prohibitus donare: imo poterit donare irrequisito dño: ita erit ista opinio tenenda in iudicando, & consulẽdo: vt probat textus in l. j. ff. de senatori. & in l. athletas. ff. de his qui not. infa. & l. ita vulneratus. ff. ad le. Aquil. & in dictis locis per Bal. & probatur in capitu. in canonicis. 19. dist. & in capitul. de quibus. 20. di. & in §. quidam. de pęnit. di. j. & alle. dictum Inno. in ca. ne innitaris. de constit. & Io. And. in c. j. eo. titu. & Hostien. in c. capellanus. de fer. & Bart. in l. fi. C. de pęna iudi. & in quæstione sua, quę incipit, a sententia iudicis. Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de officio procõsul. & in l. j. ff. de vulgari & pupilla. & Ange. in l. cum prolatis. ff. de re iudica. Cum ergo in casu nostro, istę mulieres ementes donauerint ecclesiæ: & sic in piã causam propter affectionem ad redemptionem peccatorum iuxta illud, quod scripsit vir patientissimus Iob. pellem pro pelle, & omnia quæ habet, donat homo pro anima sua. & not. in l. illud. & in l. j. C. de sacrosanctis ecclesijs. ne ista affectio cadat in ipsum vẽditorem. & eoque magis: quia iam habuerunt respectum ad pretium: quia dixerunt in ipso instrumento venditionis, pro eodem pretio. ergo sequitur, quòd potuit donare causa mortis ista emens dictas terras dicto cõuentui & fratribus beati Augustini. & sic videtur cõclusio indubitata multifariè, multisque modis. Et sic videtur concludendum, quòd dicti fratres possunt vigore dictæ donationis causa mortis, secuta morte ipsarum donantium, consequi & habere dictas terras venditas per ipsum Gabriotum, rationibus & iuribus superius expressis. Et etiam posito, ꝙ
7 dictæ † dominæ vendidissent ipsas terras irrequisito domino Gabrioto, vel eius hæredibus, nihilominus valuisset ista vẽditio: sed potuisset agere ad interesse, per l. creditor. §. finali. ff. de distra. pigno. & per id qđ not. per omnes scribentes in l. si ea lege. C. de condi. ob causam. & in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verborũ obligationibus. & per Angelum in l. nemo. ff. de pac. quanto ergo fortius in casu nostro valebit, & tenebit ista donatio. Præterea ponderentur verba ipsius instrumenti ad finem, dum dicit, quòd si infra tempus sex mensium nõ dixerit dictus Gabriotus se velle reemere dictas terras: tunc liceat ipsis dominabus vendere cuicunque personæ plus emere volenti. & si ex venditione ipsarum terrarum dictæ dominæ perceperint aliquid plus vltra pretium suprascriptũ, quod illud plus teneãtur dare dicto domino Gabrioto, vel eius hæredibus, si vero minori pretio vendiderint, ꝙ tunc & eo casu teneatur dictus dominus Gabriotus, vel eius hæredes reficere & refundere ipsis dominabus vsque in intregrum pretium suprascriptum. Et sic apparet, quòd omnis spiritus & omnis intentio & voluntas ipsius vendentis fuit inhibere solam venditionẽ: vt apparet ex prædictis. ergo videtur permisisse omne aliud genus translationis, scilicet ꝑ hæredis institutionem, vel per viam legati: vel per viã donationis causa mortis: vel inter viuos, & habet optimam rationem: quia omnis respectus fuit adhibitus ad pretium, quod non cadit in donatione. ¶ Nec obstant allegata in contrarium. primo cum dicitur, ꝙ contractus recipiunt legem ex conuentione: quia istud concedo: sed cum dicitur, cõtractus prohibuit donationem causa mortis, istud est falsissimum, & hoc non dicerent capræ, vt Bartoli verbo vtar in l. fi. ff. de rebus dubijs. vt apparet ex ipso instrumento, primo cum dicitur, quòd si dictæ dominæ voluerint vendere, vel hæredes earum, vel quæuis persona habens causam ab eis. & sic permisit vẽditor, quòd in dictis terris dictæ dominæ possent disponere liberè per modum vltimæ voluntatis, siue per viam institutionis, siue per viam legati, aut donationis causa mortis, & similium: & latissimè superius dixi. & sic ex lege conuentionis apparet cõtrarium eius, quod in contrarium allegatur. Nec obstat, cum allegatur gloss. in dicta l. 2. C. de vsucap. pro empt. primo: quia illa glo. loquiť eo casu, quo testator prohibuit alienationẽ, quod apparet: quia in dicta l. dicitur, testator seruari testamento præcepit. & ista verba non fuerunt apposita in isto instrumento venditionis. & sic ille text. non obstat, & illa gloss. in vltima voluntate loquitur, nos sumus in contractu: & sic in alio casu. & ideo Baldus in dicta l. voluntas. distinguebat: aut loquimur in prohibitione testatoris: & tunc procedat illa gloss. aut loquimur in prohibitione paciscẽtium & contrahentium: & tunc secus: & sic illa glos. limitatur non habere locum in prohibitione inter viuos. & iam gloss. loquitur expresse in vltima voluntate. Item illa gloss. alleg. generalitatem illius §. quintus. qui tex. procedit, antequam essent distinctiones nominum: & sic loquitur in primo tempore iuris ciuilis, vt pulchre dixit Bald. in d. l. voluntas. Item contra illam gloss. loquitur gloss. in dicta l. fina. C. de iure emphy. & in dicto capitul. potuit. & ideo reducendę sunt ad concordiam hanc, videlicet, quòd gloss. in d. l. 2. procedat in actu vltimæ voluntatis. & gl. in dicta l. fi. & d. capi. potuit. procedat in dispositione inter viuos. Item quia stantibus verbis instrumenti, vt superius dictum est de hærede, vel quauis persona habente causam ab illis mẽtibus, &c. vt est superius expressum: tollitur dispositio illius gloss. & sic multifarie ostensum est, quòd dispositio illius gloss. non obstat istis religosis & conuentui sancti Augustini. Nec ob. cum allegatur dictum Bar. in d. l. fi. C. de iure emphy. primo: quia gloss. est ibi contra eum. & etiam gl. in d.
8 c. potuit. & † maioris auctoritatis fuerunt dictæ glo. ꝗ̃ Bar. facit, qđ not. Bal. in l. precibus. C. de impub. & in suo peculio. & Salyce. in l. traditionibus. C. de pac. Iaco. Bu. in l. j. C. qui pro sua iurisdi. & Bal. in l. cũ hæreditas, C. deposi. vbi dicit, ꝙ auctoritas gl. oẽs alios antecedit, & in authen. cessante. C. de legi. hæred. & in c. j. de natur. suc. feu. in usib. feu. dicit, ꝙ nõ potest in consulendo adhærere meliori opinioni, ꝗ̃ gloss. & Angel. in l. 2. C. de accu. tum etiã: ꝗa cõmuniter doctores reprehendunt Bar. & sequuntur gl. tum etiam quia Bar. ibi fundat se per illum text. qui loquitur in alienatione: sed in casu nr̃o fuit expressum de venditione: tũ ꝗa ille tex. loquiť ex dispositione legis, nos sumus in dispositione hominis, & sic in pacto: tũ etiã ꝗa in verbis instrumẽti expresse colligiť, ꝙ põt instituere, & legare, & donare causa mortis: vt superius est expressum. & sic dictũ Bar. nullo modo ob. in casu nr̃o. & per ꝯsequens sequiť, ꝙ valuit & tenuit dicta donatio causa mortis, irrequisito ipso Gabrioto, aut eius hæredibus. Et ita concludo in fauorẽ conuẽtus & fratrũ prædicatorũ. Et etiã bene facit, qđ dicitur in instrumẽto ꝓcuratorio, cũ diciť, si dictus D. Gabriotus reemere voluerit: & sic videtur vocatus eo casu, quo illæ dominæ velint vendere, & ipse Gabriotus velit emere. & sic solũ dumtaxat vocatus est, quãdo voluerint illæ dominæ vendere. ¶ Capio ẜm dubiũ, posito ꝙ D. Gabriotus & sui hæredes post eũ tenuerint & possederint dictas terras vẽditas, an potuerint præscribere: & super hoc nõ est faciẽda magna instantia: ꝗa clarũ est ꝙ nõ. primo ipse Gabriotus non potuit pręscribere, ꝗa erat possessor malæ fidei: quo casu nullo tempore præscribit, vt in c. fina. de præscriptio. & in c. 2. de regulis iuris. libro 6. quod

apparet:

apparet:quia ipse dedit mandatum solẽne suo procuratori,vt vẽderet dictas terras ipsis dominabus ꝑ certo pretio. & ita iã extitit actum: quia vẽdidit ipse ꝓcurator nomine dicti dñi Gabrioti, & recepit pretium.ergo tenendo, & possidendo res iam per eum
9 venditas pretio recepto:est†cõstitutus in mala fide. ergo nullo tempore potuit pręscribere.&sic quo ad d.Gabriotum est indubitatum,ꝙ non pręscripsit.& etiã probatur ratione: quia aut dictus d.Gabriotus possedit ipsas terras, & tunc quia rogauit precario possidere:tunc non potest pręscribere:quia eoipso, ꝙ aliquis negat restituere mihi rem,quam precario habet a me, videtur me spoliare possessione,quam habet a me: vt l.is qui.ff.de preca. & ibi Bar. & ideo non pręscripsit,aut non possedit, & tunc multo minus pręscripsit: quia pręscriptio non procedit sine possessione.Si verò loquimur quò ad dominum Albertum filium & hęredem ipsius quondã Gabrioti, & tũc facit aliqualiter dubium, qđ scribitur in c.cura.de iure pat. vbi mala fides auctoris non transit in successorem: & sic licet non potuerit pręscribere dictus dñs Gabriotus, tñ potuit bene pręscribere dictus dñs Albertus successor eius vniuersalis: qa mala fides ꝑdecessoris non transit in successorẽ. Nihilo minus ꝯriũ est verius, videlicet, ꝙ d.D.Albertus nõ pręscripserit. Nec ob. doctrina tradita per scribẽtes in d.c.cura.qa non loquitur in casu nostro,pro quo casu vitium eius non transit in successorẽ: qa illud ius succedẽdi non causatur ab ipso prędecessore in successorẽ:sed causatur a Papa,vel ab alio superiore conferente:vt scribunt oẽs ibi: & maximè do. Ant. sed sumus in successore vniuersali laico, qui omne ius succedẽdi habet immediate ab ipso suo prædecessore: vt est hęres & testator, seu defunctus, quo
10 casu est secus: qa † mala fides prędecessoris transit in successorẽ vniuersalem.vnde Bar.in l.ex diuerso. in fin.principij.ff.de rei ven.dicit, ꝙ si hęres, qui est bonę fidei successit defuncto, q erat malę fidei, nõ facit fructus suos:qa censetur esse malę fidei,ex quo pręcedessor fuit malę fidei. & sic videt decidere istã dubitationẽ. & ideo tex.in l. cum hęres.ff. de diuer. & temp. pręscri. ita inquit,cũ hęres in ius omne defuncti succedit,ignorãtia sua defuncti vitia nõ excludit,veluti cũ sciẽs alienũ vel precariò possidet, q̃uis enim ꝑcariũ hęredẽ ignorantẽ nõ teneat:nec interdicto rectè cõueniatur:tamẽ vsucapere nõ poterit, qđ defunctus non potuit. Idẽ iuris est cũ de longa possessione quęritur.nec enim rectè defendetur, cũ exordium rei bonę fidei ratio non tueatur: ita formaliter ibi dicit text. per quem imponitur finis, & gladius huic dubitationi. cum ergo ille Gabriotus sciuerit illas petias terrarum esse vẽditas: & sic non fore suas,sed spectare ad ipsas dñas emptrices. ergo sufficit ad impediendam pręscriptionem ex parte ipsius domini Alberti hęredis quondam domini Gabrioti. & etiã qa iam in casu nostro possidebat precariò: vt apparet ex instrumẽto, in quo procurator eius constituit se precariò possidere nomine ipsarũ dñarum ementium:quo casu ipse d.Gabriotus proprie dicitur habere & possidere precariò: vt est tex. singularis & melior de iure in l. certe.§.si ꝓcurator, ver.ego ꝓpriè ꝑcariũ hẽre dicor.ff.de ꝑcar.Et si quispiã dixerit,ꝙ in isto instrõ nõ dr̃ qualr̃ tũc tpis d.Gabriotus possideat dictas terras ad hoc vt constitutio ꝑcarij hẽat suũ effectũ: vt est gl.solẽnis in l.2. C. de acq.poss.in l.quanuis. §.si ꝯductor. ff. eodẽ. Ad hoc r̃ndeo,licet hoc nõ fuit dictũ tpe ꝯstõnis ꝑcarij,ꝙ dictus d.Gabriotus tũc possidebat ad trãslationẽ possessionis:tñ ipse remãsit in possessione, nec tradidit, imo accepit ptiũ dictarũ terrarũ,& illas apud se retinuit,ꝯ omnẽ iuris dispõnẽ: & cũ omni sinistrą ꝯsciẽtia & mala fide:quo casu transit dicta mala fides in eius successorem vniuersalem,qui cẽsetur vna & eadem persona cũ ipso domino Gabrioto: vt in auth. de iureiuran.a mor.pſti.Et iõ dixit gl.in l.vitia.C.de
11 acqui.pos.ꝙ†si successor est vl̃is,& est suus hęres, ꝙ indistinctè sibi nocet mala fides patris prędecessoris.argumento l.in suis.ff.de liber. & po. & sequitur illam gl.ibi.D.Bartholomeus de Salyceto. Cum ergo ĩ proposito nostro ille dominus Albertus sit suus hæres & successor vniuersalis ipsius domini Gabrioti.ergo sequitur,ꝙ indistinctè mala fides illius transiuit in istum dominum Albertum suum hæredem & vniuersalem successorem,& per ꝯñs nullum tempus longissimum sufficit ad præscriptionem. d. cap. fin.& in d.c.2.vbi malę fidei possessor nullo tempore præscribit.Facit glo.in l.2.C.de vsucap. pro hęre. quæ solenniter disputat, si defunctus extraneus habeat malam fidem, vtrum hæres bonæ fidei possit pręscribere rem immobilem? & finalr̃ determinat ꝙ non:qa hæres est successor vniuersalis in bono & malo : in suo vero hr̃de vniuersali successore est ibi indubitatum,ꝙ nullo tempore præscribit:& ibi seq̃tur Bal.licet sit aliqualis dubitatio,an extraneus hęres incipiat præscribere,vt ibi per Bald. tamẽ in suo hærede vniuersali successore est indubitatũ,ꝙ nõ ꝑscribit.facit etiam,qđ no.Ang.in l.si ego.§. partus. ff. de publicia.vbi gl.concludit, ꝙ hæres extraneus licet hẽat fidem,si successit malę fidei possessori, non pręscribit,& ibi Angel.allegat gloss. in l.eum qui. §. in hac.eo.ti. quod dicit procedere de iure ciuili,ised de ęqtate canonica vniuersalis successor extraneus si habeat bonam fidem, si non vult vti adminiculo auctoris,potest vsucapere,& ꝑscribere,alle.Dy. in d. c.1.Bart.in l.cum hæres.præalle.Bal.in d.l. 2.& dicit Ang.ꝙ opinio eorũ tenet in terris ecclesię,sed in terris imperij seruabitur dispositio iuris ciuilis. & allegat no.per Ioã.An.in d.c.2.& sic in suo hæredes vniuersali est clarissimũ,ꝙ mala fides ꝑdecessoris nocet sic indistinctè,siue velit vti adminiculo sui auctoris, siue nõ:sed ĩ extraneo de iure ciuili est idẽ, quod est seruandum in terris imperij s̃m Angel.ibi & sic sequitur,ꝙ posito,ꝙ iste D.Albertus habeat bonam fidẽ, qđ non est verum:vt apparebit ex inferius dicendis, & esset extraneus,nihilominus ex quo ciuitas Regina est ciuitas imperij:sequitur,ꝙ nullo mõ posset ꝑscribere.quãto magis in casu nostro , quia est hæres suus & vniuersalis,& etiam malæ fidei nõ potuit ꝑscribere.Facit,qđ not.idem Ang.in l.eum qui.§.pręter ait.ff.de publi.vbi dicit,ꝙ dolus auctoris vl̃is,qui per successorem vniuersalẽ repręsentatur,licet non afficiat rem,tamen successori nocet, qnia hæres successor est vitiorum & culpę defuncti. l. si ego.§.partus.ff.de publiciana.ita dicit ibi Ang. formaliter. Et sic verissima est decisio & cõclusio, ꝙ mala fides ipsius Gabrioti nocet dicto dño Alberto.Facit, quod no.gl.in c.cum quis.& ibi Io. An.de reg.iur. li.6.Do. Anto.in c.quia.de iudic.Idem not.D.Anto.in capi. si diligenti.de præscrip.& idẽ voluit Ioan.de Imola. in c.fi.de præscrip.in principio.& idem voluit Ang. in d.l.cũ hęres.Et si qspiã dixerit, ꝙ mala fides pur-
12 gatur † spatio triginta annorum,vt fuit singulare dictum Bar.in l.fi.C.vnde vi.respõdeo, ꝙ illud dictum Bartol.nullo modo obstat.loquitur enim , quando est præsumpta mala fides, qa tũc longissimo tpe tollitur illa sinistra ꝑsumptio malę fidei , sed vbi mala fides esset vera & manifesta,tunc esset secus. & hoc formaliter probat.d.l. fi. quia tunc stamus certo & non præsumptioni,aut ꝯiecturis,vt l. cõtinuus.§.cũ ita.ff.de verb.oblig.l.si certis annis.C.de pact.l. certa forma.C.đ iure fi.li.10.l.pediculis.§.argẽto.ff.đ aur. & argẽ.leg.cũ si. & ita ĩ ciuitate Regij als ꝯsului rñdendo

dendo ad dictum Bart.qa in incertis,& nõ certis locus est coniecturis. Cum ergo in casu isto appareat de aperta mala fide, & per consequens nullo modo potest iuuare se ex illo tempore ita vetusto.qa quanto longiori tempore peccata vigent, tãto fortius infelicitant animam: vt in c.fi.de dol.& contu. & ideo non obstante tempore ita longinquo nullo modo prescripsit.nec ipse Gabriotus, qui fuit malæ fidei: ita nec dictus dñs Albertus, in quem transiuit mala fides patris,tanq̃ hæres suus & successor vniuersalis: vt est dictum. & maximè etiam quia dictus dominus Albertus fuit in mala fide quæ † mala fides
13 probatur,si ei fuerit denũtiatũ.l.si fundum.C. de rei ven.vel si coram aliquibus ipse dixerit,se sciuisse illã rem esse alienã:quia illud p̃sumitur in mẽte habuisse,vt l.Labeo.§. idem Tubero.ff. de suppell. lega.Itẽ si de hoc erant fama publica in vicinia, & ipse erat vicinus,præsumitur scire: vt in c.quãto.& in c.quosdam.de præsumpt.& his & alijs ĩdicijs,ꝓut facti qualitas dictauerit,poterit ꝓbari: vt l. penulti. C.de eui. ita dixit Bartol.in l.Celsus. ff. de vsucap.Facit, quod not.Ang.ĩ l.eũ qui.§.in publiciana.ff. de publicia. & Spec.in tit.de emp.& vẽ.§.nũc dicendũ.in finalibus verbis.& no.D. Abbas ꝯsiculus meus.in c.3.& in c.si diligenti.de præscrip. Modo in proposito iã dicitur, ꝙ cum quidã prior ordinis Sancti Augustini voluisset experiri,& petere dictas terras emptas ꝑ illas dominas vigore donationis ĩterpellauit ipsum dñm Albertũ,& fratrẽ ipsius D.Alberti, q satis seueriter rñderũt sibi cũ minis.Itẽ qa in loco fama est cõmunis, & publica,ꝙ illo tpe fuerũt vẽditæ ꝑ ipsum Gabriotũ dictis dñabus,& spectãt ad ꝯuẽtũ & fratres beatĩ Augustini,& viget in dicto cõuicinio,& ĩ dicta terra Regii,ꝙ dictæ terrę nõ spectãt ad ipsum D.Albertũ. ergo præsumitur mala fides in ipso domino Alberto.Item probatur ex alio; quia iã hæredes ipsius Gabrioti omnia bona patrimonialia, quæ verè & iusto titu.spectabant ad ipsum Gabriotum, diuiserũt inter se cõmuniter,& vt propria,prout portio eis contingebat,tenuerunt & possederunt, & adhuc tenẽt, & possident sic diuisa,sed dictas terras nõ diuiserũt, eo quia non erant propria patrimonialia ipsius Gabrioti,sed communiter illas tenuerũt & possederũt, & communiter tenent & possident, tanq̃ sint bona paruo tempore apud eos duratura, qa sunt aliena, & ad alios spectant & pertinent,& ideo illas non diuiserunt communiter.& ista est vrgentissima p̃sumptio malæ fidei in ipso domino Alberto,& alijs hæredibus vniuersalibus ipsius quondam dñi Gabrioti.& ideo malę fidei possessor nullo tẽpore præscribit,vt in d.c.2.& in d.c.fin.& maximè quia istę terrę sunt ecclesię,quę ĩ prescriptionibus est priuilegiata, vt in ca.de quarta.de p̃scriptio.Et sic apparet,ꝙ nec dictus quõdam dñs Gabriotus,nec ẽt dictus dñs Albertus, aut alius filius ipsius dñi Gabrioti vniuersalis successor eius p̃scripserint dictas terras.& ista est indubitata veritas.& ita concludo in fauorem conuentus,& fratrum beati Augustini.¶ Capio nũc tertium & vltimum dubium, vtrum possint compelli hæredes ipsius domini Gabrioti ad restituẽdum & relaxandũ dictas terras vẽditas.Et circa hoc est cõsiderandũ,ꝙ † p̃cariũ est interdictũ reale,qa est rei p̃se-
14 cutoriũ.ideo est ꝑpetuũ, & nõ est annale, vt est text. in l.quæsitum.§.interdictum ff.de precar.& in §.fin. in eadem lege dicitur,hoc interdicto hæres eius,qui rogauit,tenetur,quemadmodũ ipse,siue habet,siue dolo fecit quo minus haberet,vel ad se perueniret. & sic est ibi casus,ꝙ hæres rogantis precario tenet,si rem hẽt,& in l.cum p̃cario.ad finem.dr̃,p̃carij enim rogatio ad hæredem eius,qui concessit,trãsit, vñ cũ dictus dominus Albertus fuerit hæres ipsius do.Gabrioti,sequitur,ꝙ interdictum illud posset intentari contra eum ad dictas terras restituendas, & relaxandas.Sed si dictus dominus Albertus ignorauerit precarium,non tenetur illo interdicto, vt in d.l. cũ hæres.in versi.q̃uis precarium hæredem ignorantẽ nõ teneat.ff.de diuer.& tempo.præscript.& etiam quia non probatur,ꝙ tunc tẽporis dictus Gabriotus possidebat, quando fuit apposita constitutio precarij. iuxta not.in d.l.2.C.de acqui.pos.Et ideo videtur tutius esse,ꝙ intẽtetur actio ex empto, per istos fratres conuẽtum, venientes ex persona ipsarum dominarum,& formabitur libellus ſm ꝙ decidit.D.Bald.in l.si traditio.C.de acti.empti.in versi.quæro. qualiter
15 formetur libellus † per emptorẽ:& decidit, ꝙ si venditor põt pręcisè compelli ad tradendam rẽ iã vẽditam potest emptor petere rem simpliciter dicendo, peto,ꝙ tradas mihi rem,quam vẽdidisti. Et si dicat, peto,ꝙ des & tradas, non propterea libellus est ineptus:quia intelligitur ſm naturam ꝯctus. l.si stipulatus.ff.de vsur.Item potest petere rem alternatiuè,puta,peto rem tradi,aut interesse dari; & tunc confert electionem vẽditori,ꝙ prestet ſm naturam alternatiuę:vt l.plerunq;.§.fi.ff.de iure doti.Item potest formari libellus adiectiuè,puta,peto rẽ tradi cũ interesse,& talis libellus est etiam aptus: quia intelligit̃ de interesse,qđ potest peti cum principali,puta,de interesse fructum,vel pensionum,argumẽto l.Lucius Titius.ff.de acti.empt.& sic libellando nullam cõcedit potestatem venditori eligendi:& nihilominus si vẽditor non vult rem tradere,poterit tempore sententię implorare officium iudicis super interesse: quia quod poterat consecutiuè peti tempore litis contestatæ,potest peti etiam tempore sententiæ: quia per contestationem litis non fit deterior ꝯditio agentis. hoc aũt interesse iudex ęstimabit,nõ solum ex ꝓbationibus certis:sed etiam ex coniecturis: vt elegãter voluit Nicolaus de Matarel.in d.l. si traditio. & hoc est,qđ ibi dicit tex.fuerit arbitratus præses.hoc enim tenet ibi Bar. ꝙ licet per partem nõ probetur interesse,debet tamen iudex arbitrari ex officio suo: seq̃t ibi Bal. Facit,qđ no.Bar.in l.j.ff.de acti.emp. vbi glo. ponit tres notabiles modos formandi libellum. Primo,ꝙ agatur ad rem,& tempore sententiæ interrogabitur reus,si vult dare rem, vel interesse. & si dixerit se nolle dare rẽ,ad interesse cõdemnabitur,& ibi Bar. sustinet illam practicam. Scđus modus libellãdi est,postq̃ vẽditor est in mora tradendi rem principaliter,vt directo formẽt libell⁹ ad ĩteresse, vt est casus ibi.& in d.l.si traditio.Tertia practica est, ꝙ libellus sic formetur.peto te cõdemnari ad rẽ,& si rẽ nõ tradis,peto interesse.& hoc est tutius ſm Bar.ibi.& plenè ꝑ eundẽ Bar.in l.stipulationes non diuidũtur.ff. de verb.obli.& etiam seq̃t Saly.in d.l. si traditio.Mõ in casu nostro:cum istę dominæ emerint dictas terras,soluerint pretium,nec fuerũt traditæ per ipsum dominum Gabriotum, & isti fratres, & conuentus habeãt cãm sup istis terris ex persona ipsarum dominarum:& dictus dominus Albertus sit hæres,& vniuersalis successor,& filius ipsius domini Gabrioti.ergo potest cõpelli,cum possideat & teneat dictas terras,ad tradendum dictas terras,& interesse fructuũ, & pensionum,vt est dictum. & iam habet facultatẽ tradẽdi,ideo potest compelli præcisè tradere dictas terras.vnde Bal.in l.j.C.de senten. quæ pro eo quod interest profe.ver.sed vlterius quæro,an vẽditor,di-
16 cit,ꝙ † venditor,qui habet facultatem rei tradendę, põt pręcisè compelli illam tradere,& allegat gl.insti tu.de emptio.§.pretium.quam Bald. ibi intelligit, si ꝯmodè potest.idẽ si res non est subiecta euictioni, & de facili potest tradi.nam ęquitas hoc dictat: quia, ait pretor,pacta seruabo.& allegat not.in c.q studet. j.q.j.

j.q.j.& dicit esse cõem opinionẽ. Et subdit, ꝙ si venditor constituit se precario noĩe possidere, indubitã ter præcisè tenetur ad traditionẽ: quia res est facta emptoris, dummodo sit satisfactum de pretio. cum ergo in proposito nostro istæ dominæ soluerint pretium: & interuenit, ꝙ constituit se precario nomine possidere. ergo sequitur, ꝙ dictus dñs Albertus ex psona ipsius quondam dñi Gabrioti tenetur præcisè ipsas terras tradere dictis conuentui & fratribus sancti Augustini. & ꝙ venditor teneatur præcisè tradere rem venditã, si illam possidet: & tenet Bart. in d.l. stipulationes non diuiduntur. & in d.l. si traditio. & in l.j. & in l. si ex empto. ff. de actio. emp. & Arch. in d. c. qui studet. & gl. in c. cum Ioannes eremita. de fide instru. & ibi moderni scribentes. & Io. And. in addi. Specu. in titu. de emp. & ven. §. in anterioribus. Et sic vr̃, ꝙ poterit libellus formari cõtra istũ D. Albertũ, tanq̃ hæredem suum vl̃em dicti quondã Gabrioti, ad tradendas dictas petias terrarũ, ex quo cõmodè illas tradere põt. Et si forte diceret, se non esse hæredẽ patris: quia nollet hæreditatem paternã: qa forte abstinuit, tunc potest intentari iudicis officium ꝯ dictum D. Albertum possidentem & tenentem terras spectantes ad conuentum & fratres prædictos, p doctrinam Hosti. in c. bonæ. de appella. vbi dicit, ꝙ officio iudicis potest agi ꝯ quemlibet possessorẽ ex naturali æquitate. 2.q.1. in primis. & ideo si res mea peruenit ad te, possum agere iudicis officio, vt illam mihi restituas. l. si me & Titium. ff. si cer. peta. maximè hoc procedit de æquitate canonica. quanto magis: qa ista est ecclesia: & dictæ petiæ terræ spectant ad ecclesiã. Et si posset pbari, ꝙ dictæ dñæ tenuerũt & possederunt. d. terras. & nnnc reperiũtur apud ipsum D. Albertũ, posset intentari remediũ, c. redintegranda. 3.q.j. & l. si coloni, C. de agri. & censi. li. 11. Et sic cautus procurator eliget practicam, quæ sibi videbitur vtilior & expeditior. Et sic ex supradictis cõcludo in fauorem ipsorum fratrum & conuentus.

EPITOME.

¶ Creditor produxit, aut saltem curauit produci librum debitoris sui, quem subtraxisse & falsificasse probatur: & cum ita falsificato vtatur, pœna falsi tenetur, & causa cadit. cęterum cum rationum liber accepta & data contineret, non solum contra scribentem probare, sed & pro scribente debuit.

SVMMARIVM.

Domesticus & familiaris creditor in domo debitoris, & eius apotheca, producens librum rationum illius pro se contra illum, eum subtraxisse præsumitur. nu. 1.

Dolus probatur est perspicuis indicijs, quæ etiam in delictis tãta esse possunt, vt plene probent. nu. 2.

Falsificatus liber rationum hic dicitur duobus modis. nu. 3.

Præsumitur malam causam habere, qui subtraxit instrumentũ, & illud falsificauit. nu. 4.

Præsumptiones plures inducunt plenam probationem. nu. 6.

Falsificans instrumentum, & in iudicio producens illud, causam perdit. nu. 8. 9. & 18.

Libri rationum, accepta, & data scilicet continentes, fidem faciunt. nu. 11. & 19.

Confessio pro parte potest acceptari, pro parte non: sed non procedit in falsificante librum rationũ, nec in connexis, & alijs, de quibus hic. nu. 14.

Falsarius præsumitur, qui falsis instrumentis vtitur, & pęna falsi punitur. nu. 16.

Confessionis qualificatæ separatio & diuisio quandoque fit a lege, quandoque ab homine. nu. 20.

CONSILIVM LIIII.

Visis Actis, processu, libro, sententia, & alijs in ipso processu contentis, & maturè & diligenti animaduersione pensatis. Videtur mihi de iure aperto dicendum, ꝙ dictus magister Michael debeat in causa succumbere, nec potest se adiuuare ex scriptura facto in dicto libro: & quia veritas consistit in paucis: ideo paucula pro veritate inuestiganda in medium adducam: & maximè, quia apud amplissimum & sapientissimum iurisconsultum dominum Vicarium excelsi principis domini Fauentiæ, ventilanda est præsens consultatio, qui longe melius, quam scripserim, qđ leges, quidue canones in hoc voluerint, facile videbit. ideo omnia via, & cura paucula afferam. Et pręmitto ante omnia pro fundamento solenni in præsenti dubitatione, ꝙ iste liber, super quo magister Michael assumit fundamentum, reperitur falsificatus, non nisi ab ipso magistro Michaele. Primo: quia scriptus a dicto Paulo, & fuit ipsius Pauli, & est ipsius Pauli, & dictus magister Michael contra voluntatem ipsius Pauli illum cõtrectauit, & habuit ipso Paulo inscio, & multum contradicente, & repugnãte, & erat domesticus in apotheca, & stabat in apotheca ipsius Pauli, & iã ipse magister Michael ipm
1 librum † produxit, quo casu resultat sinistra suspicio ꝯ ipsum magistrũ Michaelẽ, ꝙ ipsum librũ subtraxerit, argumento eius, quod no. glo. in l.j. §. ille autẽ. C. de lati. liber. tol. & Bart. in l. Labeo. ff. de pactis. & do. Abbas consiculus meus in ca. significauit. de appellationibus. Et ideo dixit Baldus in d.l. prima. §. illo autem, ꝙ si instrumẽtum creditoris reperitur penes debitorẽ, & probat sibi redditum, præsumitur liberatus, siue sit cancellatum, siue non: vt dicta l. Labeo. l. si chirographum. ff. de probationibus. aut nõ probatur redditum, & tunc non præsumitur liberatus, p̃sertim si sit domesticus, vel familiaris, ne det occasio delinquendi: vt ibi. Ita in proposito nostro reperitur liber ipsius Pauli apud magistrũ Michaelem, quo casu pręsumitur dolus & fraus machinata ex parte ipsius Michaelis contra ipsum Paulum. & sic stat regula, ꝙ fur est & latro, qui non intrat p officium: vt in l. finali. ff. de rerum diuisione, cum ex capite suo, & clam & inuito ipso Paulo acceperit librum ipsius Pauli, omnis sinistra suspicio laborat contra ipsum magistrum Michaelem. Secundo præ
2 mitto, ꝙ † dolus probatur ex perspicuis ĩdicijs, & indicia possunt esse tanta, ꝙ inducant plenam probationẽ etiã in delicto, de primo est glo. in l. dolũ. C. de dolo. & in auth. sed iã necesse. C. de dona. ante nupt. & probatur in l. post cõtractũ. ff. de dona. & in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. credi. & in c. 2. de renũ. lib. 6. de secundo, ꝙ indicia pñt esse tanta, ꝙ faciant plenam pbationem ẽt in delicto, probatur in l. excipiunt. ff. ad Sila. & in l. indicia. C. de rei vendi. & Bal. in d.l. excipiuntur. dicit, ꝙ nõ est tex. melior in iure, ꝙ ex pluribus indicijs simul iũctis oritur plena probatio in maleficio. facit l. fi. C. de pb. & in l. si q adulteri. C. de adulter. c. afferte. de præsumpt. Bart. in l. fi. ff. de quæsti. Bal. in l. fi. C. de pba. Io. An. in addi. Spe. in tit. de pba. & ad fi. Bald. in l. fin. ff. de hæredi. insti. Bat. in l. 2. §. fi. ff. de quæsti. Tertio præmitto, ꝙ liber ipsius Pauli subtractus per ipsum Michaelem est falsificatus, quæ falsitas apparet expressè: & ita falsificatus fuit productus per ipsum Michaelem: qđ apparet ex pluribus. Primo fuit subtractus clã & occultè p ipm Michaelẽ domesticũ in apotheca, quo casu p̃sumptio est fraudis, vt est dictũ. Scđo aparet: qa partitæ scriptæ in ipso libro, in qbus Paulus est scriptus

ptus creditor ipsius magistri Michaelis,& dictus Michael est scriptus debitor,sunt falsificatę duob⁹ modis:& bene discretus & prudentissimus. D.iudicans considerabit plura. Primum est:quia non sunt completæ partitæ:qa vna charta īegra scripta est a principio vsq; ad finē chartæ, nec apparet finis partitarū.imo apparet,ꝙ partitæ alię sequebant:& sic sunt in hoc diminutæ & imperfectæ.& ex quo repertæ sunt imperfectæ apud ipsum Michaelē, q̄ occultę, & furtiuè subtraxit dicto Paulo dictū librū,præsumptio est,ꝙ ipse subtraxit partitas sequentes. Et in sequenti charta nihil est scriptū, nec in sequentibus chartis,nisi ꝙ ꝓpe finē libri sunt scriptæ partitæ, in q̄bus dictus magister Michael est creditor dicti Pauli,& ex ordine scripturæ apparēt dictæ partitæ in fauorē ipsius Michaelis cōpletæ & pfectæ, & partitæ ipsius Pauli in præiudiciū Michaelis sunt imperfectæ & incōpletæ. Apparent ēt illę partitæ falsificatæ in alio:qa partitæ in fauorem ipsius Michaelis sunt a longe per multas & multas chartas a partitis scriptis in fauorē ipsius Pauli.qđ non est credendū secūdum morē & consuetudinē scribentiū partitas in libris. Apparet ēt falsificatus liber in alio: qa chartæ sunt plures in vno q̄nterno,q̄ sunt ī alio:& vnus q̄nternus nō est simi lis alteri eiusdem libri in numero chartarū.Etiā oraculo viuæ vocis accepi, ꝙ hic Bononiæ librarius,seu chartularius, qui illū librū vendidit,non habebat in consuetudine facere quinternos dissimiles in numero chartarū : & ꝓsumēdū est, ꝙ ita fecerit in isto libro,ꝙ vt ꝯsueuit facere in alijs, arg.l. vel vniuersorū.ff.de pigno. actio. & in l.qui semisses.ff.de vsu.& ita ēt dicunt alii chartularij , qui talem artem exercent,se facere.& pur est quędā deformitas, ꝙ vnus quinternus sit maior alio: & ego in libris & lecturis iuris idē semper sum expertus, ꝙ quinterni sunt similes in numero chartarū. Et sic apparet,ꝙ liber ipse fuerit falsificatus ex īdiciis ꝑspicuis,& indubitatis.vnde dixit text.optimus in l.si de possessione.C.de proba.ꝙ per productionem instrumenti subtracti non probatur libertas : sed potius

4 præsumitur ꝯ subtrahentē. vbi ad† conuincendum reum sufficit probare, ꝙ sibi subtraxit instr̄m.nam qui subtrahit instrumenta,præsumitur habere malā causam:vt ibi probatur.vnde sequit̄,ꝙ eo ipso:, ꝙ subtraxit instrumētū,& illud falsificauit, vt apparet ex supradictis, ꝓsumēdum est ꝯ istum Michaelē.Vnde Bald.in l.j.C.de fide instrumen.refert fuisse q̄ōnē de facto in ciuitate Regij , producebatur quoddam instr̄m coram iudice,& aduersarius illud lacerauit; fuit dubitatū,qua pęna puniendus veniret ille lacerans,decidit,ꝙ si superbiam & ex indignatione animi illud lacerauit non ex proposito, ꝙ debet puniri extra ordinē.allegat Io.And.in c.accepimus.de fide instru.quod dictum dicit non esse alibi : sed quoad vires ipsius instrumenti quomodo puniretur? Decidit,ꝙ stabitur iuramento ipsius aduersarij de eo,qđ cōtinebant.allegat d.l.si de possessione. & D.Abbas in d.c.accepimus.dicit,ꝙ quoad contemptum iudicis punietur extraordinariè: sed quoad partem habebitur,ac si plene probaret. & allegat. d.l.si de possessione,& c.olim.de rescrip. & c. cum olim.de offi. deleg. Sed in proposito nostro iste Michael subtraxit librum dicto Paulo, & apparet liber falsificatus, & partitę scriptę in fauorem ipsius Pauli diminutę, & incompletæ,vt ex inspectione oculorum liquidæ apparet,arg.l.si irruptione.ff.fi.regū. ergo sequitur, ꝙ stabitur iuramento ipsius Pauli super quantitate debiti,& illarum partitarum.bene facit text.formaliter in c.si quis de clericis.12.q.2. Pręterea accedat, quod dixit Bal.in d.l.vbi quærit,pone, ꝙ instrumen-

5 tum Mcuij†reperitur penes aduersarium, & dū ille cogitur ad edendum , in illo instrumento reperitur quædā rasura:quæritur,an per hoc derogetur fidei instrumenti,in his, q̄ instrumento concipi possunt. & respōdetur ꝙ non:etiam si sit in loco suspecto,& etiam si loquatur iu literis apostolicis:quia nō pręsumitur ab eo facta,ad quem pertinent instrumentum,nec eius mandato,& sic concludit Bal.ibi multum singulariter in fauorem istius Pauli: quia cum iste liber sit ipsius Pauli , & reperiatur penes ipsum Michaelem,qui sibi clam & furtiuè abstulit,& partitæ in fauorem ipsius Pauli sint īperfectæ & incompletę , non est præsumendum,ꝙ ab ipso Paulo sunt incompletæ.ergo non debet nocere ipsi Paulo : qa nec ab ipso Paulo factum præsumitur:nec eius mādato,& allegat ibi Bal.Host.& Ioan. And. in d.c.accepimus.& sic nulla macula,aut deformitas,aut diminutio reperta in dictis partitis, aut transportatio partitarum præsumit̄ facta ab ipso Paulo , aut eius mandato.& per consequens ista transportatio & diminutio & incompletio partitarum nocebit dicto Michaeli. contra quem laborat omnis fraus & omnis dolus, nec debet reportare commodum ex malitia & iniquitate sua: vt in c. sedes Apostolica. & in c.ex tenore literarum.de rescrip.cum si.Et sic ex isto capite sn̄ia lata ꝑ dn̄m iudicem ꝯ ipsum Michaelē fuit valida & optima existente veritate & iustitia ꝓdicta.Præterea,& in hoc animaduertat accuratissimè D.iudicans. iste magister Michael præsentauit in iudicio illum librū iā falsificatū , vt apparet ex supradictis.& ēt qa periti librarij,aut chartularij ita di-

6 cūt,† ꝙ ex varietate quinternorum discordantiū in numero chartarū apparet falsitas quo casu standū est dicto eorū:experto crede Roberto: traditum est vulgo, & apud Aristotelem philosophorū antistitē primo Topicorum, cuilibet perito in arte sua credēdum est.c.proposuisti. de proba.ca, fraternitatis.de frigi.c.omnis ætas.12.q.j.l.semel.C.de re mili. li.12. l.hac edictali.§.his illud.C. de secun.nup.l.j.ff.de vē. inspi.cum simi. Et sic dictum eorum erit in hoc casu seruandum , & sequendum ab ipso iudicante. & sufficeret istud solum ad proabādam falsitatē libri: sed concurrentibus alijs vrgentissimis & violentissimis iudicijs , quia dictus magister Michael illum librum subtraxit clam & occultè ab ipso Paulo inuito:& iā partitæ in fauorē Pauli sunt imperfectę,& longe remotæ a loco partitarum scriptarū in fauorem ipsius Michaelis.& varietas quinternorū in numero chartarum , istis simul concurrentibus inducunt ꝓbationē plenam illius falsitatis libri. nā quæ non prosunt singula,multa iuuant,vnde dixit glo.q̄

7 reputatur singularis in l.2.ff.de excu.tuto. ꝙ† ex pluribus præsumptionibus inducitur plena probatio. facit gl.in accedens.el 2. vt lit.nō ꝯtest. & quod not. Bal.in l.fi.C.de proba.& Bar.in l.j.§. itē Cornelio.ff. de quæsti.& habetur in c.tertio loco.& ibi ꝑ D. Abbatem,de prob.gl.in c.cum causam.de proba. & ibi per eundē Abb.gl.in l.1.§. eiusdem.de testi.ff.& per omnes scribentes in c.veniens.de testi. & per Bal.in l.3.C.ad leg.iul.maie.D.Pet.de Anchar. cōsilio 265. & sic illa simul iuncta probant falsitatem. Accedat ēt depositio & testificatio peritorum in arte chartularię quo casu succedit regula glo.q̄ est,valde solen. in c. cum venerabilis.de excepti.nam ibi est casus in versicu.licet autem nimis excesserit,:qui transcriptū illius instrumenti falsauit:quia tamē delictum plonæ in damnum ecclesiæ redundare non debet,noluimus,vt per id monasterio vestro præiudicium generetur, vbi est casus, procurator monasterij falsificauit instr̄m,& illud produxit ī iudicio , dubitatur ibi, an monasteriū debeat perdere cām ꝑp hoc? & Papa decidit ꝙ non : qa non dēt præiudicare monasterio

delictum

delictū personæ. Et ibi gloss. in versicul. licet. dicit, ꝙ Papa ibi respōdet tacitę questioni: quia posset quis dicere, si instrumentum falsauit: ergo hoc ipso debuit succumbere monasterium: qa exhibuit falsatum instrm. rndet Papa, ꝙ delictum illius, qui falsauit, non debet redundare in damnū monasterii, & 8 cōcludit ibi gl. ꝙ † per hoc quis debet amittere causam eoipso, ꝙ falsificat instrumentū & in iudicio producit. allegat. c. olī. de rescri. & sic in d. c. cum venerabilis. probatur formaliter illa doctrina. & idem voluit gl. & hoc ibi decidit tex. in c. tū ex literis. de in integ. resti. & idem voluit gl. in l. in fraudem. §. quoties. de iure fi. licet aliter dixerit ibi Barto. & illas gl. sequutus est Ioan. And. & D. Anto. & consulendo & iudicando nō est recedendum ab opinione gl. maximè quando tam illustres iuris patres eas sequent: vt fuit Ioan. And. & dominus Antonius, & communiter ibi scribentes: ideo dicebat Baldus in l. cū hereditas. C. deposi. ꝙ opinio glo. omnes alios antecellit, & in l. precibus. C. de impub. dicit, ꝙ in consulendo semper adhęreas opinioni gl. & in c. primo. de natu. suc. feu. dixit, ꝙ in cōsulendo nō potest adhæreri meliori opinioni, q̃ glossæ. idem voluit in authentica cessante. C. de legiti. heredi. & in suo peculio adducebat Cynum loquentem aduocato de opinione gl. audi, aiebat, aduocate, idolum tuum, id est gl. & Salycetus in l. traditionibus. C. de pactis. dicebat, ꝙ debemus adhærere opinioni gl. sicut Bononienses inhærēt Carotio, vt est gl. singularis ī l. omnis diffinitio. ff. de regulis iuris. & Angelus in lege secunda. ff. de accus. dicebat in consulendo sequendam esse gl. opinionem vt veriorem: & idem voluit Iacobus Butrigarius in lege prima. C. qui pro sua iurisdicti. Et si q pīpiā dixerit, nōne ī l. diuus Adrian⁹. ff. de re iudica. 9 dicitur, ꝙ † succumbēs in causa propter falsas probationes petit se restitui in integrum: non tamen dicitur, ꝙ perdat causam. Ad hoc respondeo, ibi non fuit petitum, ꝙ causam perderet: succumbēs enim petijt restitutionē in integrū: nō autē petijt illū perdere causam. vnde id fuisset sibi factum, si hoc petijsset, vt probat tex. in d. c. cum venerabilis. & d. c. tū ex literis. Cum ergo appareat ex prędictis, istum magistrum Michaelē falsificasse ipsum librū, ergo debet perdere causam odio falsitatis. falsum enim peccat in iure naturæ: vt dixit Bal. in l. falsus. C. de furt. Et sic ex isto capite liquidè apparet istum Michaelem debere perdere causam. Præterea consideret etiam do. iudicans, ꝙ in dicto libro producto per ipsum Michaelem sunt partitæ scriptæ in fauorem ipsius Pauli. nonne eoipso, ꝙ illum producit, videtur approbare ipsum librū cū omnibus partitis scriptis in 10 illo? Certè est dicendum, ꝙ sic quia † non pōt dicere contra instrumenta & libros productos per eum: hoc probat. c. cū olim. de censi. & probatur ratione viua. nam producendo instrumenta videtur tacitè confiteri omnia in eis contenta. hoc decidit Innoc. in d. c. cū olim. & Barto. in l. post legatum. ff. de his quibus vt indig. & probatur per locum a speciali in dicto c. cum venerabilis. & idem voluit Bal. in l. alia. C. de his quibus vt indig. vbi dicit, ꝙ producens instrumenta, præsumitur producere pro veritate. & ideo dicit, ꝙ licet instrumentum non sit solenne: tamen confessio illa resultans ex productione, sibi prędicat. & bene facit, quod not. do. Anto. in d. c. cū olim. Cū ergo in casu nostro iste magister Michael produxerit istum librum. ergo videtur asserere illū esse verum, & contenta in eo fore vera: & per consequens partitæ factę ī fauorē Pauli sunt veræ. ergo debet fieri compēsatio debiti ad debitum, & sic posito, non tamē concesso, ꝙ dictus magister Michael nō deberet perdere causam: ex eo quia falsificauerit librū illum: tamen debet fieri cōputatio de partitis in fauorem Pauli ad partitas in fauorē magistri Michaelis scriptas in ipso libro. & per ɔ̄ns snīa lata in fauorē ipsius Pauli valet, & tenet. Præterea facit, qđ not. Bal. in l. rōnes. C. de proba. vbi dicit, ꝙ si argentarius, vel nummularius in libro suarum rationum aliquid scribit pro se, an faciat fidem? & refert Nicolaum de Mata. dicere ꝙ sic, cum aliis adminiculis, & probat plenè. Et idem dicit in scripturis mercatorū, & aliorū, dummodo † talia scripta habeant formā rōnū. i. contineant accepta & data, & ratio sit cōcepta tā ,p se, quàm ɔ̄ se: secus dicit, si esset scriptura 11 vnius debiti dūtaxat: & sic nō eēt rō dati & accepti: qa tūc nullatenus ei credit̄ ſm eū. Et iō dixit Bar. in l. quædam. §. nummularios. ff. de edend. vbi dicit, ꝙ quatenus ratio, aut liber mercatoris continet capitula sibi inuicem contingentia: ita ꝙ quis nō potest pro parte acceptare, & pro parte repudiare, debet totum acceptare, allegat. l. Publia, ad finē. & ibi glos. ff. depositi. & idem firmat Ange. in d. §. nūmularios. ꝙ quando liber continet capitula contingentia se inuicem: tunc aut debet totum acceptari, aut totū repudiari, alleg. d. l. Publia. §. fi. & l. cum quæritur. ff. de administra. tut. Et idem voluit. D. Cardi. Florētinus in c. bonæ. el 2. de postulati. prælato. vbi dixit, ꝙ licet quis posset se fundare super confessione alterius. diuidendo illam: & quatenus faciat pro se acceptare: & quatenus est contra, non acceptare. iuxta no. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de libe. le. & l. si qdem. C. de transactio. & l. si qdē. C. de exceptio. illud est verū, quando emanauit cōfessio in voce: sed si emanauit in scriptura, erit secus: quia cum scriptura sit quid indiuisibile, non pōt pars eam approbare pro se in parte, & in parte respuere contra se. allegat glo. in d. l. Publia. §. fi. & tex. in d. c. cum olim de cēsi. facit, qđ dixit Bal. in præalle. l. Publia. §. Lucius. vbi est casus, 12 ꝙ † confessio transmissa per epistolam probat contra confitentem, & si quid est annexum, quod faciat pro eo. etiam pro se, & in fauorem sui probat & ibi Bal. ita summat illū tex. & allegat, qđ no. Cyn. in l. cū falsa. C. de iur. & fac. igno. & p Gul. de Cug. ī l. Titius. ff. de constitu. pecu. & qđ no. C. de dona. ante nup. l. si præsidi. & p Cy. in l. non epistolis. C. de proba. & in Spec. de instru. edit. §. nunc dicēdum. versi. priuatū. & facit. ff. de libe. legat. l. Aurelius. §. idem quęsijt. Et ibi dicit Bal. argumentum esse, ꝙ ita debeat stari libro mercatoris pro se, sicut contra in eodem facto, vel connexo, qđ dicit esse verum, quando liber esset approbatus per aduersarium, vel per habentē auctoritatē, causa cognita, arg. istius tex. & facit. C. de transac. l. si quidē. facit etiam illa l. ad id, quod not. in l. si quidem. in glo. magna. C. de transactio. & C. de fideiussor. l. penul. & ita ibi residet Baldus nō ī lectura illius §. sed in recollectis, quas fecit ad illā l. & sic domi. Baldus formaliter ponit gladium & securim ad radicem in præsenti consultatione. vnde in proposito nostro cum iste magister Michael produxerit istū librum Pauli prædicti, videtur tacitè cōfiteri scripta in ipso libro, fore & esse vera: vt latè superius fuit dictum. Et sic sequit̄, ꝙ si produxit librum ipsius Pauli ad acceptandum scripta in ipso libro ad fauorem sui: videtur etiam ratificasse & approbasse scripta in fauorem ipsius Pauli, & in præiudicium ipsius magistri Michaelis producentis librum prædictum. & sic istæ doctrinę decidunt istam quæstionem formaliter. Facit, quod notat dominus Bartolomæus de Saliceto in l. prima. C. de edendo. vbi refert dominum 13 suū Ricardum de Salyceto dicentē, ꝙ licet † argentarijs nō adhibeatur illa plena fides hodie, quę olim adhibebat: tn̄ stat in arbitrio iudicis attēta qualitate personæ & loquitur, quando argentarius scribit in

in fauorem sui, exigēdo iuramentum ab eo, alleg. l. si quis pro redemptione. §. penultimo. C. de dona. & l. per hanc. §. penul. C. de ero. mili. anno. lib. 12. ergo multo magis in casu nostro, cum dictus Paulus in libro suo scripserit data & accepta. & sic dictus Michael eo casu, quo vult acceptare scripta in libro ipsius Pauli in fauorem suum, dēt acceptare scripta in uorem ipsius Pauli, ne inducentur ad imparia, vt l. final. C. de fructi. & lit. expen. c. in iudicijs, de regulis iuris. lib. 6. & c. 2. de mut. petitio. Et si forte quispiam dixerit, ista non sunt cōnexa: istud est falsum, nec iuri, nec veritati consonum: quia iam cōtinet data & accepta, & sunt in eodem libro: & quia reperitur penes ipsum magistrum Michaelē, qui erat magister in dicta apotheca ipsius Pauli, & domesticus clam & furtiuè abstulit dicto Paulo librum, quo casu pręsumptio est fraudis, ꝙ illas partitas transportauerit per multas chartas, vt ad sensum discreti iudicis apparet manifestè. ergo tanquam connexa nullo modo possunt separari & diuidi. ergo per consequens in totum debet acceptari, vel in totum refutari: facit, quod dixit D. Abbas in c. 2. de fide instrumen. in vers. venio ad tertiam speciem. vbi dicit, ꝙ non esset malum dicere. imo verum, ꝙ etiam pro viuente liber rationum inscriptus a viuente faciat fidem pro ipso viuente ſm qualitatem scribentis, & causæ: qa non est verisimile, ꝙ bonus vir falsificaret suum librum, maximè dicit, si esset quātitas modica, & sic implicatiue loquitur, & expresse sentit idem esse, si esset magna quantitas: quia non est verisimile, ꝙ bonus vir scribat falsum. facit, quod no. gloss. in l. Titio fundus. ff. de condi. & demon. tex. in l. si a bonę fidei. ff. de rei vend. ita in proposito nostro, cū iste Paulus sit vir optimæ opinionis, & famæ, virtuosus, fidelis, legalis, & integer, non est præsumēdum, ꝙ voluerit falsificare librū suū. facit qđ hr̄ in l. nō oīs. §. a barbaris. ff. de re mi. lita. & in ca. 2. de operis noui nunt. a. & qđ no. Host. in c. finem litibus. de dolo & contuma. & dn̄s Antonius in c. postremo. de appella. & quod no. Ang. in dicta l. si a bonæ fidei. Nec ob. si forte qspiam dixerit. ꝙ idē D. Abbas in d. c. 2. in vers. sed nūc
14 vltra alios quæro. dicit, † ꝙ sicut quis pōt acceptare confessionem alterius in parte faciente pro se: ita & refutare in parte faciente pro aduersario. & allega. no. per Bartolum in d. l. Publia. §. fina. vbi Bar. dicit, nota, ꝙ ei, quod quis scribit sibi in epistola, non stat, nisi ꝑ aduersariū approbetur: ex quo infert. ꝙ si plures res sunt descriptæ in vna charta, possum acceptare illud, qđ facit pro me: & illud qđ facit ꝯ me refutare: & remittit se ad no. per Cy. in l. j. C. de confessis. in 13. q. & ad dicta per se in d. l. Aurelius. §. idē quæsiijt. ff. de libe. lega. & dicit D. Abbas in d. c. 2. ideo † si
15 mercator scribit ī libro aliquid, quod faciat pro se: & aliquid, quod faciat cōtra se, poterit aduersarius acceptare, quatenus facit pro se, & refutare quatenus facit ꝯtra se. istud nullo modo ob. & potest multifariè tolli, & responderi. Primo quia illud eius dictum non procedit in falsificante illum librum per dicto capit. cum venerabilis. & glo. in c. tum ex literis. superius allegata. non. n. dēt quis reportare commodum ex dolo & fraude, commissis per eum: vt superius late fuit dictum. cum ergo iste fraudauerit & falsificauerit dictum librum ipsius Pauli, ergo non debet frui commodo ipsius libri. Secundo potest responderi, ꝙ Bart. dicit illud verum, nisi ꝑ aduersariū approbetur liber ille: quia tunc omnes partitas videtur acceptasse, cā facientes in fauorem ipsius, q̄ faciētes in fauorem sui aduersarij: sed in casu nostro vr̄ acceptasse oēs illas partitas. sequitur ergo, ꝙ non pōt pro parte illas acceptare, & pro parte non. Tertio potest rn̄deri, ꝙ illud dictum Bar. intelligitur: vt voluit idem Bar. in d. §. nummularios. qn̄ liber habet plura capitula connexa, vt qa continet data & accepta: debet autē in totū acceptari, aut in totū refutari: vt ēt voluit D. Cardi. in d. c. bonæ. & alij, quos superius adduxi. & ita limitetur & intelligatur dictū Barto. in d. §. fi. Cum ergo in casu nostro iste partitæ sint connexæ: qa continent data & accepta. ergo in totū debent acceptari, aut refutari. Quarto pōt rn̄deri: quia Bar. in d. §. fi. nō loquitur, qn̄ liber præsentatur maculatus per ipsum creditorem, qui furto vr̄ subtraxisse & surripuisse illū librū a domino ipsius libri, & præsentatur in forma falsificata: quo casu, ex quo vtitur ille talis creditor libro falsificato, non debet posse adiuuari ex illo libro ita mendaci, diminuto, & falsificato, vt est liber iste. Et si quispiā dixerit, ꝙ iste magister Michael non produxit illū librū in iudicio, scire libenter qs cū produxit: nā cōstat & clarū est, ꝙ non produxit illū librū ipse Paulus. qs ergo illū librū produxit: ita falsificatum, & diminutū. nec est verisimile, ꝙ dictus Paulus produxisset librū suum diminutum & falsificato in partitis scriptis in fauorem sui ipsius, & in partitis ꝯ se cōpletis, & pfectis in fauorem sui aduersarij, istud non est p̄sumendum: nec est consonū veritati, argu. eius, quod dici solet. Res tua te reperit argu. res altera cęcū. c. super hoc, de renun. l. cū de indebito. ff. de prob. cum si a quo ergo fuit ꝑductus, nisi ꝙ ipse magister Michael conscius fraudis & falsitatis ꝑduxit illū librū in iudicio, vel ꝑ suppositā p̄sonā, vel aliquo alio mō doloso, & pleno fraude: & istæ īsolitæ cautelæ sunt matres fraudis & doli: vt probat gl. solen. in l. si quis sub condictione. ff. de condi. institu. & in l. cū allegas. C.
16 de vsur. quæ glo. vult, ꝙ si † ꝯctus non apparet ex sui forma vsurarius, tn̄ si in eo sunt pacta insolita attēta qualitate personæ ꝯhentis, præsumitur ꝯctus vsurarius tali præsumptione, quæ non admittit probationem in ꝯrium, nam sermones & actus nr̄i appropriant rebus sensatis, & intellectu fruentibus: vt voluit Auerroes & Bal. in l. j. C. de serui. fug. & text. in l. si ita quis. ver. qđ nemo sanus loqueretur. ff. de euic. Et ideo prudentissimus dn̄s iudex cōsideret iniquitatē istam. ꝙ iste magister Michael produxit, vel ꝑduci fecit per aliū clā librum falsificatū & diminutū in partibus substantialibus in p̄iudiciū eius, qui illum librum scripsit, & cuius ille liber est, & nō diminutū imo perfectū in partitis facientibus in fauorem ipsius magistri Michaelis. Et tanto fortius est p̄sumenda fraus & dolus magistri Michaelis, quanto occultius ista facit. Et maxime si est homo dolosus, & male famæ, aut conuersationis. Et ēt consideret D. iudicans, ꝙ iste magister Michael stabat in apotheca speciariæ prædictæ, & stabat ibi vt magister, & apportabat mercātias spectātes ad illud exercitiū, & vendebantur in apotheca, ēt per ipsummet magistrum Michaelē, nonne est præsumptio, ꝙ de pretio ipsarū rerū apportatarum per ipsum ipse capiebat sibi pro exercendis factis suis. & pro expendēdo ad vsum & necessitatē suæ p̄sonæ? Certe est præsumendū ꝙ sic, & oīa ista stāt in pectore & arbitrio iudicantis. vnde si non fuisset in fraude & in dolo, produxisset dictus magister Michael ipm̄ librū pfectū, non diminutum, nec in partitis, nec in chartis, seu in numero chartarū, nec transportasset partitas de loco ad locū, & iō bonus iudex oīa ista arbitrabit, & ponderabit pp veritatem inuestigandā, vt l. is apud quem. C. de eden. can. iudicantē cūcta rimari oportet. 30 q. 5. c. cū Ioannes eremita. de fide instr. l. vbicunque. ff. de interrogat. acti. l. Lucius. ff. de his q̄ no. infa. qđ ibi notat Bar. Et per cōsequēs nullo modo potest dictus magister Michael adiuuari ex isto libro, quem falsificauit, & diminuit, ergo vel in totū

acceptet

acceptet ipsum in eo, qđ facit pro se, & contra se: vel in totũ refutet, vt est superius dictum. & per-consequẽs partes dñi iudicantis erunt in absoluẽdo ipsum Paulum a petitione ipsius magistri Michaelis. Preterea facit, & ad hoc nullo modo potest excusari dictus magister Michael, ꝙ ipse allegat ĩ sui fauorẽ dictũ librũ falsificatum, & illo vtitur. ergo sequitur, quòd ex hoc reputatur falsarius. & per consequens erit puniendus vt falsarius. & etiã perdit causam, vt superius est dictũ. hoc probat tex. in l. maiorẽ. C. de fal. vbi tex. dicit, maiorẽ seueritatem exigit, vt merita eorũ, qui falsis rescriptionibus vtũtur, digna pęna coerceantur: sed qui deceptus est per aliũ, si suam innocẽtiam probat, & eum, a quo accepit exhibet,
16 se liberat. vbi est casus, ꝙ vtes† falsis libris, aut instrumẽtis præsumitur falsarius, & punitur de falso. & optimè facit gl. valde solẽnis & singularis in c. sanè. 24. q. 2. q̃ loquitur de illo, q mortuus est: & in suo studio reperiũtur libri sapientes hæreticã prauitatem, vel vsurariam prauitatem pręsumit̃ hęreticus, aut vsurarius, vt ibi dicitur. ergo multo magis præsumit̃ falsarius, qui in iudicio vtit̃ falsis libris. ergo punietur vt falsarius. & sic non solum perdet causam, vt superius est dictum: sed etiam punietur de falso, nisi probet, quòd ille liber ita falsificatus fuit sibi datus ab alio: & doceat de illo tali. & ibi dicit Ang. per illum text. ꝙ vtens falso ita punit̃, sicut fabricãs. ergo multo magis in casu nostro punietur iste magister Michael, qui falsificauit istũ librũ, & eo vtit̃, & ibi dicit Ang. illam l. allegari, ꝙ expẽdens falsam monetã, si docet a quo habuit, excusat̃ a pęna. & ibi ẽt dicit, ꝙ dẽt docere, a quo habuit: qa de facili quidã ignotus posset submitti, & tẽpore submissionis testes adhiberi. allegat casum in l. inciuilem rem. C. de fur. nisi honestas personę sit tanta, ꝙ probando, ꝙ ita falsificatus sibi datus fuerit ab aliquo, excuset̃ sm Ang. ibi. Et si quispiam dixerit, or bene, ego vtor
17 falso libro, vel falso instrumento, & accusor, ꝙ † illũ instrumentũ falsificaui, nonne incũbit onus probãdi falsitatem fabricatã a me aduersario dicenti: vt l. qui accusare. C. de eden. & tenet Sali. in l. si falsos. C. de fal. ꝙ sic. Ad hoc rñdeo, ꝙ allegãs ꝓbat eo ipso, ꝙ eo vtẽs nõ eo docet, quis fabricauerit, vel qđ ab alio receperit, & alle. d. l. maiorẽ. & l. iubemus. C. de ꝓba. & etiam alle. Iaco. Bu. in d. l. maiorẽ. & in l. vbi. C. de fal. ꝓbatur enim eo ipso, ꝙ vtitur falso libro, seu falsificato libro, & nõ probatur contrariũ, iuxta id, qđ not. glo. in l. j. C. de testa. mili. & in l. super seruis. C. qui mili. nõ pos. lib. 12. & in l. si creditor. C. de pign. act. & in l. in testamẽto. C. de test. mil. & in cap. proposuisti. 82. dist. & in c. sup eo. de testi. cogẽ. c. sicut. el 2. de iureiu. c. pe. de excep. & in c. 3. de pscrip. vbi sunt glo. solennes, ꝙ probatur eo ipso, ꝙ non probatur contrariũ. & sic ex isto capite iste magister Michael debet sucumbere: & iste Paulus absolui a petitis per ipsum magistrum Michaelem. Facit etiam qđ not. Ange. in l. satis apertè. C. de fal. vbi dicit, ꝙ
18 † quotiens falsitas ꝯcernit negotium, de quo agitur in iuditio: tunc fabricans illam falsitatẽ debet causam perdere. Et idẽ dicit esse in eo, qui operatus est, vt aduersario copia probõnis subtrahatur: & sic quodãmodo falsum committit, non permittẽdo veritatem aperiri: vt in c. peruenit. de testi. cogẽ. Facit, qđ habet in l. prouidendum. C. de post. alle. Inn. in c. intimauit. de testi. & dicit diligenter esse notãdũ per aduocatos contra illos, qui minantur testibus aduersarij, propter ꝙ testes citati coram iudice nõ comparent ad perhibendum testimonium veritati: qa si hoc probare possunt, poterunt petere eum priuari causa illa, qđ dicit esse valde notandũ tãq̃ quotidianum valde. & loquitur ibi Ange. nõ in eo qui fabricat falsum: sed in eo qui nititur subtrahere aduersario copiam ꝓbãdi. Modò in casu nostro erit multo fortius: qa cõcurrũt duo. primũ est, ꝙ iste magister Michael falsificauit istũ librum, vt superius est dictũ. Secundũ est, ꝙ subtraxit copiam probandi veritatem dicto Paulo in falsificãdo librũ: qa plenè probat, ex quo erant partitæ cõnexæ continentes data & accepta: vt voluit Bar. & Bal. d. Car. et sequaces, vt superius fuit dictũ. Et procedit hoc etiam si falsificat scripturam priuatam facientẽ semiplenã probationẽ: vt probatur in l. damus. C. de fal. & ibi gl. & plenissimè Sal. Et sic multifariè, multisq; modis apparet, ꝙ d. magister Paulus venit absoluendus a petitis per ipsum magistrũ Michaelem ¶ Nec ob. si quispiam dixerit, amice, iudex adducitur ad credulitatem ex multis: qa Michael prædictus probauit librũ dictum in causa, fuisse ipsius Pauli, & scriptũ manu ipsius Pauli, & ꝙ bona descripta in ipso libro fuerunt cõducta per dictum magistrũ Michaelem de Venetijs in apothecã prędictã: qa nõ sequit̃, fuerunt aportata in apothecã: ergo dictus Paulus remansit debitor: qa istud est verum, si aliud nõ fuisset scriptũ in libro, nisi solæ partitę ĩ fauorem ipsius magistri Michaelis: sed in ipso casu nostro sunt scriptę partitę in fauorem ipsius Pauli: & sic sunt scripta data & accepta. ergo debet acceptare dictum librum ĩ totũ, vel totũ refutare: vt superius est dictũ. & ideo procedit dictum argumentũ, si solę partitę ĩ fauorẽ ipsiꝰ magistri Michaelis essent descriptę, ꝙ non est in casu nostro. Secundo potest responderi, ꝙ illud est verum, si dictus magister Michael nõ falsificasset ipsum librum, vt iam falsificauit: vt superius est dictum; quo casu perdit causam, vt dictum est. Itẽ põt rñderi, posito non tñ concesso, ꝙ ipm librũ nõ falsificasset, qđ nõ est ddm, vt est superius oñsum: qa imo ipm falsificauit. nihilominus dictus liber falsificatus est, vt ad oculũ apparet. vñ eo ipso ꝙ dictus magister Michael vtitur libro falsificato ĩ iudicio, perdit cãm, vt dictum est, & ẽt conscius falsi: maximè qa scienter illo vsus est. & iã ex suis ꝯfessionibus factis ad positiones ipsius Pauli confitetur, illũ librũ esse diminutũ, & sic falsicatũ. ergo non põt in sui fauorem allegare dictũ librum. Nec ob. cũ al-
7 tor.de homi.ergo.Præterea speciale † est in voto,quod legatum incertum in voto valeat : ita dixit Gofre. in capitu. ex parte.de censi.mouetur ex l.cum post.§.gener.ff.de iure doti.vbi speciale est in dote:quia intelligitur constituta secundum modum facultatum:& secundum dignitatem natalium,vt ibi dicitur ideo satis est certa quantitas. Item speciale est,vt dixit Bald.in l.hæreditas.ff.de peti.hæredi.quod si testator legat pro monumēto,& non exprimat quantitatem , quod valet:quia specificatur illa incertitudo secundum quantitatem patrimonij: & conditionem personæ,allegat,quod voluit Mathe.in clemē.j. de testa.vbi dixit , quod si quis relinquat pro anima sua , & non specificet quantitatem,quod intelligitur secundum qualitatem patrimonij,& numerum filiorum : mouetur ad sic dicendum per d.§.gener.sequitur ibi do.Card.facit, quod voluit gl.in c.nos quidē.de testa.& quod voluit Io. de Imo. post alios in capit. Ioannes.de testa. ergo in contrarium erit ius commune,vt l.ius singulare.ff.de legi. cum simil. Præterea istud tollitur ex eo : quia in dicto instrumento dicitur,renūciauit etiam dictus Blasius,quòd non possit, nec valeat vllo vnquam tempore futuro dicere,opponere , vel allegare in hac præsenti assignatione dotis fuisse deceptum aut læsum:aut dictam petiam terræ plus dicto pretio,& æstimo valere,vel valuisse,quòd si quo tempore apparuerit,siue legitime apparere poterit , ex nūc pro vt ex tunc,finem, refutationem & liberationem fecit & absolutionem & pactum liberatorium &c. Est modo disputādum circa istud pactum:iudicio meo, proprius sensus,& intellectus ipsius pacti est, quod posito,quod reperirentur periti in illo exercitio æstimandi bona,de confidentibus partium qui ęstimarent dictam petiam terræ,valere plus centum libris datis in dotem,quòd nihilominus ipse Blasius refutat illum,liberat,absoluit,& pactum liberatoriū sibi facit, quo casu sequitur , quod non est opus venire ad illam æstimationem peritorum ex confidentibus eligendorum , qui si illud plus , quod æstimauerint valere dictā petiā terræ,refutat,donat,remittit,liberat & absoluit Bartholo.ad quid est opus facere illum circuitum inutilem? vt cle.audito.de rescrip.iuxta illud Lucani.bella geri placuit,nullos habitura triumphos . Et iste est verus intelle-
8 ctus,qui dari potest ad huiusmodi instrumentum:quia † sermones nostri sunt verificādi in communi opinione hominum intellectu fruentium : vt lege , si ita quis.versiculo,quod nemo sanus diceret.ff.de euic. Ideo dicebat Baldus magnum.adducens Auerroem , quòd experimento verorum sermonum est,vt concordēt rebus sensatis. ita dixit in lege prima.C. de seruis fugitiuis. & in rubrica.C. de probationis. & in lege testiū.C. de testibus . & in lege fi.C. de edictio diui Adriani tollen.& in capitulo asserte mihi gladium.de præsum.Facit capitulū finale.§.sanè. de iurei.Quasi nos velimus cōsiderare,vt capiamus sensum vt instrm cōcordet cū se ipso,& nō corrigat se ipsum incōtinēti:vt dixit Gui.de Cu.&Bar.in l.sed & posteriores. ff.de legi.& in l.j.§.per vim.ff.quod vi aut clam.& quod voluit Bal.in c.j.de rescrip.& in l.maximum vitium.C.de li.prete.& in l.oēs populi.ff.de iusti.& iure. & in l.j.C.ne lice.in vna eademque cā tertio prouo. Et quod voluit Spe.in titulo de famoso crimi.§.fama.ad finem.vbi dixit, quod si testis deponit,quod seruus mutauit Titio decem, præsentibus Ioanne & Martino, & postea interrogatus, quibus præsentibus factum fuit dictum mutuum , respondit nullis præsentibus,quòd restringitur, exceptis illis, quos superius nominauit: ista procedūt, vbi cadere potest talis interpretatio . Sed in casu nostro non potest cadere talis interpretatio:quia in dicto vltimo pacto apponuntur illa verba,dicto pretio,& æstimo. quæ verba non possunt referri ad pactum præcedens:ex eo quia pretium erat incertum & æstimum incertum. ideo non possunt referri illa verba ad præcedens pactum : quia ibi non erat pretium,nec æstimum certum.Sed bene erat in prin. instrumenti,vbi dicitur, pretio & æstimo : vbi certificatur pretium & æstimum . Cum ergo dici soleat,quod actus actiuorum sunt in patiente bene disposito,vt habetur in c. venerabilem.de deci.ergo illa clausula vltimi pacti videtur expresse derogare pacto præcedenti de æstimatione ficda, & reducere rem ad primum pactum:quia posteriora derogant prioribus.§.posteriore.instit. quibus mo.testa. infir.& l.pacta nouissima.C. de pa. Ideo iura & docto.cū
9 dicunt,quod † quis non videtur se ipsum incontinenti corrigere:vt d.l.non ad ea.dico,quod illud procedit præsumptiue in dubio. Sed vbi apparet euidenter,quod se corrigat,tūc stamus euidentiæ, & cessat præsumptio , & coniectura.l. continuus.§.cum ita.ff.de verbor.obli.l.si certis annis.C. de pac. Sed in casu nostro apparet euidenter ex tenore instrumenti,quod si dicta terra erit plus dicto pretio , remittit & refutat dicto Bartholomæo, quæ verba referuntur ad centum libras,quod apparet: quia dicit dictum pretiū & æstimum.quo casu non referuntur ad pretium , quod adhuc non erat in rerum natura. vnde in princip.instrumenti dicitur , pro æstimo centum librarum . Cum ergo repetat illa verba, pro dicto æstimo , sequitur , quòd necessario referuntur ad æstimum centum librarum, & sic

sic euidenter partes corrigunt illud pactum de æstimatione fienda, ergo stabimus dicto æstimo centū lib.l.certa forma.C.de iure fis.li.10.in incertis; & nō certis locus est coniecturis:& potuerunt contrahentes recedere ab illo pacto.contractus enim recipiunt legem ex conuen-
10 tione.l.j.§.si cōuenerit.ff.deposi.aliàs illa † refutatio,& remissio,nihil operabit, ꝙ esse nō debet.l.si qn̄.C.de inoffi.testa. & clarum est, ꝙ vbicunque statutum nullum effectum inducit,ꝙ tunc ad hoc vt aliquid operetur,sumitur arg.ex cōtrario sensū,ad corrigēdum iura antiqua, vt ita probatur in l.nulla.versi.emensis.C.de epis,& cle.coniūcta authent.diaconissam.eo.tit.vbi est glo.fin.& mirabilis,de qua fecit festum Ludo.Roman. in commento.l.si cum dotem in princ.ff. soluto matrimonio.ita dicamus in casu nostro,cum illa verba, ꝙ si valeret plus dicto æstimo,& pretio,illud refutabat,& remittebat illi Bartholo-
11 mæo:si non corrigeret † dictum pactum præcedens, nihil operaretur illa remissio : ergo ne videatur frustra ad propositum,& nullum effectum operetur,corrigit illud pactum ꝓcedens, per gl.d.l.nulla.coniunct.d.auth.diaconissam.vnde dicebat gloss.in capitu.solitæ.de ma.& obe: ꝙ dictio , tanquam, ibi apposita non apponitur superfluo:quanto fortius in isto instrumento non apponitur frustatoriè tam longa clausula:ad hoc facit,quod voluit Bal.in rubrica.C.de contrahen.emp.in 9. quæstione. vbi dicit, ꝙ minimum verbum appositum in instrumento, apponitur cum ministerio aliquid operandi , si fieri potest.l.si vno.ff.loca.& dixit glossa in l.j.ff. quod me.causa. Et facit,quod voluit Barto.in l.qui Romæ.§.duo fratres. ff.de verborum obligationibus,in 6.q. & qđ voluit Ioānes de Imo.in cons.100. vbi allegat, & cōsuluit secundū illam doctrinam Bald. & per consequens apparet euidēter,ꝙ ista vltima particula apposita in dicto instrumēto fuit apposita cum ministerio tollendi,& reuocandi illud pactum immediate præcedens saltem quo ad effectum:quia aliàs nihil operaretur, ꝙ esse non debet : quia ars imitatur naturam,inquantum potest: vt probatur in l.adoptio.ff.de ado.sed natura nihil agit frustra. ergo eodem modo & ars nihil agit frustra. & per consequens illa verba operantur hunc effectum,ꝙ posito ꝙ deberent assumi confidentes vtriusq; partis ad æstimandum dictā petiam terræ, vtrum plus valeat : tamen illud plus refutauit, & remisit dictus Blasius dicto Bartholomæo . iste est verus intellectus ad illa verba.ergo,& sic quo ad effectum corrigitur illud pactum præcedens.voluit enim dictus Blasius ostendere illi Bartholomæo, ꝙ liberaliter se habebat erga eum, argumen.l. si seruus communis.ff.de
12 donatio.inter virum & vxo. Præterea facit,duo † vincula sunt fortiora vno.capitu.j. de treug.& pace. cum simi. Modo in casu nostro sunt duæ demonstrationes refutandi illud plus,prima est,dum voluit,ꝙ sit, & remaneat liberè dicta petia terræ dicto Bartholomæo , si non fuerit redempta.secunda est:vt illud, quod plus valeret , vel valebit,refutat,remittit,liberat,& absoluit,ergo illæ duæ dispositiones videntur collatæ cum maiori deliberatione,& vincunt illam conuentionem,in qua dicitur, ꝙ dictus Bartholomæus teneatur resarcire, vel satisfacere de & pro illo pluri : quia cum voluit, ꝙ esset & remaneret cum omnibus suis iuribus,& remittit , ꝙ valebit plus dicto pretio & æstimo, inducunt specialius robur : vt in simili dixit tex.singularis in c.2.de præben.libr.6.in versic. specialius addit consuetudo: vbi consuetudo disponens idem qđ ius commune, addit vinculum specialius:ita dicamus in casu nostro, vt illæ duæ clausulæ ad idem tendētes videantur reddere fortiorem dispositionem , vt non teneatur dictus Bartholomeus ad soluendum illud plus. videtur enim exercuisse quandam liberalitatem erga illum Bartholomeum affinem. Nec est mirum,quia inter
13 coniunctos † & affines iura præsæmunt liberalitatem, & vnū esse officiosum alteri:vt not.in l. Procula.ff.de ꝓbat. & in l.quæ dotis.ff.soluto matrimonio.& in l.cum quid. ff.si cer.peta.& in l.si seruus.ff.de don.inter vi.& vxo. vnde non potest cadere alia coniectura:nisi coniectura donationis.l. si cum aurum.ff. de solu. maximè quia verba expresse dicunt , ꝙ remitttit, liberat , & absoluit , eoque magis : quia dicta clausula æstimationis fiendæ : quia incerta,nō tenuit , vt superius est dictum. Et ex istis elicitur vera conclusio,& indubitata, ꝙ dicta electio ex confidētibus partium de bonis viris fienda debet cessare, & non fieri. Et posito,non tamen concesso , quòd fieret.tamen illud plus valoris remissum est dicto Bartholomæo . Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Promisit quispiam Mutinæ soluere , & vbique locorum: tamen Parmæ inuentus, ibi conueniri nō potuit : tum propter statutum Parmense,quo cauetur,vt ad instātiam forensis ciuis districtualis vel etiam forensis, qui ex alio districtu in eam ciuitatem,vel eius districtum se reduxerit,nisi cum re, vel rebus petendis reperiretur . qua in causa is, de quo agitur, fuit: vel nisi in loco forensis ius Parmēsibus redderetur. tum propter saluumconductum ipsi a Principe cōcessum, vt liberè,impune,sine inquietatione staret &cæt. Deinde in alia q̄stione, cū testor vxori suæ reliquisset vsumfructū bonorū mobiliū & immobiliū,iuriū, & actionū totius hæreditatis suæ.donec vitā honestam & vidualem seruauerit,prohibens eam in dicto vsufructu molestari,quoquo modo,ratione,vel causa,ꝑ hæredes scriptos. prohibet etiam dictam vxorem inuentarium facere,vel descriptionē de rationibus,rebus,& iuribus eius hæredistatis etcæt. & quo casu hæredes sui molestarent vsufructuariam istam,priuauit eos & priuatos esse voluit ipso facto dicta hæreditate. Supplicarūt nihilominus hi hæredes a principe, vt cū illa recusarit, honestiore modo quo potest,vsufructuariæ illius domus accedi debeat , de gratia: & iura,instrumenta,libros, & rationes ad eos spectantes eisdem consignare liceat & cæt.ita a principe rescriptum est, atque illa omnia huius auctoritate rescripti ablata sunt, & apud tertiū ab officialibus deposita . Proinde sunt hi ipso facto propter hanc molestiam vsufructariæ exhibitam , herædi tate priuati.

SVMMARIVM.

Promittens vbiq; locorum soluere , vbiq; conueniri potest.nu.1.
Statutum in populo ligat omnes,& tollit ius commune.nu.2.
Statutū transiens in contractum nō potest tolli per superiorem maximè factum non subdito.nu.4.
Iudici quod constare debet ad iurisdictionem illius fundandam, si probatum non est, licet sit verum , tamen processus est nullus & omnia inde secuta.nu. 5.& 6.
Liberè cui concessum est stare, conueniri non potest.& hoc modo videntur sublata iura contraria.nu.8.& 10.
Verbum quietè, nedum iudicialem actum, sed etiam synodalem proclamationem excludit.nu.9.
Verbum, molestia, importat extraiudiciales actus.nu.11.
Supplicans a principe molestiam facit.nu.14.
Suplicans de gratia videtur petere quid impossibile.
Testator iubens hæredibus, ne molestiam faciant alicui, intelligitur, etiam si iustam causam habeant.nu.19.

CONSILIVM LVII.

A Ioue Principium Musæ, Iouis omnia plena. Virgilius in Bucolicis. glo. in cap.sedes Apostolica. de rescri.nam vbi Christus non est fundm̄, nullius boni operis superest ædificiū.j.q.j.c.cum Paulus.& c. principat. Iō clemētissimi optimi Dei oī inuocato præsidio:

sidio: proposita mihi consultatione, diligenti, & optima animaduersione discussa: ac visis, & accurate consideratis statuto ciuitatis Parmæ, saluoconductu, testamento, supplicatione, & literis principis Semidei ducis Mediolani, & his quæ inde secuta sunt, & omnibus solenniter examinatis, pro clarissima decisione præsentis hæsitationis est ante omnia considerandum, quòd licet iste B. contraxerit Ferrariæ: tamen promisit soluere, vt communiter concipi consueuerunt huiusmodi contra-
1 ctus: quia promisit soluere Mutinæ, Regij, & † vbique locorum, &c. quo casu solutio videt̃ destinata Parmæ, & iō Parmæ potuit cōueniri, quo casu poterit cōueniri, si ibi fuerit inuētus. l. Titiū & Meuiū. §. tutores. ff. d̃ adm. tu. l. Lucius Titius Sēpronio. in prin. ff. depos. l. cōtraxisse. ff. de acti. & obl. l. 3. §. si quis ita. ff. de eo qd̃ certo lo. l. hæres absens. §. fin. ff. de iudi. Barto. in d. l. contraxisse. & in d. §. si quis ita. & in ca. j. de mili. vasa. qui contu. est. & per docto. in c. fi. de foro compe. modo si iste B. destinauit solutionem ficdam in loco, vbi pecunia petitur. ergo potest ibi conueniri, & sic est pura veritas, ꝙ promittens soluere pecuniam ad aliquem locum potest conueniri in loco destinatæ solutionis: vt in dictis iuribus. & facit, qd̃ habetur in l. vsuras. C. de sol. & istud procedit ex dispositione iuris communis. Est nūc videndum, vtrū ex dispositione statuti Parmensis, aut ex dispositione dicti saluiconductus dictus B. nullo modo potuerit cogi & compelli in ciuitate Parmæ: oportet videre statutum circa hoc, nam statutum Parmense disponit, ꝙ ad instantiam alicuius forensis non possit conueniri aliquis ciuis districtualis, vel etiam forensis, qui se reduxerit de alieno districtu ad ciuitatem Parmæ, vel districtum: ex aliquo contractu, obligatione, delicto, vel quasi, facto extra ciuitatem Parmæ: etiam si solutio fuerit destinata in ciuitatem Parmæ vel districtum: nisi talis se reducens reperiretur cum re, vel rebus &c. Subdit postea, volumus, quòd si ciuibus districtualibus fieret ius contra suos debitores in ciuitate, vel loco, vnde essent tales forenses, quòd probare teneatur talis forensis: similiter reddatur ius forensi in ciuitate Parmæ contra suos debitores, prout redditur Parmensibus in loco, vnde est ipse. Ista sunt formalia verba statuti Parmensis. Modo in proposito nostro licet de iure communi iste B. potuisset conueniri Parmæ ratione solutionis ibi destinatæ, nihilominus istud statutum disponit, quòd ex quo forensis reduxit se de alieno territorio ad ciuitatem Parmæ, quòd nullo modo possit Parmæ conueniri ad petitionem forensis: nisi in duobus casibus, videlicet, si habeat res secum, quas promisit restituere. iste non est casus noster: vel nisi probauerit, quòd in loco ipsius forensis, &c. vnde statutum istud ponit regulam exorbitantem a iure communi, ꝙ non possit cōueniri in loco destinatæ solutionis, & excipit duos casus, ergo in cæteris casibus non exceptis remanet regula firma. c. dominus noster. 32. q. 7. cap. 2. de coniug. le proso. l. nam quod liquidæ. §. fi. ff. de penu le. l. in his. ff. de legi. Dy. in rubr. de reg. iur. no. per docto. in c. cum dilecta. de confirma. vti. vel inutil. & in l. j. C. de cond. indeb. & etiam ibi Bal. & idem Bal. in l. in his. ergo sequitur, ꝙ stante isto statuto Parmæ iste B. nullo modo potuit cōueniri Parmæ.
2 nam statutum † in populo est, & ligat omnes, & tollit ius commune: vt in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & cap. vt animarum. de cōsti. libr. 6. & in ca. ius ciuile. j. distinct. & maximè in casu nostro quò ad forensem reducētem se ad ciuitatem Parmę dictum statutum transiuit in contractum: adeo quòd nullo modo potest tolli, aut abrogari per dominum Potestatem, nec per Regimina, aut per principem Parmensem, licet enim Deus subiecit Papæ canones, & imperatori leges: non tamen sibi subiecit contractus & obligationes: vt ex eis non obligentur: & ideo eas tollere non possunt. ita pulchrè dixit Bald. in cap. j. de natu. feu. vbi arguit contra Papam Celestinum, & in l. 2. C. de seruit. & aqua. dixit, quòd † licet Imperator
3 sit solutus legibus: non tamen est solutus a dictamine rationis: quia est animal rationale politicum: & in conclusionibus iuris. dixit idem Bald. quòd licet Imperator sit dominus legum, non tamen est dominus morum: & sic multo minus potuit Potestas iudicare in præiudicium forensis reducentis se ad ciuitatem Parmæ, contra dispo-
4 sitionem ipsius statuti, & in eius derogationem: quia † statutum transiens in contractum non potest tolli per superiorem: maximè quando est celebratum cum nō subdito. ita no. Innocen. c. nouit. de iudi. & in cap. dilectus. de tempor. ordi. Io. An. in addi. Spe. in ti. de censi. §. nunc dicendum. & in ti. de instr. edit. §. nunc vero aliqua. D. Anto. in c. omnes. de consti. & in c. quæ in ecclesiarum. & in c. cum M. de consti. & idem Inn. & D. Anto. & alij in cap. in nostra. de iur. Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & in l. qd̃ semel. ff. de decre. ab ordi. facien. Bal. in l. qui se patris. C. vnde li. & in l. si cum mihi. ff. de dolo. & in l. nuptę. ff. de senator. & in d. ca. j. de natu. feu. & in ca. j. de feu. sine culpa non ami. & etiam si esset illud statutum transiens in contractum celebratum cum subdito, non posset reuocari: nisi adesset iusta causa, puta publica vtilitas: vt est text. solenis in l. Titius. ff. de obsequi. quanto ergo minus Potestas nō poterit tollere statutum: quia respectu principis est pedissequus, & debet esse custos, & non violator statutorum. c. institutionis. 25. q. 2. iurat enim iudicare secundum statuta populi, vt communiter videmus. facit auth. iusiurandum quod præsta. ab his. nec potest derogare legibus municipalibus: vt §. quibus. in prima consti. C. Et sic remanet conclusio firma, ꝙ non potuit Potestas derogare huic statuto in præiudicium forensis istius reducentis se ad ciuitatem Parmæ. Et si quispiā dixerit, amice, in loco vnde est iste forensis, redditur istud ius Parmēsibus: ergo potuit Potestas cōdemnare istum talem. Circa hoc considero, ꝙ ex actis nō apparet istud, vnde posito ꝙ ita in veritate esset, ꝙ idē ius reddatur Parmēsibus in loco, vñ est ille forensis, nō tñ concesso: nihilominus
5 istud nō obstat, ꝙ sic ostēdo: vbicūq; † aliquid debet iudici cōstare ad fundū suæ iurisdictionis: tunc ante omnia istud est iudici probandum. & debet sibi constare. posito ꝙ illud esset verum: tñ si sibi non constat & liquet, sentētia, actus, processus, & omnia inde sequuta sunt nullius momēti. hoc decidit tex. & Bar. in l. hæc autem. §. j. in ver. constare debet, liquereq;. ff. ex quibus cau. in pos. ea. Bart. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & in l. is apud quē. C. de eden. & in l. multum. ff. de condi. & demon. & in l. q̃situm. ff. de re iud. & allegatur tex. melior de iure in l. gñaliter. in ver. postquam hęc intimata fuerint prætori. C. de reb. cre. & iureiur. & ibi hoc tenet Bal. & idē Bal. in l. sed si de sua. ff. de acq. hære. & qd̃ ipse no. in commēto. l. falsus. C. de fur. & gl. in c. sępe. de app. & doctores ī c. ex tenore, de foro cōpe. facit, qd̃ pulchrè voluit Ang. in cōsilio suo incipiente, in Dei noīe amē, &c. dictū statutum positum sub rubrica. & ēt in ordine sextum, aut septimū cōsilium inter sua cōsilia: vbi dicit, ꝙ vbicūq; iurisdictio alicui attribuitur in certo & determinato casu, nō procedit libellus coram eo productus, nisi verificetur ille casus, in quo iurisdictio est sibi attributa: & dicit fuisse dictū Inn. in c. cū sit gñale. de foro compe. & ibi per Io. An. qd̃ dictū dicit ꝑ legistas communiter ignorari. Et ideo consuluit, ꝙ Ptās exeq sentētias latas per aliū in causis mercantiæ, ꝙ nisi cōstiterit Potestati, ꝙ illa sententia sit lata in causis mercantiæ, nullo modo Potestas poterit exequi, & est tex. optimus & solennis pro isto dicto in c. romana. §. contrahentes. de foro compet. libr. 6. & idem voluit idem Ange. in cons. 26. vbi reputat singulare illud dictum Inn. in d. c. cū sit generale. Modo in proposito nostro istud statutum dat iurisdictionē Potestati cōtra forēsem reducētē se ad ciuitatē Parmæ in certo casu, videlicet, si probatum fuerit, ꝙ idē ius reddatur Parmēsi. ergo ante omnia cōstare debuit de isto fundamento. facit, qd̃ not. Bal. in l. præscriptione. C. si contra ius. facit, qd̃ no. in c. super literis. de rescrip. & Io. An. in d. c. Romana. §. contrahētes. & Io. Calde. in c. j. de offi. dele. li. 6. Et si quispiā diceret, ꝙ sufficit, ꝙ fuerit

fuerit allegatum in libello: vt voluit Bart. in l.ij.ff.ſi quis
in ius voca.non ie.Reſpon.ꝙ illud dictum Bar.procedit,
quando qualitas allegatur in libello, nec per aduerſa-
rium negatur, ſed quando negatur per aduerſarium:
tunc eſt ſecus: vt voluit pleniſſimè do. Anto. in capitu.
ſi clericus.de fo.comp.& ibi latiſſimè per alios ſcribētes:
ſed hic negatur illa qualitas, ꝙ idē ius reddatur Parmen-
ſibus.ergo.Itē illud contrarium tollitur funditus & in to
tum ex dicto ſtatuto Parmenſi:dum dicit, ꝙ probare te
6 neatur talis Parmenſis:vnde quoties lex † aut ſtatutum
requirit probationē actus, non ſufficit allegatio, ſeu aſſer
tio, vt no.gl.ſolennis in c.non eſt. de conſue.lib.vj. & ibi
Do.Dñicus dicit, ꝙ ſi cauetur ſtatuto, ꝙ ſtetur allegatio-
ni actoris, intelligitur & probationi: & ita ſuppletur di-
ctum ſtatutum.facit c.cum ſuper.de conceſſi.præbend.c.
an ob. de deci.l.ij.§. docere.ff.vi bo.rapto.l.doce ancillā.
C.de rei ven.c.ad decimas.de reſti.ſpo.facit glo. ſolennis
in l.j.ff.ſi quad.pauper. fecil.dica. quę ſupplet ad illū text.
dicatur, & probetur.facit gl.& ibi Bal. in l.magis puto. §.
illud.ff.de reus eorum.& gl.in c.ſuper eo.el j. de appel.&
in l.j.ff.de incen.rui.naufra. & in l.prætor ait. in princi.ff.
vi bo.rapto. & quod habetur in c. quæ in eccleſiarum.de
conſti. vnde poſito ꝙ iſtud ſtatutum Parmæ diſponeret
hoc modo, videlicet, niſi dicatur, ꝙ tale ius redditur Par-
menſibus in loco, vnde eſt forēſis: adhuc non ſufficeret
allegatio ſola, ſed eſſet neceſſaria ꝓbatio, vt probant gl.
& iura præal. quanto ergo fortius debuit fieri ꝓbatio de
hoc; cum ſtatutum iſtud requirat probationem fieri de-
bere per forenſem, & licet ſtatutum non aperiat, cui de-
beat fieri iſta probatio, aperit & declaratur a iure com-
7 muni, quo diſponitur † ꝙ probatio fiat iudici: vt l.ſi quā-
do.& l.eos.C.de teſti.& in l.j.C.de condi.ob tur.cau.& in
l.iubemus.C.de lib.cauſ.& in c.ſtatutum.§. cum verò. de
reſc.lib.6.& in c.inter cęteras.de reſc.& in c.plerunq; bo-
ni viri.ij.q.vij. Et ſic apparet manifeſta concluſio, ꝙ talis
ſententia lata per iudicem, ſeu Poteſtatem fuit nulla, &
nullius effectus.ergo nullomodo potuit. D.Poteſtas illū
B.condemuare. Præterea accedat ſaluuſcouductus ſibi
conceſſus a principe, ꝙ tutè, liberè, impunè, ſine arreſta-
tione aliqua, moleſtarione, inquietatione, impedimen-
to, vel aliquauis noxia, vel nouitate reali, & perſonali, ti-
bi & familiæ tuæ, ac rebus quomodolibet inferēdis, nō
oſtendentibus aliquibus debitis, obligationibus, vbicun
que, cum quibuſcunq;, & qūocunque factis & cōtractis,
etiam ſi ipſe B.per ſcripturas priuaras, ſed etiā per inſtru-
menta publica obligatus eſſet ſuis creditoribus, & in ip-
ſius inſtrumentis renunciaſſet quibuſcunque ſaluiſcon-
ductibus: mandantes officialibus noſtris &c. vnde poſi-
to, ꝙ ſtatutū prædictum in nullo opitularetur.D.B.nihi-
lominus ſaluuſconductus præfatus bene cū defendit, &
8 tueť: vnde † ſi poteſt ſtare liberè: ergo nō pōt conueniri.
vnde tex.notabilis.in c.j.de regula.li.6.in ver.liberè.& ibi
do.dicunt per illum tex. ꝙ ſi quis ingreditur religionem,
infra annum probationis pōt liberè redire ad ſeculum:
adeo ꝙ non poterit arreſtari ꝑꝑ expenſas factas infra an
nū in alimentando illū. facit c.irrefragabili.de offic.ord.
& c. cū dilectus.de conſue.& c.j.de cler. peregrina.Itē dr̃
9 ſine inquietatione, aut moleſtatione. † nam illud verbū
quiete excludit nedū actū iudicialem, ſed actum procla-
mationis ſynodalis: vt eſt notabilis tex.& ibi D.Ant.in c.
ſanctorum.in verſi.quietè, & ſine proclamatione ſyno-
dali. de reſcrip.& etiam verbū ſine moleſtia, importat a-
ctum extraiudicialem: vt voluit Ang.in l.non ſolùm.§.ſi
ſtatus.ff.de procur.allegat Innoc. in c.in præſentia. de ꝓ-
ba.in verſi.moleſtatione, ꝙ q̃ promittit moleſtiam nō
facere, obligatur etiam ad non faciendum aliquid extra
iudicium.ita ergo in ꝓpoſito noſtro nec in iudiclo, nec
extra poteſt moleſtari, aut inquietari iſte B. & etiā dr̃ in
dicto ſaluoconductu, impedimento, vel alia quauis no-
xia, illa verba ampliant maiora expreſſis, vt illa clauſula
habeat locum, ſiue ſit cauſa prophana, ſeu tꝑalis, aut ſpi-
ritualis, &c.ego ad hoc dico fore gl. aureā in cle. ne Ro-
mani.de elec.& ibi dixi in repetitione illius cle.& ſic ſunt
verba pinguia & prægnantia. Quinimo dr̃ in ipſo ſaluo-
conductu, nō obſtantibus aliquibus debitis, & obligatio
nibus, vbicunq;, qūocunq;, & cū quibuſcūq;: q̃ verba cla-
rè eximunt & defendunt ipſum B. omni cōuentione.li-
cet ergo cōtraxerit alibi cū quacunque perſona, & quā-
tuncūq; deſtinauerit ſolutionē Parmæ, nihilominus nō
pōt Parmæ conueniri.facit, quod not. Ange.in l. ꝙ ſi no-
10 lit.§.ſi quid ita.ff.de ædi.edic.vbi dixit † ꝙ licet quis ꝓmi-
ſerit præſentare aliquē toties, quoties opus erit, ꝙ teneť
illum præſentare vſque ad ſententiam, etiamſi ab ea fue
rit appellatum: vt eſt notabilis text.in l.grecè. §.poſt li-
tem.ff.de fideiuſ.de quo per eundem Ange. in l.ſi finita.
in prin.ff.de dam.infec.nihilominus ſi fuerint appoſita il
la uerba, quoties, & qñcunq;, intelligitur etiam poſt ſen-
tentiam, facit l.baliſta.ff.ad Treb.& bene facit glo.elegās
in cle.j.de iudi. vbi per illa verba, cuiuſcunque ſtatus, cō-
prehenditur perſona eccleſiaſtica, & laicalis.ita erit dicē
dum in propoſito noſtro, cum iſte ſaluuſcōductus ſit ita
prægnans & largiſſimus, ampliſſima verborum copia cō
ceptus, videtur dicendum, ꝙ omnino tueatur & defen-
dat filiū B.nec debuit ſub clipeo principis, & domini Du
cis offendi.nam beneficio legum debemus iuuari, & nō
decipi: vt l.in commodato.§.ſicut.in fi.ff.commoda.c.1.
de commod.cum ſi.& vehementer admiror, ꝙ domi-
nus Poteſtas cōtra diſpoſitionem expreſſam ſtatuti Par-
menſis, & contra ſaluumconductum ipſius pronuncia-
uerit. Et ſi bene pōderetur dictū ſtatutum emanauit ꝑꝑ
ampliandā rempublicam Parmēſem, & vt reducentes
ſe ad ciuitatem Parmæ, immunes ſint ad replendam ci-
uitatem, vt l. j.ff.ſoluto matrimonio, cum ſimilib.& ſic
dominus Poteſtas fecit contra publicam vtilitatem, &
contra gratiam principis. Et plus audeo dicere, & vide-
tur eſſe veritas indubitata, ꝙ etiam inquantum in dicto
11 ſaluoconductu.D. Dux mandat † ꝙ liberè poſſit ſtare in
ciuitate Parmæ, videť velle tollere iura diſponētia cōtra.
facit, quod voluit Ange.in auth. omnes peregrini.C.cō
munia de ſucceſſ.vbi voluit per illum tex. in verſi.liberā
facultatem, quòd per illa verba videtur tolli diſpoſitio
iuris contrarium determinantis, & idem voluit in auth.
de non alie.§.quod autem. & ideo dixit dominus meus
Ioan.de Imo.in d.c.irrefragabili. ꝙ verbum liberam, ha-
bet derogari iuri per ea, quæ no. Ioan. And.in c.licet Epi
ſcopus.de præben.lib.6.& glo.in clemen.dudum.in ver-
ſic.liberè.de ſepul.& in c.de multa. de præb. & ideo cū in
propoſito noſtro D. Dux fecerit iſtum ſaluumcōductū,
ꝙ poſſit liberè ſtare. ergo ſequitur, quòd videtur ſubla-
tum ius diſponens contrarium. & ſic tam ex diſpoſitio-
ne iuris municipalis, quàm etiam ex diſpoſitione ipſius
ſaluiconductus. Et ſic ex ſupradictis elicio concluſionē
iuri & veritati cōſonam, ꝙ ſtante d.ſtatuto, & d.ſaluocō
ducto, non potuit dominus B.conueniri, aut impediri a
ſuis creditoribus, & per conſequens ſententia domini
Poteſtatis nullo modo tenuit.¶ Capio nunc ſecundum
dubium, videlicet, vtrum hæredes prædicti per oblatio
nem dicti libri, ſtante dicto ſtatuto & verbis eius cecide-
rint a dicta hæreditate.Et circa hoc eſt accuratè ſciendū,
quòd teſtator in dicto ſuo teſtamento concepit verba
hoc modo, videlicet, reliquit vſumfructū bonorū mo-
bilium, & immobilium, iurium & actionum, totius hæ-
reditatis ipſius teſtatoris eius vxori, donec vitam hone-
ſtam, & vidualem ſeruauerit pro dicto teſtatore prohi-
bens, & vetans dictam eius vxorem in dicto vſufructu
moleſtari, turbari, vel inquietari quoquo modo, ratio-
ne, vel cauſa, tam per hæredes eius infraſcriptos, quàm ꝑ
aliam quanuis perſonam prohibens etiam dictam eius
vxorem, inuentarium, vel deſcriptionem facere, de ra-
tionibus, rebus, & iuribus ipſius hæreditatis, vel fideiuſſio
nem aliquam quoquo modo præſtare: & mandauit ex-
preſsè hæredibus ſuis, ut nullo modo, ratione, uel cauſa
ꝑ ſe, uel ꝑ aliū directè, uel idirectè, audeāt, uel ꝑ̄ſumāt tur
bare, moleſtare, uel inqetare dictā eius uxorē ī dicto vſu-

fructu, vel descriptionem, seu annotationem de rebus, bonis, & iuribus dictæ hæreditatis aliquam facere, vel fieri facere, vel cogere. Et si secus fecerint, aut attẽtauerint, aut præsumpserint cõtra dictam eius dispositionem extunc, prout exnunc, & exnunc prout extũc, ipse testator hæredes in dicta hæreditate damnauit, & ipso facto damnatos esse voluit. & in fine testamẽti dicit, ꝙ illo casu eos priuauit, & priuatos esse voluit dicta hæreditate. ista sunt formalia verba ipsius testamẽti. Modo hr̃des prędicti supplicarunt principi, ꝙ pluries amicabiliter interpellarunt dictam hæredem, vt libros, instr̃a & iura hæredibus consignaret, quibus actiones actiuè, & passiuè competunt super dicta hæreditate, vsq; in illum diẽ recusauit facere in graue ꝑiudicium ipsorũ hr̃dum, qui nõ possunt exigere, qđ eis debetur, nec videre, quibus personis teneãtur: quare de gratia speciali petunt, ꝙ velit princeps mandare, & cõmittere, vt honestiori modo, quo põt, ad domũ eius accedi debeat, & ea iure, instrumenta, libros & rationes spectantes ad dictos hæredes eisdem consignare debeat: & hoc petunt de gratia D. Dux rescribit fiant literæ, & rescribit prouideri oportune super contentis in supplicatione, & cũ honestate stãtibus meritis veris. Or ista sunt, quæ in facto narrantur: oportet nũc videre & discutere: an dicti hæredes fecerint cõtra dispositionem testatoris adeo, ꝙ sint priuati ipso facto hr̃ditate defuncti. Et videtur dicendum, ꝙ nullo modo inciderunt in pœnam priuationis: qa non venerunt contra dispositionem testatoris. & ad hoc allego elegantẽ doctrinam D. Bal. in l. j. C. de his quæ pę. no. versi. Quæro, si testator mandauit hæredi: vbi dicit, ꝙ si testator mandauit heredi, ne molestet vxorẽ in suo legato, qualiter intelligatur: & dicit, ꝙ intelligitur, ꝙ malo modo & animo molestet: secus si non malo aĩo, & modo. nã qđ malo aĩo non fit, nullam pęnã meretur. allegat gl. in l. si seruum. §. prætor. in glos. quæ malo. ff. de acqu. hære. Sed in casu nostro isti hæredes nõ procurarũt istam oblationem liberorum, rationum, instrumẽtorum, & iuriũ, quæ fuerũt dicti testatoris malo animo, aut malo modo, primo fecerũt ad hoc, vt possent scire, a quibus deberent exigere, & qui essent obligati dictæ hęreditati: nec malo modo hoc fecerũt: quia primo interpellarũt ipsam hæredẽ, quatenus consignaret eis dictos libros, & iura & rõnes, ꝙ facere recusauit, & ꝑ recusationẽ illius fuit eis opus adire Principem, & petere, ꝙ honestiori mõ, quo fieri posset, accederet officialis ad domũ illius, & eam cõpelleret ad assignationem dictorũ librorũ: vnde nõ ad molestandũ dictam hæredem in suo vsufructu hoc fecerũt. nec ad eam turbandam, sed vt de suo iure certificarentur. ergo sequitur, ꝙ non inciderunt in pœnam priuationis. Accedat, quod pulchre voluit idem Bald. in l. j. C. de vsufr. versi. Sed pone, ꝙ verba instrumenti dicũt, ꝙ proprietarius promittit vsufructuario nõ inferre aliquam molestiã: an poterit impune proprietarius petere satisdationem, & concludit ꝙ sic: qa illa verba intelliguntur, nisi q̃stio, sed molestia oriatur ex natura eiusdẽ contractus: vt l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. loca. & ff. de verb. obl. l. venditores. ille enim qui agit secundum naturã contractus, non dicitur venire contra contractum, licet veniat contra personam contẽtam in eo, quod dicit esse valde notabile, nam quod non cadit in delictũ, non meretur penã. l. testamento Centurio. ff. de manu. testa. l. pater fa. testamento. ff. de hæredi. instit. & quod ibi plene no. D. meus Io. de ꝑmo. post Bal. & Ang. & qđ not. Bal. in d. l. j. C. de his quæ pę. no. facit ad prædicta glo. solennis in c. pro illorum. de præbẽ. quæ dicit, ꝙ si Papa in suo rescripto mandat, ꝙ nõ audiantur contradictores, intelligitur de contradictoribus de facto, & iniuste: secus in cõtradixerit de iure: qa tunc possunt audiri impune. ergo idẽ dicemus in dispositione testatoris, vt nõ intelligatur venire qs cõtrario dispositionẽ testatoris ex iusta causa molestãdo vxorẽ in vsufructu, & maxime in casu nr̃o, q̃ molestia vr̃ inferri huic vsufructuariæ: si libri deponantur penes tertiã ꝑsonã: vt hæredes possint scire vires hæreditarias. Facit l. j. §. fi. ff. q̃ vĩ ĩ pos. mit. & l. impatores. §. fi. q̃ ap. vbi Bar. dat regulã, ꝙ vbicũq; est ꝓhibita sequestratio, est ꝑmissa descriptio fructuũ, vt sciat, quot sunt: ne depopulẽtur. seq̃tur Ang. in d. l. imperatores. §. fin. qa ad hoc allegat. l. cũ dñi horreorũ. ff. loca. & seq̃t Bald. in l. j. C. de prohi. sequestra. nam ista descriptio fit ad euitandũ delictũ, ne pars inducatur ad delinquendnm. ita dicamus in casu nostro, ꝙ si libri, iura & instrumenta testatoris deponerentur penes tertiũ per ipsam vxorem vsufructuariã, euitabatur delictum, vt sciret̃ facultas defuncti: & ne occultarentur bona hæreditatis, & sic propter hoc non potuit dici, ꝙ ista vsufructuaria erat propter hoc molestata in vsufructu, & per consequens non inciderunt in pœnam priuationis hæreditatis, & maxime qa sumus in materia pęnali: qa priuare quæ hæreditate, vel legato est pęna, vt l. j. C. de his quæ pę. nom. & l. paterfa. testamento. ff. de hæred. insti. & l. testamento Cẽturio. ff. de manu. testa. & facit, quod habetur in l. si quis maior. C. de transactionibus. ideo pœna erit restringenda. c. odia. de regulis iuris. lib. 6. c. hæc autem. in §. pęnæ, de peni. Dy. in l. si præses. cum similibus. ff. de pęni. & maxime quia nunquam imponimur pœnã priuationis ab officio, vel beneficio, nisi expresse imponatur a lege, vt est glo. singularis in capi. fina. de iurepatro. Ita in proposito nostro erit dicendũ: quia cum ista pœna priuationis non sit inflicta ab ipso testatore eo casu, quo ex iusta causa hæres proprietarius molestat vsufructuariam. ergo sequitur, ꝙ nos illam imponere debemus. ideo amplectenda est via benignior. capitu. domino guerram. §. promptiores. in titulo hic finitur tex. & incipi. consue. reg. capitu. ex literis. de proba. capitu. clerici. 81. distinct. l. Arianus. ff. de actio. oblig. cum similibus. ergo. Et ista erant, quæ faciebant dubium in ꝑsenti consultatione. ¶ Sed licet ista sint colorata & apparentia satis: tamen casum nostrum non attingunt. ideo illis non obstantibus, contrarium puto de iure verius, videlicet ꝙ isti hæredes inciderint in priuationem hæreditatis: quia venerunt contra dispositionem testatoris, & per consequens sunt priuati hæreditate ipsius defuncti, ꝙ sic ostẽdo. Et primo præsuppono, ꝙ multa verba sunt apposita in ista prohibitione facta in ipso testamẽto, quę sola & de per se comprehendunt casum, istum, videlicet, primo dr̃, ꝙ prohibuit dictam eius vxorẽ in ipso vsufru-
12 ctu molestari: nã † verbũ molestia, importat ẽt molestiã extraiudicialem: vt dixit Innocen. in cap. in præsentia. de proba. in ver. molestatione. de prob. & refert. & sequitur Ang. in d. l. nõ solũ. §. si status. ff. de procur. pro quo facit optimus tex. in l. vnica. C. de nũdinis. in ver. aliqua molestia, vbi exponitur. s. in cogendo soluere, vel respondere. ꝰm Nico. de Ma. & ibi ẽt dicit Bal. ꝙ propter illud verbũ, molestia, nõ possunt capi pro represalijs, sicut nec pro re ordinariè iudicata, vel alio aliquo debito antea cõtracto facit. c. in nostra. de rescri. in ver. impetunt & molestant.
13 & ibi Ioãnes Calde. dicit, ꝙ † verbũ, impetere, refertur ad iudiciales actus: vnde solet dici, reus absoluitur ab impetitione actoris. verbũ vero, molestari, refertur ad actus extraiudiciales, allegat. cap. dilectus. de simo. sequitur ibi D. Abb. de Sicilia. facit, quod habetur in capit. audita. de resti. spo. & in cap. ex parte A. de resti. spo. & sic stat cõclusio, ꝙ quis dicitur aliũ molestare, si eum molestat extra-
14 iudicialiter. simile dicimus de verbo, cõuenire, ꝙ † sis qs promittit aliquem nõ conuenire, intelligitur etiam per actum extraiudicialem, vnde cũ interpellãdo extraiudicialiter, dr̃ illum conuenire, & sic venire in pęnam: vt habetur in c. 2. de accusa. modo in casu nostro enarratum est in supplicatione porrecta per hæredes domino Bucio, qualiter pluries interpellarunt ipsam vsufructuariã, vt consignaret hæredibus dictos libros, instrumenta, iura, & rationes. ergo sequitur, ꝙ per istũ casum extraiudicialem dicuntur molestasse ipsam dominã in dicto vsufructu relicto: qa eo ipso ꝙ petebant, ꝙ dicta domina daret eius instrumenta & libros. quorum vsusfructus spectabat ad ipsam, impediebatur, & molestabatur vti dicto

cto vsufructu, qui debebatur sibi ex illis instrumentis, iu-
ribus, libris & rationibus: vbi erant scripta nomina debi-
torum: quia etiam de illis videtur legatus vsusfructus: vt
15 in l.1.C.de vsu.ergo.Item eo ipso, ꝙ supplicarunt † prin-
cipi, videntur eam molestasse in vsufructu.facit text. sin-
gularis in l.si quis maior.C. de transact. vbi si quis iurauit
non venire contra transactionē, est periurus ipso, ꝙ sup-
plicat principi contra illam transact.& firmant Bart.Bal.
& alij, & ibi dicit Bald. ꝙ etiam eo ipso, ꝙ addit iudicem
per libellum conuentionalem, vt facit partem citari in
aliquo: facit contra promissa.& idem ibi dicit Bal. ꝙ si iu-
raui super contractu vsurario, & impetro iudicem super
rescissione cōtractus. incido in pœnam periurij. Ita dica-
mus in casu nostro, eo ipso ꝙ dicti hæredes supplicarunt
principi, ꝙ dicta domina cogeretur dare dictos libros, vi-
dentur illam molestasse in dicto vsufructu. facit, quod
not. Inno. in c. ex conquestione. de restit. spo. & maximè
in casu nostro: quia iam adiuerunt iudicem, & executio-
ni mandauerunt rescriptum principis. Facit, quod no. gl.
in cle. abbates. de rescript. in ver. vexare. & quod ibi not.
Paulus & Zen. dicentes, ꝙ vexatio fit per solam citatio-
nem, vel actum iudicialem, & sequitur ibi domi. meus
Ioan. de Imo. & sic ex isto capite priuati sunt ipso facto
hæreditate, & bonis ipsius defuncti. Præterea facit: quia
in dicta supplicatione dicunt, se non posse exigere illud,
quod eis debetur intuitu dictæ hæreditatis. nam exigere,
est ab inuito extorquere: vt leg. fideicommissa. §. si rem.
ff. de le. 3. l. 2. C. sol. mat. glo. in l. 1. C. de Carbo. edi. & not.
Bald. in l. si falsus. C. de fur. & in l. non solum. ff. solut. mat.
Pet. de Ancha. in c. qui generaliter. de procur. libr. 6. & in
c. in nostra. de iniurijs. Bal. in l. 1. C. quibus res iudi. nō no.
vnde exigere istud, spectabat ad ipsam vsufructuariā, cui
fuerat relictus vsusfructus omnium bonorum mobiliū,
& immobilium: vt apparet ex testamento. ergo exactio
debitorum descriptorum in libris, scripturis, instrumen-
tis, & rationibus ipsius defuncti spectabat ad ipsam vsu-
fructuariā. ergo sequitur, ꝙ eo ipso, ꝙ supplicarunt prin-
cipi, ꝙ ipsi volebant exigere, molestarunt ipsam vsufru-
ctuariam: quia cum petebant exigere debitores hæredi-
tarios: ergo iniustè molestarunt ipsam vxorem testato-
ris dicti hæredes. & per consequens frustra dicitur, ꝙ iu-
sta causa moti molestarunt ipsam vsufructuariam, imo
iniquè & iniustè. Præterea facit: quia in dicta supplicatio-
16 ne petierunt de gratia, & sic ex dispensatione, vnde † vi-
detur petijsse impossibile: quia illud, quod nō potest fie-
ri, nisi de gratia, & nō ex iure, sed dispensatiuè, dicitur es-
se impossibile: vt voluit Innocen. in c. pastoralis. de causa
poss. & proprieta. & Barto. in l. quandiu. ff. de acquir. hære.
& in l. 1. ff. condi. insti. & in l. apud Iulianum. §. fin. ff. de le-
ga. 1. & in l. 1. ff. de vulg. & pup. & in l. 1. ff. de inoffic. testa.
quem ibi alleg. Ange. qui allegat tex. ad hoc singular. in l.
4. in princ. ff. de fideic. liberta. & sic isti supplicantes con-
tra omnem iuris dispositionem supplicarunt principi: vt
gratiosè concederet, vt eis ipsa vsufructuaria compelle-
retur ad relaxandū ipsos libros, instrumenta, & iura hæ-
reditaria, ꝙ non potuit fieri, nisi cum molestia, & turba-
tione vsufructus relicti dictæ vsufructuariæ, & maximè:
quia supplicarunt domino Duci, asserendo, ꝙ si iudicia-
liter dicti libri, instrumenta, & rationes peterentur a di-
cta vsufructuaria, aliquid posset occultare, aut vitiare de
dictis scripturis: ideo petunt, vt mittatur ad domum suā
honestiori modo, quo fieri potest: & sic cum iniuria ip-
sius vsufructuariæ, & contra communem iuris censurā
petierunt, asserendo eam malignaturam, aut vitiaturam
dictas scripturas, aut libros: & sic faciēdo eam falsariam,
17 † ꝙ non congruit iuri, nec æquitati, arg. l. meritò. ff. pro so-
cio. l. cum quidam. ff. de leg. 2. l. omnimodo. C. de inoffi.
test. c. estote misericordes. de reg. iur. c. 1. de serui. maxi-
mè: quia falsum peccat in iure naturæ: vt dixit Bal. in l. fal-
sus. C. de iur. Præterea ex alio etiam apparet, ꝙ turbarūt
ipsam vsufructuariam ex eo, videlicet, quia accessit offi-
cialis ad domum ipsius vsufructuariæ, & nullo iuris ordi-
ne seruato extraxit de posse & manibus ipsius libros, in-
strumenta, & iura prædicta, & illa posuit penes tertium,
nec dicta vsufructuaria potuit habere copiam illorū li-
brorum, aut instrumentorum, & rationū, vt posset exi-
gere a debitoribus hæreditarijs pecunias debitas hæredi-
tati: quia illarum pecuniarum iam habebat vsumfructū,
iuxta no. in d. l. 1. C. de vsufru. & sic fuit molestata, & im-
pedita vti vsufructu sibi relicto, & per consequens dicti
hæredes venerunt contra dispositionem testantis: & sic
sunt priuati ipso facto hæreditate. debuerunt enim serua
re volūtatem & dispositionem ipsius defuncti. & per cō-
sequens inciderunt in pœnam. Et si dicatur, ꝙ dicti hære-
des excusantur a dicta pœna: quia habuerūt potestatem
istud procurandi a domino Duce, ideo sunt excusati: qa
sub iusto clipeo principis hoc actum fuit: vt l. iustè possi-
det. ff. de acqui. pos. nam colorata causa, licet iniusta, ex-
cusat quem à pœna. l. igitur. §. potest. ff. de lib. cau. l. 1. ad fi.
ff. de abig. l. ex consensu. §. fi. ff. de appel. vbi gl. & ibi Ang.
dicit, ꝙ colorata causa quanuis fatua, excusat quē. & idē
voluit in l. 1. ff. de eo per quem fact. & do. Pet. de Anchar.
in cle. 1. in secundo notabili. de sepul. & facit c. 1. de con-
san. & affi. Bald. in l. nouissime. §. si quis compulsus. ff. qđ
fal. tu. ꝙ illi legi non potest dari melior concordantia,
quàm d. l. igitur. §. potest. facit, quod no. Ange. in l. plagij.
C. de plag. gl. in l. in hac. ff. de condi. trit. & in l. quod te. ff.
si cer. pet. & gl. in l. 1. aliàs 2. ff. si quis in ius voca. & sic ha-
buerunt iustum colorem, vt excusentur dicti hæredes ab
18 ista molestatione. Ad hoc respōdet, ꝙ iste † color prin-
cipis nullo modo potest eum excusare ex eo: quia fuit
procuratus ab ipsimet hæredibus. Et ideo color procu-
ratus non excusat procuratorem. l. & qui data opera.
ff. ex quib. cau. maio. vbi beneficium absentiæ non datur
illi, qui absentiā procurauit. facit l. pe. quomodo & quan-
do iud. & facit c. 2. de temp. ordi. libr. 6. & l. qui contra. C.
de incest. nup. vbi ignorantia affectata non excusat. facit
notabile dictum Barto. in l. 1. §. hæc autem. ff. si quis testa.
lib. vbi dicit, ꝙ remissio, quæ fit tempore guerræ, non cō-
prehendit illos, qui faciunt spe remissionis fiendæ. facit,
qđ pulchre dixit Bar. in l. præcipua. C. de primicer. lib. 12.
vbi dixit, ꝙ ille, qui facit se cassari de matricula notario-
rum, ad hoc vt possit esse de prioribus, statuto disponē-
te, vt matriculatus in matricula notariorum non possit
esse de ancianis, non habet locum, si procurat illam can-
cellationem. facit l. vniuersis. C. de legat. lib. 10. & l. vxori.
§. 1. ff. ad l. Cor. de fal. & l. ex sententia. ff. de testa. tut. & qđ
not. dominus An. & Ioann. de Imo. in capit. significante.
de pigno. Barto. in l. si seruus. §. ꝙ autem. ff. de fur. & quod
notat dominus Dominicus in cap. 2. vt lit. penden. libr. 6.
& sic cum iste color fuerit procuratus a dictis heredibus,
eos non excusat. Præterea nec est verum, ꝙ dicti heredes
eā interpellauerint, aut requisiuerint, de dictis libris, aut
instrumentis, seu iuribus, aut rationibus edēdis: vnde eis
incumbit onus probandi, vt l. doce ancillam. C. de rei vē.
cum sim. Præterea facit; quia in dicto testamento appo-
nuntur verba magis prægnantia, videlicet molestari, tur-
bari, inquietari quoquo modo, ratione, vel causa: vnde
testator etiam considerauit iustam causam turbationis,
vel inquietationis, aut molestationis: vnde posito, ꝙ di-
cti hæredes habuissent istam causam turbādi ipsam vsu-
fructuariam, si pur illa causa non tangeret rem publicā,
vt est cautio de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri: qa
illa remitti non potest per testatorem. vt notatur in di-
cta lege, prima. C. de vsufruct. ergo in omni alio casu nō
respiciēte publicam vtilitatem videtur inferre, ꝙ etiam
si ex iusta causa moueatur molestia, ꝙ hæredes eius pri-
uentur hæreditate, ex quo dixit, quoquo modo, ratione,
vel causa, testator in dicto suo testamento. facit ad hoc
glossa valde solennis in authentica, de exhibendis reis,
in princi. in glo. quæ incipit. si enim vicit. ibi, semper de-
bet cōdemnari, quam glossam. Angelus ibi reputat sin-
19 gularem ad statutum † disponens, ꝙ condemnetur vi-
ctus victori in expensis. nam dispositio illius statuti ope-
ratur,

ratur, quòd victus debeat condemnari, etiam si victus iustam causam litigandi habuisset. lege, si quis inficiatus. ff. depositi, Speculator in titulo de expensis. §. primo, & habetur. C. de iudicijs. leg. properandum. §. & si quidem. & C. de rebus creditis, lege, generaliter. & per hoc ibi dicit Angelus, quòd si statutum dicit, quòd volens accusare de falso non audiatur: nisi primò satisdet de refectione expensarum omnium, si succubuerit in causa: quòd vigore istius satisdationis debebit cõdemnari cum sumptibus, etiam si habuerit iustam causam litigandi. & hoc probatur per illam gl. habet enim talem efficaciam tale statutũ, & talis satisdatio: & sic vt statutũ aliquid operet, inducit hoc, ꝙ licet habuerit iustam causam litigandi, nihilominus punietur in expẽsis: vt statutum aliquid operetur. Ita dicamus in terminis quæstionis nostræ, ꝙ licet ex dispositione iuris, quando quis punitur, si mouet molestiam, excusetur a pœna, si ex iusta causa illam molestiã
20 moueat: tamen si testator exprimat, ꝙ vult † & mãdat, ꝙ hæredes non moueant molestiam intelligitur, etiam si iustam causam habeant molestandi, ad hoc vt dispositio testatoris aliquid aliud operetur vltra iuris dispositionem: & procedit hoc in dubio: sed quando ex verbis expressis ipsius testatoris hoc apparet: tũc nullo modo habet hoc dubitationẽ aliquam: quia in incertis & nõ certis locus est coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de ver. obli. l. pediculis. §. argento. ff. de au. & argen. lega. l. si certis annis. C. de pactis. cum ergo in casu nr̃o testator expresse voluerit, ꝙ si quoquo modo, ratione, vel causa mouerit molestiam, turbationem, vel inquietationẽ: tunc voluit ipsos hæredes esse priuatos ipso facto, bonis & hæreditate ipsius testantis: & sic testator expresse amplexus est istum casum, qaando ex iusta causa mouerit controuersiam, quod intelligo, si illa iusta causa concernit fauorẽ ipsius hæredis: secus si concerneret fauorẽ reipublicæ, videlicet, ne hæres inuitaretur ad delinquendum: quia tũc hæres excusaretur: sed iste casus non comprehendit fauorem publicum, vt est superius dictum, ergo. Facit etiã, quod voluit idem Ang. in l. non solum. ff. de rei vẽdicatione. vbi dicit, ꝙ si statuto cauetur, ꝙ absoluto accusato de crimine falsi, reficiantur expensæ: sicut est in ciuitate Perusij, ꝙ etiam si accusator habuerit iustam causam accusandi, ꝙ nihilominus sunt reficiendæ expensæ. & allegat præalle. gl. in auth. de exhiben. reis. in principio. & in l. petitor. ff. de lib. lega. & in l. centum Capuæ. ff. de eo quod certo loco. & l. venditores. ff. de verbo. oblig. quod dicit esse quotidianum. Facit glo. quã Dy. consueuit allegare pro singulari. in l. si cum militarib. C. de in integ. re-
21 sti. mili. quæ dicit, ꝙ licet præscriptio legalis † non currat militi: tamen currit præscriptio conuentionis, seu conuentionalis. Ita erit dicendum in proposito nostro. & longe mirãdum est, ꝙ ita præsumptuose supplicauerint principi, ꝙ perinde est, ac si viam iudicij intentassent, ꝙ dicta vsufructuaria vitiasset, & falsificasset libros, & instrumenta, quod est satis honestum, & horrendum opponere contra istam vsufructuariam. considerato sexu muliebri, & est infamare, & vituperare ipsã in auditorio principis, & indignare animam ipsius defuncti, & esset iusta causa ista sola priuãdi ipsos hæredes hæreditate. & bonis ipsius defuncti, arg. eorum, quæ no. in l. sorore. C. de his quibus vt indig. vt in l. fideicommissum. C. de fideicõ. Et sic liquidò apparet ex prædictis, dictos hæredes priuatos esse ipso facto dicta hæreditate, & bonis ipsius defuncti. Et est ponderandum, vtrum factum ipsius syndici præiudicauerit dicto hospitali, & sic an hospitale ceciderit ex facto, & dolo ipsius syndici, hoc non aperio, nec de eo loquor: quia super hoc non sum interpellatus ad consulendum, & sic contra ipsum hospitale ego nunc nõ cõsulo. erit ergo videndũ, ex quo capite, aut colore dictus syndicus induxerit istam molestiam contra vxorem ipsius defuncti, & si quo casu hospitale prædictum habeat regressum cõtra ipsum syndicum pro suo interesse, hoc non aperio: quia non sui consultus super hoc: & sic cum ista molestia turbatio, & inquietatio facta per ipsos hęredes non concernat factum publicę vtilitatis: quia ista vsu-
22 fructuaria non fuit interpellata † de cautione vtendi arbitrio boni viri, nec de alio facto cõcernente publicam vtilitatem: quia testator non potuit illa remittere: vt no. in d. l. j. C. de vsufru. in l. nemo potest. ff. de leg. j. & in c. requisisti, de testa. cum si. sed quia fuit turbata, & molestata a dictis hæredibus, vt superius est dictũ: & qa fuit infamata, & vituperata in auditorio principis de falsificãdis & vitiandis scripturis, qđ tendit in dedecus, & vituperium ipsius testatoris, cum dicta domina seruet statum viduale, & censeatur esse de foro ipsius viri, & gaudet priuilegio ipsius viri: vt habetur in capitu. ex tenore. de foro competenti. & in capitu. de vxorẽ. de sepul. & in l. quoties. C. de dignit. li. 12. & ibi per Bar. in l. mulieres. ff. de senat. & ꝑ Ang. & Bart. in l. cum quædam puella. ff. de iurisdom. iudi. & in l. quod principi. per Bart. de le. 2. & per doctores in c. ex parte. de appel. Et sic elicio conclusionem, ꝙ sunt ipso facto priuati hæreditate dicti defuncti. ¶ Nec obstant allegata in contrarium. Primo, cum dicitur, ꝙ non intelligitur in illa ꝓhibitione testatoris, iusta causa molestiæ prohibita: vt dixit Bald. in d. l. j. C. de his quæ pœ. no. quia ad hoc respondeo. primo, ꝙ hic non fuit iusta causa molestiæ, vt superius dictum fuit: imo fuit iniustissima, & iniquissima, & infamatoria, tã mulieris: quàm ipsius defuncti olim mariti ipsius, & tanto grauius, quanto fuit in aditorio Principis diffamata. Et obtentum fuit rescriptum contra iuris dispositionem, propter ipsorum falsas suggestiones expressas contra dictam dominam. Et etiam quia impediuerunt ipsam exigere a debitoribus hæreditarijs: vt superius fuit expressum. ergo. Item quia etiam potest aliter responderi, quòd posito, non tamen cõcesso, quòd ista fuisset iusta causa molestiæ, quod non est dicendum: tamen ex quo non concernebat factum publicum, seu publicam vtilitatem, videtur excepta per expressam prohibitionem ipsius testatoris: quia iam testator dixit, quoquo modo, ratione, vel causa, per ea quæ superius late dicta fuerunt. Item etiam potest aliter responderi: & ad istud diligenter aduertat D. iudicans, posito, non tamen concesso, quòd dicta prohibitio concerneret factum vtilitatis publicæ, & potuissent iusta ex causa dicti hæredes mouere istam molestiam, nihilominus debuerunt eam mouere iuridice, & iuris ordine seruato, & non per potentiam, & violentiam, & petendo, quòd de singulari gratia iretur ad domum illius, & abstraherentur libri de manu dictæ dominæ, tanquam esset falsaria: sed per viam iuris debuit adiri iudex. Vnde posito, quòd habuissent iustam causam, tamẽ inique, inciuiliter, & contra iuris ordinem fecerunt, & sic nullo modo possunt se defendere dicti hæredes. Nec obstat, cum allegatur dictum Bald. in l. j. C. de vsufru. quia illud concernit publicam vtilitatem, vt superius dictum est: sed ista molestia non concernit publicam vtilitatem. ergo. Item quia Bal. ibi dicit, ꝙ non obstante illo pacto potest petere cautionem de vtendo vsufructu arbitrio boni viri: non tamen ibi Bal. loquitur eo casu, quo inciuiliter, & contra iuris ordinem & dispositionem agitur infamando & vituperando vsufructuariam & per violentiam illatam, a iudice non citata, nec vocata dicta domina, ad dicendum & allegandum ius suum, quod fieri nõ debuit, ar. l. de vnoquoque. ff. de re iudica. & l. nam ita diuus. ff. de adop. & cle. pastoralis. de re iud. & c. cũ ex literis. de in integ. rest. cum si. ¶ Et sic ex superius dictis concludo, illum B. non potuisse conueniri, nec cõdemnari per D. Potestatem Parmensem, & concludo illos hæredes esse priuatos bonis, & hæreditate illius testatoris iam defuncti, & partes domini iudicantis esse in sententiando & declarando male, & non rite, aut solenniter dictum B. fuisse condemnatum, & in declarando ipsos hæredes fecisse contra prohibitionem testatoris, & priuatos esse hæreditae prædicta. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Mulier Iudæa duas habẽs infantes filias Christiana effecta est,& istas filias vendicabat, vt Christianæ quoque fierent. præcipit Episcopi vicarius socero mulieris huius, vt illas exhiberet, adiecta pœna, nisi exhiberet. Sed is negauit illas apud se esse: quia vero sua culpa & dolo factum esset, quo minus exhiberet, condemnatus est quadringentorum pœna ducatorum. Mulier conuersa primum rectè & iure filias istas vendicauit, deinde præceptum vicarii pœnale socero factum iure valuit. Tum pœna illi etiam socero legitimè constituta est.

SVMMARIVM.

Patris & matris si diuersus est status, & patris conditio deterior est, semper filij matrem sequentur. nu. 1. & 3.

Coniugum infidelium altero conuerso, altero infideli remanente communis proles assignatur conuerso. sic tamen si filij infantes sint, nec doli capaces. nu. 2. & 4.

Præceptum iudicis pœnale ligat & tenet contumacem. numero 9. & 10.

Dolus & fraus ex indicijs probatur. nu. 14.

Fraus præsumitur ex vicinitate actus. nu. 15.

Impotentia affectata & procurata non excusat. nu. 16.

CONSILIVM LVIII.

Testibus Cõsilio & allegationibus redditis in præsenti cõsultatione per illos patres iurisconsultos celeberrimos, diligenti animaduersione discussis: tria iudicio meo sunt videnda. Primum est, vtrum illa nurus iam professa sanctam & orthodoxam fidẽ Christiana effecta potuerit illas suas filias maiores triennio vendicare. Secundum dubium erit, vtrum Do. Vicarius potuerit facere illud mandatum pœnale dicto Salomoni de præsentando dictas puellas. Tertium erit, vtrum dictus Salomon fuerit in dolo, adeo quòd facultas non posse præsentare dictas puellas fuerit adeo procurata ea saltẽ præsumptione, qua potuerit Do. Vicarius eum condemnare ad pœnam quadringentorum ducatorum. Et istis dubijs optime tritis & examinatis apparebit indubitata veritas præsentis consultationis. ¶ Quoad primum videtur dicendum, quòd non possit vendicare dicta nurus effecta Christiana ipsas filias:& est ante omnia aduertẽdum, ꝙ licet fauor fidei sit amplissimus: vt in capi. in fidei fauorem. de hæreticis. libro sexto. capitu. final. de conuer. infide. cap. iudæi. 28. q. j. tamen in casu præsentis consultationis non agitur de fauore fidei, imo agitur de fauore pecuniæ: quia agitur ad pœnam quadringentorum ducatorum: ideo illa pecunia execranda causam dedit huic rumori & quæstioni. iuxta illud præclare dictum Lucani in tertio. Sed pars vilissima rerum, certamen mouistis opes. & ideo cessat fauor fidei in præsenti consultatione. Ideo exordiendus est iste articulus nunc, vtrum ista mulier possit vendicare filium, & videtur dicendum ꝙ non. vendicatio enim procedit ex potestate, quam parẽtes habent erga filios. l. j. §. per hanc. ff. de rei vendi. vbi filius potest vendicari adiecta causa de iure Romano. Idẽ dicimus de Abbate vendicante monacum, adiecta causa de iure canonico: ita in colonis, censitis, & in vasallis, & in ciuitate vendicante suum ciuem, & late scribit Bar. in d. l. j. §. per hanc. & in l. de iure. ff. ad municipal. & p Innocen. & alios in c. dilectus. de appell. & in c. tuam. de ordi. cogni. & sic ista vendicatio fundatur in paterna potestate: sed mater non habet filium in potestate, institu. de patr. pote. in principio. & l. mulierem. C. de adopt. ergo sequitur, ꝙ nullo modo poterit filiũ vẽdicare, maxime si pater extat. Et si dicat, est effecta Christiana, & pr remãsit iudæus, iõ vr dicendum, ꝙ mater fauore fidei possit filiũ vendicare. Ad hoc respondeo, ꝙ ẽt Iudæus pater habet filiũ in ptãte. nam iudæi viuũt legibus Romanis. ergo habẽt filios in ptãte. facit l. item in potestate. iuncta gl. ff. de his qui sunt sui. & inst. de pa. pote. §. ius autem. vbi dicit, ꝙ ius paternæ potestatis & penes oẽs Romanos. Sed appellatione Romanorum, seu populi Romani veniunt iudæi: vt in c. ius quiritum. j. di. iuncta glo. ergo sequitur, ꝙ iudæi habent filios in potestate. & hoc tenet glo. in c. Iudæorum. 28. quæstione. j. quæ dicit, ꝙ si filius iudæi efficitur Christianus, liberatur a paterna potestate. Idẽ tenet Bald. in l. nam & ciuium. ff. de his, quæ sunt sui. & si subtiliter ponderet, est tex. in c. 2. de cõuer. infid. iuncta rubrica. ergo potius poterit filius iudæi vendicari a patre iudæo, quàm a matre effecta Christiana, quę nullomodo p baptismum acquirit paternam potestatem, & ratio formalis, ex qua se fundat dict. capit. 2. de conuersi. infid. est: quia filius consistit in paterna potestate, & sequitur familiam, & agnationem patris, & non matris: vnde idem potest Iudęus effectus Christianus vendicare filium: quia filius est in sua potestate, & seqtur eius familiam, & nõ est in ptãte matris: nec cõditionẽ matris seqtur. sed ista duo non vendicãt sibi locũ in matre effecta Christiana: quia nec habet filium in ptãte, nec filius seqtur conditionem matris effectæ Christianæ: vt ibi dicitur. Et licet gloss. ibi dicat, ꝙ idem est in matre, quod in patre, quando pater efficitur Christianus, vel mater efficitur Christiana: nihilominus non videtur vera doctrina: quia ille tex. loquitur in Iudæo effecto Christiano, & fundat se in illis duobus: quia est in potestate sua filius, & sequitur conditionem sui patris: sed ista nõ habent locum in matre, ergo cessat dispositio illius text. in matre. Vnde sciuisset Papa statuere & exprimere idem esse in matre effecta Christiana, vt in cap. vt maiores, de baptis. cap. ad audientiam, de deci. l. prima. ff. si mẽs. fal. mo. dix. l. j. §. si autem ad deficiẽtis. C. de cadu. tol. non potuit gl. ibi extendere illum tex. loquẽtem de patre ad matrem. & forte cum admiratione maxima, ꝙ Pontifices Romani in suis legibus, & tam antiqua, quàm etiam moderna iurisprudentia, vtatur illo modo loquendi, ꝙ sit fauor sanctæ fidei Christianæ, ꝙ Iudæus efficiatur Christianus: quia imo est fauor ipsius perfidi Iudæi: & nullum fauorem acquirit fides catholica, fauor est ipsius Iudæi venientis ad lucem veritatis: & ideo si verbis daretur audacia, non esset ponere os supra cœlum, insistere contra illum modum loquẽdi. Præterea facit ratio suasiua: nam per baptismum priuatur Iudæus paterna potestate. nam si filius iudæi efficitur Christianus liberatur a potestate Iudæi patris sui: vt est gloss. singularis in d. c. Iudæorum. modo si mater effecta Christiana posset vendicare puerulos suos, sequeretur conditionem matris, & efficerentur Christiani, sequeretur, quòd mater præiudicaret patri in paterna potestate: sed ius non patitur, quòd res mea mihi auferatur sine facto meo: vt l. ius nostrum. ff. de reg. iur. & capit. quæ in ecclesiarum. de constitu. & l. fina. C. si contra ius, vel vti. publi. ergo sequitur, ꝙ non potuit facere conditionem patris deteriorem ista mulier: & per transitum ad baptismum non potuit tollere ius patriæ potestatis Iudæo. Et facit ratio naturalis, quæ dictat, nulli debere fieri iniuriam: & specialiter ipsis Iudæis: vt in c. & si Iudæos. de Iudæ. Præterea istæ filiæ sunt infantes, quæ nec præsumentur habere voluntatem ad baptisma suscipiendum: argu. l. j. C. de fal. mone. sed Deus voluntarium militem eligit, vt 16. quæstio. prima, capitu. non est. ergo. facit etiam, licet fauor fidei hoc suadet, non tamen debet ille fauor assumi cum iniuria alterius: vnde dixit text. in cap. ex tenore. ita sumus viduis, & pauperibus in iustitia debitores, ꝙ alijs iniustitiam facere non debemus. de foro competen. facit etiam glo. in d. c. Iudæorum, quæ dicit, ꝙ inuitis parentibus non possunt pueruli Iudæorm assumi, vt fiant Christiani:

ſtiani:& conſuluit dominus Gaſpar de Calder. in con-
ſilijs ſuis, in ti.de iudæ.cõſilio 2.& tenet Archidiaconus
in c.qui ſyncera.45.di.Idem erit dicendum patre Iudæo
inuito licet mater tranſeat ad fidem catholicã.filij enim
ſequuntur patrẽ quoad familiam,vt l. cũ legitime. ff. de
ſtatu ho.Idẽ quoad decurialem conditionẽ.l.eos.C. de
decur.lib.10. idem quoad dignitates, & honores.l.libe-
ros.ff.de ſenator.Idem quoad originem : vt dixit glo.in
dicta lege, cum legitime.facit glo. in capit.dicat aliquis.
32. queſtione 4. & qđ habetur in l.exemplo.C. de decu.
lib.10. & quod notat ibi Barto. & qđ notat Salycetus in
lege, fi.C.ſi contra ius, vel vtil.pu. poterit ergo pater ſo-
lus contradicere matri vendicãti puerulos,& volẽti eos
effici Chriſtianos.& per conſequens videtur,quòd non
poteſt iſta mater effecta Chriſtiana vẽdicare iſtas ſuas fi-
lias.Et iſta erãt,quę faciebant dubium in pręſenti cõſul-
tatione,ex quibus infertur,quòd pręceptum domini vi-
carij fuerit iniuſtũ.¶Et licet iſta ſint colorata,& apparẽ-
tia ſatis : non tamen caſum noſtrum attingũt : ideo illis
non obſtantibus contrarium puto de iure eſſe verius,vi
delicet,ꝙ iſta mater poſſit vendicare iſtas puellas, etiam
vt efficiantur Chriſtianę.& arguo ſic formaliter,vbicun
1 que†diuerſa eſt conditio patris conditione matris,& di-
uerſus eſt ſtatus vtriuſque, adeo ꝙ ex parte patris ſunt
deterioris conditionis, quàm ſint ex parte matris: tunc
ſemper filij ſequuntur cõditionem matris : iſta eſt gloſ-
ſa optima & ſolennis in capitulo finali, de clan.deſpon.
& bene facit gloſſ.in clementina prima. de cõſan.& affi.
& textus in capitu.ex tenore.qui filij ſint legi.& iſtud ex-
preſsè dicit Bald.in leg.qui cõtra.C.de inceſt.nup.vbi di-
cit,pone,ꝙ ſacerdos venit de partibus Anglię, & cõtra-
xit matrimonium Peruſij, cum Berta ignorante illum
eſſe ſacerdotem,& nati ſunt filij,an ſint legitimi: & deci
dit ꝙ ſic.& plenè per modernos in lege, prima, aliàs in
rub.ff.ſoluto matrimonio.& per omnes ſcribẽtes in di-
cto capitulo finali. Modò apparet, ꝙ maritus eſt ſacer-
dos, & vxor eſt laica, & filij inde nati potius ſequuntur
conditionem matris ignorantis, vt ſint legitimi, quàm
cõditionẽ patris ſcientis ſe ſacerdotem,vt ſint ſpurij: &
ſic cenſentur legitimi:vt in dicto capitulo,ex tenore.Ita
dicamus in caſu noſtro, iſtæ puellæ potius debent ſequi
conditionem matris effectæ Chriſtianæ, vt efficiantur
Chriſtianæ,& ſic melioris conditionis, quàm ſequi con
ditionẽ patris Iudęi,& ſic vt ſint deterioris conditionis,
& ſic vt ſint Iudęi.nam eſſe Iudęum, eſt delictum largo
modo: vt dicit glo. in l.apud Iulianum.§. fin.ff.de le.pri-
mo, & facit in authentica Gazaros. C. de hæreticis. vbi
2 †puniũtur Iudęi publicatione bonorũ licet ſtricto mo-
do non ſit delictũ; vt voluit glo.in l. multum intereſt.ff.
de verborum obligationibus. & ſic ſequitur, ꝙ mater
poterit ipſas puellas infantulas ſecũ ducere ad Chriſtia-
niſmũ.Secundò facit tex.in dicto capitulo finali, de con
uer. infide. vbi pater Iudæus effectus Chriſtianus poteſt
ducere ſecum ad fidem Criſtianam puerulos ſuos infan
tulos ipſa matre Iudęa cõtradicẽte, & ei aſſignatur com
munis proles:& licet ibi tex.ponat accidentiam facti,lo
quendo de patre, nihilominus erit idẽ in matre cõuerſa
ad fidem:& ideo ſummatur ille tex.communiter ſecun
3 dum doctores ibi, quòd ſi alter † coniugum infidelium
venit ad fidem, altero remanẽte in infidelitatis errore,
communis proles aſſignatur cõuerſo: & ibi dicit Hoſti.
ꝙ Papa poterat facilius ſe expedire ſtatuendo, ꝙ ſi alter
infidelium venit ad fidẽ, ſiue ſit pater,ſiue ſit mater,cõis
ſoboles eſt aſſignanda conuerſo ad fidem : niſi ſint doli
capaces:quia illi relinquuntur propriæ libertati, & volũ
tati.& ſic tenet ibi Hoſti.hoc, ꝙ poteſt mater filium in-
fantulum ducere ſecum,quando efficitur Chriſtiana pa
tre remanente in ſuo infidelitatis errore.& facit ad hoc
ratio quia pater & mater,quoad conditionem filiorum
non iudicantur ad imparia, quando ſunt diuerſi ſtatus:
vnde ſi mater eſt monacha, & cõtraxit cũ laico ſoluto,
ipſo ignorãte ipſam eſſe monachã, proles eſt legitima:
ita & econtra,vt dixit Bal.in dicta lege, qui contra.C.de
inceſt. nup. ita in propoſito, ſi patre effecto Chriſtiano
ducuntur pueruli ſecum, matre ſtante in Iudaiſmo : ita
& econtra : quia in hoc attenditur fauor ipſorum filio-
rum : & ſi mater efficiatur Chriſtiana de eis non iudica-
tur ad imparia. Vnde ponderanda ſunt illa, quę ponde-
rat text. in dicto capitulo finali, de conuer. infide. dum
dicit, in ętate tali quis non debet apud illas remanere
perſonas,de qbus poſſit eſſe ſuſpicio, ꝙ ſaluti, vel vitę in
ſidientur illius. vnde ſubtiliter põderanda ſunt verba ge
neralia illius tex. dum dicit, apud illas perſonas:quia cõ
ſiderat ibi tex. ꝙ remaneat quicunq; voluerit in Iudaiſ-
mo,ſiue ſit pater,ſiue ſit mater: qa tunc proles remane-
ret apud illum, in quo illa ſuſpicio ſalutis, vel vitæ inſit.
& licet dictum illius decretalis ſit conceptum ſtrictè: qa
loquitur in patre effecto Chriſtiano : tamen ratio eius
eſt larga:& ideo ampliatur dictum decretalis ſecundum
rationem eius. ita dixit gloſſa elegans, & ibi dominus
Antonius, & latè dominus meus Ioannes de Imola in
clementina prima, de elec.vbi latè hoc anno dixi,repe-
tendo illam clement.1.Et ſic iſto modo ſubtiliter indu-
cendo illum textum, eſt ibi caſus formalis pro iſta quæ-
ſtione. facit ille text.dicto capitulo final. in verſicul.ma-
terque pueri,ſi eum remanere contingeret apud ipſam,
poſſet illum adducere ad infidelitatis errorẽ. Iſta ratio
ponit ſecurim ad radicem huic hæſitationi, ꝙ ideo non
debet remanere apud matrem, quia poſſet illum addu-
cere ad infidelitatis errorẽ : iſta rõ prohibitionis multo
magis cadit in pr̃e iudæo:quia callidior & aſtutior, & ſic
ampliatur dictũ iſtius decretalis ꝓpter rationẽ appoſitã
in ipſa decretali. & vbi eſt eadem rõ ſtatuẽdi, ibi cẽſetur
idem eſſe ſtatutũ.c.cũ dilecta.de confirma.vti.l.his ſolis.
C.de reuoc.dona.l.ſi conſtante.ff.ſoluto matri.auth.prę
terea.C.vnde vir & vx.auth.quas actiones. C.de ſacroſ.
eccleſi.l.ſi furioſi.C.de nup.facit etiam tex.in d.c.fina.in
verſi.in fauorẽ.maximè Chriſtianæ fidei, reſpondemus
eundẽ patri aſſignãdum:ſed iſte fauor fidei ita militat, ſi
mater efficitur Chriſtiana patre remanẽte in iudaiſmo.
ſicut econtra patre effecto Chriſtiano matre remanen
te in iudaiſmo. ergo ſequitur, quòd erit idem ius. l.il-
lud.ff.ad legem Aquil. l.a Titio. ff. de verbor.obligatio.
c.tranſlato.de conſtitu.j.qõ.3. cap.ſi quis obiecerit.cum
ſimili. & iſta non ſunt tacta per docto. cõmentantes di-
ctam decretalem fi.de conuer.infidel. Facit etiam gloſſ.
ibi,quæ tenet iſtam partem.& glo.in d.c.fina.in glo.1.ad
fin. in ver.not. quòd filius conditionem patris, vel ma-
tris conuerſi ad fidem ſequi debet. & dicit, ꝙ hoc caſu
4 † filius infans non doli capax ſequitur meliorẽ condi-
tionẽ.aliàs ſi eſſet doli capax, nõ dẽt baptizari: & ſequit
Inn.Hoſt. Ab.antiquus,Ioã.And.D.Ant.D.Pet. đ Anc.
Do.Abb.conſiculus meus. & pondero illam gloſſ.quæ
vult,ꝙ ſequatur meliorem conditionem : quia vr̃ ſatis
ſe conformare dicto glo.in d.c.fin.de clan.deſpon.& ſic
ſequenda erit opinio illius glo.quam cõmuni voto om
nes iuris patres tam antiqui,q̃ moderni ſequũtur. Facit,
quod dixit Bal.in c.j.de natur.ſucce.feu. ĩ finalib⁹ verbis,
5 vbi dixit,ꝙ † in dubijs opinionibus multũ ſequitur opi-
nionẽ gl.ordinariæ : quia non poteſt adhærere meliori,
& ĩ l.cũ hæreditas.§.depoſi.dixit, ꝙ auctoritas gl.omnes
alias antecellit,& idẽ voluit in l.precibus.C.de impub. &
alijs ſubſt.& in auth.ceſſante.C.de legi.hæredi. Ia.Bu.in l.
j.C.qui pro ſua iuriſd.& Saly.in l.traditionibus.C.de pac.
dicit,ꝙ debemus inhærere opinioni gl. ſicut Bononien-
ſes inhęrent carotio.gl.ſingularis in l.oĩs diffinitio.de re.
iu.& Ang.in l.2.ff.de accuſa.dixit, ꝙ non poſſumus adhę
rere meliori in conſulendo, & Bal.in ſuo peculio,vbi al-
legat Cy.& multomagis in caſu noſtro:quia non eſt opi
nio in contrarium de hoc:imo omnes doctores ſunt cõ
cordes. Facit elegãs dictum Ang.in l. ſi idem cũ eodem.
6 vbi per illum tex.ff.de iur.om.iud.dixit, ꝙ † vbi non ha-
bemus caſum legis, licitum eſt nobis allegare auctorita-
tem maiorum. ergo multo fortius in caſu noſtro : quia
eſt

est dare casum legis de hoc in d.cap.fi. Vltimo de hoc est
tex. formalis, quem ipsa gl. allegat in c.iudei.28.q.j.in ver.
filij autem, qui ex talibus nati sunt, fidem atq; conditio-
nem matris consequantur. Et si dicatur, sed qualiter po-
test ecclesia filios illorum, quorum alter est conuersus
ad fidē cogere ad baptismum? Respondet ibi glo. ex quo
alter parens cōuersus est ad fidem, iam factus est de foro
ecclesiæ. ergo & filij eius per consequens. 15.q.vl.c. cum
multæ. Et sic videtur, ꝙ ista cōsultatio sit indubitata quo-
ad primum dubium. Nec obstant allegata in contrariū.
Primo cum dicitur, ꝙ in ista dubitatione non agitur de
fauore fidei: sed de extorsione pecuniæ: quia salua pace
sic dicentis principalis causa & intentio in pręsenti qōne
ē fauor ipsius fidei, vt amplietū ipsa fides, & vt dictę infan-
tulæ ducantur ad fidem vnà cum ipsa matre iam effecta
christiana, sed perfidus ille iudæus, & nequàm, qui impe-
diuit transportari faciendo & occultando ipsas infantu-
las, punietur pœna pecuniaria, vt habetur in capit. licet.
de pęn. & illā potest imponere iudex, prout sibi videtur,
ar.c.de causis.de offi.dele. si illa magis timeatur: vt habeť
in c.quoniā frequēter. §.fi. vt lit. non conte. in l.j.ff. si quis
ius di. nō obtemp. p Io. An. in c.j. de homi. lib.6. in c.2. de
maledi. in cap. postulasti. de iudæis. ¶ Nec obstat, cum di-
citur, ꝙ ille potest vēdicare filium, qui habet illum in po
testate: qa concedo: sed cū dicitur, ꝙ mater effecta chri-
stiana nō habet filiū in potestate. ad hoc respon. ꝙ istud
fallit, nisi aliter esset iure cautum: vt est in casu nostro: qa
est tex. in d.c.fi. de conuer. infide. & in d.c. iudæi. & glo. ibi.
& in d.c.fi. & communis opinio omnium scribentiū: iō
ex iuris censura vendicat illū filium adiecta cā de iure ca
nonico. Nec obstat, cū dr̄, ꝙ iudæi habent filios in pote-
7 state: qa istud non est ita expeditum: qa † iudæi sunt serui
principis: vt in c. & si iudæos. de iudę. ergo filios non ha-
bent in potestate, cum existens in potestate alterius aliū
non habeat in potestate. 32. quæst. 2. in canone primo, in
gl. & quod etiam tenet Arch. in c. qui synceram. 45. di. &
quia sunt infames, vt in auth. Gazaros. & quod no. in l.fi.
C. de sen. pas. & sunt poblicata omnia sua bona: vt in dic.
auth. Gazaros. & sic si penderet in facto, essent rumores
nō mediocres in iure super isto passu: nihilominus quo-
ad factum nostrum, quādo alter est conuersus ad fidem,
altero remanente in iudaismo, & filijs existentibus infan
tulis non est verum, quòd sint in potestate patris existen
tis in iudaismo: vt in d.cap.fina. & in d.c. iudæi. & superius
dictum fuit. Nec ob. cum allegatur ratio d.c.fi. de cōuer.
infid. dum dicitur, ꝙ sunt in potestate patris, & sequūtur
conditionem ipsius patris: quia ille text. loquitur eo ca-
su, quo pater efficitur Christianus, & mater remansit iu-
dæa: quia tunc pater potest reducere secum filios: qa eos
habet in potestate paterna, nos autem loquimur, quan-
do ipse remanet iudæus, & mater efficitur Christiana: &
sic illa ratio non meretur allegari in contrarium: imo in
casu nostro istæ puellæ non remanserunt in potestate ip
sius patris, aut sui aui: vt est dictum. Nec obstat, cum dici-
tur, ꝙ nō est fauor fidei: vt iudæus efficiatur Christianus:
sed potius est fauor ipsius Iudæi: quia. ad hoc respōdeo,
ꝙ quoad ipsam fidē non eget isto fauore: sed ex eo quia
ampliatur fides nostra, in hoc censetur esse fauor. Nec
obstat, cum dicitur, ꝙ sequeretur, ꝙ mater posset præiu-
dicare iudæo patri quoad potestatem paternā: quia istud
est verissimum, ꝙ operante legis censura potest mater
præiudicare iudæo patri quoad filios infantulos: vt est ca
sus in d.cap.fi. & dicto c. iudæi. Nec obstat, cum dicitur, ꝙ
Deus eligit spontaneum militē: qa concedo: sed nego, ꝙ
istæ puellæ nō sint volūtariæ ad baptismum: qa satis sunt
volūtarię, ex quo mater efficitur christiana, & lex p̄sumit
eas eē eiusdē volūtatis, cuius est cōuersus ad fidē. Nec ob-
8 stat † cū dr̄, ꝙ inuitis parētibus nō p̄nt paruuli iudæorum
effici christiani: qa procedit vtroque parente remanen-
te in iudaismo, & ita loquuntur doctores: sed iste non
est casus noster: quia iam vnus est conuersus ad fidem.
Nec obstat, cum dicitur, quòd filius sequitur condi-
tionē patris: quia cōcedo ipso patre effecto christiano:
sed eo existēte iudæo sequitur meliorem conditionem
conuersi: vt voluit gloss. in dicto capit. iudęi. & sic sequi-
tur conclusio verissima, ꝙ Iustina effecta christiana po-
tuit ipsas suas puellas infantulas vendicare. & per con-
sequens mandatum domini vicarij fuit iustissimum &
iuri, & ęquitati, & veritati consonum. ¶ Capio nunc se-
cundam dubitationem: vtrum, ex quo dictus Salomon
habebat ipsas puellas infantulas in domo, potuerit do-
minus Vicarius facere sibi illud mādatum de exhibēdo
illas infantulas. Et circa hoc aduertendum, ꝙ Baldus in
9 l.ius alimentorum.ff. vbi pupil. educ. debe. dixit, ꝙ † si iu
dex præcipit alicui: vt sub certa pęna compareat coram
eo: vel si præcipit, ꝙ respōdeat de veritate sub certa pœ-
na; si dixerit mendacium, ꝙ si ille sit contumax, tale præ
ceptum ligat. Iaco. de Are. in l. interlocutio. C. commi.
epistolas. & ipsum sequit̄ Baldus in l. prima. in fine prin-
cipij.ff. si quis ius di. nō obtempe. dicit simpliciter, ꝙ pro
pter talia præcepta non incurrit quis pœnam, nec pos-
set fieri executio, tāquā præceptum illud mereatur exe-
cutionem: sed propter contumaciā bene poterit iudex
de nouo illam imponere, si sibi videatur. & istud voluit
Innocen. in c. cum in tua. qui matrimonium accusare
pos. Specul. in titulo de contuma. §. fina. versicul. sed po-
ne iudex. videtur simpliciter velle, ꝙ talia pręcepta ligēt
sed in titulo de sen. §.2. versi. sed nunquid iudex. videtur
velle aliter dicere: videlicet, aut iudex suspicatur verisi-
militer de inobedientia: & tunc tale p̄ceptum ligat. aliàs
secus. dominus Ioannes de Imola in d.l. filiusfamilias.
§. diui fratres. de legatis primo. dicit, aut constat, ꝙ iudex
voluit solum cōminari, seu est dubium, an voluerit so-
lum comminari: et tunc ex inobedientia quis nō incur
ril pęnam: quia in dubio potius censetur comminatio:
Facit, quod in simili notant doctores in capit. primo. de
sagit. & in capit. potuit. et in c. primo. de loca. vbi habe-
tur de præcepto facto sub pæna excōmunicationis: quia
in dubio videtur comminatio: nec ex inobedientia erit
excommunicatus, licet postea possit excommunicari:
vt in c. primo. de sagit. et sic sentit expresè, ꝙ quando
10 † iudex vult cōminari, & non obeditur sibi ex illo præ-
cepto, non videtur condemnarus ille: sed bene poterit
condemnari: si verò constat, ꝙ non solum iudex voluit
comminari: sed etiam condemnare. puta quia manda-
uit sub pæna, quam ipso facto incurrat, si contrafecerit,
vel per alia verba constet, ꝙ voluit condemnare, illud
præceptum pænale apponendo, si pars contrafecerit, &
tunc præcipit illud, quod non spectat ad eius officium:
& videtur, ꝙ non valeat, argumen. l. non videtur. §. qui
iussu.ff. de reg. iur. C. de app. l. quoniam. & ideo forte nō
valet pręceptum iudicis, si præcipit patri, ꝙ iuret obedi-
re omnibus mandatis suis sub certa pęna, quam ipso fa
cto incurrat, si contrafecerit: quia non videtur ad offi-
cium eius spectare tale iuramentum exigere, & ita pos-
set intelligi dictum Dy. in d.l. filiusfa. §. diui. aut præcipit
circa illud, quod spectat ad suum officiū: & tūc aut id, su
per quo emanauit præceptum, requirit plenā causæ co-
gnitionem: vt quia præcipit rem restitui post sententiā,
quæ transiuit in rem iudicatam: & tunc Specul. in titulo
pręallega. versicu. sed nunquid. dicit, quòd eo casu, quo
possit iurari in litem, possit etiam præcipi sub pœna. o.
de Imola in §. diui. præallega. dicit, ꝙ si iudex suspicatur
de inobedientia, tunc posset præcipere sub pœna. alleg.
quod not. Ioan. Andr. super dicto versicu. sed nunquid.
Si verò non suspicetur de inobediētia, nec subsit aliqua
causa rationabilis, quæ cum mouere possit ad faciendū
huiusmodi præceptum pœnale: tunc tale præceptum
non ligat, ex quo fieret tale præceptum pro futura ino-
bedientia, per textum in capitulo, Romana. §. caueant.
de sentent. excommunicatio. libro sexto. & per hoc di-
cit, quod si iudex facit præceptum alicui, ꝙ compareat
sub certa pœna, vel ꝙ respondeat ad veritatem sub cer-
ta pœna, quā ipso facto incurrat, si contrafecerit, debet
attendi,

attēdi, an veriſimiliter iudex ſuſpicatus ſit de inobedien
tia, vel nō, vel alia rationabili cauſa moueatur ad ſic præ
cipiendum. & facit, quod habetur in l. tutor, qui reperto
rium. §. ſi depoſui. cum ſequenti. ff. de admi. tut. & qđ ha-
betur in d. l. ius alimētorū. ita reſidet d. meus Io. de Imo.
in d. §. diui. Modò iſta ponunt gladium ad radicē in præ-
ſenti conſultatione, ꝙ ſic oſtendo. Primò iſtud præce-
ptum emanauit in caſu permiſſo a iure ipſi Iudici: vt ap-
paret ex d. c. ſi. de conuerſi. infidel. ꝙ liberi ducantur cū
cōuerſo ad fidē, poteſt & debet Iudex ad hoc laborare:
nec erat neceſſaria cauſæ cognitio ad hoc: qa in his, quæ
11 oriuntur ex iuris diſpoſitione, Iudex † poteſt procedere
& allegare illud. non expectando aliquā cauſæ deciſio-
nem. Vnde dicebat d. Abbas conſiculus meus in d. c. af-
ferte. de præſump. ꝙ licet regula ſit, ꝙ notorium debeat
per partem allegari: vt eſt gloſſ. ſing. in cle. appellanti. de
appel. & allegatur tex. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §.
idem Pollioni. in ver. allegetur. ff. de adul. nihilominus
illud eſt verum, qñ notoriū reſultat facto partis: tunc. n.
dēt allegari & ꝓponi: ſed qñ notoriū non reſultat facto
partis, ſed facto iuris: tunc nō eſt opus, ꝙ allegeť, aut ꝓ-
ponať: ſed Iudex ex ſuo officio debet & pōt ex illo pro-
nunciare, & procedere: nec requiritur, ꝙ a partibus alle-
geť: vt eſt tex. in d. c. afferte. & tex. & Innocē. in c. Raynu-
tius. de teſta. & fuit dictum Bal. in l. minoribus. C. de his
quibus vt indig. vbi ita limitat. d. cle. appellāti. & optimè
hoc probatur in l. ſi quis prouocatione. C. de appel. Cū
ergo hoc eſt notorium iuris, ꝙ vno ex coniugibus con
uerſo ad fidem, debeant infantuli ſecū adduci ad fidem:
vt dictum eſt in primo dubio, ꝙ veriſſimū eſt, & firmū:
vt in quadrato lapide: ſequiť, ꝙ Iudex potuit iſtud præ-
ceptum facere, nec oportuit ad bibere aliam cauſæ cogi
tionem, poſtquam enim illa mater conuertebat ſe adfi-
dem, ſtatim reſultabat notorium iuris, per d. c. Iudęi. &
d. c. ſi. ꝙ Iudex potuit ex officio ſuo mandare, ꝙ d. infan-
tulæ exihibeantur: & ſic iſtud præceptum ſpectabat ad
officium ipſius Iudicis. Et quis eſſet tam iniuſtus rerum
ęſtimator, aut perfidus, aut literarum ſacrarum ignarus,
qui auderet dicere, ꝙ ad huiuſmodi præceptū debebat
interuenire cauſæ cognitio, qđ erat notorium iuris? Cer
tè nullus: maximè ſi Chriſtum & eius fidē profiteretur.
Item etiā cōſiderata perfidia, & duricia Iudaica: qa pra-
ua & ꝑuerſa eſt generatio, & duræ ceruicis, & ſunt peio-
res Gentilibus, ſeu Saracenis, & ſodomitis. iuxta illud
verbū d. Matthęi. 11. tolerabilius erit ſodomis ī die iudi
cij, quàm vobis. & iuxta illud Ezechielis. iuſtificaſtis ſo-
domam, ꝙ exponit Augu. quia Iudęi ſunt peiores Gen-
tilibus, vt refert noſter Gratianus. j. q. j. c. nō ne. & ſic fuit
vrgentiſſima & violentiſſima ſuſpitio contra ipſum Iu-
dęum, ꝙ tranſportari faceret: vt iam fecit dictas infantu
las, & ſic res erat tempore peritura. Et poſito, non tamē
12 cōceſſo, quòd iſtud præceptum † requiſiuiſſet cauſæ co-
gnitionem: tamen nullo modo requirebat iſto caſu: qa
res erat tempore peritura, & filiæ poterant aſportari, vt
iam aſportatæ fuerunt, & res tempore perituræ non re-
quirunt illam ſolennitatem, quam aliàs requirerent, vt
eſt text. expreſſus in leg. prohibere. §. ſi quid. in ver. tem-
pore perituras. ff. de acqui. hære. & in auth. ſi omnes. C. ſi
ſe ab hæredi. abſti. & l. Ariſt. §. fi. ff. de iur. deli. no. in c. fi. de
iudi. & in l. diuus. ff. de pet. hæ. 11. q. j. c. qa res. facit, qđ no.
glo. in l. nullus. C. de iudę. & quod habetur in ca. ius mili-
tare. j. di. & in l. ait prætor. §. ſi debitorē. ff. quę in frau. cre.
glo. in c. paſtoralis. de offi. ordi. & quod habetur in l. mo
re romano. ff. de ſer. & qđ no. Bar. in l. Seius & Augerius.
ff. ad l. fal. & qđ habetur in l. Imperatores. ff. de appel. vn-
de cum in caſu noſtro erat periculum in mora: quia
res erat tempore peritura. ergo potuit fieri illud pręce-
ptum pœnale: quia erat ſuſpicio ne tranſportaretur, vt
iam factum fuit, & non curo, an iſtud præceptum fa-
ctum fuerit d. Salomoni, vt ponerētur in loco ſecuro,
& in ſequeſtro, ꝙ tamen facit rem minus dubiam, ſed
imo iſtud præceptū potuit fieri, ꝙ d. infantulæ exhibe-
rentur per illum perfidem iudęum, & aſſignarentur cō-
uerſę ad fidem, & nullo modo manerent penes inſidia-
torem vitæ, & ſalutis, eoque magis; qa agebať de fauore
fidei, & ſic fauore publico, quo caſu derogatū eſt oībus
iuribus mundi ꝑꝑ pub. vtilitatē, vt eſt tex. melior de iure
in l. ſi quis in graui. §. hi quoque. ff. ad ſilanian. facit l. iube
mus. C. de ſacroſan. ec. & l. iubemus. C. de naui. nō excu.
lib. 11. & l. j. C. ne liceat ſe in emp. ſpe. excuſ. lib. 10. & l. vē
ditor. §. ſi cōſtat. ff. cōmu. prædi. l. fortiſſimi. C. de re milit.
lib. 12. Sali. in l. 2. C. de noxa. Bald. in l. j. C. de hær. vel acti.
ven. facit c. non minus. de immu. ec. & c. in fidei fauorē.
de hæreticis. li. 6. & ſic ex quo res erat tempore peritura,
& erat cauſa rationabilis, vt petereť exhibitio puellarū,
& erat etiam ſuſpicio, & erat notorium iuris, & verſaba
tur in hoc fauor fidei, nulla dubitatio digna eſſe pote-
rit, ꝙ D. vicarius nō potuerit facere dictum præceptum
13 pęnale dicto Salomoni. facit etiam; quia iam † valet prę
ceptum etiam de ſoluendo factum cauſa non cognita:
vt eſt gl. in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de oper. no. nun.
& in c. ex parte in Chriſto. de verborum ſig. & ſequitur
Bal. in l. actione. C. de tranſac. & in l. j. ff. de iure deli. & in
l. cum quidam. ff. de le. 2. & Ang. in l. ſi ſic. ff. de le. j. d. Ab-
bas in c. j. de cauſa poſ. & proprie. & licet Io. An. aliter lo
quatur in addit. Spe. in tit. de aduoca. vbi dixit, tale præ
ceptum nō tenere, niſi in interdicto. ff. de oper. no. nun.
tamen in ti. de ſen. §. ſpecies. in addi. habeo quęſtionem,
aliàs dubium ſolenniter diſputatum. tenet, tale præce-
ptum tenere, quādo emanat ex cā, ꝙ eſſet timor rixæ.
ar. l. æquiſſimum. ff. de vſufru. & ſic glo. illæ loquūtur in
præcepto, qđ incipit cauſa nō cognita. puta, præcipimus
Titio, ꝙ infra duos dies ſoluat, & ſi ſenſerit ſe grauatū,
compareat coram nobis, ꝙ tale præceptū teneat. quan-
to fortius in caſu noſtro valebit, & tenebit tale p̄ceptū,
qđ eſt iuris certi & indubitati executiuum: nec requiri-
tur citatio, aut cāæ cognitio, qñ fit executio iuris iā cla
ri & certificati, arg. eius, qđ habeť in c. ex ratione. de ap-
pel. & in ca. a diuo Pio. ff. de re iudi. Et ſic multifariè, mul
tiſq; modis apparet, ꝙ dictū p̄cepū valuerit, & tenuerit,
& ligauerit, & obligauerit ipſum Salomonē: nec poteſt
allegare nullitatē talis præcepti. Et ſi dicať, amice, pono
& concedo, ꝙ iudex potuerit facere tale præceptum di-
cto Salomoni: ſed tarde fecit: quia fecit eo tēpore, quo
dictus Salomon non habebat copiam, nec poteſtatem
præſentandi dictas puellas: ideo tale præceptum iubens
impoſſibile ipſi Salomoni, non tenuit, nec obligauit ip-
ſum Salomonem: vt l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſda. cogan. l.
quæſitum. ff. de re iudi. cum ſimi. Ad hoc reſqondeo, ꝙ
dictus Salomon iſtam impotentiam exhibendi & præ-
ſentādi dictas puellas domino vicario ſibi procurauit:
ideo eum non excuſat. iuxta no. in l. 2. ff. ſi quis caut. de
quo apparebit in ſequenti dubio, vbi diſputabitur de do
lo ipſius Salomonis, nec eſt verum, ꝙ tunc temporis di-
ctus Salomon non habebat copiam præſentandi dictas
puellas, nec hoc probauit probatione concludente, &
neceſſaria: vt inferius oſtendetur: & ſic ex ſuperius dictis
elicitur concluſio veriſſima, dictum præceptū valuiſſe,
& potuiſſe de iure fieri per ipſum D. Vicarium dicto Sa-
lomoni, maximè ſecuta ſententia condemnatoria poſt
dictum præceptum: vt dixit Ioannes de Imola in dicto
§. diui. & ſuperius dictum fuit. ¶ Reſtat nunc videre de
vltimo dubio, videlicet, vtrum dictus Salomon fuerit
in dolo, adeo ꝙ inciderit in pęnam contemptus pręce-
pti, & ſic iuſtè fuerit condemnatus. Et circa hoc pręmit-
14 to, ꝙ dolus & † fraus ꝓbať ex indicijs & cōiecturis: vt eſt
tex. & glo. in c. 2. de renun. lib. 6. & in auth. ſed iā neceſſe.
C. de don. ante nup. & ī l. poſt cōtractū. ff. de dona. & ī l.
dolū. C. de dolo. & in l. oēs. §. Lucius. ff. q in frau. credit.
& in l. Iulius. ff. q & a qui. & gl. in l. apud Celſum. in prin.
ff. de doli exceptio. & maximè pēſata qualitate perſonę
doloſæ, vt notat Bal. in l. finali. ff. de hæredi. inſtituend.
& textus in lege prima. C. ſi quis Imper. male dixe. & ſic
concludo, quòd dolus & iniquitas ipſius Salomonis
probatur

probatur ex indicijs & coniecturis, maximè quia est perfidus Iudęus, & inimicus capitalis sanctę orthodoxæ fidei: modo ꝙ iste Salomon fuerit in dolo, & ꝙ filius eius duxerit & asportauerit filias p̄fatas, ipso Salomone sciēte, volente, & consentiente in fraudem canonis, & in opprobrium fidei Christianę apparet ex testificatione primi testis deponentis, qualiter dictus Salomō respondit domino episcopo, ꝙ dicta sua nurus baptizaret se, pur ad suum sensum: & quod de puellis nō expediebat, quod curaret aliter, & quod ipso cōsentiente filius suus recesserat cum suis puellis, & quod tanquam desperatus recesserat filius eius, quod non poterat viuere sine illis puellis, & quod mitteret dominus episcopus ad boletas, seu librum boletarum, per quem apparet, quod d. filius eius transportauerat filias illas: & adhuc dicta mater non erat effecta Christiana. Secūdus testis etiam deponit, ꝙ de consensu & voluntate ipsius Salomonis filius eius Vitalis, secum duxit illas puellas die sequēti, qua dicta mater recesserat de domo dicti Salomonis, & adhuc non erat effecta Christiana dicta mater. Tertius testis etiā deponit, quòd dictus Salomon sciuit recessum illius Vitalis cum dictis puellis, & quòd interrogatus per dominum Vicarium dictus Salomon, si illa, quę explicauerat domino Vicario dixerat de voluntate & commissione ipsius domini Theodosij, qui Salomon respōdit, quòd sic. Quartus testis etiam deponit, qualiter dictus Salomon sciuit, ꝙ dicta nurus sua recesserat de domo ipsius, vt fieret Christiana, & ꝙ illæ filię tunc tēporis erant in domo ipsius Salomonis. Quintus testis deponit, qualiter dictus Salomon miserat ad ipsum testem duos Iudæos, & inter alia rogauerūt ipsum testē, ꝙ iret ad Vicarium, & sciret, quòd intendebat facere de filiabus illius, qui respondit sibi, quòd in futurum faceret illud, quod de iure fieri dēret, & dicti Hebræi & dictus Salomon institit penes ipsum testem doctorem decretalium: vt eis consiliū daret, quid posset fieri de iure de dictis filiabus, & sic dictus maledictus Iudeus sciscitari voluit, quid fieri deberet de iure de dictis filiab⁹, & certo certius est, ꝙ sciuit & scire pręsumebatur, ꝙ de iure ducendæ erant cum domina sua matre ad baptismum, & istius timore perfidus procurauit, ꝙ asportarētur extra territorium Ferrarię: vnde dolus istius conuincitur ex dicta asportatione ita momentanea & incontinenti facta, quo casu præsumitur fraus aperta: vt l. si ventri. §. in bonis. ff. de
15 priui. cre. vbi ex † vicinitate actus presumitur fraus, & in l. post cōtractum. ff. de don. in l. si quis post hac. C. de bo. damna. & per Bal. in l. j. C. de ser. fug. pręsumitur enim, ꝙ d. Salomon sciuerit, q̄d ius disponebat de ipsius filiab⁹: & eo maximè q̄a inuestigauit illud, q̄d iura vellēt fieri d̄ ipsis filiabus, & sic p̄sumit, ꝙ sciuerit. c. innotuit. de elect. facit l. q̄d te. ff. si certum pe. & l. leges. C. de legi. & sic tanquam informatus de iuris dispositione procurauit ipsas filias asportari extra territoriū Ferrariense. Et est bene ponderandū, ꝙ d. Salomon quęsiuit consiliū a doctore iuris canonici, & sic a perito in arte, quo casu pręsumitur ī eo maior calliditas & astutia, & ille doctor remisit eum, vt quęreret consilium ab alio, & sic pręsumitur, ꝙ ita fecerit ipse Iudeus secuto postea fine: q̄a trasportari fecit ipsas puellas, & pręsumitur fraus propter coniunctionem personarum: vt l. lata. C. de dona. Et etiam q̄a dictus Salomon interrogatus a domino episcopo, ꝙ pater illarum puellarum nō poterat viuere sine illis, vn-
16 de † talis impotentia non posset exhibere, aut pręsentare dictas infantulas, fuit procurata & affectata, quo casu eum non excusat, iuxta no. in l. & qui data opera. ff. ex qui. cau. maio. vbi beneficium absentię non datur illi, qui eam procurauit. Simile dicimus in ignorantia affectata & procurata: quia non excusat ignorantē, vt not. in c. 2. de temp. ord. li. 6. & in l. q cōtra. C. de incest. nup. & q̄d notat Bal. in l. p̄cipua. C. de primi. lib. 12. & facit l. vniuersi. C. de leg. li. 10. & l. vxori. ff. de fal. & l. ex sūīa. ff. de testa. tutel. & q̄d no. Bar. in l. seruus. §. quod autē. ff. de furt. & sic ista impotentia nullo modo excusat ipsum Salomonē. facit l. 2. ff. si quis cau. quasi per totā l. facit ēt simile de eo, quod habetur in l. is qui dolo malo fecit. quo minus possideret, hoc quoq; nomine punitur. ff. de rei vendi. vbi ille, qui malo dolo procurauit, vt desineret possidere, punitur, ac si possideret posito ꝙ nō habebat facultatem rei restituendę. imputatur enim sibi, quare suo dolo desijt possidere. non enim debet iste Salomō reportare commodum ex isto dolo suo, vt habetur in c. ex tenore literarū. & in c. sedes Apostolica. de rescrip. & deludere iudici, & deludere legi, in pręiudicium & opprobrium sanctę fidei Christianę, vt iam fecit cooperante perfidia, & iniquitate sua, ex qua efficeretur fraus legi, q̄d esse non debet: vt in c. plerisq;. & in c. putant quidā. 14. q. 3. Facit text. in l. si autem. §. possidere. in vers. sine dolo malo amiserit possessionem. ff. de rei ven. vbi ad hoc vt quis conueniatur vigore illius tituli, requiritur, ꝙ possideat tempore litis conte. & tempore rei iudicatę: sed si desierit possidere, non poterit condemnari, nisi dolo malo desierit possidere: quia tunc punitur & condemnatur vigore illius tituli: & imputatur sibi, ex quo dolo malo desijt possidere: vt ibi habetur. Ita dicamus in proposito nostro, cum dolo & fraude sua dictus Salomon desierit habere copiā pręsentandi, & exhibendi dictas infantulas, ergo puniendus est pęna contemptus, ex quo contempsit legem & iudicem: & etiam non esset malum, imo sanctum, iustum, & ęquum, cogere eum vltra condemnationem pęnę factam per dictū Do. Vicariū, ꝙ omnino exhibeat: ad hoc vt dictę puellę ducātur ad Christianismum vnà cum ipsa matre sua, ex quo perfide & dolose egit, ne illę infantulę ducantur ad viam & lucem verę & sanctę & immaculatę fidei clementissimi Iesu Christi. & sic contra ipsum Salomonē detinentem est procedendum, vt exhibeat, & iam probatum est, ꝙ ipse detinebat in domo sua, & detinuit vsque quo percepit, ꝙ de iure poterant dictę puellę duci ad Christianismum, vno ex coniugibus conuerso ad fidem: etiam si dolo desijt possidere, aut detinere, potest contra eum agi ad exhibendum, ex quo iudicium iam erat cęptum ne reddatur elusorium: vt l. j. & l. Iulianus. in prin. & in l. si liber homo. ff. ad exhiben. nec potest dici, ꝙ illę puellę infantulę erant in potestate patris, aut aui: quia ex quo per lauacrum sacri baptismatis liberantur a paterna potestate Iudęi: vt est glo. in d. c. iudeorū. 28. q. 1. & istę puellę ex quo mater deducta est ad fidem Christianam, erant statim deducendę ad eandem fidem Christianam: ergo erant liberatę a paterna potestate: q̄a pro cincto habetur, qui de proximo est cingendus: vt l. penulti. ff. de testa. mili. cum si. & sic nullum iuris remedium competebat dicto Salomoni, transportari faciendi ipsas puellas extra territoriū, vt impediret eas a laua-
17 cro sacri baptismatis. Et etiam dicitur † & conuincitur esse, aut fuisse in dolo. d. Salomon ex eo: quia dolo malo suo desijt illas detinere. vnde dixit tex. optimus in l. si autem. §. sed & is, qui ante litem contestatam dolo desijt rem possidere, tenetur in rem actione. ff. de rei vē. & nō potest esse in dolo desinendi possidere ante litem contest. nisi ex coniecturis, vel aliquibus præsumptionibus præsumpserit litem sibi mouendam. Ita in proposito tenetur iste Salomon exhibere, ex quo desijt posse exhibere, seu desijt detinere, aut possidere dolo suo malo, tenetur ad exhibendum, ex quo ex coniecturis pręsenserat dominum Vicarium petiturū ab eo dictas puellas exhiberi: & ideo dixit Barto. in finalibus verbis in l. qui petitorio. ff. de rei vendi. qualiter probabitur, ꝙ dolo desierit possidere: & dicit, ꝙ eo ipso, ꝙ post libellum datum, vel postquam dixerim me daturum libellum, ipse alienauit. alle. quod not. in simili in l. Fulcinius. §. 2. ff. ex q. cau. in poss. ea. & quod no. Dy. in c. pro possessore. de regulis iuris. libro sexto. Cū ergo in casu nostro probatur, p̄ dictum testis domini Theodosij, ꝙ misit d. Salomonem ad dominum Vicariū, vt inuestigaret a dicto domino

domino Vicario, quid facere deberet de dictis filiabus, qui respondit, quòd faceret illud, quod esset faciendum de iure. & ita dictus dominus Theodosius respondit dicto Salomoni. vnde illa verba inducunt comminationem litigandi contra ipsum Salomonem, & contra patrem illarum puellarum super ipsis puellis ducendis ad fidẽ: & ideo isto casu dictus Iudæus versatus dolo & fraude dedit operam, vt transportarentur. Et si dicatur, ꝙ dominus Theodosius est vnicus testis in hoc: ergo non facit plenam probationem: vt l. iusiurandi. C. de testi. no. in capi. fin. de iureiur. cum similibus. Ad hoc respondeo, ꝙ imo statur dicto solius Theodosij: ex eo quia fuit dictũ eius approbatum a dicto Salomone, quo casu statur dicto solius vnius: ita pulchrè dixit Bald. in l. bonæfidei. C. de iureiurand. per no. in l. Theopompus. ff. de dot. præla. Sed dictus Salomon interrogatus si ad instantiam suam do. Theodosius dixerat illa verba domino Vicario, fertur respondisse, ꝙ ita dixerat: vt dixerat dictus dominus Theodosius, & sic ꝓbatur per testes superius expressos, & sic dictus Salomõ approbauit dicta per ipsum dominũ Theodosium: ergo solus probat: & sic certo certius est, ꝙ ipse Salomon fuit in dolo: & habuit certificationẽ ex testificatis per ipsum dominum Theodosium, qualiter dominus Vicarius erat processurus secundùm quòd ius disponit super ipsis puellis: & sic dolosè desijt habere copiam & facultatem exhibendi & præsentandi ipsas infantulas. Facit, quod singulariter voluit Odoffr. in l. quoties. C. de rei vendica. dicens, quòd postquàm

18 † quis est vocatus ad iudicium, vel spes, seu timor erat, quòd vocaretur ad iudicium, & vendit rem, super qua erat timor, quòd vocaretur ad iudicium, quòd præsumitur, quòd emptio sit dolosa & mala fide facta: & ideo non patrocinatur talis venditio: vt colligitur ex l. si ea res. ff. de actio. emp. quod dicit esse menti tenendum ad conuincendas multas fraudes & baratarias, qđ dictum sequitur ibi Bald. & scribentes. facit, quod nota. Barto. in d. l. Fulcinius. §. 2. vbi ponit exemplum de eo, qui dicit cras dabo libellum contra. & quod not. Bald. in l. is qui reipublicæ. ff. ex qui. cau. maio. facit in ratione sui l. fin. ff. pro derelic. & l. quæro. §. fin. ff. de alie. iudi. vbi probatur, ꝙ alienatio fuit facta cã mutandi iudiciũ, si aduersarius sciebat me mouere litem: quia facit forte differentiam d. l. Fulcinius. §. 2. & quod dixit Dy. in d. regula ꝓ possessore. Cum ergo in casu nostro d. Salomon fuerit confessus, ꝙ ipse habuit dictas puellas in domo suæ habitationis, & penes eum tempore, quo murus sua recessit de domo, & vsque ad illud tempus, quo fuerunt transportatæ: & etiam probant testes audiuisse ipsum Salomonẽ sic dicentem & etiam constat ipsum Salomonem dixisse, ꝙ animo efficiendi se christianam dicta nurus sua recessit de sua domo: & etiam probatur, ꝙ suspicans, ne filiæ prædictæ efficerentur Christianæ, ex quo quæsiuit cõsilium a domino Theodosio, vt superius dictũ. quis dubitat, ꝙ dolus eius apertissimus in transportari faciendo dictas puellas secundùm ꝙ ius disponit? & sic clarissimè apparet, ꝙ dolo & opera sua desijt possidere in opprobriũ catholicæ fidei in perfido iudæo. Præterea iste Salomon confessus fuit, se tenere dictas puellas in domo sua, donec fuerunt asportatæ extra territorium per filiũ suũ. vnde ista confessio scindi non potest: quia habet ius cõmune contra: quia qui † olim possedit, præsumitur nunc

19 possidere. l. siue possidetis. C. de proba. ergo scindi nõ potest, iuxta no. per Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de libe. leg. Bald. post Cyn. in l. vnica. C. de confes. idem Bal. in l. si quidem. C. de transact. & in l. siquidem. C. de excep. & in l. 2. C. de do. ante nup. Archi. in c. 1. de confes. libr. 6. dom. Card. in c. bonæ. de postulatione prælatorum. not. in c. cum venissent. de insti. & in c. cum olim. de censi. & in l. quędam. §. numularios. ff. de edẽ. vnde potuit dominus Vicarius scindere illam confessionem Salomonis: quia ex quo confessus fuit, ꝙ illas puellas habuit penes se eo tempore, quo illa recessit de domo: vt efficeretur christiana: præsumptio iuris est, ꝙ adhuc illas puellas detinebat: ideo sua confessio potest scindi: qa habet ius commune contra se: & etiam habet communem præsumptionem doli. & etiam diligenter ponderabit d. iudex infantilem ætatem, & teneros annos illarum puellarum: quia non est conueniens, nec verisimile, ꝙ extra territorium miserit illas puellas ita citissimè: iuxta illud terentianum, Hui, inquit, tã cito. vnde aut ille nõ transportari fecit: imo detinebat latenter eas, vel si transportari fecit in fraudẽ iuris, & opprobrium fidei nostræ fecit, vt superius ostensum est. ergo. Præterea est accuratè considerandum, quòd iste iniquus iudæus dixit, quòd illas puellas asportauerat filius eius pater ipsarum puellarum, & ad probandum hoc dicebat, quòd mitteret dominus Episcopus ad librum boletarum: vnde voluit purgare illam præsumptionem, quæ laborabat contra eum: quia ex quo detinuerat ipsas tempore, quo illa mulier recessit de sua domo. Præsumptio iuris erat, quòd adhuc eas detinebat: & ideo remisit se ad librum boletarum: sed liber boletarum non tollit illam præsumptionem, ex pluribus. Primò: quia non dicit, quòd illæ puellæ erant filiæ illius dominæ Iustinæ, seu nurus ipsius Salomonis. vnde potuit esse, & fuit, quòd dolosè ita expresserit in libro boletarum, seu ipsis officialibus boletarum: nec fuisset supina cautela interrogare officialem boletarum, si viderit duas puellas ætatis descriptæ in processu adductas per illum Iudæum patrem

20 earum: & sic † non sequitur necessariò. pone, ꝙ adduxerit duas puellas: ergo erant istæ puellæ, de quibus in puncto: Certè hoc non infertur necessariò. l. non epistolis. l. neque natales. C. de proba. l. non hoc. C. vnde cog. capit. cum causam. de testi. Et habet optimas & violentissimas præsumptiones, ꝙ propter ætatem teneram illarum potius est credendum, ꝙ occultauerint eas, quàm asportauerint extra: & maximè si equester illas asportari fecerat, balando equos, aliàs asinos: & in hoc diligenter aduertat d. iudicans. Item etiam ex alio non probat dictũ & scriptum in libro boletarum: quia dicit de duob. pueris. vnde non probat necessariò, ꝙ istæ puellæ erant illi pueri: imo probat contrarium. argumen. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. & sic non est conueniens testimonium: & maximè stante fraude & dolo superius adductis, & versutia, & astutia istius perfidi Iudæi. Nec etiam sequitur necessariò, aliquis accepit boletam pro recedẽdo: ergo recessit, vt iam docet experientia: quia multi recipiunt boletas: & tamen non recedunt, & maximè in terminis nostris, in quibus laborat præsumptio in contrarium, propter tenerã ætatem illarum puellarum: & propter pericula illarum, argumen. capitu. cum dilecta. versicu. propter viarum discrimina. de confirmat. vtili vel inutili. Et ex superius dictis resultat conclusio vera & indubitata, ꝙ ipse Salomon fuit in dolo in non præsentando, & exhibendo illas infantulas. & per consequẽs dominus Vicarius iustè & rectè fecit condemnando prædictum Iudæum. & per consequens sententia iusta & recta est, omni confirmatione digna per iudicem appellationis: nec puto, quod soluendo pœnam sit liberatus: imo vltra pœnam tenetur exhibere, & præsentare: quia in opprobrium fidei nostræ illas transportari fecit. Et concludo contra ipsum Salomonem Iudæum.

EPITOME.

¶Testator habens mille legauit octingenta purè, & in aliis suis bonis hæredem quendam instituit, eumque fideicommisso vniuersali sub conditione grauauit. hæres hic quartam Trebellianicam non vniuersæ hæreditatis respectu, sed eius quod fideicommissario restituit, detrahet.

SVMMARIVM.

Quartam sic hæres de fideicommisso detrahere debet, ne id euanescat & funditus pereat.nu.2.& 4.

Hæres de fideicommisso debet habere quartam, non hæreditatis, sed fideicommissi.nu.6.

Legatis pure relictis, & fideicommisso vniuersali sub conditione, detrahitur quarta pars residui, non totius patrimonij.numero 7.

Testator si relictis legatis quibusdam subiūxit, in alijs vero bonis instituit, &c. intelligitur illa velle prius detrahi & integra solui, quàm alius sit hæres.nu.8.

CONSILIVM LIX.

Quia Ita bellissimè, & subtiliter examinata, & trutinata est per excellentissimum iurisconsultum mihi patrē summo honore obseruandum D. Bartholomæum de Campegio de Bononia in suis alleg.& per celeberrimum do.consulentem, vt nihil melius, nihil vtilius, nihil elegantius in præsenti consultatione dici, aut excogitari potuit. Ideo vltra proloqui superfluū esse duxi.tñ videtur, ꝙ hæres debeat detrahere quartam totius hæreditatis, & patrimonij ipsius defuncti de isto fideicommisso vniuersali, & sic respectu totius assis, & non respectu, quod restituitur, quod sic ostēdo. Hæreditas est successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit. istud assumptum est verissimum, & probatur in l.nihil aliud.ff.de verb.sig.l.hæreditatis.ff.de reg.iur.Bart.in rub.ff.de acq.hære.sed hæres detrahit ad fideicommisso quartam partem hæreditatis: vt est tex.formalis in l.j.C.ad Treb.in ver.quartam partem hæreditatis pro nouē vncijs a fideicommissario petere potes: ergo sequitur, ꝙ quartam respectu totius patrimonij ipsius defuncti hæres detrahet: & facit tex.in l.j.§.secundo capite.in ver.ne minus, ꝙ quartam partem hæreditatis.ff.ad l.Fal.& sic videtur, quòd de toto patrimonio est ista quarta detrahenda. Secundo videtur tex.formalis de hoc in l.Marcellus.§.item Pomponius.ff.ad Trebel.vbi dicitur, quòd si deductis legatis quis restituere hæreditatem rogatur, an solida legata præstanda sint, & quartam ex solo fideicommisso detrahere possit, an vero ex legatis, & fideicōmissis detrahere possit, & refert Aristonem respondisse, ex omnibus detrahendam: hoc est ex legatis, & fideicommissis, & sic tex.ibi formaliter probat, quartam detrahendam tam ex legatis, quàm ex fideicommissis. Et est subtiliter ponderandum, ꝙ eo ipso, ꝙ dicit quartam, intelligitur de quarta totius assis: vt est dictum. Vnde si dicamus, ꝙ eo casu, quo testator dixit in alijs aūt suis bonis instituit, &c. sub illis verbis, videtur voluisse prohibere quartā totius assis solui de fideicommisso. Et si quispiam dixerit, amice, consuetudo mūdi seruat, quòd quando relinquitur fideicommissum illo modo: & legata, de legatis non detrahitur falcidia concedo: ergo sequitur, quòd illa consuetudo amplectitur, ꝙ illa quarta, quæ debuit detrahi de legatis non detrahetur de illo fideicommisso, hoc non sequitur, quia tex.in d.§.item Pomponius.dicit, an ex fideicommisso solo quarta detrahetur, & dicit, quòd tam ex fideicommisso, quàm ex legatis detrahetur: ergo si de legatis detrahitur, sequitur, ꝙ detrahetur de fideicō misso: & eo ipso, ꝙ loquitur de quarta, intelligimus de quarta totius assis: vt est dictum. & ideo consuetudo nullo modo videtur extendenda ad derogandum iuri ipsius hæredis. Facit, quod no.Bar.in auth. qui rem.C. de sacrosan.eccle. vbi dicit, quòd cōsuetudo, & præscriptio non extenditur.Cy.in l.1.C.quæ sit long.consuet.Innoc.in c.pastoralis, de deci.domi. Petr. de Anchara.post Ioan.de Ligna.in capit.cum officijs de præscrip.domi.Abbas in capit.cum olim. eod.titu.vnde posito, quòd consuetudo disponat, ꝙ non detrahatur legatarijs: non tamen debet extendi, quòd illam non detrahat ipsi fideicommissario, vnde stamus dispositione illius text. vt sola debeatur ex fideicommisso, quando ex legatis non detrahitur.si subtiliter pōderetur ille tex.congruè & aptè consideratus vult, quòd quota sit quarta debita hæredi: quia ex quo quarta hæreditatis debetur ipsi hęredi: ergo intelligitur de quarta totius assis. Præterea facit: nam duæ sunt fiendæ computationes, vna de omnibus legatis simul contributis debet detrahi pro rata illud, in quo legata excedunt facultates hæreditarias inspecta lege 12.tab.postea deductis legatis ad currentem summam totius patrimonij testatoris fit computatio, & detrahitur quarta & falcidia ex omnibus legatis pro rata, quę sint defalcabilia, exceptis legatis priuilegiatis quo ad falcidiā. vt est text. institu.de l.falc.§.fina.& l.in quantitate.§.fina.ff.eo.titu.& l.si quis testamento.§.fina.ff.de legat.primo. & est optimus tex.in l.si vero composita vtraque legata.§.fin.ff.de testamen.milit.in versic.quòd remaneat apud hæredem, est insufficiens quartæ eorundem legatorum, quòd ei deest, detrahatur his solis, quibus codicillis legata data sunt, & in dicta l.si quis testamento.§.fina.dicitur.ita tamen, vt ex his pro rata portionis falcidiæ satisfiat, & sic videtur casus formalis, quòd illud, quod hæres non potest detrahere de legatis, poterit detrahere de fideicommisso vniuersali: & sic cum in casu nostro consuetudo mundi videatur esse, quòd isto casu legata soluantur: vt per hęredem non detracta falcidia, illam poterit detrahere de fideicommisso vniuersali, & sic detrahet Trebellianicam & falcidiam de fideicommisso, & si aliter diceremus parum, & nihil haberet hæres, si solum detraheret quartā eius, quod restituit fideicommissario, quod non est dicendum: quia omnia iura fauent hæredi in quarta sibi debita: vt in dicto §.secundo capite. Præterea istud considerat Bartol.in l.ita tamen.§.ex asse.ff.ad Trebellian.vbi dicit, quòd tota quarta datur hęredi de fideicommisso, sed tota quarta est respectu tam fideicom.quàm legatorum ergo sequitur, quòd ista quarta est respectu totius assis, & ista erant, quæ iudicio meo faciebant præsentem consultationem dubiam, sed istis diligenter examinatis apparebit veritas indubitata. ¶ Et licet ista sint colorata, & apparentia satis: tamen casum nostrum non attingunt, ideo illis non obstantibus contrarium puto esse de iure verius.videlicet, quòd debeat hæres detrahere dūtaxat quartam de eo, quod restituit, & de hoc allegat glossam singularem, nec communiter ponderatam ab antiqua, aut moderna iurisprudentia in l.si vero composita. in §.finali. ff.de testamento milita. vbi si hæres non habet integram quartam legatorum, quod ei deest, detrahatur his solis, quibus codicillis legata data sunt, & gl. ibi dicit, non autem dicas, ꝙ hęres retineat sibi quartam totius hæreditatis de legatis codicillorum, quia nihil eis remaneret. ista sunt formalia verba glossæ. ibi positæ: & sic dicit expressè, quòd licet eo casu, quo illud, quod non detrahitur † de vno legato,
1 veniat detrahendum de alijs: nihilominus si ita detrahendo, nihil remanet legatario, non debet detrahi tota quarta: quia nihil remaneret legatarijs. Modo ista glossa in terminis decidit istam quæstionem, in proposito nostro testator habebat mille, & legauit octoginta, si hæres solutis octingentis, detraheret quartam, habendo respectum ab vniuersale

patrimonium defuncti; fideicommissario nihil remaneret: quia solùm remanent ducenta dũtaxat: & hæres detrahendo quartã totius hrditatis detraheret ducenta quinquaginta: & sic nihil remaneret fideicommissario, & p † consequẽs esset inutile fidei- 3
cõmissum, & euanescere funditus, & periret voluntas defuncti: & sic posito, non tñ concesso, ꝙ quarta deberet detrahi de toto patrimonio defuncti: nihilominus qñ sic detrahẽdo, nihil remaneret penes ipsũ fideicõmissarium: tunc non potest detrahere quartã totius hæreditatis de illo fideicõmisso: & sic per illã glossam est sopita præsens consultatio: nec necesse est latã disputandi prouinciã aggredi super hoc dubio: quia clarissimũ est effectũ ex decisione illius gl. non enim debemus capere intellectum vt actus reddatur nullus: vt l. quoties. ff. de verb. signifi. l. quoties. ff. de rebus dubijs, & vt pereat voluntas vltima, quã Deus & sancti patres omnibus modis seruari voluerunt. nec est in iudicando & consulendo recedendũ ab opinione glossæ. auctoritas enim glossæ oẽs alios antecellit. ita dixit Baldus in l. cum hæreditas. C. depos. & in c. 1. de natura successio. feudi. dixit, ꝙ consulendo non potest adhærere meliori, & idẽ voluit in l. precib. C. de impuberum & alijs substituti. & in authẽt. cessante. C. de legi. hæredib. & in suo peculio allegat Cynũ dicentẽ aduocato, audi idolum tuũ. i. glo. & quod pulchrè dixit Iac. Butr. in l. 1. C. qui pro sua iurisdic. & Salice. in l. traditionib. C. de pactis. dixit, ꝙ ita est inhærẽdũ opinioni gl. sicut rustici Bononienses inhærent carotio: vt est gl. singularis in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Idem voluit Ange. in l. 2. ff. de accusationib. dicens in consulendo non posse adhæreri meliori; & in l. si idem cum eodem. per illum
3 textum, dixit, ꝙ † vbi non habemus casum legis, licitum est nobis allegare auctoritatẽ maiorũ. ff. de iurisdictione omnium iudicũ. & sic in terminis nostris sequenda erit glossa illa: vt in tutissimo portu. & bene ponderet D. iudicans illã glossam ad hoc propositum: sed semper in vltimis voluntatib. capienda est benigna interpretatio, quæ faueat voluntati defuncti. l. benignius. ff. de legib. l. in testamentis. ff. de regu. iuris. l. si pars. ff. de inofficioso testamẽto. in c. si duob. de re iudicata. nam vbi manifestissimus est sensus testatoris, interpretatio verborum nũquam tñ valet, vt melior sensu existat. l. 3. C. de liberis præterit. ideo
4 non debemus † capere viã, vt fideicommiss. corruat funditus. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellianũ. & per istam viam, vt detrahatur quarta eius, qđ restituitur, oẽs consequuntur suũ: quia legatarij integra legata, vt voluit testator, & fideicõmissarius cõsequitur fideicommissum, & hæres consequit̃ quartam, & propter hoc imperator in l. 2. C. ad Trebellianũ. facit distinctionẽ, quã facit l. Marcellus. in princi. ff. ad Trebel. & per ista clauditur os contrarijs. Secũdò est diligenter ponderandum illud, quod Bartolo nostro venit in mentẽ in l. in quartã. ff. a d l. Falcidiã vbi ponit differentiam inter Trebellianicam & Falcidiam, in prima sua quæstione. versi. primò quæro, quę est ratio, ꝙ in Falcidia imputatur solùm, qđ iure hæreditario, & aliud in Trebellianica. & glo. ibi reddit rationem: vt ibi Bartolus dicit: tu dicas clarius, ꝙ ratio colligitur ex diuersitate legum. dicit enim. l. 1. §. finali. ff. ad l. Falcidiam. ꝙ quarta pars hæreditatis debet remanere apud hæredem, ex quo colligitur, ꝙ hæreditario iure. Sed institu. de fideicommiss. hæredita. §. sed quia. vbi referũtur verba senatuscons. Pegasiani. dicitur, ꝙ hæredi quarta pars remanere debet, non tamen dicit hæreditatis, & ideo etiam si nõ capitur iure hæreditario, imputatur in quartem. Dices tu, ille textus facit contra: quia dicit, perinde atq;
5 ex l. Falcidia, &c. quia respondet, ꝙ illud † verbum, perinde, denotat similitudinẽ: sed non per omnia: quia quarta ibi detrahitur: sed non eodem modo. Simile habetur in l. 1. ff. de receptatori. l. sacrilegij. §. his autem. ff. ad l. Iuliam pecul. nam vbi dissimilitudo reperitur inter duo: dictio, perinde atque nõ denotat omnimodã similitudinẽ: vt in d. l. 1. & in d. l. si quis in graui. §. si quis eorum. ff. ad Silanianum. l. ab executore. & l. si prolusorio. §. fi. ff. de appell. late per Angelũ in l. sed si lege. §. perinde. ff. de petitio. hæreditatis. vnde expressè Barto. ibi sentit, ꝙ quarta, quæ detrahitur ex fideicommisso, non est quarta hæreditatis: sed est quarta bonorũ: ergo sequitur necessariò, ꝙ non est detrahenda: quia ad hæredem nõ spectat quarta pars hæreditatis: sed quarta bonorũ: & sic sequitur, ꝙ fiet detractio eius respectu, quod restituitur fideicommissario duntaxat, & non totius hæreditatis. Et indubitanter ponit gladium ad radicẽ in præsenti consultatione. & per istud dictum Bartoli remanent funditus declarata, & soluta contraria multa superius adducta: & sic nullo mõ poterit iste hæres detrahere quartam totius: sed duntaxat quartam bonorũ, & sic eius solũ, quod restitui: qñ nõ debeat habere quartã hæreditatis, sed quartã bonorũ. Tertiò facit, qđ no. Bar. in d. l. in quartã. in 2. q. vbi di-
6 cit, qđ si † ab eodẽ hærede sunt præstanda legata particularia, & fideicõmissum, qđ põt esse: vt in l. Marcellus. §. idem Pomponius. superius alle. qualiter fiet ista imputatio in quartã: breuiter dicit, ꝙ quoad fideicommissum omnia imputabũtur, nec hoc proderit legatarijs, vt minor quarta detrahatur: sed ꝓderit, vt a fideicommissario quarta detracta videat: sicut dicimus in simili in l. Nesennius. ff. ad l. falcid. & sic concludit ibi Bar. ꝙ illud, qđ hæres põt detrahere, vel detrahit legatarijs, proderit, vt videatur detracta quarta fideicommissi. ergo sequitur, vt de illis possit detrahere quarta fideicommissi. & per consequens in casu nostro quarta detrahatur dũtaxat de illo, quod restituit hæres fideicommissario. Quartò facit, qđ dixit Bar. in d. l. Marcellus. §. idẽ Pomponius.
7 vbi dicit, ꝙ quoties legata sunt † purè relicta, & fideicommissum sub cõditione: vt hodie est cõiter in testamẽtis, ꝙ contributio fit de residuo dũtaxat: & dicit de hoc videri casum in l. pen. §. 1. ff. ad l. falc. & cõmunis obseruãtia mundi ita se habet. Et sic vult Bar. ibi, ꝙ duntaxat de residuo fiet contributio; ergo nõ de toto patrimonio. & sic vr̃ Bar. sentire illud, qđ sen sit in d. l. in quartã. in 1. q. ꝙ debet habere quartam bonorũ, & non quartam hæreditatis: & sic cũ detractio fiat solùm de residuo, & illa detractio est quarta: ergo sequitur, ꝙ detrahet quartã partem residui, & nõ totius patrimonij. Et istud sentit idẽ Barto. in l. ita tamẽ. §. ex asse. vbi dicit, ꝙ qñ legata sunt relicta pure, & fideicommissum sub conditione, non fit cõtributio quoad detractionẽ falcidię: quia tunc testator vr̃ voluisse legata solui integre: & sic sẽtit ibi Bar. quòd quando fit distributio, detrahitur falcidia: & coniunctio eo, quod ipse dixit in dicta l. in quartam. illa detractio falcidiæ reputatur detracta fideicommisso: sed quando non fit contributio, quia iam legata sunt pure facta, tunc non detrahitur falcidia: & sic non fit contributio, & quòd fiat deductio dũtaxat de fideicommisso vniuersali, tenet Angel. & dominus Ioannes de Imo. in dicto §. idem Pomponius. Facit, quod voluit solennis doctor dom. Matthæus de Mathesilanis in repe. l. filium quem habẽtem. C. famil. ercisc. vbi quærit, quid si hæres est grauatus de legatis pure soluendis. & de fideicommisso vniuersali sub conditione, puta, si sine liberis decesserit: an soluentur legata sine detractione falcidiæ, & detractio fiet tantum de residuo: & decidit ꝙ sic. & allegat Bar. in d. l. Marcell. §. idẽ Pompo. & in d. l. ita ta-

ita tamen, §. ex asse. & in l. si quis seruum. §. finali. de leg. 2. & tex. in l. fi. C. ad Treb. & l. qui quadringenta. & l. Marcellus, i prin. ff. ad Trebel. & sic decidit ibi cum Bar. Et idem Bar. in d. l. si quis seruum. §. fina. in
8 finalibus verbis dixit, si testator † post multa legata facta dixit, aliorum vero bonorum partem dimidiã lego tali. nam ex eo quod dicit, aliorum, videtur vel le prius legata detrahi: sicut fuit in casu nostro: dum dixit, in alijs autem suis bonis, &c. & sic antequam alius sit hæres, & sic prius sunt præstanda: ergo non possunt diminui, nec per Falcidiam, nec per Trebellianicam. Quinto facit, communis est conclusio om
9 nium scribentium in locis præallegatis, ꝙ †ex dictis legatis purè factis non debetur Falcidia, quæ est pars quarta hæreditatis: vt in dicta l. j. §. secundo capite, apparet. ergo sequitur necessario, ꝙ nõ debetur Trebellianica: licet enim Trebellianica, & Falcidia in aliquibus conueniant: nihilominus realiter differũt & distinguntur: vt patet ex diuersitate titulorum. & facit, quod notat Bartolus in dicta l. in quartam. si ergo non debetur Falcidia: sequitur necessario, quòd non debetur Trebellianica: quia Trebellianica debetur de fideicõmisso vniuersali: vt d. §. sed quia. insti. de fideicommis. hæredi. sed ista legata non continentur in fideicommisso vniuersali: ergo ex eis non detrahetur Trebellianica: & sic isto modo inducendo, non potest hæres detrahere Trebellianicam huius fideicommissi de huiusmodi legatis: tũ quia hæres Falcidiam non detraxit ipsis legatarijs: tum quia tempore fideicommissi restituendi talia legata fuerunt iam executioni mandata: & istud procedit tenẽdo, quòd Falcidia & Trebellianica realiter distingũtur. Si vero volumus tenere, ꝙ regulariter non sunt æquiparata, & non differunt simpliciter, nisi quo ad quid, quod potest sic suaderi: quarta Trebellianica
10 †non est aliud, nisi legis Falcidiæ extensio facta per senatusconsultum Pegasianum: quia lex Falcidia loquens in legatis, fuit extensa ad fideicommissa vniuersalia: vt in dicto §. sed quia. & etiam facit ratio: qa eadem ratio, quę est in Falcidia, eadem est in Trebellianica: vt plenè probatur in l. Marcellus. in princip. præallega. & in authentica, sed cum testator. & etiã eadem ratio exprimitur in vtraque lege, & latè sumpto vocabulo, vnum venit appellatione alterius: vt est textus in authẽtico, de ec. titu. §. si autem hæres. in vers. omni Falcidia cessante. tunc succedit regula,
11 quòd vbicunque duo † sic se habent, quòd vnum venit appellatione alterius, latè sumpto vocabulo: & est eadem ratio in vtroque, & exprimitur in lege, tũc dispositio etiam exorbitans loquens de vno habet locum in reliquo, quæ doctrina colligitur ex glossa, in clementina prima. de electio. & in c. quanq. & in c. quanuis. & in c. quam sit. de ele. libr. 6. c. si postquam. §. fina. eodem titulo. & lib. & in c. constitutionem. de regulari. libro 6. & ibi dominus Dominicus dat regulam, ꝙ vbicunque duo sunt regulariter a iure æquiparata, ius exorbitans loquens de vno habet locum in reliquo. facit l. si quis seruo. C. de furt. & glossa in l. quod vero. ff. de legibus. Cum ergo in proposito nostro regulariter æquiparentur Falcidia, & Trebellianica, ergo sequit. ꝙ eo casu, quo cessat lex Falcidia, cessat & Trebellianica, cũ regulariter sint a lege æquparata, sed fideicommisso existente conditionali, si legata sint pure relicta, cessat Falcidia de illis relictis, vt firmãt Bar. & doc. superius allegati, ergo sequitur, quòd cessabit Trebellianica, ergo in computando istã Trebellianicam nõ fiet detractio de illis legatis, sed dumtaxat de eo, quod restituitur, & ideo consuluit Dy. in quodã suo consi. ꝙ sicut de legatis ad pias causas cessat Falcidia, vt in aut. similiter. C. ad. l. Falc. ita cessat Trebellianica, vt tenuit Barto. in authẽ. sed cũ testator. C. ad l. Falci. & in d. l. Marcellus. §. quod
12 autem. nam lege cauetur, quòd † vbi cessat Falcidia, etiam cessat Trebellianica, vt est casus in dicto §. qđ autẽ. Trebellianica autem appellatur Falcidia. l. iubemus. C. ad Trebel. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. l. 2. §. fina. ff. de iure codicil. l. j. §. inde Neratius. ff. ad l. Falci. l. in testamẽto. C. de testamento milit. Cũ ergo de iure antiquo, ĩ quibus causis cessat falcidia, cessat etiam Trebellianica, & de talibus relictis non potest hæres detrahere falcidiam, vt est dictum, ergo sequitur, quòd non poterit detrahere Trebellianicã. Sexto facit, quod dixit Barto. in dicta authentic. similiter. C. ad l. fal. vbi dixit, quòd de legatis ad pias causas, ex quibus non detrahitur falcidia, fit consideratio vt de ære alieno, alleg. l. eius serui. & l. æris alieni.
13 ff. ad l. falci. & sic stat regula secundum eũ, quòd † vbicunque legata sunt talia, quòd ex eis non soluitur falcidia, considerantur vt æs alienum, vt in casu nostro quando legata sunt purè relicta, & fideicommissum vniuersale sub conditione: tũc ex talibus rellictis nõ detrahitur falcidia, vt voluit Barto. & docto. in dicto §. idem Pomponius. ergo considerantur vt æs alienum, & per consequens de eis non detrahitur falcidia, aut Trebellianica, cum æris alieni nulla fiat detractio, vt dicta l. æris alieni. ergo sequitur, quod nullo modo fiet detractio de illis octingentis legatis, & per consequens detrahetur quarta eius, quod restituitur dumtaxat. Et si quispiam dixerit, quòd doctores non aperiunt hoc in locis superius alle. quota sit ista portio fideicommissi. Ad hoc dicendum, quòd imo apertè & clarè hoc aperiunt, cum dicit Barto.
14 quòd portio † seu detractio fiet de residuo, & non de legatis purè relictis, qa cum cesset in illis relictis falcidia, ergo cessat Trebellianica, vt superius fuit dictũ. Et sic cum tot illustres docto. teneant istam partem Barto. Angel. Ioan. de imol. D. Mattheus de Matesillanis. & optime facit, quod not. Bald. in l. 2. & in l. fi. C. ad Trebellia. ergo est communis opin. & per consequens erit sequenda iudicando & consulendo, per textum in l. j. ff. de senato. & ibi per Bald. & per textum in l. athleras. in princip. ff. de his qui notan. infamia. & ibi Bal. & per l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquiliã, & per Bald. in l. j. ff. de vulgar. & pupillar. & in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. proconsul. & facit text. in capitulo in canonicis. vigesimanona distinctione. & in capitulo de quibus. vigesima distinctione. & in §. quidam. & ibi gloss. de pœniten. distinctione prima. Innocentius in capitulo ne innitaris prudentiæ tuæ. de constitution. & per Ioannẽ Andr. in capitulo primo, eodem titulo. & per Hostiensem & dominũ Antonium in capitulo capellanus, de ferijs. & per alios in capitulo primo, de postula. prælat. lib. sexto. & Angelus in l. cum prolatis. ff. de re iudicat. & Bartol. in l. final. C. de pœna iudic. qui malè iudic. in sua disputatione incipiente, a sententia iudicis per imperitiam male iudi. & iuxta illud Catonicum. Iudicium populi nunquam contempseris vnus. & sic nõ erit tutum, aut securum iudici, recedere ab ista com
15 muni opinione in iudicando. Et quia voluntas †defuncti ista fuit, quòd fideicommissarius non fraudaretur suo fideicommisso. & in omni dispositione est primis in rebus consideranda mens & voluntas disponentis, vt in capitulo cum voluntate. de sentent. excommunicatio. & in capitulo ex multiplici. de decimis. capitulo dilecti. capitu. intelligentia. & capit. præterea. de verborum signification. l. cum pater. §. dulcissimis. & ibi per Bartolum. ff. de legatis tertio. l. pater fundum. ff. de legatis tertio. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. l. prima. §. primo. & ibi gloss. ff. de hære. instit. vigesimasecunda dist. §. his igitur. c. petitio. de procu. c. exposita. de arb. c. audita. de resti.

ſpo.l.cum mulier.ff.ſol.matr.l.ſcire oportet.§.ſed & ſi maximè.ff.de excu.tut.l.ſcire.ff.de legi.l.fraus.eod. tit.22.q.4.c.humanæ.1.q.1.c.Marchiõ & Baſilides.& ſic ſequenda erit voluntas iſtius defuncti.& per conſequens detrahet hæres quartam partem eius,quod reſtituit huic fideicommiſſario. ¶ Nec obſtant allegata in contrariũ. primò cũ dr, ꝙ hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ins, qđ defunctus habuit: quia
16 iſtud eſt veriſſimum: ſed cũ dicitur, ꝙ hrs † detrahit quartã partẽ hæreditatis de fideicõmiſſo,hoc negat.imo detrahit quartã partẽ Pegaſiani.ita formaliter dixit gl.in l.1.C.ad Treb.ꝗ dicit,quartæ ꝑ Pegaſianũ,& hoc voluit Bar.in d.l. in quartã. in prima quæſtione.& text.in d.§.ſed qa.vt ſuperius dictũ eſt. Nec obſtat,cum alleg.l.1.C. ad Trebel.inquantum dicit, quartam partẽ hæreditatis retinuiſti:quia ille textus non dicit, ꝙ debet habere quartam partem hæreditatis hæres a fideicõmiſſario: ſed ſolùm enarrat accidentiam facti:quia dicit,ꝙ inſtitutus rogatus reſtituere hæreditatẽ fideicommiſſario retinuit ſibi quartam partem hæreditatis: non tamen dixit, ꝙ debet habere quartam partem hæreditatis,& eſt accuratè ponderandus ille textus ex eo: quia nõ ponit caſum quæſtionis noſtræ, & doctorum in d.l. Marcellus. §. idem Pomponius:quia nos loquimur,quando legata ſunt relicta pure, & fideicõmiſſum vniuerſale eſt relictum ſub conditione.& iſte non eſt caſus dictæ l. primæ,vbi nõ fuerunt ſcripta legata: ſed fuit relictũ fideicommiſ.vniuerſale, nec fuit ſub conditione relictum. vnde non eſſet mirum, ſi imperator ibi narrat, ꝙ quartam partẽ hæreditatis ſibi retinuit. & ſic iſte caſus eſt longe diuerſus & varius a caſu noſtro: ideò ex ſeparatis non infertur. l. ſi maritus.C. de donationibus inter virum & vxorem.l.Papinianus exuli.ff.de mino.cum ſimilibus.Nec obſtat, cum allega. tex.in l.1.§.ſecundo capite: quia ille text.non loquitur in hærede reſpectu fideicommiſſarij: ſed loqui-
17 tur in hærede reſpectu legatorum: quia hæres † debet habere quartam partem hæreditatis, ex quo remanet hæres nomine & effectu: ſecus eſt in hærede reſpectu fideicommiſſarij vniuerſalis. Et ſi dicatur, ꝙ falcidia & Trebellianica æquiparãtur, vt ſuperius fuit dictum, ergo diſponens lex ſuper vno habet locum in reliquo: Reſpondeo, illud eſſe verum in caſu,in quo æquiparantur, ſed in caſu, in quo non reperiantur æquiparata,imo ſunt diuerſa,eſt ſecus.facit,quod not.glo.in c.conſtitutionem.de regu.lib.6. & quod habetur in c.ſicut vrgeri.1.q.1. ſed iſto caſu non ſunt æquiparata a iure, falcidia & Trebellianica:ex eo, quia hæres detrahit quartam partem hæreditatis de legatis relictis ab eo: vt probat ille §. ſecundo capite. ſed hæres de fideicommiſſo detrahit quartam partem fideicommiſſi, & ita videtur tex.in d.§.ſed quia.& ita voluit Bartolus in d.l.in quartã.& quanta ſit æquitas & auctoritas domini Bartoli, ſupremi doctoris, vt Baldi vtar verbis in l.ſcripturæ.nemo eſt, qui neſciat:ergo. Nec obſtat, cum allegatur d.§.ſed quia.cum ille tex.ꝓbet ab initio ſuæ promulgationis caſum quæſtionis noſtræ,cum diſponat, ꝙ hæres habeat quartam partẽ eius,quod reſtituit: & iſta videtur pura veritas.Nec ob.cum alleg.tex.in d. l.Marcellus.§.idem Pomponius. quia reſpondeo, vt reſpõdet Ang.qui dicit,ꝙ ille text.videtur dicere cõ-
18 tra communem obſeruantiam,quæ ſe habet,ꝙ † cũ legata ſunt in teſtamento relicta, & fideicommiſſũ hæreditatis eſt relictum alicui ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, prout fit in omnibus teſtamentis communiter, & ita obſeruatur, ꝙ omnia legata particularia,ſi facultates defuncti hoc patiantur,ſoluuntur integra, non detracta aliqua falcidia. Vnde dicit ipſe ibi, ꝙ quãdo legata particularia relinquũtur pure, & fideicommiſſum vniuerſale etiam pure relinquitur,vel relinquitur fideicommiſſum vniuerſale pro parte pure & pro parte ſub conditione: tũc fit contributio legatorum & fideicõmiſſi, & de omnibus illis detrahitur quarta pars. & ita loquuntur §.idem Pomponius.& principium d.l. Marcellus. & principium l.qui quadringenta.ff.ad Trebel.& l.ita tamen.§.ex aſſe.ſed vbi legata relinquuntur pure ab hærede præſtanda, & fideicõmiſſum vniuerſale ſub conditione: tunc teſtator videtur voluiſſe, ꝙ legata ſoluantur integre,& ſine aliqua detractione: quia iã teſtator potuit prohibere falcidiã: vt in auth. de hæred.& falcid.§.ſi verò expreſſim. & ideo de legatis illis nulla detrahitur quarta de conſuetudine,& communi obſeruantia: & minime mutanda ſunt, quæ certam interpretationem habuerunt: vt l.minime. ff.de legi.cum ſim. & ſolùm detrahitur quarta de fideicommiſſo vniuerſali adueniente conditione: & illa eſt quarta fideicõmiſſi & non quarta totius hæreditatis:& ſic ille §. nullo modo ob. Nec eſt verum dicere, ꝙ eo ipſo ꝙ dicit ibi text.de quarta,intelligitur de quarta hereditatis:imo intelligitur de quarta fideicommiſſi,quod reſtituitur per d.§.ſed quia.nec eſt mirum, vt vna lex declaretur & intelligatur per aliam.Nec ob.cum dicitur,ꝙ conſuetudo non vide-
19 tur extendenda:quia concedo:nec iſto † caſu extenditur conſuetudo:quia per ipſam legem extenditur: vt ſuperius dictum eſt: quia eo ipſo, ꝙ de conſuetudine non detrahitur falcidia,nõ detrahitur Trebellianica: vnde ſi ceſſat falcidia: ergo ceſſat Trebellianica:vt eſt caſus in d.l. Marcellus.§. ꝙ autẽ. & ſic lex extendit conſuetudinem,quo caſu fieri poteſt,argu. d.l.ſi quis ſeruo.C.de fur. cum iuribus ſuperius allegatis.& facit l.his ſolis.C.de reuo.dona.& quod no. in c.1.de tempo.ordi.lib.6.per glo. in cle.1. de elect. & etiam, quia non oportet laborare ſuper extenſione:ex eo quia Trebellianica non detrahitur de legatis:ſed detrahitur de fideicõmiſſo: vt ſuperius eſt dictum:ſed fideicommiſſum reſtituitur deductis legatis, & non defalcatis: ergo detrahetur quarta ipſius fideicommiſſi, & ſic eius, quod reſtituitur.Nec ob. cum dicitur, ꝙ fiunt duę cõputationes.prima,quãdo legata excedunt patrimonium defuncti: & tunc fit defalcatio de omnibus: iſte non eſt caſus noſter. ſecunda eſt, vt detrahatur quarta & falcidia &c. vt in d.l.ſi quis teſtamento.§.fin.quia illud procedit eo caſu,quo fideicommiſſum & legatum haberet effectum: ſed quando eſſet fruſtratorium, & nullius effectus, tunc eſſet ſecus,vt voluit glo.in d.l.ſi verò cõpoſita.§.fi.ff.de teſta.mili.& iſto modo tollitur iſtud contrarium. Item quia iſtud contrarium non procedit eo caſu,quo legata ſunt pure relicta,& fideicommiſſum eſt relictum ſub conditione: vt voluit Bart. Ang.& ſequaces in d.lege, Marcellus.§.idẽ Pomponius. Nec obſtat, cum dicitur, ꝙ omnia iura fauent hęredi ſcripto in quarta ſibi debita:quia concedo in quarta ipſius fideicommiſſi, quod reſtituitur: vt ſuperius eſt dictum, non enim fauent cum damno ip-
21 ſius fideicõmiſſarij vniuerſalis, illud fideicõmiſſum reducẽdo ad nihilũ.vt eſſet in caſu nr̃o,ſi detraheretur quarta pars totius pr̃imonij teſtoris,facit, qđ dixit text.in c.1.ex tenore.de foro compe.ita,inquit,ſumus viduis & pauperib.in iuſtitiã debitores, qđ aliis iniuſtitiã facere nõ debemus:& qa etiã magis & fortius iura fauent volũtati defuncti,ꝗ̃ quartæ, ꝗ debet hæredi:& ideo verũ eſt, qđ poteſt teſtator illam expreſſe prohibere:vt d.§.ſi verò expreſſim. imo eo ipſo, ꝙ teſtator legat pure, & fideicommittit ſub conditione, videtur prohibuiſſe ipſam falcidiã detrahi de ipſis legatis:vt voluit Ang.in dicta l. Marcellus.§. idem Pomponius. quo caſu ꝓhibita falcidia detrahi in

hi in aliquibus legatis, talis prohibitio non venit ad onus & præiudicium aliorum legatorum, vt voluit glo. optima in authen. similiter. C. ad l. Falc. & in l. si pluribus. ff. eodem titul. & sic nullo modo est fauendum dicto heredi cũ preiudicio ipsis fideicommissarij, & contra voluntatem & omnem dispositionem ipsius testatoris. Nec obstat, cum alleg. Barto. in d. §. ex asse. quia imo Bart. ibi tenet illud, quod tenuit in d. §. Pomponius, vt superius dictum est. Et ex supradictis concludo, partes domini iudicantis esse in declarando, hæredem prædictũ. posse detrahere quartam eius, quod restituitur, dicto fideicommissario dumtaxat: & non quartam totius assis, aut totius patrimonij ipsius defuncti. Et ita concludo in fauorem ipsius fideicommissarij.

EPITOME.

¶ Merzarii Bononiensi, seu eorum societati obedientes, suo iure, omnia, quæ ex corio fiunt, gruperias, pectoralia, staphilia, & similia, & omnia suis statutis contenta, vel ipsi facere, & fieri facere, vendere, & vendi facere possunt, nec obstant statuta societatis quatuor artium etiam confirmata, quibus deinde quædam in specie eorum, quæ generaliter merzariis illis competebant, isti societati quatuor artium concessa sunt.

SVMMARIVM.

Actu in genere & vniuerso, idest, omnium rerum alicui concesso, si deinde certæ species alteri concedantur, cumulatio quædam est, non derogatio. nu. 1.

Confirmatio latius, quàm ipsum confirmatum non extenditur. numero 5.

Statutum non sic accipiendum est, vt ius commune restringat. numero 12.

Confirmatio in forma communi nullum robur confert. numero 13.

Confirmatio in forma specifica fit ex certa sciẽtia, & causa cognita, quæ rem maioris auctoritatis reddit, & inualidam conualidat, qua confirmatum censetur esse confirmantis. numer. 14. & 15.

CONSILIVM LX.

Visso Puncto, statutis & confirmationibus vtriusque societatis, & solenni & diligẽti animaduersione pensatis, & discussis, pro præsentis mihi propositæ ɔsultationis clarissima decisione est vidẽdum, an merzarij, seu obedientes societati merzariorum possint facere, & fieri facere, & vendere, & vendi facere gruperias, pectoralia, cauicias, & staphilia, quæ omnia sunt de corio, liberè, & impune: & absque eo, quòd sint, vel esse debeant necessario de societate quatuor artium: aut in ea descripti, vel matriculati, seu eidẽ obedientes, & generaliter impune possint facere, aut fieri facere, vel vendere, aut vendi facere oĩa illa, quę per societatem quatuor artiũ expresse sunt prohibita, si in statutis societatis merzariorum expressa sunt. Et primo vr̃ dicendum, ꝙ impune hoc facere non possint in præiudicinm societatis quatuor artium, quod sic ostendo. Et considero illud, quod dicitur in pręfatione statuti societatis quatuor artium: vbi dicitur, & perche retrouandosi la presente compagnia delle quattro arti de poca prouisione, & meno ordine reformata: vnde causa procmialis respicit omnia pręcedentia & sequentia. Ita dixit Bal. in capit. secundo requiris, de appella. & est tex. in l. fin. ff. de hære. instituen. & ibi Bal. idem voluit, & idem etiam voluit in l. vt liberis. C. de colla. & in l. 1. C. de falsa causa adie. lega. text. in capit. ex multa, de voto. & ibi Abb. consiculus meus do. Cardinalis Florentinus in c. penu. de cleric. coniu. facit l. j. ff. de orig. iuris, & quod ibi dixit Bald. & idem Bal. in l. quibus in prima constitu. C. & in l. cum hi. ff. de transac. textus & Bal. in l. j. ff. ad Macedo. text. in l. regula. §. & licet. ver. initium constitutionis demonstrat. ff. de iuris & facti ignoran. l. Titia. §. idem respondit. ff. de verb. oblig. & sic istud assumptum est verissimum, quòd pręfatio in proœmio ostendit causam finalem ipsius legis, aut constitutionis. vnde emanauit ista constitutio sic formata propter modicam prouisionem factam de ipsa societate: ergo sequitur, ꝙ ista prouisio apposita in ista constitutione sic confirmata, ita competit ipsi societati, quòd est abstracta & remota a quacunque alia societate, & per consequens merzarij, aut obedientes ipsis merzarijs non poterunt facere, aut vendere gruperias, & similia, quia ita competunt societati quatuor artium, quòd remota & ablata sunt ab arte, seu societate merzariæ. Secundo facit, vbicunque actus cõpetit alicui generaliter: & in vniuerso, & species est ex postfacto attributa alteri, illa species est abstracta ab illa prima dispositione in genere, & sic illa species derogat generi. ita dixit Ange. in l. 2. C. de cano. præsta. libr. x. & facit c. studuisti, de officio legati. & c. auditis, de præscriptio. & quod notat Io. de Imo. in l. Titiæ textores. ff. de lega. primo, & dicebat dominus Petrus de Ancharano in c. nouit, de iudi. quòd si aliquis præscripsit speciem iurisdictionis, ꝙ videtur illam ademisse ab eo, qui habet iurisdictionem in genere, & in vniuerso, & facit, quod notat Cyn. in l. studentibus. C. de officio pręfec. vrb. facit c. cęterum, de iud. & quod ibi no. per dominum Antonium, & do. Abbatem. facit cap. quanto, de officio ordi. & l. consulta diualia. C. de testamen. & l. repetita. C. de episc. & cleric. & quod notat Baldus in authen. habita. ibi. demum oppono. C. ne filius pro patre, & Angel. in l. prima. C. vbi & apud quem, & sic ista est magis iuri, & veritati consona. Modo istis merzarijs competit in genere & in vniuerso facere & fieri facere, vendere & vendi facere omnia spectantia ad ipsam merzariam, sed societati quatuor artiũ in specie sunt concessa aliqua, quæ non possunt per aliam societatem exerceri: ergo sequitur, ꝙ illa species venit priuatiuè & per modum ademptionis ab illo genere, & ab illo vniuerso: & non venit cumulatiuè. facit c. irrefragabili. §. excessus. ff. de off. ordi. & quod notat Bal. in l. j. ff. de officio consulis. ergo illa species competit societati quatuor artiũ, ꝙ ita nullo modo competit exercitio & arti merzariæ, & istud iudicio meo faciebat dubium in ista hæsitatione; maximè cõsiderata paucitate exercẽtium istas quatuor artes: fuit enim causa introductiua istius vnionis quatuor artium paucitas & modicitas ipsorum exercentium istas artes, qa quælibet de per se non poterat accumulare, & congregare aptam, & congruentẽ societatem, ideo non videtur mirum, si in hoc ista societas reperitur priuilegiata. Et istud tollitur, si quis opponat, ꝙ constitutiones merzariæ editæ & factæ fuerũt antea per longa tempora, & etiam cõfirmata per regimina regiæ vrbis Bononiæ, & per legatos præsidentes eius regimini, quia non videtur mirum, si postea emanauerint constitutiones societatis quatuor artium: quia posteriora derogant prioribus. l. pacta nouissima. C. de pac. cum si. quæ etiam eodem modo confirmatę fuerũt, licet enim collegia professionum possunt inter se statuere, & non inter alios, vt latè scribit Bald.

 in l.

in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure. & in l.fina. C.de iurisdictione omnium iudicum. & in lege secunda. C.de constituta pecunia. & ibi plenius per Salicetũ. tamen ex quo confirmata fuerunt, disponunt etiam inter eos, qui non sunt eiusdem professionis. Et etiã est diligenti animaduersione ponderanda dicta cõfirmatio constitutionis quatuor artium: ex eo: quia in ea dicitur, confirmarunt, approbauerunt & validauerunt omnia, & singula ordinamenta, & statuta superius scripta, & solenuiter statuerũt in omnibus, & per omnia, prout & sicut in suprascriptis statutis, & eorum quolibet punctualiter scriptũ est. Et etiã dicitur in ipsa confirmatione, & prædictorum omnium statutorum, sic vt supra descriptorum, obseruantiam omnimodam mandauerunt, & per omnes & quoscunque ciues, & officiales subditos, & suppositos dicto communi Bono. præsentes & futuros obseruari debere liberè, & sine aliqua contradictione, vel mora de cætero &c. quo casu illa verba, omnia & singula, importãt factum & qualitatem ipsius facti: vt est glo. solennis, quam vniuersus orbis terræ sequitur in c.vt circa. in ver. omnia & singula. de elect. lib. 6. & sic confirmatio ista cõfirmauit statuta dictæ societatis, & qualitatem illorum statutorum in omnibus & per omnia. de quo est textus in l. secunda. §. furiosus. in versicu. cum per omnia & in omnibus absentis, vel quiescentis loco habeatur. ff. de iure codicil. quam ad hoc allegat Angelus pro singulari in l. in negotijs. ff. de reg. iuris. & sic sunt approbata dicta statuta, & eorum qualitas in omnibus & per omnia. Et in ipsa approbatione dicitur. & ꝑ ciues Bononiæ & officiales seruentur omnino liberè, & sine contradictione, quæ verba derogant iuri: ergo sequitur, ꝙ derogant statutis merzariorum. nam illud verbum, liberè, detrahit & derogat iuri: vt probat gloss. in cle. dudum. in versicu. liberè. de sepul. & in capi. de multa. de præben. & per Ioan. And. in ca. licet episcopus. de præben. libr. 6. & ideo dicebat Ange. in authenti. omnes peregrini. C. commu. de succe. ꝙ peregrinantes possunt testari sine solennitate iuris communis, per illum text. dum dicit liberam habeant facultatẽ: quia illa verba derogant dispositioni iuris. facit cap. 1. & c. illud. de iure patro. c. cum nobis. de elec. c. cum olim. de arbi. c. cum dilectus. de consue. c. 1. de rescri. c. bonæ. el 2. de postula. pla. cle. fina. de ætate & qualita. c. statuimus. de regu. c. lator. de homici. c. 1. de regula. lib. 6. c. de illis. de sponsa. ca. ad petitionẽ. de accusa. & c. omnis vtriusque. de pœnitent. & remissio. & sic ista confirmatio ita specificè facta, & pinguis & cumulata videtur derogare constitutionibus, & statutis societatis merzariæ. Et si opponatur d. c. irrefragabili. de offic. ordi. vbi per illa verba, liberè procedas, non videtur sublata dispositio iuris communis: vt etiam ibi firmat dom. Anto. Ad hoc respondeo, ꝙ ille tex. loquitur in actu iudiciali, quo casu non videtur princeps vnico verbo tollere dispositionem legis communis. l. sancimus. C. de testa. cum simil. sed nos sumus in actu extradiciali, quo casu verbum liberè, importat derogationem iuris: vt probant iura præallegata. & ita dixit dom. meus Ioan. de Imo. in d. ca. irrefragabili. Et ista erant, quæ faciebant dubiũ non mediocre in præsenti consultatione. ideo, istis sublatis apparebit veritas indubitata præsentis q̃stionis. ¶ Et licet colorata & apparentia satis primo obtuitu hæc esse videantur: nihilominus in contrariũ exclamat veritas, ꝙ imo nõ solũ merzarij societatis merzariæ, & eorum obedientes possunt vendere, aut vẽdi facere gruperias, & similia: sed etiam omnia illa quæ descripta & permissa sunt in statutis & cõstitutionibus dictæ societatis merzariorum, qđ sic ostẽdo. Vbicũque alicui † competit actus in genere, aut
1

vniuerso, & certæ species conferantur postea alteri, illa collatio venit accumulatiue: & non priuatiue. de hoc est textus singularis & melior de corpore iuris in l. studentib. prealle. de offic. præfec. vrb. hoc ibi firmat magnæ auctoritatis doctor Barto. dicens, ꝙ si constituitur vnus officialis super damnis datis, ꝙ ꝓpter hoc non tollitur potestas cognoscendi de damnis datis potestati habenti vniuersalẽ iurisdictionẽ. & istud vr̃ sequi Ang. in d. l. 2. C. de cano. præsta. libr. 10. & realis doctor dom. Benedictus de Plumbino in l. Thais. §. fi. ff. de fidei. libert. & de hoc videtur casus formalis in c. per hoc. de hære. lib. 6. vbi per officium inquisitoris nõ est sublata potestas episcopo loci, habenti iurisdictionẽ vniuersalem in diœcesi sua, quẽ textum ad hoc propositum ponderat, & alle. do. Pet. de Anch. in c. tibi qui. de rescriptis. libr. 6. etiã ibi dixit, ꝙ si Papa committit alicui visitationẽ de aliquibus monacis, ꝙ non propter hoc vr̃ illã tollere episcopo loci: q̃a venit accumulatiue, & clarius & pulchrius voluit in suo solenni consi. 153. & etiam ꝓbat ista doctrina per textum notabilem in l. quoniã Augerio. C. de conue. fi. delib. libr. 10. vbi si constituitur ꝓcurator gñalis, & postea ꝯstituit ꝓcurator ad certam speciem, ꝙ non vr̃ illa species sublata illi procuratori generali. Et ideo Ang. ĩ l. 1. C. vbi & apud quẽ, per glossam ibi positam limitabat hoc, nisi apponeretur dictio † solus: quia tunc talis species videretur exempta ab illa generali: & veniret priuatiue. Vnde si fuisset dictum, sola societas quatuor artium vendat &c. tunc verum esset dicere, ꝙ merzarij non possent talia facere, aut vendere & sic dicatur, ꝙ in illis suis ꝯstitutionib. dicitur, che nõ sia nessuno &c. hoc apparebit ex inferius dicẽdis. & facit, qđ no. Bal. in l. 1. de officio consulis. vbi distinguit, si ille officialis datus in specie est superior iudice vniuersali: tunc species vr̃ exempta ab illa generali, aliàs secus, & idẽ si non sit tanquam superior: sed specie differens: vt est iudex insinuationum, allegat d. l. consulta diualia. & licet Baldus ibi dicat, ꝙ si Papa dat specialem visitatorem, ꝙ generalis visitator non poterit visitare, de hoc ꝑ Iac. de Are. in l. qđ in rerum. §. si quis post. ff. de leg. 1. tamẽ Bal. ibi loquitur arguendo, non decidendo: quia in contrarium est casus in prealle. c. ꝑ hoc. & ẽt istud idẽ firmat idẽ Bal. in l. si aliquã. ff. de off. ꝓcons. in ver. vlti. not. ꝙ ꝯsul, seu ꝓconsul est visitator gñalis, & circuitor totius prouinciæ, & non tollitur hoc officiũ generale per aliquã cõmissionem speciale, ar. l. nec quicq̃. ff. de offi. proconsul. & d. l. studẽtib. & etiã alle. d. c. ꝑ hoc. Et subdit, ꝙ generalis visitator potest corrigere male factum in speciali visitatore, allegat l. si hominem. ff. manda. Et optime facit, qđ no. Bar. in l. semel. ff. de tutel. vbi si est datus curator generalis: & postea datur curator specialis, non propter hoc renocatur ille generalis, & ista est veritas, quicquid dixerit Cy. & Io. de Imo. nec ita est hoc tactũ ꝑ doctores in aliquo loco. Et ꝓcedunt hęc eo casu, quo in genere esset expressũ, ꝙ merzarij possent exercere, vendẽdo, & faciendo ea, quæ spectãt ad artẽ merzariæ: & postea statuta societatis quatuor artiũ disponerent de certis specieb. quæ spectarent etiã ad exercitiũ merzariæ: quia tũc illa expressa noĩatio specierũ venit accumulatiue. Sed in casu nr̃o venit lõge clarius: quia iã in statutis merzariæ est facta mẽtio specifica de multis, & multis specieb. vt apparet ex tenore eorũ: quæ species fiunt & ẽt vẽduntur per alias artes, seu per exercentes alias artes, q̃ exercitiũ merzariorum. vnde per alia statuta illarum artium non videntur reuocata, aut sublata statuta merzariorum. Facit elegans dictum domini Petri de Ancharano in commento. capitu. canonum. de constitu. & in c. statutum. §. cum autem. de rescriptis. lib. 6. vbi re-

vbi refert quæstionem Triuisij, vbi erat vnum statutum disponens, ꝙ forensis non possit acquirere bona immobilia Triuisij, & aliud statutũ disponebat, quòd vxore prædecedente in matrimonio, vir acquireret dotem. Modo forensis contraxerat matrimonium cum quadam Triuisina, quæ dederat in dotem bona immobilia, qua defuncta fuit dubitatum, an ille forensis posset lucrari illam dotem consistentem in rebus immobilibus: & refert se consuluisse,
primo.vt lite non contesta.cũ simil. & ideo bonum
erit videre,ex quo capite dictus ꝓcurator fecerit illã
ꝯuentionem.& posito ꝙ habuerit mandatũ ad hoc
speciale ab ipso tutore : nihilominus poterit prætor
ab huiusmodi conuẽtione recedere propter vtilita-
tem pupilli,maximè attẽta nobilitate domus : quia
melius alet̃ apud patruũ nobilẽ virum , quàm apud
mulierculas.& ita cõcludo in fauorem ipsius domi-
ni Iaco.¶Capio quintum dubium. Cõuentum fuit
in ipsa creatione tutelę,per procuratorẽ tutoris con
stituti, ꝙ tutor teneatur omni quadriennio reddere
rationem administrationis:an tutor ipse teneat̃ om
ni quadriẽnio reddere rationem : an vero teneatur
duntaxat reddere rationem demum finita tutela?Et
42 circa hoc regula est, ꝙ † actio tutelæ , seu petitio rõ-
nis tutelę non competit:nisi finita tutela: vt l. nisi fi-
nita& l.si tutor.in fi.& l.j.ff.de tutel.& rõ distrah.in-
stitu.de attilia.tu.in fin.l.actus. ff. de admini. tu.l.ra-
tiones.C.eo.& l. secunda. Secus in curatore furiosi:
vt in dicta l.nisi.§.cum furioso.& est ratio ꝭm glo.|&
docto.ibi:quia in pupillo & adulto est determinatũ
& specificatũ certum tẽpus : secus in furioso. Et ibi
dixit Bald. ꝙ officiales temporales non debent syndi
cari,nisi in fine sui officij,secus si sunt officiales per-
petui,quia tunc poterunt syndicari per superiorem.
Ita dicamus in ꝓposito nr̃o,cũ tutelę sit certũ & de-
terminatum tẽpus iure,sequitur, ꝙ non coget̃ tutor
reddere rationẽ administrationis, nisi finita tutela,

43 Et † circa hoc dat̃ talis distinctio,videlicet , aut loq̃-
mur in tutore putatiuo.i.in eo qui gerit se pro tuto-
re,& tñ in veritate non est, & tunc statim agitur etiã
pro administratione totali,vt l. non quasi §. illud.ff.
rem pupi.sal.fo.l.prima.§.finito.ff.de ꝯ.iudi. tu. si ve
ro loquimur in vero tutore, & tũc aut loquimur de
alia actione,quã de ea,quæ ex administratione com
petit,& tũc si illa habet cãm vetustiorem tutela, agi
potest,vt l.si plures.ff.de testa.tu.si nõ habet causam
vetustiorem tutela,& tunc licet competat,intentari
non potest, vt l.si tutor reipublicæ causa.§. fina.& l.
sequẽti.ff.de tu.& ra.distra.aut loquimur de ea, quæ
competit circa gestionem seu ex gestione, & tunc si-
ue pro vniuersali gestione, siue pro vna specie velit
agere,non põt,& est ratio,qa actio tutelæ nõ est na-
ta nisi finita tutela,vt in præallegatis iuribus. & etiã
si nata esset,nõ daretur,vt ibi not.& ita distinguit Sa
lycetus in l.aduersus.C. de administratione tutorũ.
Modo in proposito stat regula firma in fauorem tu-
toris, ꝙ non teneatur reddere rationem administra-
tionis tutelæ,nisi finita tutela. Et si iste ꝓcurator fe-
cit istud pactum, ꝙ tunc teneatur reddere rationem
administrationis de quatuor annis ĩ quatuor annos
sine aliquo mandato speciali facto a tutore,tunc ta-
le pactum non præiudicat illi tutori, cum sit contra
44 ius commune , nec potuit illi † præiudicare factum
procuratoris,l.3.§.si procurator.ff.qđ qsq; iuris,cum
si.& ideo videndum de iuribus mandati ipsius pro-
curatoris.Si vero habuit mãdatum speciale ad hoc,
tunc credo, ꝙ tutor potuit sibi præiudicare ad hoc,
quia in fauorem tutoris est introductum, vt non te-
neatur, nisi finita tutela , vt habetur in præallegatis
iuribus,& quilibet potest suo fauori renunciare. l.si
quis in conscribendo.C.de pac.c.ad apostolicam, &
c.porrectũ.de reg. cum si.vñ pñt esse & stare , ꝙ quis
ꝯueniatur ante euentum diei,iuxta not. in l. cedere
diem.ff.de verbo.sig.Et ideo puto de iure posse dici,
istum D.Iaco.teneri ad rationes tutelæ reddẽdas de
quatuor annis in quatnor annos , vt dictũ est, si spe-
ciale mandatũ ad hoc dederit dicto suo ꝓcuratori,
aliàs secus,& ita cõcludo.¶Circa aliud dubiũ, dum
q̃rit̃,an d.dña Catharina iure possit retinere vestes,
& ornamenta spõsalia, & ea quæ sibi donata fuerũt
a matre.Circa hoc est considerandum staturũ Vero
45 næ,disponẽs, ꝙ † aliqua mulier , vel eius hęredes nõ
possit petere marito, vel eius hr̃de restitutionem de
aliqbus donarijs eidẽ mulieri factis,seu portatis,tam
ex parte viri,q̃ ex parte mulieris, sed ipsa donata sint.
& esse intelligantur mariti, vel eius hæredis , matri-
monio dissoluto , excepto annulo,vel annulis,cum
quo vel qb⁹ semel, vel pluries mulier fuit graduata,
qui esset debeãt ipsius mulieris,si per mortẽ mariti,
fuerit matrrmoniũ dissolutũ.Mõ ꝭm consuetudinẽ
ciuitatis sponsæ portant vltra dotem constitutã, hu-
iusmodi ornamenta ad maritum ꝭm cõditionẽ ipsa
rum.ista sunt formalia verba statuti Veronæ , circa
hoc,qa non ponitur determinatè in isto pũcto, quis
fecerit istas vestes,ornamenta iocalia,& similia.& q-
dem si vestes factæ fuerũt huic dñæ ꝑ maritum , aut
per socerum,aut per matrẽ. Si factæ fuerunt ꝑ mari
tũ aut socerũ,tetigit Bar.in l.pe.§.j.ff.sol.mat. & Bal.
in l.cũ te.C.de dona.ante nup.& in d. §.j. & per Ioã.
And.in quodam suo ꝯsilio.qđ incipit,maritus vxori
fecit vestimenta.Ego vero pono in præsenti cõsulta
46 tione hanc conclusionem,videlicet aut † ꝯstat, ꝙ ad
vsum solummodo maritus vxori vestimenta cõces-
serit,aut constat, ꝙ donare voluerit , aut dubitatur.
Primo casu clarũ est, ꝙ ex concessione illa inducitur
solũ ꝯmodatũ,vñ finito vsu ꝑ mortẽ vxoris vestimẽ-
ta restituẽda sunt.ff.ꝯmod.l.in commodato.§.sicut.
l.mortis suæ cã.ad fi.ff.de dona.inter virum & vxor.

Secundo

Secũdo casu quando ꝯstat, ꝙ donare voluerit: tunc hoc similiter est clarũ: quia eorum vestimentorum donatio ĩter virum & vxorẽ in vita mariti nulla est: vt in toto ti.ff.& C.de donat.inter virũ & vxo. sed per mortem ipsius mariti vna cũ traditione ꝯfirmationẽ recipiet: vt l.donationes, quas parẽtes.C.de dona. inter virum & vxo.iũcta l.Papinianus.ff.eo. & quod habetur in l. 2. C.si quis alteri vel sibi. nisi appareat de expressa, seu tacita reuocatione, ſm formam.l. si maritus.C.de do.inter virũ.& vx. qm̃ tunc ꝑ mortẽ cõfirmationem non recepit: vt l. cum hic status.§. diuortium.ff.eod.ti.& hæc est communis opinio. Et ego soleo dicere, ꝙ donatio talium vestiũ valeat ĩ vita: qa sicut valet donatio per vxorẽ facta vigore grã honoris: vt l.nuper.& l.quod adipiscẽdæ.ff.de dona. inter virum & vxo.ita econtra a paritate rationis, valebit donatio vestimentorũ causa honoris facta per virũ vxori: quia non debent vir & vx. ad imparia iudicari: vt in c.gaudemus.de diuor. Tertio casu cũ dubitat̃, cõmunis opinio est, ꝙ aut sunt vestes quotidianæ, & parui pretij, & tali casu non videatur donare, sed, vxoris maritus in alimẽta tradere: quia cum cõstante matrimonio ea facere teneat̃: vt l.si cũ dotẽ. §.sinautẽ in sęuissimo.ff.so.ma. & victus noĩe vestes ꝯtinentur: vt l.verbo victus.ff.de verb. sig. merito ꝓsumitur tradere ex eo capite præcedẽti, ꝑꝑ qđ ad tradendum tenebatur.s.ob causam alimẽtorũ. ad hoc facit l.minus instructa ęs.C.de acqui.pos.& l.quędã mulier.in gl.ff.de rei vẽ.soluto autem matrimonio. vestimenta illa: qa modicę ęstimationis donata ꝓsumuntur: vt l.vtrum.ff.de dona.inter vir.& vxo.l. ĩ rebus.§.possunt.ff.commo. Facit, qđ in simili dicimus de expensis modicis per maritũ in rebus dotalibus factis: vt ff.de impẽsis.l.oĩno.cũ si.itẽ ꝓbat principaliter istud in l.ex annuo.ff.de dona.inter vir. & vx.& in l.vsufructu.ad fi.cum sua gl.ff.solu.mat. aut vestes sunt pretiosę & magnæ æstimationis: & tunc in dubio illarũ solũmodo vsus ad hoc, vt vxor incedat ornatior, concessus intelligitur, non aũt inducta donatio.l.sed si vir lana.ff.de dona. ĩter virũ & vxo. & d.l. vtrũ.& ff.de pecul.l. id vestimentũ.vñ soluto matrimonio per mortẽ viri non inducitur donationis cõfirmatio: qa nulla donatio ꝓsumit̃ ꝓcessisse. & ita dicamus ẽt in vestibus donatis ꝑ socerũ: & sic ꝑ patrẽ ipsius viri nurui, & sic vxori filij. Modo in proposito nostro, si iste Lazarus, aut pater ipsius quondam fecit vestes ipĩ suæ vxori, quid iuris sit, apparet ex supradictis: sed statutũ istud Veronæ, disponit, ꝙ donaria collata vxori, tam per maritũ, q̃ ꝑ alios ex parte mariti nõ pñt peti sibi restitui, ab hr̃dibus viri. Et

47 ẽt posito, ꝙ † donatæ fuissent ipsę vestes a consanguineis ipsius viri vxori, & effectualiter trãseat in dñium vxoris: vt est tex. quem nouissimus considero, in l.si seruus communis.ff.de dona.inter virũ & vx. nihilo minus stãte statuto prædicto, nõ ꝯcedunt̃ ipsi mulieri, sed hæredibus ipsius viri, aut ipsi viro stante dicto statuto Veronæ, ꝙ mulier non possit petere restitutionẽ de aliquibꝰ donarijs factis tã ex parte viri, q̃ ex

48 parte mulieris. dictio † eĩa, ex ĩportat ẽt cãm remotã: vt l.j.§.ex incẽdio. ff. de incen.rui. c.penul.§.fi.de offi.dele.li.6.c.j.de cleri.pug.in duel.Bart.in d.§.incẽdio.& in l.nõ dubium.C.de legi.& in l.cum filius hæres meus.ff.de le.2.Bald. in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure.& in l.3.C.de act.emp.& in l.de pecoribus.C.ad l.Aquil.Barto.in l. ait prætor.§.qđ de fructibus.ff.de bo.au.iudi.pos.Io.And.in c.qualiter.de elec.D. Per. de Ancha.in c.si propter.de rescrip.li.6.Dominicus in c.j. de homicidio.li. 6.& in d.c.penul.§.fi.Bal.in l. si de ĩterpretatione.ff.de legi. Et sic quoties ꝯsanguinei viri dant, seu donant sponsæ viri vr̃ donatum ex parte viri, cum cõtemplatione ipsius viri donatum fuerit, & sic sequitur, ꝙ si vestes, q̃ donatæ sunt, fuerunt donatæ ex parte viri prædictæ vxori. cedunt ipsi

49 marito, & hæredibus ipsius mariti. Si vero † nos loquimur de ornamentis, & alijs iocalibus, tangit Bald. in authẽ.ex testamento.C. de collatio.in d.l.cum re.& Bar.in l.j.§.sed nec castrense.ff.de colla.bono. Et cõclusio est, ꝙ aut quærimus de his ornamentis, quæ conceduntur sponsę, aut quæ cõceduntur vxori. Primo casu, aut est clarũ, ꝙ vir donare voluerit, & tũc, aut fuit facta donatio sponsæ de futuro, & illa valet. & in toto titulo.C.de dona.ante nup.l. cũ hic status. § si sponsus.& §.si quis sponsum.& l.si sponsus.ff. de dona.ĩter virum & vxorẽ.aut fuit facta donatio spõsæ per verba de ꝑsenti.& illa nõ valet. l. penult.cod. titulo, nisi sponsa illa nondum sit viri potens: vt est casus singularis in l.antepenult.eod. titu. Sed posset

50 attentari, † ꝙ in annulis ista donatio valeat, quia donatio facta per sponsum spõsæ, eorum. quæ sunt necessaria ad contrahendum matrimoniũ, valida est. casus est in dicta l.si quis pro vxore.in versi.de ꝯhendo matrimonio, & in versi. matrimonij honorẽ. sed annuli isti, vt patet de ꝯsuetudine hodierna, licet nõ de iure communi, vt no.in c.illud.de præsumpt. 30. questio.5.c.feminę.necessarij sunt pro matrimonio contrahendo.ergo, &c.aut dubitatur, an facta fuerit donatio tempore, quo erat de præsenti, & tũc recurretur ad casum singularem in l.cum in testamento. C.de dona.ante nup. Et ẽt est secũdum membrum,

51 quando constat, ꝙ † ad solum vsum sponsus sponsæ ꝯcesserit, & vt ornatior ad domũ viri accedat, & iste est casus clarus, ꝙ non inducitur donatio, sed finito vsu repeti potest, vt d.§ sicut.& est tex. in specie. in l. si vt certo.§.ĩterdum.§.cõmod.& eo casu, quo dixi, donationem inter sponsum & spõsam per verba de præsenti factam non valeret, intelligo nisi fuerit donatio reciproca, puta quia alter alteri aliquod ornamentum donauerit vt fit quotidie, quoniam tali casu valida est etiam inter virũ & vx.vt l. quod autem. §.si vir & vxor.ff.de dona.inter vir.& vxo.vbi est text. singularis, no.Pe & Bal.ĩ l.si pr̃ puellę.C.de inoffi. te-

52 stamento. Est & tertius casus † qñ dubitatur, & tunc Bart.in d.§.sed nec castrense.quem sequitur Bald.& cõmuniter alij: dicit, ꝙ illa talia ꝓsumũtur grã vsus concessa, vt vxor magis ornata incedat, per d.§. ĩterdum.cum hæc coniectura, scilicet, ꝙ ad vsum ꝯcessa fuerit cadere possit, merito nõ præsumitur donatio. l.si cum aurum.ff.de solu.dicit etiam vnũ, quod est magis notabile, ꝙ si nuntius transmissus ad spõsam per sponsum, dixerit, sponsus donat tibi istud, ꝙ etiã non est inducta donatio proprietatis, sed subintelligitur ad vsum duntaxat, quia impropriatur verbum illud secũdum subiectam materiam.ff.loca.l.si vno. quod dictum non est sine dubitatione, quia ex quo verbum istud, donat, est simpliciter prolatum & generaliter, merito cõtra sponsum potius interpretari dẽt, q̃ contra sponsam.l. veteribus.ff.de pact. cum si. nam ex quo simpliciter fuit donatũ, nõ intelligitur illa clausula, scilicet quo ad vsum, etiã si spõsus hoc in mente cõceptum habuerit.l.si repetẽdi.C. de cõdi.ob cau. Modo ĩ proposito nostro istud statutum ponit gladium ad radicem in ista dubitatione. dicit

53 eñ, ꝙ † ipsa donata sint, & esse intelligant̃ mariti, vel eius hæredis. siue ergo concessa fuerint per ipsum maritũ, vel per socerum ipsius vxoris, vel per cõsanguineos ipsius mariti cedunt ipsius mariti, siue fuerint illa donata ab ipso patre, aut mr̃e mulieris, aut a consanguineis ipsius mulieris, cedunt lucro mariti & suorum hæredum, vt ad literam hoc disponit statutum prædictum. Et etiam colligitur clarius ex ipõ statuto. dũ dicit, excepto annulo, vel annulis, in quo, vel in qbus, semel, vel pluries mulier fuerit graduata,

duata: quia debent esse ipsius mulieris, si p mortē mariti fuerit matrimonium dissolutum. Vnde istud statutum ponit exceptionē in annualis. ergo firmat
54 † regulā in omnibus alijs non exceptis: vt in c.dominus.32.quæstione 7.ca.2.de coniug.lepro. vt l. nam qđ liquidæ.ff.de penu lega.in auth.de alienandis. §. vt autem.l.j.ff.de regu.iur.l.in ijs.ff.de legi. Bal. in l.j. C.de condi.indeb.text. & ibi D.Anto.in c.nostra. de sepult.& facit, quod habetur in c.cum dilecta.de cōfirma.vti.vel inutili. Et sic in casu isto est concludēdum, ꝙ stante statuto præfato dicta donata simpliciter et indistinctè cedunt lucro ipsius pupilli: hæredis dicti quondam Lazari. ¶ Capio aliud dubium: quia dictus Lazarus adultus cum auctoritate curatoris & coram vno iudice cōstitutus fuit ꝯfessus exegisse tot redditus ex possessionibus paternis.d. dominæ Catharinæ ante desponsationem inter ipsos factā, & ante aliquā dotis cōstitutionem peruentos ad manus suas: qui ascendūt ad ducatos mille, quā cōfessionem fecit p̄sente dicta D. Catharina eius vxore: & certificatus ipse minor iurauit non contrauenire: & positi fuerunt in augmentū dotis dicti mille ducati, cum apparet falsum esse, ꝙ ad manus eius peruenerint dicti redditus: an hæredes eius teneātur ad istud augmentum. Et circa hoc præsuppono primo, ꝙ minori ita est actus donandi prohibitus, ꝙ iudex
55 † nō potest interponere suum decretum, vt minor donet: & si interponat, nō tenet donatio: vt est text. singularis in l.fi.C.si maior fac. Et pulchrè dixit Bal. in l.j.C.si aduer.dona. ꝙ impossibile est, ꝙ minor donet, cum ad illū actum non possit hēre curatorē, cū curator detur principaliter ad tuēdum bona ipsius minoris. Modo in casu nostro præsupponitur, ꝙ iste Lazarus erat adultus. ergo ista confessio emanauit in modum donationis. Et si dicatur, ꝙ interuenit iuramentum, posito ꝙ ista fuerit donatio. Ad hoc respondeo, ꝙ istud iuramentum non obligauit istum
56 adultum, † quia iuramentum debet habere tres comites, veritatem, iudicium, & iustitiam: vt in authē. qđ eis. C.de nup.& ī c.& si Christus.de iureiurād. & in c.animaduertendum.22.quæstione secunda: sed in casu isto nulla interuenit veritas. ergo iuramentū nullo modo habet obstare. Et ideo dixit Bald. in c.j. §.item sacramenta.de pace iuramento firmanda, ꝙ præsumitur dolus commissus cōtra minorem, & ex enormi lęsione. Et subdit ibi Bald. ꝙ si præsides boni faciunt talia iuramenta relaxari in quæstione facti, dicit se pluries ita vidisse seruari. nam eiusdem naturæ dr̄ esse iuramentum, cuius naturæ est contractus, vt est text.in l.fina.C.de non nume.pecu. Sed in casu nostro iste minor fuit dolo inductus ad cōfitēdum: quia veritas est in contrarium: quia fructus & redditus nō receperat dictus Lazarus. ergo eodem modo fuit inductus ad iurandum se habuisse dictam pecuniam. ergo sicut dolo fuit inductus ad confitēdum, eodem dolo fuit inductus ad iura. Facit notabile dictum Do. Anto.in capitu.cum contingat.de iureiuran. vbi dicit, ꝙ vbi contractus annullatur: qa contrahens fuit lęsus, vel deceptus, ꝙ non obstāte iuramento poterit redarguere contractum ex deceptione dolosa: quia iura canonica ita approbāt iuramētum, si iurans non fuit dolo inductus: vt in c.q̄uis.de pac.li.6. Et subdit, ꝙ ratione doli videtur cessare omnis consensus iurātis: adeo ꝙ sine aliqua absolutione possit venire contra contractum, & iuramētum in tantum, ꝙ sine aliqua absolutione posset contrauenire. & dicit dolum † præsumi ex magna quanti-
57 tate: vt l.oēs. §.Lucius.ff. q̄ in frau.cre.& concludit, ꝙ vbi minor esset læsus in magna quātitate, & iurasset nō ꝯuenire, ꝙ hoc nō obstāte esset audiēd⁹: & ita dicit se de facto cōsuluisse in quadā puella, q̄ a quo-

dam attinente fuit inducta ad sic iurādum. Cum ergo in casu nostro iste Lazarus fuit dolo inductus ad confitēdum illud, qđ non erat verum sui facilitate: quia minor, ergo non est obligatus ex tali ꝯfessione: nec ex tali iuramento. Et ꝙ dolo fuerit inductus apparet, quia paria sunt, dolum interuenisse ex proposito, vel ipsa: vt l.si quis cum aliter.ff.de verb.obligatio.& sic ex isto capite ista confessio, & iuramētum non obligauit ipsum Lazarum. Et p̄sumit donationis cā emanasse, & per ꝯñs nec curator, nec iudex potuerūt īterponere auctoritatē, vt iste minor ꝯfiteret falsum ad hoc, vt donaret: & sic ex isto capite non te-
58 nuit talis ꝯfessio. Prȩterea facit, vbicunq; sumus † in actu gerendo inter personas prohibitas, non stat cōfessioni contrahentiū, sed requirit ꝓbatio vera. ita decidit gl. solennis in l.qui testamentum.ff. de ꝓba. & qđ not.glos.in l.si donatione.C.de colla. Bart.in l. si forte.ff.de castr.pecul.& in l.illud.C.de sacrosanc. eccle.& in l.per diuersas.C.mand.& in l.j.C. ne licet potē.& in l.j.C.de mend.uali.li.12. sed donatio inter vir.& vx.est prohibita, vt per to.ti.de dona. inter vir. & vxo. ergo cōfessio debiti non inducit probationē ad hoc, vt euitetur fraus, quæ fieret legi, & maximè in casu nr̄o: quia iam apparet de falsitate causæ: qa non erat verum, ꝙ pceperat redditus possessionū patris dictæ D.Catharinæ. Et si opponat de dicto Bart. in l.Aurelius.§.fi.ff.de lib.lega. vbi dicit, ꝙ si testator iurasset recepisse ab vxore sua aliquid mutuo: videt, ꝙ probetur debitum: vt d.l.cum quis.& l.hac edicta li.C.de secun.nup. ergo eo casu, quo non sumus qñ vxor est illius viri, qui hēt filios ex prima vxore, tunc confessio viri probat debitum, si est roborata vinculo iuramenti, sed in casu nr̄o iste Lazarus non habebat filios alteri⁹ matrimonij, nec aliā vxorē habuit: ergo seq̄t, ꝙ assertio ipsius viri cum iuramento probat debitum. Ad hoc respondeo, ꝙ Bar. ibi nō loquitur in casu nostro, loquitur enim, qñ vir illud debitū confitetur in testō, & sic loquitur in casu vltimȩ voluntatis, quo casu non est prohibitus testator per testamētū relinquere vxori. facit, qđ no. Bar. in l.cū qs decedens.§.codicillis.ff.de leg. 3. & in l.Lucius.§ qsquis.de le.2. nam confessio in vltima voluntate non præsumitur simulata, quia prȩsumitur vera, aut gratuita. ita dixit Bald. in l.j.C.de fal.cau.adiecta lega.& ibi Bal. limitat, nisi esset facta versus nō capacē, alle. d.l.qui testm̄. & ideo in confessione facta in vltima voluntate non opponitur exceptio non numeratæ pecuniæ, vt dixit gl. singularis in d.l.j.de fal cau.adie. leg.& et Bart. non loquitur eo casu, quo falsa est cā, vt in casu nostro, qa in incertis nō certis locus est cōiecturis.l.si certis annis.C.de pac.cum si.& iō cū causa huius cōfessionis fuerit falsa, & causa regulet suū causatū.ca. cū cessante.de appel.l. adigere.§.q̄uis.ff. de iure patro.cum si. sequit, ꝙ ista confessio in nullo nocebit. Et per consequens apparet, ꝙ in fraudem legis prohibentis donationē inter vir.& vxo. emanauerit ista talis cōfessio. nam si hoc procederet, sequeretur, ꝙ fieret fraus legi de contractu ad cōtractum, quia cum maritus non posset donare vxori constāte matrimonio, fingitur se debitorē vxoris, qđ esse non debet. Et ideo dixit gl. notabilis in c.plerique.14 q.5. ꝙ fit fraus legi de contractu ad contractū, vt cū mulier non possit aliquid donare viro, fingit se vēdere, & l.si sponsus.§.circa.ff.de dona.inter vir. & vxo, 15. q.3.si sacerdotes. idem dicit ibi gloss. ꝙ cum mulier non possit fideiubere, constituit se principalem debitorem, vt ff.ad Vellcia.l. q̄uis.33.q.5.c.mulierē.cū si. ita dicamus in casu nr̄o. Præterea facit, & ī hoc diligenter animaduertat. Do.iudicās. Veritas est, ꝙ iste
59 Lazarus † non recepit, aut pcepit redditus, & ꝓuentus ex possessionib⁹ patris D.Catharinæ, & tamē iurauit

rauit se recepisse, ergo eo ipso qđ iurauit per verba de preterito, se recepisse illos redditus, quos re vera nō recepit, est periurus: ex eo qa falsum iurauit. ergo sequit, ꝙ tale iuramētū nullum robur dictæ suę ꝯfessioni prçstat. ergo tale iuramētū est nullius effe
60 ctus. Preterea facit, tale † iuramētū fuit interpositū super simulata & ficta confessione, quę similiter iuramento nō firmatur: vt est optima glo. iuris ciuilis in l. emptione. C. plus vale. qđ ag. Et iō dicebat Bal. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. ꝙ contra instrumentum simulatum hęres potest opponere: qa instrumentum simulatum non est instrumentū cum nō faciat fidem simulatione probata, vnde superficialiter appareat esse instrumentum: tamē substantialiter & intellectualiter non est instrumētum. nec enim propriè dicitur, qđ abusiuum est. ff. de suis & legi. l. item prætor. sed instrumentum, qđ non habet vim probandi, non est instrumentum propriè, qđ dicitur ab instruendo: vt. l. notionem. §. instrumētorum. ff. de verb. signifi. statutum enim debet intelligi de instrumentis efficacibus. l. 2. §. j. ff. quemad. testa. aper. Et concludit, ꝙ statutū loquens de instrumento non habet locum de instrumento simulato, nisi statutum remoueret exceptionē simulationis: & tunc propter iniquitatem statuti recurreretur ad subsidium ecclesię. Et ideo dicebat multum singulariter Bal. in l. si non verum. C. de dona. inter vir. & vxo. ꝙ ꝯtus simulatus largo modo dr̄ falsus: qa tex. ibi dicit, si non verum, imo simulatum. & ideo dicit idem Bal. in l. 3. C. si plus vale. quod ag. Et ideo contractus simulatus non firmatur iuro, quia nō habet fundm̄ consensus, alleg. l. fina. C. de non nu. pecu. facit l. emptor. ff. de aqua plu. arcē. Cum ergo ista confessio fuerit falsa & simulata, & ficta: ergo nō meret appellari cōfessio, imo peccat in iure naturæ: vt pulchrè dixit Bal. in l. falsus. C. de fur. & ideo nō potest firmari iuramento, quod etiam laborat eodē morbo, & eadem fictione, quibus laborant, d. confessio & ꝯtus primus, seu principalis: vt in d. l. fi. C. de nō nu. pecu. Facit, quod no. solennis doctori interpres d. Ludo. Roma. in quodā suo consilio, incipiente in Christi nomine amen. ex supra narrato themate elicitur vnū dubium, vbi maritus constante matrimonio confessus fuerat se recepisse cētum gratia dotis ab vxore, & iuro firmauerat talē confessionem: fuit dubium, posito ꝙ esset donatio inter vir. & vxo. an illud iurm̄ firmaret illam confessionem, posito ꝙ nō esset verum, ꝙ receperit dotem, & arguit & dicit, ꝙ
61 cōis scribentium opinio dicit, ꝙ † donatio inter vir. & vxo. firmetur iuro, de qua per Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. l. Seius & Augerius. ff. ad l. fal. Bald. in l. cum mulier. C. de dona. ante nupt. & in l. j. ff. de dona. inter vir. & vxo. & l. si quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. j. & per D. Anto. & D. Abb. & accumulatè p̄ Do. meum Ioan. de Imo. in commento. c. cū contingat. de iureiuran. vbi refert opiniones scribentium, ꝙ illa cōis opinio potest procedere, vbi iurm̄ esset interpositū super donatione vera: secus vbi iurm̄ interuenisset sup eo, qđ est falsum, videlicet sup cōfessione pecuniæ receptæ, quā in veritate non recepit, & vbi principaliter interponitur sup ꝯfessione simulata. qa tunc talis confessio non validatur iuro, nec in vim confessionis, & hoc dicit esse clarū p̄ tex. in d. l. indubitatum. C. de non nu. pecu. & sic Ludo. Ro. vr̄ apponere gladiū decisioni huius ꝯsultationis, ꝙ talis cōfessio nullo modo firmetur iuro. Facit, qđ no. dn̄s meus Io. de Imo. in commento. d. c. cum contingat. in decimo mēbro principali illius cōmēti. in 3. qō. versi. & aduerte, prope finem illius cōmenti. vbi
62 dicit, † ꝙ si testator in suo testamento reliquit vxori vltra dotem suā, mille, qui dixit, aut cōfessus fuit se ab illa habuisset, & iurauit sic esse: licet tunc alias, qn̄ iurm̄ prçstatur per testatorem, prçiudicet tale iuramentū hæredi, & stare debet tali iuro: vt in auth. qđ obtinet. C. de proba. & in corpore vnde sumitur. & in l. cū quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. 2. tn̄ dicit ibi Bar. & Cy. in l. 1. C. de sacrosan. eccle. ꝙ hoc casu non stabitur iuramento testatoris: quia vr̄ præstitum in fraudem legis prohibentis donationē inter virū & vxo. ideo hoc casu iurm̄ non operatur: licet aliàs, qn̄ cessaret suspicio fraudis, opereretur, & sic loquitur d. §. codicillis. & ideo dicebat Cy. in d. l. j. ꝙ licet hoc casu videatur voluisse donare: tamen non firmabitur morte: quia non interuenit traditio, nec aliquid loco traditionis, p̄ not. in d. l. Papinianus. & sic clarissimè firmat ibi Io. de Imol. post alios, ꝙ tale iurm̄ non firmet talem confessionē, tanq̄ emanauerit in fraudē legis. Et est accuratè pōderandū, ꝙ p̄fati scribentes non loquunt̄ eo casu, quo ille maritus, esset minor: & faceret illam cōfessionem fictam, & simulatā, ad hoc vt donaret in fraudem legis, quo casu res nullā hēt dubitationē, nec auctoritas curatoris pōt aliqd operari ad donādū: vt superius fuit dictū. Et iō cōsuluit realis sciētiæ doctor D. Paulus de Castro consilio 101. incipiente in Christi noīe amē. non est dubium, quo ad dictam donationem, ꝙ si statutum disponit, ꝙ minor non possit obligari: nihilominus non poterit minor donare etiam cū auctoritate curatoris. & decreto iudicis. quanto ergo minus in casu nr̄o, in quo cōcurrunt tot probationes: qa est minor: & sic est p̄sona incapax ad donandum. & ēt ipsa donataria est incapax ad recipiendū. & sic est clarum, inhabilitatem esse tam in agente, q̄ in patiēte. iuxta illud Aristotelem: actus actiuorū sunt in patiente bene disposito. & etiam qa concurrit fictio & simulatio, quę largo modo est falsitas. Et
63 si opponatur, & dicatur. amice, instrm̄ † præsumitur esse tale, quale apparet in prima sui figura. cap. j. in prin. de feu. da. in vicē l. cōmiss. in vsib. feu. & ibi dixit Bal. ꝙ instrumentū præsumitur verū, & tale, quale in sui figura apparet l. ad probationē. C. de proba. l. quanuis. C. si quis alteri vel si. & ibi dixit Bald. ꝙ instrumentum non præsumitur simulatum. capi. illo vos. de pigno. c. ad nostram. de emptio. & venditio. & quod not. Bald. in c. primo. de no. feud. & ī l. ab Ana
64 stasio. C. man. vbi dicit. ꝙ † in tātum nō præsumitur instrumētum simulatum, ꝙ allegans illud esse simulatum, dēt allegare & p̄bare speciē simulationis, nā a principio tituli posterior format̄ euēt⁹. l. j. C. de impo. lucra. descrip. lib. 10. sed istud instrm̄ in prima sui figura nō apparet simulatum. ergo seqt̄, ꝙ ita erit, ꝙ non sit simulatū. Ad hoc r̄ndeo, ꝙ verū est illud, ꝙ instrm̄ in dubio nō apparet simulatū, sed p̄sumit
65 verū, sed † simulatio p̄bat̄ ex ꝯiecturis, vn̄ licet īstrm̄ apparet verū, & p̄sumat̄ esse verū: nihilominus eius simulatio p̄batur ex coniecturis & argumentis. ita propriè probatur in c. cū in dieceſi. de vsur. & in d. c. illo vos. & in d. c. ad nr̄am. vbi instrm̄ conuincitur simulatū, & in fraudē ex argumētis & coniecturis, & not. Bald. in d. l. 3. C. plus val. qđ ag. & in d. c. j. de feud. da. in uicē. l. commis. & per omnes scribentes in d. c. cum vos. & in d. c. ad nostram. & d. c. cum in diecesi. & per Baldū. in l. eos. C. de vsur. sed cū dr̄, ꝙ istud instrumētum apparet ī prima sui figura verum, & nō simulatū, hoc nego, imo est pęnitus falsum, quia disponit inter personas prohibitas, & innititur cōfessioni personæ prohibitæ a iure, in actu a iure prohibito. q̄uo ergo potest p̄sumi verū tale instrm̄? facit, qđ no. gl. & doc. in d. l. qui testm̄. ff. de proba. cū si. superius allegatis. & sic istud instrm̄ ī prima sui figura p̄sumit̄ simulatū. ergo erit nullius effect⁹, vt d. l. emptor. ff. de aqua plu. ar. & posito, non tn̄ concesso, ꝙ tale

tale instrm̃ non apparet simulatũ in prima sui figura: nihilominus veritas est, ꝙ illa confessio non fuit vera: quia nõ recepit redditus, & itroitus possessionis pr̃is.d.d. Catharinę, D. Lazarus nonne stabimus veritati potius, q̃ præsumptioni, & coniecturis? vt l. continuus.§.cum ita.ff.de verbo. oblig. nam vt scribitur apud Esdram veritas præualet, veritas vincit. & est relatum a Gratiano.&c.ergo. Et si dicatur, ꝙ in ipso instrumento confessionis dr̃, ꝙ dictus Lazarus promisit nõ venire ꝯ, ratione deceptionis, læsionis, vel circunuentionis: ad hoc respondeo, ꝙ ista est læ-
66 sio† enormissima: quia est de mille ducatis: & sic nõ comprehenditur sub verbis illius renunciationis, & ad eum casum, ad quem non adaptantur verba cõtractus, nõ adaptat ipse ꝯctus: vt l.3.§. quoties.ff.de dam.infec.l.ita aũt.ff.de admi.tu.& l.qđ constitutũ. ff.de testa.mili.c. indemnitatibus. §.sed cum eas.de elect.lib.6.cũ simi. & sic ista læsio enormissima non venit in ista renuntiatione: & ẽt qa non renuntiauit exceptioni simulationis, & ẽt qa talis ꝯct⁹, aut iurm̃ fundatur super falsa cã, ergo, & sic cũ cõcurrant tot defectus inpedientes ex toto ipsam confessionẽ, seu donationem nõ poterit inuari ex iur̃o prædicto. nã dicebat D. Abbas in c.cum contingat.de iureiuran. & in c.quintauallis.eo.ti. ꝙ etiam si sunt apposita illa verba pinguia, & prægnantia, ꝙ non possit venire ꝯ instrm̃ ratione læsionis enormis, &c. tñ qñ enormiter lædit, seu enormissimè, poterit venire contra, maximè in casu nostro: quia actus iste erat ꝓhibitus: quia ĩ fraudẽ legis emanauit. Et sic quia iste Lazarus erat minor, non obligatur effectualiter ex ista cõfessione: & qa erat maritus, ẽt non tenuit talis cõfessio in fraudem.l.facta.& quia fuit falsa.ergo multominus obligabit eum. Et per consequens nec hæredes eius: & ex istis concludo, hæredes dicti quondam Lazari non teneri ad restitutionem dictorum mille ducatorum, cum eos nec receperit, nec habuerit dictus Lazarus de bonis patris ipsius dñæ Catharinæ. Et sic concludo in fauorem ipsorũ hæredũ.

¶Capio aliud dubium, videlicet si hæredes dicti Lazari non obstante iur̃o patris possunt admitti ꝯ instrumentum augmenti, & quẽ modũ tenere debeãt veniendo ꝯ ipsum instrm̃. Et quantũ ad hoc non vr̃ magna difficultas. nam istam dubitationẽ decidit Bal.in l.3.C. plus valere quod agitur. vbi quærit, an ꝯctus simulatus firmetur iur̃o? decidit ꝙ non: ꝑ glo. ibi: quia illud iuramentum non habet fundamentum consensus, per d.l.fi.C.de non nu.pecu. ꝙ dicit esse verum, si contractus est simulatus: secus si contractus esset verus; licet in fraudem vsuratum: quia tunc standum est iuramento, donec relaxatur tale iuramentum per episcopum, alleg.ca.j.de iureiurã.
67 Si tamen iurans est mortuus, hæres† eius non indigeat relaxatione: quia vinculum spirituale iuramẽti morte iurantis sopitum est.cap. veritatis.& ibi per Inno.de iureiur.c.fina.de foro compe. libr.6.in nouella.& sequitur Saly.in dicta l.3.& in authẽ. sacramenta puberum. C.si aduers.ven.in pe. quæstione. ver.modo quæro. Modo in proposito nostro iste cõtractus apparet nullus multiplici de causa, ut superius fuit ostensum. primo: quia illa confessio minoris fuit falsa, vt dictũ est. ergo erat debitor ipsius dominæ Catharinæ, aut hæredũ patris ipsius dominæ Catharinæ, ergo fuit donatio, sed minor non potuit donare, nec potest cõstitui curator ad donandũ: vt superius dictum est. ergo non est obligatus ipse minor.& per consequens nec hæredes eius: quia non in plus est obligatus hæres, quam ipse testator principaliter, quia obligatio transit a defuncto in hæredem.l.neque.C.de here.vel actio.cum simi.lib. Et sic ex isto capite hæredes ipsius Lazari non tenẽtur ad restitutionem dicti augmẽti. Et si dicatur, ꝙ imo te-
68 nentur, qa non possent opponere exceptionẽ† non numeratæ pecuniæ, aut non receptæ: vt no.gloss. singularis in l.j.C.de fal.cau.adiecta leg. Ad hoc respõdeo, ꝙ illa gl. loquitur eo casu, quo in testamento testator legat Titio cẽtum, q̃ dicit habuisse mutuo ab illo Titio, quo casu non potest hæres eius opponere ꝯ Titium, tu non numerasti illam pecuniã testatori: sed iste nõ est casus nr̃: quia iste testator hoc nõ fuit confessus in testamento, & sic in vltima voluntate, disponendo ꝑ viã legati: vt loquitur illa glo. Itẽ qa illa gl. ꝓcedit, nisi essemus ĩ ꝑsonis ꝓhibitis, & incapacibus, vt dixit Bal.ĩ d.l.j.& idẽ voluit Cy. & Bar. quos refert Ioã. de Imo.in d.c.cũ contingat.& superius retuli.& ponunt exẽplũ marito asserente in vltima voluntate, ꝙ legat vxori centũ vltra dotẽ, quã habuit ab ea, ꝙ tunc non staret illi ꝯfessioni.& sic ex isto capite hæredes dicti Lazari non tenẽt ad dictos mille ducatos. Itẽ nec tenenẽ, posito ꝙ dictus Laza-
69 rus fuisset maior. quia talis† ꝯfessio fuit facta in fraudẽ prohibẽtes donationẽ inter vir. & vxo. ergo talis confessio ꝯ lege facta non trãsiuit in hæredes ipsius Lazari, cũ ẽt fuerit falsa cã ĩterposita, vt dictũ est. ergo sequitur, ꝙ non potuerunt conueniri eius hæredes. Et si opponatur de iuramẽto. replicabitur, ꝙ tale iurm̃ non ligat hæredes eius, vt dixit Bal.& Salyc. in d.l.3.& facit cõsilium domini Ludouici superius allegatum, vbi consuluit, quòd tale iuramentum non firmat donationem factã ex causa falsa & simulata: sed bene firmat donationem veram. & sic corruit iurm̃ eodem morbo, quo corruit ipsum principale: vt d.l.fi.C.de non nu.pecu. & sic si conueniant hæredes dicti Lazari ꝑ dictã dñam Catharinam ad restituendum dictos mille ducatos, possent oppone-
70 re se non obligatos, quia† tale instrm̃, & talia cõfessio non tenuit. facit text. singularis, in l.fi.ff.de constitu.pecu. quem sic alle. Bal. in l.si absentis.C.si cer. pe. ꝙ instrumentum non tenet, nec tenebit cõfessio in dicto instrumento apposita.& Bart.in l.post legatum.ff.de his quib.vt indig.gl.in l.2.C.de bo.poss.ij. tab.& quod not.in d.c.cum venerabilis. de censi.& Bal.in l.testamento.C.de fideicom.& in c.j.de feud. da.in vi.l.commiss.& in l.j.C.de dona.an. nup.in l.j. C.de suffra.cum ergo in casu nostro istud instrm̃ est nullum, quia est simulatũ, & non verũ, vt in l.si non verum. C.de dona.inter vi.& vxo.ergo. Facit gl. singularis in l.si patronus.§.patrono.ff.quæ in frau.pa.
71 vbi si principalis† est simulatum, omnes clausulæ in eo appositæ sunt simulatæ. Et per consequens hæredes Lazari poterunt se defendere super nullitate, & inualiditate istius instrumenti confessionis iuramenti, & omnium appositorum in ipso instrumento. Et si voluerint agere contra ipsam dominam Catharinam ad fauendũ declarari ipsum instrumentum esse inualidum & nullius effectus, & ipsos non esse obligatos ad dicta mille, poterunt adire iudicẽ, & citatis citandis petere ipsum instrumẽtum & cõfessionem, & alia conuenta in eo esse nulla, & nullius effectus: nec ipsum Lazari non obligatum fuisse ad dictos mille ducatos, ex ꝑceptione redditũũ, & introitum ex possessionis patris dictæ D. Catharinę.& probare falsitatem causæ, & petere declarari instrumentum nõ parere obligationem, nec actionem aliquam contra hæredes ipsius Lazari: imo factum fuisse in fraudem legis, simulatũ: & ex falsa cã interpositũ, & a ꝑsona inhabili, vt erat iste Lazarus minor.&, ista erit via tenenda, sed melius erit expectare, ꝙ dicta domina Catharina petat executionẽ instrumenti prædicti, & contra eam opponere exceptiones prædictas annullãtes ex toto ipsum instrm̃: qa fauorabilior erit cã rei, quàm actoris.c. ex literis.

de

de proba.c.domino guerrā.§.promptiores, in ti.l.ic fini.lex deincipit cōsue. reg. cum si.Sed si forte esset periculum in mora propter mortem testium: qa in futurum deficeret ,ptatio falsitatis causę: tutius esset petere ipsum instrm declarari nullum,&probare falsitatem causæ.Et circa prædicta erit vtile inuestigare,si statutum Veronense aliquid disponat circa actus gestos per minorem, cum cōmuniter omnia statuta Italiæ apponant certam solēnitatem in contractibus minorum,sine qua annullant ɔ̄ctus factos per ipsos minores. Nec obstabit iuramentum præstitum per ipsum Lazarum:quia cum sit vinculum spirituale & personale,non ligabit ipsos hr̄des: & sic poterunt venire contra ipsum instrm nō petita absolutione ab ipso iuramento. Et sic ex supradictis resultat conclusio verissima, ipsos hæredes non esse obligatos ex isto instrumento:imo possent petere illud declarari,esse nullius effectus.Et ita ɔcludo.

¶Circa vltimum dubiū,dū queritur Do.Ant.Albe. promisit dominę Matthee matris ipsius dnæ Catharinæ,laborare,& curare,ꝙ a summo Pontifice obtineatur legitimatio,seu dispensatio,ꝙ filia ipsius dominæ Mattheę,videlicet,dn̄a Catharina etiam posset nubere filio dicti do. Antonij Alberici: & multa alia ,ꝑmisit dicta D. Matthęa dicto d. Ant.Alberico. Modo dictus D.Anto.decessit,nulla obtenta dispensatione,nec contracto aliquo matrimonio inter filios ipsius domini Antonij, & filias ipsius dnæ Mattheę,si hæredes dicti Antonij post mortem eius obtinuerūt dictam dispensationem, & ɔ̄ctum fuit matrimonium cum filijs ipsius domini Anto. an dicta domina Matthęa, & domina Catharina possint vigore pactorum celebratorum cum dicto dn̄o Antonio patre dictorum filiorum cogere ipsos filios Do. Anto.ad obseruāda capitula celebrata inter ipsum patrē eorum,& ipsam dn̄am Matthęam? Et quo ad hoc esset videndum instrumentum illius conuētionis,quomodo,& quibus verbis fuerit cōcepta talis conuentio:quia ex facto ius oritur.sed rn̄dendo præfatę dubitationi:ita vt verba patiunt̄:dico, ꝙ nullo mō pn̄t agere ad obseruantiam capitulorum cōtra filios illius domini Anto.ꝙ sic ostendo.iste fuit contractus innominatus:quia quilibet promisit, dictus D.Anto.ꝑmisit facturum,& curaturum:& dicta domina Matthęa etiam promisit certa capitula.Iō stabimus regulæ,quæ se habet, ꝙ in † contractibus innominatis,siue versentur facta,siue donationes, locus sit pęnitentiæ,siue factum sit repetibile, siue nō. & sic contractus innominati sunt debiles in producendo actionē & obligationē:qa eo ipso, ꝙ sunt initi,obligationē ciuilem non inducunt,nec etiā actionem:sed ex implemento incipit competere: vt l.j. ff. de re.permu.& l.ex placito.C.eo.nam si conueni tecum de permutando librum: ex ista simplici conuētione,nec tibi,nec mihi ɔpetit actio:sicut ergo debiles sunt ɔ̄ctus innominati in ꝑducendo obligationē a principio:ita & eodem mō sunt debiles in retinēdo.iō sola pęnitentia resoluunt̄:secus in ɔ̄ctibus nominatis:qa eo ipso,ꝙ sunt initi,est nata actio,& obligatio: vt l.sicut. C.de actio. & obli.l.in commodato. §.sicut.ff.commo.ideo sola pęnitētia nō resoluunt, ne sit in potestate alterius ex contrahentibus,pęnitēdo,contractum resoluere, qui plenissimum effectū fuerat fortius.cum ergo † nullus contrahentium sit ciuiliter obligatus non cōtractu innominato:merito potest pęnitere. Et eodem modo post cōtractum impletum ab vna parte,ille,qui impleuit, potest pęnitere:quia implendo obligauit aliū sibi non añ se obligauit alteri: vt no. l.ex placito.& ita firmat Bar. ī d.l.si pecuniā.ff.de ɔdi.cā data cau.nō se.Mō in ꝓpo sito nr̄o,iste contractus fuit innominatus, & res fuit integra:iam nemo cōtrahentium impleuerat ɔ̄ctū ex parte sua,ergo sequitur,ꝙ licita fuit pęnitētia:sed iste D. Albericus iā decessit ante omne implemētū factum ex parte illius Do.Matthee. ergo sequitur, ꝙ soluta est obligatio morte illius domini Ant. qui iusto impedimento impeditus non potuit complere ɔ̄ctum:quia decessit:& sic soluta fuit obligatio. Vnde tex.in d.l.si pecuniā.in prin.dicit. si pecuniā accepero, vt Capuā eā,& mihi paratio ad eundū Capuā, cōditio tp̄is,aut valetudinis impedimēto fuerint, ꝙ tūc licita erit pęnitentia.& loqt̄ ille tex.eo casu, quo iā ex parte vnius erat implementum iā factū, sed excusat̄,qa morte,aut alio impedimēto nō potuit perficere.ergo multomagis excusabit̄ in casu nr̄o, quia nullum implementū interuenit ex parte alicuius,si morte pręuētus nō compleuit, quia iam licitū erat pęnitere,quando altera pars non adimpleuit cōtractū ex parte sua.Et per ɔ̄ns sequit̄,ꝙ nullo modo hæredes ipsius Ant.Alb.tenētur ad dicta promissa, seu ad d.capitula contenta in dicta cōuentione. Et si opponatur,hoc fallere fauore matrimonij, vt l. quod Seruius.ff.de cōdi.ob cau.& in l. si ego.in prin. & in §.j.ff.de iure doti.sed in casu nostro sumus in dispēsatione mr̄imonij.ergo. Ad hoc rn̄deo, vt dicit Bart. in prealle.l.si pecuniam. vbi sua distinctione dicit, ꝙ ex parte eius,cui,est impletum,non est locus pęnitentiæ,& postea subdit, quandoque ex vna parte est impletum aliquid perfectè, & ex alia factū est aliqd ex illo,& tūc aut illud aliqd,qđ est factū,est de pręparamentis,aut est de eo,qđ est faciēdū. Primo casu locus est penitētię,dum tñ indemnitati aduersarij cōsulatur, vt ibi. secundo casu dicit idem, vt in d.l. si pecuniam.§.si quis dederit.ratio: quia faciendo aliqd, non impleuit cōtractum ex parte sua,& sic alius nō obligatur.merito locus est pęnitentiæ.Fallit fauore

74 † matrimonij,& allegat.d.l.qđ Seruius.& d. l. si ego. in prin.& §.j.& sic loquunt̄ illa iura, & procedūt eo casu,quo aliquid erat factum,licet nō cōpletè, & ꝑfectè,ꝙ erat faciendū.& sic nihil ɔ̄ præsentem cōsultationem facit. Et ita etiam potest rn̄deri ad Bald. in l.mandatum.C.manda.vbi dicit, ꝙ mandatū nō finitur morte tradentis pecuniam in dotem conuertendam,& dicit,ꝙ in d.l.si ego.§.j.est casus, ꝙ ibi est speciale fauore piæ causæ.& ibi ɔ̄ctus fuit celebrat⁹ principaliter fauore piæ causæ, & secūdum quodā ibi,contractus fuit celebratus fauore recipientis,qui recepit tanq̄ procurator in rē suam, & ideo nō finitur mandatum morte.& sic videt̄, ꝙ ibi non fuit cōtractus innominatus,sed fuit mandatū.Et idē Bald. in l.sicut.C.de acti.& obli.dixit, ꝙ fauore dotis non habet locum pęnitētia.& dicit esse casum vnicum, & singularē in l.si ego.§.j.prealle.& idem dicit, vbicunque est parratio. allegat. l. si qs ꝓ redēptione.C. de do.ꝙ dicit esse notādū.& idē voluit idem Bald.in c.j.q succ.ten.Sed in veritate tex.in d.§.j.nō facit cōtra nostram dispositionem,quia res ibi non erat integra,imo tradita fuerat pecunia, vt sequutis nuptijs illa pecunia efficiat̄ dotis.& interim decessit ille,qui tradiderat pecunias: dicitur, quod sequutis nuptijs illa pecunia erit dotis.& sic est ibi casus,ꝙ non erat integra,quia dans iam inceperat complere tradendo pecuniam,ita dicit formaliter ibi tex.dum dicit, si res alicui tradidero, vt sequutis nuptijs, &c.& hoc fuit de mente Bart.formaliter ī d. l. si pecuniā. quē superius retuli, & ēt istud dictū nō facit ad ꝓpositū huius consultationis, quia hic non erat contractus dotis,aut matrimonij, imo fuerat celebratus iste cōtractus īnominatus super re impossibili, quia super

75 † dispēsatione,quæ apud leges reputatur impossibilis,vt pulchrè dixit Innocen.in ca.pastoralis. de cau. poss.& proprie.& textus in l.4.in prin.ff.de fideicom. liberta.

liberta. quem textum refert Angelus in lege, prima ff. de inoffi. testa. audiuisse Bar. allegantem ꝓ singulari ad hoc, & facit, quod notat Bartolus in lege prima. ff. de cōditionibus institutionū. & in lege, apud Iulianum. §. fi. ff. de le. j. & in l. j. ff. de vulg. & pu. & in lege, quandiu. ff. de acquirenda hæreditate. & no. in capitul. si gratiosè. de rescrip. libro sexto. Cum ergo iste dominus Antonius se obligauerit agere, & curare, quòd summus Pontifex dispensabit, & sic nō vr, ꝙ res fuerit in posse, & bailia ipsius Antonij obligātis: imo erat impossibile. ergo nullo mō erat cæpta. vt decidit textus in dicta lege, si ego. §. primo. Quinimo si verbis daretur audacia, dicerem, quòd Baldus
76 cum sua reuerentia non bene loquitur, ꝙ † in pijs cā contractus innominatus excedit naturam suam, vt re integra existente non habet locum pœnitentiæ: quia textus in dicto. §. primo. non loquitur eo casu, quo res est integra, vt dictum est: ergo malè loquit. Item quia ibi tex. non loquitur in ipso principali dāte, seu tradente pecuniam: imo loquitur in hærede, qui non potest reuocare illud, quod iam fecerat ipse defunctus, cuius est hæres, lege prima. C. si mancipia ita fuerint alienata. & iste non est casus noster. & sic nō loquitur ibi textus in principali, qui pōt reuocare factum suum. Et etiam si subtiliter ponderetur ille textus, non loquitur in cōtractu innominato: qa ex parte alterius nulla interuenerat obligatio. & sic ille textus non probat dictum Baldi, nec etiam meretur allegari contra præsentem consultationē, nec etiam dictum eius est verum, cum loquitur in contractu innominato ad pias causas: qa libertas & pia causa regulariter æquiparantur: vt notat Bartolus in lege, proxime. ff. de his quæ in tes. dele. §. finali. & nota, in capitulo. cum duobus. de re iudi. sed in contractibus innominatis factis ad libertates hēt locū pœnitentia, etiam in præiudiciū libertatis: vt est tex. formalis in d. l. si pecuniam. §. item si quis. & in l. 3. §. j. ff. de condictio. ob cau. ergo idem erit dicendum in contractu innominato ad pias causas. quia vbicun-
77 que † aliqua regulariter æquiparantur, dispositum in vno verificatur in reliquo: vt est glo. in cap. si postquam. §. fin. de elec. li. 6. cum simili. ergo. Nec obstat textus in l. si quis. quia ibi loquitur, an reuocetur donatio ad pias causas prætextu insinuationis non factæ: non autem loquitur de penitentia in contractu innominato. ergo. Et ita multifariè, multisq; modis apparet illum text. & dictum Bal. nō facere ad propositum quæstionis nostræ: nec esse verū. & sic morte illius Antonij Alberici solutus est ille contractus innominatus, re existente integra: quia per mortem cessat voluntas, & expirat: vt l. 4. ff. loca. l. centesimis. §. fina. ff. de verbo. obligatio. c. si gratiosè. de rescrip. lib. 6. l. in ementis. de contrahen. emptione. Et si quispiam opponat, & dicat, amice, iste contractus innominatus non stetit in uiribus ꝯtractus innominati, imo est effectus cōtractus nominatus & elegās
78 nam si in instrumento reperitur, ꝙ Titius † promisit permutare cum Seio, ītelligitur per stipulationem, quo casu non habet locum pœnitentia: quia intelligitur per stipulationem, tanquam ingrediatur naturam contractus nominati: vt l. ex placito. C. de rer. permutatione. & videtur quòd sic: vt insti. de inutili stipulatio. §. si scriptum. & quod not. in l. j. C. de vsuris. & in l. sciendum. ff. de verborum obligationibus. & istud facit aliquod dubium in hoc: vt dicamus, ꝙ iste fuit contractus nominatus, & transiuit in hæredem ipsius domini Antonij Alberici promittentis, & per consequens hęredes ipsius domini Antonij hoc curarunt, & obtinuerunt, & videntur fecisse cōtemplatione obligationis paternæ, & per ꝯns tenentur & obligati sunt ad contenta in ipsis capitulis. Ad hoc respondeo vna cum domino Bald. in d. l. sicut. de actio. & obligatio., vbi mouet hoc cōtrarium, & dicit non esse verum: quia cum instrumentū exprimit cōtractum innominatum permutationis, non includit speciem positam in contractu nominato: quia non compatitur cum reliquo. Vnde in proposito, cum iste cōtractus ex sui figura & serie sit innominatus: quia iam in ipso contractu dicitur: obligauit se D. Anto. agere, & curare, ꝙ summus Pontifex dispensabit. & d. do. Mathea obligauit se alia facere, &
79 sic cōtractus fuit innominatus, posito † quòd appositum fuisset verbum, promitto, nihilominus nō est recessum a natura contractus innominati expressi, nec est verisimile, quòd contrahentes ita repente in eodem actu recesserint a cōtractu innominato, quē expressè faciebant. l. non ad ea. ff. de conditionibus & demonstrationibus. facit illud Terentianum, hui tam cito. vnde illud verbum, promisit, si est appositum in ista conuentione, debet intelligi, & regulari secundum naturam contractus innominati, nec est mirum. facit, quod not. gloss. in l. has causas. ff. de cōditionibus & demonstrationibus. & in l. data. ff. de regu. iuris. & in c. cōstitutus. de relig. do. & quod hr in l. si vno. ff. loca. & in l. si pater. ff. de vulgari & pupillari, & ideo per verbum, promisit, non est recessū a contractu innominato. facit, quod not. in l. sciendum. ff. de edilitio edicto. Et sic sole clarius est, ꝙ illa obligatio debilis, extincta morte ipsius Do. Antonij patris ipsorum hæredum, non transiuit in ipsos hæredes, & per consequens nullo modo tenetur ad capitula contenta in d. promissione. & ista videtur ipsa pura veritas, iudicio meo, & per cōsequēs d. obligatio debilis, nata ex illo contractu innominato, extincta fuit & expirauit penitus morte ipsius quondā Anto. Alberici, & per consequens non transiuit in hæredes eius. Et sic partes domini iudicantis erunt in pronunciando, & declarando ipsos hæredes non teneri ad capitula promissa per ipsum Anto. Alberi cum patrem eorum. Et ita cōcludo in fauorem eorum hæredum.

EPITOME.

¶ Testator cum legasset ecclesiæ terram quandam celebrandi anniuersarii causa, tandem sterilis facta est, & cum egeret ecclesia illa missali, ad rem sacram faciendam, & diuinum officium celebrandum, rector illius, vocatis omnibus capellanis, parochianis, & ipsis etiam testatoris hæredibus & rectoribus quibusdam aliarum ecclesiarum necessitatem rei patefecit, qui re comperta nullam rem magis ecclesiæ inutilem, quæ vēdi posset, existimarūt. Itaque terram illam rector vendidit, & missale cōparauit. Cœterum quoniam venditionis tempore vacabat episcopatus, nec iccirco superioris auctoritas interuenire poterat, venditioni adiecit se curaturum, vt quandocunq; existente episcopo, auctoritas illius interponeretur. Valuit haud dubiè ea alienatio, etiam si nō interuenerit auctoritas superioris: nec enim requirebat hoc casu: & alioqn fuit rectori satis se obligare, vt illā interponi curaret, quæ obligatio etiam in ipsius successorem, trāsiuit, vt in effectu curare id debeat.

SVMMARIVM.

Auctoritas superioris in alienatione rei ecclesiasticæ nec dānosa & necessaria, prętermitti potest, nec est necessaria, quin in

in causis etiam, in quibus necessaria est, propter evidentē vtilitatem, ex post facto & longo interuallo sequi potest. nu. 3.
Sterilis res & ecclesiæ inutilis sine solennitate potest a quouis rectore distrahi. nu. 4. & 5.
Status rei præsens, & vltimum tempus spectatur. numero 6.
Auctoritatem superioris iura requirunt, vbi superior est: sed si non sit, & necessitas cogit rem ecclesiæ alienari, valet alienatio, hac conditione adiecta, quòd prælatus auctoritatem suā interponet. nu. 8. & 9.
Successor bene gestum a prędecessore ratum habere debet, in eū transit ab illo contractu obligatio. nu. 10.
Prælato dicenti, ecclesiæ necessitatē ita exigere, regulariter in casu prohibito non statur, nisi manifesta necessitas esset. n. 11.

CONSILIVM LXII.

VIso Puncto, & etiam consilijs redditis per hos celeberrimos legum patres: pro præsentis consultationis mihi propositæ clarissima decisione est videndum, si dictus contractus vēditionis celebratæ, eo modo, quo in puncto porrigit, valeat vel ne, effectus erit magnus: quia si valuit, tenebitur successor agere & curare, ꝙ D. Eps Fauentinus præstat auctoritatem & consensum dictæ venditioni. Et videtur, ꝙ talis vēditio fuerit nulla, quod sic ostēdo: ad hoc vt alienatio de re ecclesiæ facta teneat: requiritur, ꝙ interueniāt duo, videlicet debita iuris solennitas, & causa licita. hoc decidit tex. in c. tua. in versicul. nisi forte aliquid horum faciat, vt meliora prospiciat, & totius cleri tractatu atque consensu id eligat. de his quæ fiūt a præla. & in c. fine exceptione. in versicu. meliora prospiciat, & totius cleri tractatu. vbi ponūtur eadem verba. & probatur. in c. j. de rebus eccle. non alie. libr. 6. & Archi. in c. hoc consultissimo. eo. titu. li. 6. & tenet Hosti. in summa, de in integ. resti. §. in quibus. ver. in contractibus. & Io. Andr. in d. c. hoc cōsultissimo. & idem voluit idem Hosti. in d. c. tua. & videtur tex. in d. c. hoc consultissimo. in ver. in forma, & in casibus a iure permissis. idem tenet ibi Ioannes de Fātucijs. Io. de Imo. & D. Dñicus. & gl. Bar. in c. j. & ibi D. Anto. de in ītegr. resti. nā iura regulariter prohibēt alienationem rei ecclesiasticæ respectu causæ, & respectu formæ. & ita etiam tenēt moderni omnes scribētes in d. c. tua. & in d. c. j. & Dominicus in d. capi. hoc consultissimo. dicitur, ꝙ ita tenent communiter doctores, & facit quod habetur, in cap. alienationes. & in c. apostolicos. 12. q. 2. Simile dicimus in alienatione rerum minoris. l. magis puto. §. si æs alienū. ff. de rebus eorum. l. si quidem. C. de prædi. minorum. & sic requiritur causa licita, & debita iuris solennitas. licet Io. aliter dixerit. & in d. c. sine exceptione. & in summa. 12. q. 2. tamen opinio sua cōiter damnata. ergo sequitur, ꝙ in alienatione istius rei, seu petiæ terræ, fuit necessarium, ꝙ interuenirent duo. s. causa licita, & debita solennitas: sed licet interuenerit causa licita: quia pp ecclesiæ necessitatem fuit alienata: tamen non interuenit debita iuris solennitas: qa non interuenit auctoritas prælati. ergo sequitur, ꝙ talis venditio fuit nullius momenti. Præterea facit, quod voluit Bal. in l. fi. §. necessitate. C. de bo. lib. vbi alle. Archi. dicentem in c. nulla. 18. q. 2. ꝙ alienatio rerum ecclesiæ facta sine auctoritate episcopi est ipso iure nulla. & addit, quòd nec sufficit vtilitas ecclesiæ, si contra vim & auctoritatem canonum sit contracta, arg. l. si inquilinos. §. fi. ff. de leg. j. & subdit ibi Bal. ꝙ auctoritas, decretum & licentia semper sumitur esse de substantia actus: vt no. in d. l. magis puto. §. si æs. ff. de reb. eo. & subdit, ꝙ auctoritas interponitur, qñ agitur ipsum negotium, & parum post allegat. d. c. dudum. de rebus eccl. non alie. li. 6. & subdit Arch. in c. j. de re. eccle. non alie. lib. 6. se credere, ꝙ vbi īferior ab episcopo vult alienare, prius debet interuenire licētia episcopi, alleg. 12. q. 2. abbatibus. & c. placuit. 18. q. 2. c. in venditionibus, in princ. alias potest alienatio facta reuocari per episcopum. & idē Bal. in l. si decretum. C. de seruis reip. ma. dixit, quòd ista auctoritas debet interuenire in ipso fundamento actus, seu confestim, quando auctoritas requiritur ad esse rei: secus quando requiritur ad executionem rei. Sed in proposito nostro non fuit prius habita licētia ab episcopo, vt ista alienatio fieri posset, nec interuenit auctoritas in ipso actu, nec ïteruenit confestim: ergo sequitur, ꝙ actus fuit nullus: nec ēt potest ex interuallo venire, seu interponi auctoritas, & per consequens sequitur, ꝙ talis venditio fuit nulla. Facit, quod notabiliter dicit Barto. in l. si autem. ff. de aqua pluuia arcenda. & in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acq. hæredi. & Bal. in rubrica. C. de insti. & ī l. j. C. qui admit. facit etiam, nam omnis alienatio rei ecclesiæ facta, sine consensu & auctoritate epī est præsumptuosa & temeraria. & ideo reuocanda text. est in d. c. abbatibus. 12. q. 2. ver. alienare, vel obligare, sine subscriptione, & permissu epī non liceat, ꝙ si præsumpserit, degradet, qa qđ temerarie alienatum est, ordinatione epī reuocetur, & in ca. si qua de rebus. 12. q. 2. dr̄ rescindi ꝯ̄ctum. Et si quispiā dixerit, amice, tunc tpis qñ fuit celebrata dicta alienatio, non aderat eps, imo videbatur sedes epālis vacare, quia epatus erat litigiosus, & sic non potuit haberi auctoritas epī. Ad hoc respondeo, sede vacante clerici nihil possunt disponere de reb. eccle. 10. q. 2. c. si quis eps. Et si dicatur, fuit magna necessitas, pro vtilitate ecclesiæ alienare istam petiam terræ. ergo potuit fieri? Ad hoc respondeo, ꝙ debuit interuenire auctoritas superioris, ita dixit glo. in d. c. si qua de rebus. quę vult, ꝙ si est magna necessitas clerici possunt aliqua alienare, arg. c. precariæ. 12. q. 2. tñ de auctoritate superioris. ergo posito, ꝙ magna necessitas ad fuisset, vt ista petia terrę alienaretur, tamē fuit opus, ꝙ interueniret auctoritas superioris. Præterea facit vbicunque res est destinata ad aliquem pium vsum, iudicio & dispositione testātis, & potest ad illum vsum deputatum exequi, tunc non pōt in aliū vsum, etiam pium, conuerti nisi interueniat auctoritas superioris, & est tex. melior de corpore iuris in c. significatum. de præbē. secundum D. Ant. & facit cle. quia contingit. de relig. do. & quod no. Bal. in l. j. C. de his quæ pęn. no. & in l. monumenta. C. de leg. & in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cleri. & in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanc. eccle. & in auth. nisi rogati. C. ad Treb. & in l. cum alienā. C. de leg. & in l. dictam. C. de condi. ob cau. Bart. in l. legatum. ff. de vsufru. & in l. liberto. §. Lucius. ff. de annu. lega. & in l. j. ff. de condi. insti. & in l. fi. ff. de oper. pu. & in l. legatum. ff. de admi. re. ad ci. perti. doc. in c. nos quidē. & in c. fi. de testa. & in d. cle. quia cōtingit, sed in proposito nostro ista petia terræ, fuit relicta ab ipso testatore ad pium vsum, vt annuatim fieret vnum anniuersarium pro anima ipsius testatoris. ergo non potuit alienari, vt emeretur vnū missale, & sic alterari voluntas defuncti in alium vsum licet pium, nisi interuenisset auctoritas Romani Pontificis, adeo ꝙ dixit glo. in d. cle. quia contingit. ꝙ nō sufficeret ad hoc dispēsatio, aut permissio legati de latere, ergo multominus poterit hoc, permissione illorum rectorum parochianorum, & hæredum illius testatoris iam defuncti consensu, & permissione. Et si dixerit quispiam, amice, istud est verum; qñ res est apta ad vsum destinatū a defuncto: sed si nō sufficit ad illum vsum, tunc est secus. & ita formaliter

ter dicunt omnes scribentes in locis superius allegatis. Sed in casu nostro ista res est sterilis, & nullius effectus, aut commodi, nec sufficit pro adimplenda voluntate defuncti ad faciendas expensas pro anniuersario, ergo potuit ad alium vsum pium conuerti inconsulto Romano Pontifice: quia ad hoc rñdeo, tempore quo testator legauit dictam petiam terræ dictæ ecclesiæ, erat d. terra fertilis & cõmodosa, & vtilis & apta, & potẽs ad illum vsum destinatũ, sed ex post facto culpa & negligentia rectorum fuit effecta multum sterilis, & nullius vtilitatis: quia domini clerici sępenumero attẽdũt ad redditus præsentes de futuris verò parũ curant iuxta illud, quod vulgo traditur ad pręsens oua, cras pullis sunt meliora: vt dixit glo. in l. cum hi. ff. de transactio. Et ideo ista culpa & negligentia prælatorum, seu rectorum nõ debet nocere animæ defuncti, qui voluit sibi fieri anniuersarium pro anima sua, in c. piæ animæ defunctorum. 13. q. 2. nam pellem pro pelle, & omnia, quæ habet homo, donat pro anima sua, vt scribitur apud illum patientissimum Iob. & per consequens sequitur, ꝙ non deberet attendi præsens status, seu tempus, quo dicta petia terræ fuerit alienata ex post facto propter negligẽtiam rectorum dictæ ecclesiæ. Et iõ debet attendi principiũ & non finis, aut status tempore venditionis, iuxta no. in lege tertia. §. j. ff. de minor. & quod no. glos. in l. minorum. C. de his qui. vt indig. Et per consequens non valuit venditio ista, nec successor modernus teneretur curare, ꝙ D. episcopus interponat auctoritatem suam, vel confirmet ipsam venditionem. Et ista erant, quæ iudicio meo faciebant dubium in præsenti consultatione. ¶ Et quamquam ista sint colorata & apparentia satis: tamen casum nostrum non attingunt. ideo illis non obstantibus contrarium puto esse verius de iure: videlicet, ꝙ talis venditio tenuerit, & successor cogatur curare cum effectu, vt interponat suam auctoritatem Domi. episcopus. Et ista vltima sententia lata contra primam fuit iustè & rectè lata, quod sic ostendo liquide, & ad hoc ponderante omnia elegantem doctrinam Bal. in l. cõtra iuris. in prin. ff. de
1 pact. in finalib. verbis. vbi dicit, † ꝙ vbi agit̃ de fauore pupilli in contrahendo, pupillus habet idoneam personam: secus dicit in iudicijs, subdit postea. & ex prędictis apparet, ꝙ ecclesia potest facere contractũ sibi fauorabilem absque solennitate canonica, non tamẽ potest se obligare, not. in l. cum hi. §. eam. ff. de transa. vbi transactio vtilis alimentario valet & tenet inconsulto prætore. Et ibi etiam dicit idem Bal. ꝙ valet venditio prædij minoris, quando hæc venditio continet manifestam vtilitatem minoris, vel ecclesiæ, allegat no. in l. 2. ff. de acceptila. & quod no. in l. magis puto. §. si ęs. de re. eo. per Iaco. de Are. & qđ not. in l. fina. ff. de iure doti. & in l. secunda. ff. de offi. eius, & ibi etiam dixit Guliel. de Cu. quòd si res peruenit ad ecclesiam, quàm de necessitate hẽt alteri concedere, ꝙ in ista concessione non requiritur solẽnitas tractatus, & quòd interueniat auctoritas superioris, alleg. Gul. in l. magis puto. §. si fundũ præalle. & ff. de manu. vindi. l. si rogatus. §. quid ergo. l. qui potuerunt. ff. de manu. testa. Et per hoc ibi dicit Bal. ꝙ res consueta infeudari, possunt concedi sine solẽnitate. Facit gloss. quæ reputatur singularis, in l. 2. ff. de acceptila. quæ dicit, quòd licet pupillus non possit se obligare siue auctoritate tutoris: tamen secus si ex illa obligatione pupillus acquirit liberationẽ, & sic illa obligatio est sibi fauorabilis, & per consequens potest illam inire sine auctoritate tutoris. Et ibi dicit Ang. quẽ refert & seqt̃ ibi Io. de Imo. statuto cauet̃, ꝙ in contractu minoris debent interuenire consensus mundualdi, ꝙ si ille contractus est vtilis minor, valebit ille contractus non interueniente solennitate statuti: quia talis dispositio statutaria recipit illam limitationem, nisi ille contractus esset vtilis minori, aut pupillo. Et bene facit, quod voluit idẽ Ange. in consilijs suis, consilio vltimo. vbi consuluit Anconæ. Statuto cauebatur, ꝙ minor non possit cõtrahere, nec se obligare sine certa solennitate: tamẽ ille minor contraxit sine illa solennitate, & ꝯtractus fuit vtilis minori, ꝙ nihilominus valuit ille contractus sine illa solennitate. facit l. nõ ideo minus. C. de procurator. facit, quod voluit idem Bald. in l. quæcũ-
2 que. C. de bo. quæ lib. vbi dicit, quòd an† decretum, vel auctoritas debeat sequi post contractum, vel interuenire in ipso contractu: quòd in hoc dicit se putare, quòd debet attendi vtilitas ecclesiæ, alle. dicta l. cum hi. §. eam. de transac. & sic considerat vtilitatẽ ecclesiæ, an ista auctoritas debeat interuenire in ipso actu, an ex post facto. cum ergo in casu nostro ista venditio fuerit contracta propter vtilitatẽ ecclesiæ: sequitur, ꝙ potuit fieri sine auctoritate superioris. Et posito, ꝙ debuisset interponi auctoritas episcopi. tamẽ ex quo agitur de vtilitate ecclesiæ, potuit ista auctoritas interuenire ex post facto. Facit dictũ Bal. in l. 2. C. de seruis reip. manu. vbi refert quosdã magnos viros dicere, ꝙ auctoritas ꝑtoris potest interuenire ex postfacto, nec obstant superius allegata, ꝙ nõ possit ex interuallo auctoritas interuenire: quia possunt reduci ad ꝯcordiã, & inteligi, ꝙ vbicũq; ꝯctus tendit ad vtilitatẽ; & apparet vtilitas expresse; ꝙ tunc possit ex longo interuallo interuenire, aut sequi auctoritas: vt voluit ipse Bal. in d. l. quæcunq;. Et sic ad istam ꝯ-
3 sultationem potest dici, ꝙ † aut non fuit necessaria auctoritas episcopi, ex quo alienatio non fuit ecclesiæ dãnosa, & necessitas erat manifesta: vt voluit Bal. in præallegatis locis. & facit gloss. in dicto capitul. sine exceptione. & in summa, 12. q. 2. aut si fuit necessaria, potuit ex post facto, etiam ex longo interuallo sequi, ex quo vtilitas erat euidens. & est solẽnis & noua concordia ad iura inferentia contrarium: & ad doctores illam partem sequentes in locis superius pro contraria parte allegatos. & ad glossam in dicto capitul. in summa. & in dicto capit. sine exceptione. & isto modo possunt reduci ad concordiam. Præterea, quòd non requiratur auctoritas episcopi in ista alienatione, seu venditione. sic ostendo, ista petia ter
4 ræ † erat sterilis, infructuosa, & nullius vtilitatis ipsi ecclesiæ, & exigui precij: quo casu de istis exiguis nõ curat lex canonica adhibere tam scrupulosam curã, aut solennitatem: vnde tex. qui ponit gladium ad radicem in præsenti consultatione in c. terrulas. 12. q. 2. dicit terrulas, aut vineolas exiguas, & ecclesiæ minus vtiles, aut longe positas paruas episcopus sine ꝯsilio fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi habeat facultatem. & ibi dicit gl. ꝙ sine decreto possunt alienari exigueres. l. vlt. in prin. ff. de reb. eo 12. q. 4. capi. quibus. l. cum hi. §. si in annos. ff. de transac. & sic est ibi casus decidens istam quæstionem. Cũ ergo in proposito nostro ista petia terræ esset sterilis, & inutilis penitus, & magna necessitas ecclesiæ vrgebat illum alienare, tanquam inutilem: vt ecclesiæ prouideret de misseli propter diuinum officium. ergo sequitur, ꝙ potuit alienari inconsulto episcopo. Et si dicatur, amice, tex. iste loquitur in episcopo, respectu vero di
5 gnitatis † pontificalis multa specialia inducta sunt a iure: vt in ca. quia pontificali. de offi. de leg. li. 6. c. qa periculosum. de sen. excom. li. 6. ideo non est mirandum, si episcopus hoc facere poterit. Sed in casu nostro iste non erat episcopus, qui alienauit: imo erat rector ecclesiæ. ergo sequit̃, ꝙ ille tex. nõ vẽdicat sibi locũ in casu isto. Ad hoc respõdeo, ꝙ imo vẽdicat sibi locũ in rectore ecclĩæ inferioris: qa ille tex. nõ ponit

nit specialitatem in episcopo, imo ponit ius cōmune, & in dubio episcopi vtuntur iure communi. facit, quod no. in l. nō puto. ff. de iure fi. nisi in casibus expressis in iure. & ideo D. Dominicus. in dicto c. ter rulas. in primo notabili, intelligit illū tex. procedere in epō, vel in alio clerico: dū dicit, no. ꝙ eps, vel alius clericus prædia, vel vineas exiguas, &c. ergo multo magis pt alienare vineas steriles, seu petias terre steriles. & sic vr̄ ista qō decisa. Facit simile, quod dicit Bar. in l. leuia. ff. de accusa. ꝙ solennitas statuti dispo nens de accusatione criminum non habeat locū in crimine leui. Et qđ no. Bal. in l. si prædiū. C. de ędilit. acti. vbi dixit, ꝙ si statutum loquitur de vulnere, nō habet locū in vulnusculo. & quod habet in l. decurio. lib. 10. & in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex bre uic. recitādis. & in l. si oleum. ff. de dolo. & in l. Seio. ff. de integ. restitu. cum simi. Et sic sole clarius est, ꝙ in ista venditione non fuerit necessaria auctoritas, epi. & sic non oportet intrare illum laborem, an sit opus, ꝙ modernus successor teneatur agere, & curare, ꝙ D. Eps Fauentinus confirmet & apponat suam auctoritatē in ipso ꝯtu venditionis. Præterea facit, qđ voluit Bar. in auth. perpetua. C. de sacrosan. eccl.
6 vbi ponderat, ꝙ si res † qū fuit donata, aut tradita ecclesiæ, erat fertilis & fructuosa, & postea efficitur sterilis, & inculta: & conceditur in emphyteusim, attēditur status præsens: & sic posito ꝙ ipsa petia terræ, tpe, quo fuit concessa & relicta dictæ ecclesiæ, esset fructuosa: tñ si ex postfacto efficit̄ sterilis, & sine fructu, dēt attendi istud tps vltimum, & sic vltima tpa inspicienda sunt. Succedat tunc regula Bar. in d. l. legatum. ff. de vsufru. le. & doctorum in locis superius
7 allegatis, † ꝙ quoties pecunia relicta ad vnum vsum pium non est sufficiens ad illum vsum pium, potest deputari ad alium vsum pium per hæredes eius, qui legauit, nec requiritur auctoritas epi, vel superioris, vt ibi late distinxit Bart. ergo sequitur in proposito, ꝙ si ista petia terræ erat effecta sterilis, debuit attendi istud tps sterilitatis, & qa nec sufficiebat ad opus destinatum, potuit per hæredes illius testatoris, maximè interueniente consensu rectoris. d. ecclesiæ, & interueniente consensu aliorum rectorum congregationis, vt in puncto alterari. d. dispositio defuncti, & vendi, de pretio emi vnum missale pro exercēdo diuino officio in dicta ecclesia sine cōsensu superioris, seu episcopi: & ista, meo iudicio, videtur pura, & indubitata veritas. Præterea posito, non tamen concesso, ꝙ dicta venditio egeret interpositione auctoritatis epi: nihilominus ꝯtus factus, vt s. valuit. & in hoc accurate consideret dominus iudicans, in quo peccauit: qđ enim peccauit ille bonus sacerdos vendēs dictam petiam terræ. Primo ecclesia illa egebat missali, & opus erat vendere aliquam rem ecclesiæ minus damnosam, & sic vtile erat illi ecclesiæ tacere talem alienationem, vt cōsequeretur vnum missale, & inter res ecclesiæ ista fuit minus damnosa: nam fecit vocari omnes capellanos, seu parochianos, & hr̄des dicti primi testatoris, & aliquos rectores illius congregationis, & intimauit eis, & constitit eis de illa necessitate ecclesiæ, qa egebat vno missali, nec habebat, vnde posset illud emere: & ita adhibuit illam solennitatem, quam potuit, & eps non erat in diœcesi, seu in episcopatu, quia episcopatus ille erat litigiosus. vendidit autem cū hæc, ꝙ statim, ꝙ ecclesiæ illi prouideret de pastore, curaret, ꝙ episcopus approbaret, apponendo suam auctoritatem in illa venditione. modo res fuit vtiliter & prospere gesta ꝓ ecclesia ꝑdicta ꝑlato etiā absente, qđ dēbat facere iste rector: oportebat oīno prouidere ecclesiæ de vno missali pro officio diuino celebrando: vitiabitur talis venditio? Certè nullus animi tam agre-
8 stis homo diceret vitiari. nam † licet sacri canones velint, auctoritatē episcopi debere apponi in alienatione, tamen procedunt, quando habet ecclesia episcopum: sed quādo non habet episcopum, & necessitas cogit alienationem fieri debere, certè alienatio valet facta sub illa conditione, ꝙ prælatus apponet suam auctoritatem. vnde dicebat Raphael Cumanus in l. 3. §. toties. ff. de dam. infec. statuto cauet, ꝙ in ꝯtu minoris debeat interuenire consensus ꝓpinquorum: modo minor non habet ꝓpinquos, ꝙ nihilominus valebit contractus: quia ad illū casum, ad quem non adaptantur verba legis nō adaptatur eius dispositio: vt ibi. & in l. ita. in prin. ff. de admi. tu. & in l. qđ cōstitutū. ff. de testa. milit. & c. ex parte. de concess. preben. & c. indemnitatibus. §. sed cū eas. de ele. lib. 6. cum simi. quod dictum fuit Domini Bal. in l. in cōuentione. C. de nup. vbi dixi, statuto canetur, ꝙ in cōtractu minoris patre carentis requiratur cōsensus matris, & duorum ꝓpinquorum: modo iste minor celebrat cum matre, & contraxit cum cōsensu duorum propinquorum, nec iudex interposuit suum decretum, ꝙ nihilominus valuit contractus: quia tale statutū habet locum eo casu, quo minor habeat matrem, ita dicamus in casu nostro, ꝙ canones debeant intelligi, ꝙ auctoritas episcopi requirit̄ in alienatione rerum ecclesiasticarum apponi incōtinenti, vel in ipso actu, quando ecclesia habet episcopum, sed si non habeat, possit interponi ex interuallo, veniente episcopo, si erat magna necessitas, ꝙ ecclesia alienaret: vt ī casu nostro, & ista videtur pura veritas. Quinimo appensatè & cum oculo intellectuali animaduertat D. iudicans, quod bellissime tradidit Bal. in præallega. l. in coniunctione. vbi dixit in casu dicti statuti, ꝙ si mater, vel propinqui sint de partibus remotis, adeo ꝙ periculosa erat ipsi minori expectatio sine illorum cōsensu, etiam non interueniēte decreto iudicis, ille cōtractus valet: ita apertè, si bene ponderetur, dicit ibi Bal. alleg. l. multa testamento. ff. de conditionibus, & demonstrationibus. Modo in proposito expectatio episcopi erat periculosa ecclesiæ: quia carebat missali, & fraudabat ecclesia in diuino officio. Ideo optima, & solennis cautela fuit celebrare illam vēditionem, & reseruare auctoritate D. episcopi interponendam vsque ad tempus, quo ecclesiæ prouideretur de epō. Et ideo congruè & rectè potuit se obligare dictus rector ecclesiæ, ꝙ curabit, ꝙ auctoritatem faciet interponi, ab episcopo, cum eps præsens fuerit, & quia vtiliter res gesta fuit ipsi ecclesiæ, & ꝑꝑ maximam necessitatē, ideo transiuit talis obligatio rectoris in successorē. facit c. j. de solu. & qđ ibi notant oēs scribentes, & quod voluit D. Bal. in c. j. qui suc. tene. in vsib. feu. vbi dixit, ꝙ illud, quod bene actum & gestū est a prædecessore, tenetur successor habere ratum. Cum ergo in proposito nostro rector ecclesiæ gesserit vtilē, necessariam, & cōmodissimam rē ecclesiæ, ergo sequitur, ꝙ iste modernus successor tenetur ratificare illud gestū vtiliter. & per ꝯns tenebitur agere, & curare, ꝙ D. Episcopus apponat suā auctoritatem ad confirmandum ipsum contractum, licet in veritate contractus de se teneat, nec sit necessaria auctoritas episcopi per d. c. terrulas. vnde nescio videre, in quo defecerit dictus rector venditor dictæ petię terræ, cū fecerit & adhibuerit omnem diligentiā. imo in parte interuenit solennitas canonica, quia interuenit tractatus, ex quo vocauit rectores certarū ecclesiarum, & parochianos dictæ ecclesię, & hæredes illius testatoris defuncti, qui habent notas facultates ecclesiæ prædictę, tanꝗ parochiani, argu. l. si vicinus. C. de nup. & inter eos actum fuit, quomodo non erat alia res minus vtilis dictæ ecclesiæ, ꝗ d. petia terræ,

quæ

quæ erat sterilis, ꝙ nõ reperiebatur aliquis emptor, qui affetret ita iustum pretium. nam iste actus videtur esse tractatus de re ecclesiæ alienã. & ĩ ipsis, quatenus fuit, adhibuerunt. ꝙ statim, ꝙ episcopus esset, curaret ille rector venditor, ꝙ episcopus apponeret suam auctoritatẽ. ideo non videtur, ꝙ in aliquo pec cauerit. Et si dicatur, ꝙ in actu prohibito non statur

11 assertioni ipsius prælati, † ꝙ necessitas ecclesię ita requirit: qa imo probãda erit necessitas ecclesiæ: nec est standum assertioni eius in actu prohibito, vt est alienatio rei ecclesiasticæ, quæ regulariter est prohibita: vt in titu. de reb. eccl. non alie. hoc decidit Gul. de monte Lauduno, & refert Pet. de Anchar. in cle. j. de reb. ecc. non alie. & facit glo. in l. qui testim. ff. de proba. & qđ no. glo. Bal. & alij in l. illud. C. de sacrosan. eccl. & Bar. in l. per diuersas, C. mand. & in l. j. C. ne lice. po. & in l. si forte. ff. de cast. pecu. & in l. j. C. de mendicant. vali. lib. 11. & gl. & Bal. in l. si donatione. C. de colla. & tex. melior de corpore iuris, & ibi Ange. in l. etiã. §. ex præterito. ff. de manu. vind. Ad hoc respondeo, ꝙ istud obstat procedit enim quando sola assertio concurrit, sed quando concurrit non sola assertio ipsius rectoris alienantis, sed concurrit assertio totius, vel maioris partis parochiæ, quibus præsumitur esse nota conditio & facultas ecclesiæ, arg. no. ĩ c. ex parte. de testi. & ẽt cõcurrit assertio aliorũ rectorum aliarum ecclesiarum: tunc nõ videtur, ꝙ assertio tantorum virorum pręsumitur falsa & fictitia, ar. c. de quibus. 20. dist. & in c. canonicis. 19. dis. & l. j. ff. de senato. & l. Athletas. ff. de his qui no. infami. & sic non obstat dictum Guil. & sequacium. Item & posito, ꝙ esset sola assertio rectoris ecclesiæ alienantis: tamen si manifesta esset necessitas ecclesiæ, ꝙ sic alienaretur: etiam tunc staremus assertioni, ex quo constat manifestè de illa talis ecclesiæ necessitate: quia staremus certo & p̃sumptio & coniectura succũberet probationi. l. si certis annis. C. de pact. l. certa forma. C. de iure fi. lib. 10. l. cõtinuus, §. cum ita. ff. de verbo. obliga. cum simili. & iam manifestę erant facultates ecclesiæ, & manifestum erat, ꝙ ecclesia egebat missali, & missale fuit emptum de pretio illius petiæ terræ venditę, & sic non extat sola assertio illius rectoris ecclesiæ vendentis, & per consequens illa verba prolata in instrumento sunt vera, & præsumuntur vera, ar. l. ad probationem. C. de proba. & l. quanuis. C. si quis alteri vel sibi. ergo. Et sic videtur, ꝙ cogetur dictus successor modernus agere & curare, ꝙ dictus episcopus interponat auctoritatem suã, & confirmet ipsam venditionem. Nec obstãt allegata superius in ꝯriũ primo cũ capit illud assumptũ, ꝙ res ecclię alienandę reqrũt duo, cãm licitã & iustã, & debitam iuris solennitatẽ, quia multifariã ad hoc datur responsio. Primo posito ꝙ ita esset, ꝙ illa duo requirantur, vt communiter volunt doctores, tamẽ istud non vendicat sibi locum in casu nostro, quia ista erat alienatio rei tenuis, exiguæ, sterilis & nulli⁹, vel modicæ vtilitatis, quo casu non reqritur illa stricta solennitas canonica, sufficit enim necessitatẽ ecclesiæ imminere, vt alienetur. talis res, vt iam est superius ostẽsum. & iste est casus noster per dictum c. terrulas. ergo. Secundo respõderi potest & aliter, posito ꝙ ita esset, ꝙ illa duo debeant interuenire, tamẽ illud procedit, quando extat episcopus, cuius auctoritas haberi posset, tunc procedant Canones ita sancientes, sed si non extabat tẽpus, quomodo poterat adhiberi illa solennitas episcopi auctorantis p̄ ea, q̄ superius dicta sunt. Itẽ & tertio põt r̃nderi, ꝙ iã in casu nr̃o fuit adhibita ĩ p̃te illa solẽnitas, qa iã interuenit tractat⁹, vt superi⁹ dixi. licet eñ nõ ĩteruenerit auctoritas epi: iõ hoc accidit: qa impossibile erat ipsis partibus, ꝙ dicta authoritas interponeretur, cũ non adesset episcopus: & ideo fecerunt quantum eis fuit possibile. Item potest & aliter responderi, ꝙ procedat illa cõis opinio eo casu, quo illa auctoritas nullo modo interueniret: sed qñ interueniret ex postfacto, & partes tp̃a alienationis sibi cauissent de illa auctoritate interponenda: tunc esset secus. Item potest responderi, ꝙ illud est verum, qñ nõ apparet de vtilitate ecclesiæ: quia tũc procederet illud dictum, sed quando vtilitas, aut necessitas ecclesiæ, esset euidens, vt in casu nostro: tunc esset. vt voluit Bal. in locis superius allegatis, & Guliel. de Cu. relatus superius, & sic non obst. illud contrarium. Nec obstat, cũ dicitur, quòd auctoritas superioris in ipso actu, vel parum post: qa illud est verũ, qñ est possibile partibus illã posse haberi, sed qñ est impossibile, vt fuit in casu nostro, & necessitas ecclesiæ hoc requireret: tunc esset secus. & iam superius dedi optimã & nouam responsionem ad hoc. Nec etiam obst. cum dr̃, ꝙ omnis alienatio est temeraria, si non fiat cum auctoritate episcopi, quia concedo, qñ illa alienatio illam requirit: sed in casu nostro illam nõ requirebat ista venditio rei sterilis, vt dictum est. Item illud est verum, qñ potuit adhiberi auctoritas epi: sed hic nõ potuit: & iam ex superius dictis apparet. Item apparet alia solutio ex supradictis ad istud ꝯriũ, & sic nõ ob. Nec etiam ob. cum dicitur, ꝙ non potuit alterari volũtas defuncti. per no. in d. l. legatum: quia illud non militat in casu nostro, quia illa res sterilis non erat sufficiens ad vsum destinatum, vt iam superius dixi. Et facit notabile dictum Io. And. in capi. fin. de

12 testa. vbi voluit, ꝙ † si legat aliquid pro faciendis nouis capellis, & sunt aliæ capellæ dirutæ, ꝙ illa pecunia est conuertenda ad reparandas illas capellas dirutas, ita in proposito debuit & potuit alienari illa sterilis terra pro emẽdo missali, quo ecclesia illa mirũ in modũ egebat. Nec obstat de illo anniuersario, quia iam prouisum est, vt apparet ex illo instr̃o. Nec obst. cum dr̃, ꝙ res erat fertilis tp̃e, quo fuit relicta ecclesiæ, quia illud tempus non est attendendũ, immo debet attendi tempus, quo fuit vendita, & sic tẽpus, quo erat sterilis, vt in d. auth. perpetua. C. de sacrosanctis ecclesiis. & superius dixi. Et sic ex supradictis concludo, ꝙ ista alienatio nõ requirebat auctoritatem episcopi, & posito, non tamen cõcesso, ꝙ requireret, tamen satis fuit, ꝙ rector ecclesiæ se obligat & curare, ꝙ episcopus apponeret suam auctoritatem, & etiam talis obligatio transiuit in successorem. Et sic concludo.

EPITOME.

¶ Cum quædam Canonica ecclesiam quandam de Raffanaria ab Abbate & monasterio Sãcti And. acquisiuisset, Prior dictæ Canonicæ, ab Episcopo Fauentino licentiam eam reædificandi, & si quod ius in ea in spiritualibus haberet, sibi dari & donari pro ipsa Canonica petiit, & obtinuit, canonicis ipsis etiam consentiẽtibus, & licet illa iuris fuisset episcopatus Fauentini: tamen valuit illa donatio, cũ esset rei alioquin modicæ, ruinosæ omnino reædificãdæ pio loco, & viris religiosissimis facta. Sed cum instrumento donationis huius comprehẽsum esset, eam ecclesiam quæsitam fuisse ab Abbate, & monasterio illo, atque ita episcopus certior factus esset, eam ad se non pertinere, nec contradixisset? Et rursum cum ab ipso episcopo collectam rector illius ecclesiæ soluere noluisset, eiusq; appellatio ad summum Pontificem publici notarii manu scripta extaret: deinde nulla institutio, nulla collatio

ab illo facta appareret, ea omnia coniuncta probabant illam de Raffanaria ecclesiam, ad eum episcopum, licet in suo territorio sitam non pertinuisse. Idque bullis Eugenii Papæ, vel maxime constitit: quibus Abbatis donatio specifice confirmata fuit, proinde cum ab episcopo Fauentino illius donatoris successor cuidam ecclesia illa de Raffanaria collata esset, petiit dictæ Canonicæ prior, Canonicã, idest monasterium redintegrari, & in possessionē restitui dictæ ecclesiæ de Raffanaria, & omnium iurium & pertinentiarum, & dictam ecclesiam restitui, relaxari, & dimitti, ius & iustitiam ministrari: probat autem vtrumque suo libello cōprehensum petitorium & possessorium, vnde iure optimo sup vtroque Iudex in fauorem prioris & Canonicæ, ferre sententiam potuit. Nam licet Episcopus hic in quasi possessione conferendi esse videretur, ꝙ iam semel eam ecclesiam contulisset: tamen cum sciens dictam sui prædecessoris legitimam donationem contulisset, collatio nulla fuit, & prorsus inutilis, videlicet a malæ fidei collatore facta.

SVMMARIVM.

Donatio rei ecclesiasticæ modicæ a prælato consentientibus canonicis valet, & maxime pietatis causa facta. nu. 1. & 2.

Prælatus fauore ædificandæ ecclesiæ, potest ecclesiæ præiudicare. nu. 3.

Reædificare dicitur de nouo. nu. 4.

Patientia præiudicat. nu. 8.

Plura coniungi possunt etiam modica ad vnum effectum probãdum. nu. 7.

Confirmatio specifica dat robur & firmitatem ei, quod inualidũ esset. nu. 9.

Possedisse videtur, qui post acquisitum ecclesiæ dominium reædificauit eam. nu. 11.

Possessionem probant antiqua fama. nu. 12.

Possessorium & petitorium simul cumulari possunt: & probato vtroque, super vtroque pronunciandum est. nu. 14. & 19.

Clausula, ius & iustitiã ministrari, in libello posita, complectitur tam petitorium, quàm possessorium. nu. 17.

Conferens existens in quasi possessione cōferendi, bonæ fidei esse debet, alioquin nihil agit. nu. 19.

Episcopus ius canonicum se scire præsumitur, & custos eius nō violator esse debet. nu. 20.

Malæ fidei possessor est, cui denunciatum est, rem, quam possidet, alienam esse. nu. 12.

CONSILIVM LXIII.

EXaminatis & maturè pēsatis oībus huius processus instrumentis, priuilegijs, cōfirmationibus & responsionibus ad positiones factis, est primo vidēdũ, si donatio facta p reuerēdum dominum Episcopum Fauentinum dictæ Canonicæ, de prædicta ecclesia, quæ deducta est in conflictum huius hęsitationis, valuerit & tenuerit. Et circa hoc est pōderandũ est ipsum instrm donationis, cuius verba hęc sunt prior petijt eidem dño Epo licentiam reædificandi ecclesiam de Raffanaria, quã dicta Canonica acquisiuit a monasterio Sãcti Andreæ: & petijt similiter eidem dño Epo, ꝙ si quod ius habet in spiritualibus in d. ecclesia, sibi dari, donari, & concedi per ipsum pro ipsa Canonica, qui D. Eps pro se, suisq; successoribus cōsentiētibus suis fratribus infrascriptis, amore Dei, & B. Virginis Marię, dedit, tradidit, & donauit eidem domino priori recipienti pr o se, & suis successoribus in eadem Canonica in per rpetuũ omne ius, qnod ipse nomine sui epatus habet in d. Ecclesia de Raffa. promittens D. Eps per se & suos successores dictam donationem nō reuocare. Ista sunt formalia verba ipsius instri donationis. Circa quod ꝯsidero plura. Primo, ꝙ posito, ꝙ dicta ecclesia esset tunc de iure Epatus Fauētini: nihilominus valuit &
1 tenuit talis donatio. qa fuit de † modica re, & facta consentientibus canonicis hoc probat text. in c. fraternitatem. de dona. ver. prędecessor tuus graues donationes rebus epatus fecit in detrimentum ecclesiæ suis canonicis inconsultis: vbi ideo successor reuocauit donationes factas per suum prædecessorē: quia erant graues & inconsultis canonicis factæ. ergo a contrario sensu, si non erant graues: sed modicæ, & consentientibus canonicis factæ, tenuerunt: nec potuerunt reuocari per successorē. valida enim est argumentatio a ꝯrio sensu: vt l. j. §. huius rei. ff. de officio eius. c. publicato. de elect. c. cũ apostolica. de his quæ fi. a præla. l. j. §. j. l. ex eo. ff. de testa. cũ si. & ita tenet reuerendus D. Abbas consiculus meus in d. c. fraternitatem. & ibi etiam dicit in suis finalibus verbis post alios, ꝙ si prælatus cōsentiente capitulo do-
2 naret † rem eccclesiæ causa pietatis: tunc valeret talis donatio, nec posset reuocari per successorem: secus dicit, si talis donatio esset multum grauosa ecclesiæ: quia tunc reuocabitur per in integrum restitutionem, & hoc tenet gl. ibi in verb. graues, quæ dicit: ergo a ꝯrio sensu, si non sunt graues nō reuocantur. allegat. c. cæterum. eo. titu. Et facit d. c. cæterum. vbi prælatus etiam regularis pōt aliqua donare de rebus ecclesiæ, & hic ratione administrationis libere, quam habet in rebus ecclesiæ, nã quemadmodum tutor non habet proprietatem in rebus pupilli: & tamen aliqua donare potest, iuxta not. in l. cũ plures. ff. de admi. tut. ita & platus. Facit l. filius. ff. de dona. vbi dr, ꝙ si filius habet liberam administrationē, potest ex iuxta causa donare, ergo ita est dicendum de prælato in rebus ecclesiæ: vt in c. cum nobis. de electio. c. is cui. eo. tit. lib. 6. Facit tex. optimus in c. pastoralis. de dona. in ver. si Episcopus ecclesiam viris religiosis conferat de consensu patroni, patronus, qđ suum est, conferre videtur, & episcopus, qđ temporaliter obtinet in eadē: postea ĩ fi. ibi dicit, sed vt epi donatio sit legitima, consensus est sui capituli requirendus. vbi est casus formalis, decidens in terminis quæstionem nostram, vbi potest episcopus cum cōsensu capituli donare & ꝯcedere ecclesiam religiosis viris. Modo in casu nostro ista ecclesia erat ruinosa, & opus erat reędificatione, quo casu si esset res temporalis, potuisset concedi, vt est notabilis text. in c. ad aures. de rebus eccle. nō alie. & etiam potuisset concedi laico, vt ibi, & etiam potuisset ꝯcedi sine solennitate: vt est tex. in c. terrulas. 12. q. 2. Angel. in authē. de alie. & emph. §. si vero aliquis. Et etiam qa erat talis illa donatio, ꝙ nō erat grauis ecclesiæ, nec illam lędit enormiter posito, ꝙ non fuisset ruinosa, poterat eps cum cōsensu capituli donare pio loco, & maxime viris religiosis, vt s. est ostensum. & etiam quia iura mirum in modum fauent fabricæ & reparationi ecclesię, vt in specie est tex. in c. fi. de testa. & quod ibi no. sing. Io. And. quo casu derogatur solennitatibus iuris, vt ibi no. & etiam lex fauet rei tēporali sterili, sed redditur ad culturã, vt dicit text. cum gl. in d. c. ad aures. Modo oĩa ista concurrunt in hoc donatione. Primo donata fuit ab episcopo consentientibus capitulo seu canonicis capituli, secundo fuit donata loco pio & viris magnę religionis, & de eorũ solēni religione attestat̃ obseruandę memoriæ d. Eugenius Papa quartus, & alij Romani Pōtifices in

in suis priuilegijs, in isto iudicio ꝓductis. Tertio erat
3 ecclesia † ruinosa egēs reædificatione, quo casu succedit regula solennis. d. ca. cum dilectus. coniuncta gloss. sua, & sequuntur ibi omnes scribentes communiter, ꝙ in ędificanda ecclesia potest eps consentire pacto in præiudicium sui episcopatus & suorū successorum, puta quòd institutio, seu confirmatio capellani ad illam ecclesiam non spectet ad epm, aut eius successores, & hoc fauore ędificādę ecclesiæ, vt qs facilius inducatur, aut ꝓuocetur ad ędificandam ecclesiam, disponūt iura, ꝙ validum est pactum derogatorium iuris cōmunis: & etiam est ratio: quia non agitur de iure quæsito: sed agitur de iure quærēdo, quo casu facilius abdicatur a nobis ius quærendum, q̄ ius quæsitum: vt l. quid autē. ff. quæ in frau. cred. l. si sponsus. §. si maritus. ff. de dona. inter vir. & vxo. Adeo ꝙ prælatus potest præiudicare ecclesiæ in rebus quærendis; vt cōsuluit D. Fed. de Senis, ɔsi. no no. & no. Bal. in l. si pupillorū. C. de repu. hære. & in l. contra iuris. ff. de pac. do. Car. in c. tua. de his q̄ fi. a præla. & in c. vt super. de rebus ec. non alie. & ibi per dominum meum Ioannem de Imo. & per D. Card. c. potuit. de loca. Lapus allega. 16. al's 15. do. Ant. in c. j. de dolo & contu. & ibi per alios Bald. in authē. si qua mulier. C. de sacrosan. ec. & qđ no. Salyc. in l. pactū curatoris. C. de pac. & Inno. c. admonet. de renū.
4 ita dicamus in † ecclesia deletū reædificanda. nam ille, qui reędificat, dicitur facere de nouo: vt no. Bar. in l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de oper. no. nun. vbi dicit, ꝙ ille, qui reficit, de nouo facit, allegat. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. oblig. & idem voluit Angel. in l. j. §. si quis ædificium. ff. de ope. no. nū. & facit, quod no. Bal. ī l. si vt proponis. C. de nup. vbi dicit, ꝙ si ecclesia est destructa, & postea reædificat, nō dicitur eadem ecclesia, sed noua. Facit, quod no. Bar. in l. j. §. si is qui ædes. ff. de dam. infec. vbi dixit, ꝙ si quis obligat se alicui habenti domum in villa: dare de aqua recenti in æstate, ꝙ destructa domo expirat obligatio: licet domus reficiat. facit l. cum alijs. C. de cur. fur. vbi si furiosus efficitur sanæ mentis, expirat officium curatoris, & si postea reuertat furor, dicitur dari sibi nou⁹ curator. Facit, quod no. Nicolaus de Matarellis ī l. j. C. de iure emphy. ita dicamus in casu nostro, ꝙ reædificata ista ecclesia dicitur noua ecclesia, & per consequens sicut in ecclesia ædificanda de nouo poterat apponi pactum derogans iuri episcopali & successoribus in episcopatu. ita & eodem modo poterat apponi illud pactum in ea ecclesia reædificanda, & est subtilis & noua consideratio in ista consultatione quo ad ipsum instrumentū donationis factæ per Do. epm. Et procedit hoc eo casu quo, illud pactū apponeret ab ædificante, quicunq; esset ille, siue laicus, siue religiosus: vt ī d. c. cū dilect⁹. ergo multo magis ꝓcedit eo casu, quo qs est religiosus, aut pius locus, petens illud pactum apponi. ideo poterit episcopus cōsentire. Et sic vbicūq; nō ɔcurrerēt tot cāæ optimæ, vrgentes & necessariæ ad validādā dictam donationē, causa tñ esset sufficientissima propter fauorem reædificationis ecclesiæ, & sic indubitāter in omni seuerissimo aut æqſsimo foro, animose dici posset, istā donationē factam ꝑ D. Episcopum valuisse, & tenuisse, cum multifariè, multisque modis verissimis, & indubitatis ostēsum est, talē donationē valuisse, posito ꝙ dicta ecclia spectasset
5 ad ius & dominiū † ecclesiæ Fauentinæ: cum in eius diocesi existat, habet ipsa ecclesia Fauentina fundatam intentionē, ꝙ ad eam spectat c. omnes basilicæ. 16. q. 7. cum si. Sed ego dubito multum de hoc: quia in ipso instr̄o dr̄, ꝙ dicta Canonica acqsiuit illam ecclesiam de Raffanaria a monasterio Sancti Andreę, de quo superius dictū est, & sic certiorauit dn̄m Episcopum Fauentinum, & sibi notificauit, ꝙ illam ecclesiam prior p̄dictus habuerat ab illo Abbate, & vi debat asserere, ꝙ ad epm nō spectabat: & Do. episco
6 pus non ɔ̄dixit: quo † casu illa patientia præiudicat domino episcopo, per cle. j. de procur. & l. fideiussor. §. pater Seij. ff. de pigno. & quod no. Bartol. in l. sępe. ff. de de re iud. & Inno. in ca. in nostra. de procura. & & in c. ex parte decani. de rescriptis. & in c. cum in iure peritus. de offi. deleg. & Archi. in ca. q ad agēdum. de ꝓcur. li. 6. Cy. ī l. si pecuniam. C. de neg. gest. facit l. j. §. magistrū. ff. de exercito. & l. sed & si pupillus. in prin. ff. de insti. & l. fi. ff. quod cum eo. Eoq; magis; quia apparet, ꝙ olim dn̄s eps voluerit īponere collectam rectori dictæ ecclesiæ de Raffanaria, tanquā esset sibi subiecta: & ille noluit soluere, allegans se non teneri ad hæc, & etiam appellauit ad sedē apostolicam, ab illo præcepto soluendi collectam, & apparet appellatio scripta manu notarij publici, & ēt reperitur ecclesia reædificata, vt in fine ostendā, quæ oīa arguunt & inferunt illam ecclesiam de Raffanaria esset suppositā iuri alterius, q̄ epi Fauentini: licet sit posita in territorio dięcesis Fauentinæ; tum etiā quia non apparet, ꝙ aliquo tp̄e epi Fauentini contulerint illam ecclesiam, aut ad illā aliquem instituerint. cōiungēdo oīa ista insimul, videtur derogatum iuri communi, aut priuilegio, aut præscriptio-
7 ne, nec est absurdum † coniungere plura insimul ēt modica ad vnum effectum probandum, & sufficit illo modo probatio. hoc decidit gl. quæ communiter allegatur ꝓ singulari in l. 2. in prin. ff. de excu. tu. Bar. ī l. j. §. itē Cornelio. ff. de qō. Bal. & Sal. in l. sciat. C. de proba. glo. in c. accedens. el 2. vt lit. non contesta. & in c. tertio loco. de probat. & ibi D. Ant. in c. cū causam. de proba. Bal. in rubrica, de controuer. inuesti. & in l. 3. C. ad l. iul. maie. & per glo. in l. 3. §. eiusdē. ff. de testib. & Io. de Imo. in c. veniēs. el 1. de testi. do. Petrus de Ancha. consi. 265. ita in proposito nostro erunt coniungendo omnia ista ad probādum istud totum. Et si dicatur, amice, istud prior perdidit omne ius, quod acquisiuit ab illo Abbate, eo ipso ꝙ adiuit dominum episcopum Fauentinum, ad petendum sibi donari illud ius, quod habebat ipse episcopus in dicta ecclesia. Ad hoc ego respondeo, ꝙ illud
8 nō est verum, imo † est a iure permissum, ꝙ quis acquirat plures titulos a diuersis & pluribus, quando dubitat, ne primus conferens non habeat ius conferendi: vt est tex. singularis, & aureis literis scribēdus in c. post electionem. de concess. præben. & ideo cautè & prudenter ille pater prior procurauit quærere sibi alium titulum. Et etiam est accuratè ponderandum in isto casu: quia prior ille non asseruit, aut affirmauit illud ius competere dn̄o ep̄o, imo sibi patefecit, ꝙ iam habuerat donationem illius ecclesiæ a domino Abbate, & ideo petebat, ꝙ si qđ ius D. eps habebat ī dicta ecclesiæ, donaret dicto monasterio: & sic non assertiuè, nec affirmatiuè dixit, Episcopū habere ius in dicta ecclesia: sed si aliquod ius haberet, illud donaret: Et sic licet d. ecc̄lia ęsset sita in diocesi Fauentinæ ecclesiæ, nihilominus ius in ea competebat dicto Abbati primo donatori: vt apparet ex non contradictione, & taciturnitate illius domini episcopi Fauentini. Et etiam quia dicta donatio apparet confirmata per Romanos Pontifices. Et ēt qa multę de illis ɔfirmationib⁹ sunt exēplatæ manu publici notarij, auctorante vicario D. Epi Ferrariēsis, & D. Archiepiscopi Rauennatis: & tunc est adhibēda fides, iuxta no. in auth. si quis in aliquo documento. C. de edē. Et ēt qa ɔfirmatio dn̄i Eugenij emanauit
9 in forma specifica † & solēni. apponēdo clausulā certæ scientiæ, vt apparet ex tenore ipsius bullæ, quo casu si fuisset inualida illa donatio, ꝙ nō est dicendū,

quia

q̃a imo fuit valida, q̃a interuenit ꝯsensus capl'i, nihilominus sortita fuisset robur, & firmitatē ex illa ꝯfirmatione in forma specifica facta: vt no.gl.Inn.& oēs scribentes in c.j.& 2.de ꝯfir.vtil.d.Anto.in c.quoties. de proba.Bal.in l.ex placito.C. de re.permu.dixit, ꝙ si Papa ꝯfirmat statuta spoletana ex certa scientia, ꝙ non dicuntur amplius statuta spoletana: sed sunt effecta papalia, & veniens ꝯ illa dicit̄ transgressor papalium statutorum. Et facit, quod ille voluit in tractatu scismatis posito in ti.C.si q̃s aliq. testa.ꝓhibe. & in l. adoptio.ff.de adop. & q̃d ipse voluit in l.ex verbis.C. de dona.inter vi. & vxo.& in l.& q̃a.ff. de iur.om. iudi. & ibi Bar. & sic ꝯcludendū est, donationē tenuisse. Et ēt nō est clarum, ꝙ Ep̄us Fauentinus habuerit aliquod ius in dicta Canonica, ꝯsiderata donatione illius Abbatis, & ꝯdictiones illius rectoris in appellādo a præcepto soluēdi collectam D.Ep̄o Fauentino. Et considerata etiam taciturnitate ipsius epi, & per ꝯn̄s sequitur necessario, ꝙ ex ista donatione fuit trāslatum dn̄ium in ipsum monasteriū donatariū: vt dicit tex.in l.fi.in versi.donationis titulo aliq̃d dederit.
10 C.de sacrosf.ec.vbi † ex donatiōe vel vēditione eccl'ia acq̃rit dn̄ium, vel monasteriū: vt ibi hr̄. ergo seq̄t, ꝙ dn̄ium est penes ip̄m monasteriū, & p ꝯn̄s ī petitorio debebit obtinere D.prior tanq̃ dn̄s dictę ecclię, & sic dn̄iū erit adiudicādū dicto monasterio. ¶ Restat nūc videre, q̃d in possessorio. vtrū in possessorio dēat obtinere dict⁹ prior, an D.Ep̄i, seu ipse rector dictę ecclię. Et quo ad istud ē oīno necessariū dicto priori ꝓbare, ꝙ aliq̄n possederit dictā ecclīā ad hoc ꝙ ꝯpetat sibi remediū c. reītegrāda. 3.q.1.& ꝙ fuerit eiect⁹, & ad hoc ē summope aduertēdū si dict⁹ prior possederit dictā
11 ecclīam. Et ad hoc dd̄m, ꝙ vr̄ ꝓbasse: paret, q̃a iā † ex instr̄o donationis factæ p dn̄m ep̄m apparet, ꝙ eccl'ia erat ruinosa, & post donōnē fuit reędificata, & iā prior habuerat & petierat l'iam reędificādi, & sic ex quo erat ruinosa, & post donationē fuit reædificata: & iā petierat illam, vt eā reædificaret, seq̄t, ꝙ p̄sumit̄ reædificata a dicto priore. ergo p̄sumit̄ post acq̄sitū dn̄ium ꝙ habuerit possessionē, reædificando illā. hoc decidit tex.ī l.q̃d plerūq; C.de alimē.pup.præ.vbi pupillus p̄sumit̄ alimentatus a tutore, & arg.illius l. dixit Bar. ꝙ si testōr iussit depingi aliq̃ imaginē in certo loco per hæredē suum, & rep̄itur postea ibi depicta, ꝙ p̄sumit̄ depicta ab hærede, cui incūbebat, quia sumptus non p̄sumit̄ fieri ab aliquo, nisi ab eo, cui incumbit de necessitate secundum Bart. quod Bald.in d.l. quod plerūq; credit eē verum, & ibi ēt Saly.seq̄t illud dictum Barto.& istud ēt voluit Barto.in l. cum seruus.ff.ver. ob.& in l.2.ff.de condi.& demon.& bene facit, quod no.Bar.in l.si q̃s ad declinandam. C.de epi.& cle. Cū ergo in proposito reperiatur ecclesia reædificata, p̄sumitur, ꝙ fuerit reædificata per priores & monacos illius monasterij, cui donata fuerat: concurrente illa coniectura, ꝙ rector dictæ ecclesiæ noluerit soluere collectam Ep̄o Fauentino, & appellauerit a præcepto suo præsumitur ex istis, ꝙ fuerit dictum monasterium in possessione dictæ ecclesiæ. Facit, quod no.in l.Titia.ff.de solu.& ī l.litibus.C.de agri.& censi.li.11. & in l.qui vniuersas.§.colonum.ff.de acquirē.pos.& in l.quamuis.§.j.eo.titu. & gloss. in capit.cum venissent.de restitutione spo. & quod hr̄ in l.filiusfa.§. di-
12 ui.ff.de leg.j. Et maxime, si † cōcurreret, fama, quòd dictum monasterium possedit, seu reædificauit dictā ecclesiam data ista antiquitate, & vetustate tēporis, arg.eius, quod notant duę gloss. solitariæ in iure, videlicet in l.proprietatis.C.de proba.& in l.at qui nā. §.cum me absente.ff. de negoc.ge. & quod ibi refert Ang.& quod dicit Bal.in dicta l. proprietatis. & Inn. in capitul.veniens. & in capitul. quid per nouale. de verbo.significat.& Domi.Anto. & alij in ca.veniens. de testi.Bal.in l.indica.C.de rei ven.& p ꝯn̄s vr̄ ex istis probata possessio ex parte ipsius monasterij, ex quo apparet de dn̄io, ꝯcurrentibus supradictis. ergo ista possessio dn̄i Ep̄i recentior præsumitur vitiosa & clādestina.l.siue possidetis.C.de ꝓba.c. licet causam.e. tit.Bar.in l.si duo.ff.vti posside. ergo sequit̄, ꝙ dictus prior venit reintegrandus ad possessionem dictæ ecclīæ, p tex.in d.c.reintegranda. vbi deiectus, & spolia-
12 si iste † vsufructuarius omnium bonorum voluisset soluere, seu debuisset soluere debita hæreditatis, & legata, de vsufructu sibi relicto parũ & nihil habuisset, & forte potius habuisset refundere de suo, quo casu posito non tamen concesso, ꝙ onus soluẽdi æs alienum spectabat ad ipsum vsufructuarium: vt voluit Bartol. nihilominus eo casu, quo nihil fiũt parũ habuisset vsufructuari⁹ de vsufructu sibi legato, quo casu non loquitur Bartol. nec etiam est verisimile, ꝙ senserit eo casu, quo nihil remansisset penes vsufructuariũ de vsufructu legato, soluendo onera æris alieni & legata, dicto quòd nullo modo teneturſ, & ad hoc allego gloss. valde elegantem in l. si vero composita. §. final. ff. de testamento mili. vbi falcidia est detrahenda non solum de legatis factis in testamento, sed etiam de relictis in codicillis, si hæres nõ posset consequi integram quartam detrahendo de relictis in testamento, & gloss. j. dicti, quòd hæres non posset detrahere totam quartam de relictis in codicillis, quia sic nihil eis remaneret. Et ideo superioribus diebus in accidentia facti fuit consultum per solennes doctores, & ego etiam consului, quòd hęres non poterat detrahere totam quartam totius hæreditatis fideicommissario vniuersali, si illam non detraxit a legatarijs. iuxta not. per Bartol. & Angel. in l. Marcellus. §. quòd autem. ff. ad Trebel. fuit consultum, quòd si detrahendo quartam totius hæreditatis ex fideicommisso absorberet totum fideicõmissum, & nihil remaneret penes fideicommissarium vniuersalem, quòd tunc non potest hæres detrahere fideicommissario vniuersaliſ, nisi quartã eius, quòd restituit illi fideicommissario, & nõ quartam totius, ne fideicommissum esset inane, vacuum, & frustratorium, seu vt ita dixerim verbale, & allegaui illam gloss. in d. §. fi. & quod not. Bartol. in l. in quartam. ff. ad l. falcidiam. Ita erit aptè & congruè dicendum in casu nr̃o ex quo iste vsusfructus esset inutilis verbalis & frustratori⁹, si solueret legata & onera æris alieni. Ergo posito & non ꝯcesso, ꝙ regulariter vsufructuarius omnium bonorum teneretur ad æs alienũ scd̃m, & etiam ad legata, nihilominus nõ teneretur eo casu, quo esset inanis, vacuus, inutilis, & informis, vt esset in casu nostro, quod non esset dicendum, qa imo testator voluit, ꝙ dictus vsufructuarius haberet vsumfructum, & hoc optimè probat textus in versiculo sinautem legata. vbi dicit text. quòd pater debet soluere legata de reditibus, si sufficiunt, sinautẽ non sufficiunt, vendat res hæreditarias. Ita dicamus eo casu, quo nihil, aut parum consequeretur legatarius, ꝙ debent solui de rebus ipsis, quia ex quo venit ad vsumfructuarium, ex expressa vnlũtate defuncti,

13 seruanda erit voluntas illa, alias nihil † operaretur, quod non est dicendum. imo verba improprientur, vt voluntas testatoris non sit frustratoria: vt in l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. ff. de conditionibus & demonstrationibus. lege, & Proculus. ff. de vsufruc. cum sim. Facit etiam, quod voluit glossa solennis in lege, sed & si quid. § proprietatis. ff. de vsufruct. quæ dicit, quòd latior fit interpretatio, quando legatur vsusfructus. Præterea facit, quod voluit Baldus in lege, prima. C. de fructibus & litium expensis. vbi dixit, quòd si maritus leganit vxori vsumfructũ omnium bonorũ, quòd in tali legato intelligitur deductum æs alienum: & ideo æs alienum præfertur legatario vsusfructus bonorum. allegat legem finalẽ. §. & si præfatam. C. de iure deliberand. & sic firmat Baldus, quòd in legato pręfato intelligitur æs alienũ deductum. ergo sequitur, quòd non est soluendum de fructibus & accessionibus bonorũ, imo ante omnia de dictis bonis soluetur omne æs alienum. Et idem Baldus in præallegata lege prima, in versi. pone testator iussit filiam suam maritari alicui, qui haberet in patrimonio mille: modo habet possessiones valentes mille, sed habet multa debita respondet, ꝙ

14 ista debita corrodunt ista mille iuris intellectu, † ad quem intellectum debent adaptari hominum dispositiones, sed disputationes: vt lege mulier bona. ff. de iure do. l. si vniuersa. C. de leg. Ita ibi residet Baldus. ergo, & c. ita dicamus proposito nostro, quod eo ipso, quòd testator legauit vsumfructum omnium bonorum, videtur ademisse æs alienum, & per consequens debuit vendi tantum de dictis bonis, quòd solueretur æs alienum. Et per consequẽs ista sunt duo verissima, & omni iuri cõsona, ꝙ vsufructuarius omnium bonorum nullo modo teneatur ad soluendũ legata relicta ab ipso testatore. & hoc voluit idẽ Baldus in præallega. lege finali, de vsufruct. leg. & etiam non tenetur soluere æs alienum: sed ante omnia est deducendum de bonis, & corporibus hæreditatis ipsius defuncti, Et ista videtur veritas indubitata, quæ multifariè, multisque modis est in superioribus dictis comprobata, & legendo & consulendo. Pręterea etiam facit ad prædicta gl. sing. in lege, qui concubinam. §. ortos. ff. de vsufruct. quæ vult, quòd vbicunque solutio impensæ excedit pretium, onus soluendi incumbit hæredi. Et facit, quod dixit Bart. in lege, his verbis. §. item testator. ff. de leg. tertio. post Dy. & facit, quod habetur in lege, mediteraneæ. C. de anno. & tribu. lib. 10. & ibi Bald. dicit per illum textum,

15 ꝙ † nõ imputat tutori, si nõ exegit illud, in quo plus oportebat eum expendere, quàm fuisset illud, quod exegisset: nec tenetur conficere inuentariũ, si plus expendebat quàm erat hæreditas. Ita dicamus in proposito, cum fuisset inutile istud legatum vsusfructus omnium bonorum, si oportuisset soluere æs alienũ, & legata, ideo dicamus, ꝙ nullo mõ tenebatur, & ꝑ consequens si soluit de suo, & sua patrimonialia vẽdidit iste vsufructuari⁹ ad hoc, vt solueret debita defuncti, & legata, poterit merito & iure petere. vt cõputet istis cohæredibus ꝓ duabus portionibus, nec est pręsumptio, ꝙ voluerit de suo proprio soluere, & sic donare pro istis cohæredibus: vt lege, cũ de indebito. ff. de probat. capit. super hoc. de renun. maximè si ista vsufructuaria erat fœmina: quia auarissimum genus fœminarum: vt habetur in l. quæ dotis. ff. soluto matrimonio. & in lege. si stipulata. ff. de donat. inter vi. & vxo. cum simi. ¶ Nec obstant allegata in cõtrarium. Primo cum dicitur, quòd Bartol. est & fuit magnæ auctoritatis. hoc confiteor, & est veritas in eo, in quo bene dixit. Facit pulcher tex. Augustini relatus a Gratiano. 9. distinct. cap. ego solis. in versiculo alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate, doctrinaq; polleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserũt: sed qa mihi ꝑ alios auctores, vel canonicos,

cos,vel probabiles rationes, quæ a vero non abhorreant,persuadere potuerunt, vbi est solennis,& singularis text.ꝙ stādum est dicto alicuius,inquantum moueātur ratione,alias secus:licet sit magnæ auctoritatis aut doctrinę. Modo in proposito,licet magna sit auctoritas Bar.tamen in casu nostro non bene dixit, vt iam est probatum superius , & iam dominus Bald.in suo consilio animosè reprehendit eundem, dicens,ꝙ vehementer errauit,& etiam quia do.Paulus de Cast.in lectura,& in contingentia facti,consulendo tenuit contrarium,asserens Bart.errasse,& fecisse multos errare.ergo. Et ad tex.allegatos per Bar. iam est superius responsum,& etiam quia Bart. quo ad legata confitetur, vsufructuarium omnium bonorum teneri ad legata solùm discrepat in hoc,vide licet, ꝙ non teneatur ad æs alienum soluendum, & de hoc est casus formalis in d.l.fi.in versic.sinautem æs alienum,& vbi habemus casum legis, quid oportet recurrere ad auctoritatem alicuius doctoris. Et ideo pulchrè dicebat Ange.in lege, si idem cum eodem.ff.de iurisdictio. omnium iudic.quòd tunc recurrimus ad auctoritatem maiorum , quando non habemus casum legis,sed vbi habemus casum legis, tunc sileat auctoritas aliorum,& maximè in casu nostro,quando dictum Barto.est contra casum legis,& etiam quia cōiter reprobatum est dictum suum, vt voluit Bal.& dominus Paulus,qui loquuntur eo casu,quo est vsusfructus omnium bonorum , & sic loquuntur in casu vltimæ voluntatis:& ad hoc allegāt illum ver.sinautem æs alienum,& sic sileat Bar. Nec etiam obstat dictum Sal.in d.l.fin.§.vbi autem,quia iam superius fuit responsum , & etiam ponderetur dictum Salyc.arguentis ex illo text.ad legatum vsusfructus omnium bonorum , & mens sua,ꝙ totus ille §.habet locum in dispositione vltimę voluntatis, & etiam Salyce. dixit contra doctrinam Bar.in dicta lege finali.de vsufru.lega.qui voluit vsufructuarium bonorum omnium non teneri ad legata . Et ex istis sequitur conclusio verissima,quòd dicta vsufructuaria non tenebatur ad æs alienum soluēdum, nec ad legata testatoris soluenda.ideo hæres eius computabit istis cohæredibus ꝑ duabus partibus illud, quod soluit de ære alieno , & illud , quod soluit de legatis. Et ita concludo . Laus Deo clementissimo.

EPITOME.

¶Vnione monasterii de la volta religiosis fratribus Sancti Saluatoris per Eugenium Papam motu proprio facta de his verbis.monasterium Sancti Petri de la volta dicti ordinis Sancti Augustini ꝑ priorem solum gubernari solitum,perpetuo vnimus,annectimus, & incorporamus & ea confirmata per illius successorem. Impetrauit deinde quispiam eandem ecclesiam a Nicolao summo Pontifice asserēs eam ecclesiam,prioratum,vel hospitale,& in bulla etiam dicebatur , cum itaque postmodum ecclesia, prioratus,vel hospitale,& versi ipsaq; ecclesia,&c. Itaq; cum hic impetrator recens hospitale esse contenderet,atque etiam si hoc nomine expresse impetrasset, illam autem vnionem non esse nominatim hospitalis factā , prout iure fieri debere videbatur. Sed & si hospitale esset, vnionem tamē legitimè factam esse præferendamq; nouæ collationi iure constat,& tādem multis scripturis publicis & testibus, & certis indiciis , & argumentis constitit hospitale non esse saltem principaliter . Perinde vnio valuit, & tenuit.

SVMMARIVM.

Intellectus cle.per literas,de præb.nu.1.2.3.& 4.

Hospitale si fuit accessorium ecclesię, impetrata ecclesia illud in consequentiam venit.nu.2.

Expressum & specificè nominatum satis videtur , quod proprio nomine appellatur.nu.5.

Præfatio in lege,aut statuto, aut literis apostolicis,demonstrat finalem condentis intentionem.nu.6.

Motus proprius tollit cle.per literas,de præb.nu.7.

Clem.per literas.intelligitur de ijs hospitalibus,quorum prouentus ad certum vsum deputati sunt.nume.9.

Rescriptum maximè gratiosum interpretatur contra impetrantem.nume.10.

Probatio nulla est clarior confessione propria.nu.11.

Scriptura quando pro publica habenda est,vt probet:cum nō apparet manu publica scripta.nume.12.

Verba renunciatiua probant in antiquis,vel cum plura sunt instrumenta.nu.14.

Confessio partis probationem aduersarij sui,si dubia esset,confirmat.nume.16.

Negatiua loco & tempore coarctata testibus probari potest.numero 18.

Negatiua, quod ibi non est,nec fuit hospitale, cadit in testis sensum,vnde de ea deponit.nu.19.

Hospitalia certam formam & determinatam habent.nu.20.

Testes numero plures & seniores , data paritate , præferuntur. Item verisimiliora deponentes.nu.24.

Verbum in literis beneficialibus positum , quod varias qualitates significare potest,accipitur de ea,quę impetrantis personę conuenit.nu.28.

Testes negantes de eo, quod iuri communi conforme est deponentes,affirmantibus contrarium præferuntur.nu.29.

CONSILIVM LXV.

Videndum Est , vtrum gratiæ vigore vnionis factæ & cōcessæ, ipsis religiosissimis fratribus Sancti Saluatoris, per obseruandæ memoriæ dominum Eugenium, & confirmatę per sanctissimum modernum Pontificem,possit aut potuerit prior sancti Saluatoris assequi d.ecclesiam San.Petr.de la volta, posito ꝙ in curia Roma.vacauerit per renunciationem factam per priorē de d.eccl.San.Petr. Et ex istis apparebit indubitata veritas de iure ipsius domini Ioannis, & de iustitia ipsius sententiæ. Et quidē prima ꝯsideratione vr̄ dicēdum, ꝙ fratres Sancti Saluatoris nullum ius foueāt in dicta ecclesia sancti Petri hoc apparet ex verbis bullæ domini Eugenij , vbi dicitur , monasterium sancti Petri de la volta dicti ordinis Sancti Augustini:per priorem solitum gubernari ꝑpetuo vnimus,annectimus,& incorporamus. vnde vniuit ecclesiam Sancti Petri inquantū est monasteriū, sed nō est monasterium: sed est hospitale: vt probatur per testes productos per dictum domi. Ioannem.ergo sequitur, ꝙ in tali vnione non venit hospitale.hoc decidit tex.formalis in clemen.per literas,de præben.in versicu.per literas a sede Apostolica , super prouisione quorumlibet clericorum directas de xenodochijs,leprosarijs,eleemosinarijs,seu hospitalibus,etiā si ecclesias, vel capellas , decimas, seu alia spiritualia iura noscantur habere,nulli posse decernimus prouideri,nisi hoc in apostolicis literis caueretur expresse,& pōdero illud verbum:quia requirit,quòd fiat specifica mentio,ꝙ est hospitale, nec sufficeret mentio generalis. facit tex.in l.si quando:§. generaliter in ver.specialiter.C.de inoffi.testamento.& l.fin.§.omnem.in versiculo,specialiter.C. de admini.tuto.& Bar.ibi dicit se fecisse cassari multas

tas

tas tutelas: quia lex mãdat tutorem expresse, seu specialiter promittere facere vtilia pro pupillo, & prermittere inutilia, quod si non facit hoc verbis specificis, non est satisfactum legi. & ideo non sufficiũt verba generalia. Et Bald. in d. §. generaliter. dixit, ꝙ si filius vocat se contentum eo, quod pater in testamento sibi reliquit, ꝙ non propter hoc vr̃ renuntiasse iuri petendi supplementũ legitimæ, quia ille tex. vult, ꝙ expresse faciat mẽtionem de supplemento legitimæ. facit l. fina. C. de indi. vidui. in versiculo specialiter. & l. si quis in principio testamenti. in versicu. specialiter. ff. de legatis 3. & quod not. Guliel. & Ang. in l. de his. ff. de transac. & Saly. in dicto §. generaliter. & facit gloss. in capitul. inquisitionis. de hæretic. libr. 6. & in clement. 1. de iudi. & tex in l. fina. C. arbi. tutel. & in authent. de hære. & falci. in §. si vero expressim. Et ibi pulchrè loquitur Ange. ex quo lex mandat, ꝙ testator expresse prohibeat falcidiam, ꝙ non sufficit, ꝙ per verba generalia fiat, & quod no. idem Ang. in l. secunda. C. quando & quib. pars deb. libro 10. & in §. solute, in authent. de nupt. & Ludou. Romanus in commento authent. similiter. C. ad l. falc. cum ergo tex. d. clement. velit, ꝙ expresse fiat mentio de hospitali: ergo sequitur, ꝙ non sufficit, ꝙ facta fuerit mentio per verba generalia, quia dicẽdo, ecclesia Sancti Petri, vr̃ facere mentionem in genere de ipso hospitali: cum ergo non sufficiat: ergo vigore istius vnionis non potest, ecclesia Sancti Saluatoris consequi ipsum hospitale. Nec obstabit, si dicatur, ex quo constat de corpore, non curamus de nomine, in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. j. quia ad hoc respõdeo, ꝙ non sufficit cõstare de corpore, nisi constet, ꝙ corpus tale qualificatum constiterit Papę, ꝙ sit hospitale, quia non est verisimile, ꝙ Papa voluerit ampliare religionem Sãcti Saluatoris cum præiudicio pauperum, & peregrinorum hospitãtium, quibus iura omnia humana, & diuina mirum in modum fauẽt per tot. ti. de cler. peregri. & in auth. omnes peregrini. C. commu. de succes. & per Ang. in auth. de non alie. §. sin autem. nam vt dicit pulcher tex. in c. ex tenore, de foro compe. Ita sumus viduis & pauperibus in iustitia debitores, ꝙ alijs iniustitiam facere nõ debemus. Ita nunc est præsumendum, ꝙ Papa voluerit facere præiudicium pauperibus in fauorem ecclesię Sancti Saluatoris. Et si quispiam dixerit, amice, posito ꝙ ista ecclesia esset hospitale, nihilominus Papa nõ ad postulationem, aut supplicationem alicuius fecit istam vnionẽ, sed motu suo proprio. vnde motus proprius excludit surreptionem, & gratiam reddit validam: iuxta nota. per omnes in ca. si motu proprio, de præben. libro 6. & in l. j. C. de peri. bo. subla. lib. 10. cum ergo Papa hic fecerit istam vnionem ex suo motu proprio. ergo non cẽsetur inualida, etiam quoad ipsum hospitale. Ad hoc respondetur, ꝙ etiam motus proprius Papæ non ampliat istam vnionem, vt apparet ex decisione gl. quæ in terminis hoc dicit in d. clem. per literas, de præb. & illam glo. sequitur ibi Paulus, & domi. Cardi. Et si quispiam dixerit, ꝙ gratia impetrata per ipsum dominum Ioãnem non valuit: quia non fecit mentionẽ de vnione facta per Eugenium: vt decidit Ioannes Andre. in additio. Specula. in titulo de præbend. & domini de Rota, conclu. 156. istud nullo modo obstat: quia de ista vnione non debuit fieri mentio, quia non tenuit, ex quo erat hospitale, & licet secundæ literæ; debeant facere mentionem de primis, vt in c. ex literis, de dolo & contum. nihilominus vbi primæ literæ sunt nullæ, non est opus, ꝙ fiat de eis mentio in secundis literis: vt in capitul. ex tenore, de rescri. & ideo frustra allegatur dicta vnio non nominata in gratia impetrata per ipsum dominum Ioannem. Accedat, quod pulchrè notat Bald. in l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtili. pnblic. in versic. ecce aliud exemplum. Impetrat communitas villę Sancti Marci contra quendam tanquam incolã: vt compellatur ad collectas & similia: certè comperto, quòd non est incola, pronuntiabitur contra rescriptum. Ita dicamus in casu nostro, Papa vniuit ecclesiam Sancti Petri vt monasterium, & prioratũ, comperto, quòd est hospitale, cessabit vnio præfata. Facit, quod voluit Guliel. de monte Lauduno in clement. j. de excep. vbi dixit, quidam impetrauit beneficium tanquam rector, cum esset Vicarius, ꝙ non valet talis impetratio: ita dicamus in casu nostro. Facit etiam res deputata ad vnum pium vsum non potest conuerti ad alium vsum etiam pium, nisi de voluntate Papæ. clementi. quia contingit, de relig. do. l. legatum. ff. de vsufruct. leg. cum similibus, sed in casu nostro redditis istius hospitalis, sunt deputati ad vsum pauperum hospitãtium, ergo sequitur, quòd non possunt deputari ad vsum religiosorum Sancti Saluatoris, nisi de voluntate Papæ, sed Papa ignorauit istud hospitale, sequitur, quòd talis vnio non tenuit: nec est præsumendum, quòd istam ecclesiam vniuerit, & incorporauerit, cum nesciret, quòd erat hospitale. Quod autẽ ista ecclesia sit hospitale, probatum est per testes productos per ipsum dominum Ioannem. Ita probatur etiam ex libris productis, in quibus dicitur, ꝙ erat hospitale, vnde dicebat Zenzelinus. in dicta clement. per literas, quòd probatur, ꝙ sit hospitale ex libris antiquis, saltem in custodia publica inuentis: vt per similia, vt in c. ad audientiam, de præsumptio. & in capitu. cum causam, de proba. Ergo ex istis libris probabitur, quòd est hospitale, & per consequens ista vnio non tenuit. Et ista erant, quæ iudicio meo reddebant præsentem consultationem dubiam, sed istis accuratè discussis erit manifesta veritas præsentis hæsitationis. ¶ Et licet ista sint colorata satis, tamen casum nostrum non attingunt: ideo non obstantibus cõtrarium puto esse verius de iure, videlicet, quòd ecclesia Sancti Saluatoris potest de iure assequi possessionem istius ecclesiæ vnitę canonicè, & legitimè monasterio Sancti Saluatoris, nec cle. per literas. obstat huic vnioni: & quia super illa clem. tota difficultas huius dubitationis pendet, erit
1 necesse videre de intellectu † illius cle. Et primo tex. ibi dicit super prouisione quorumlibet clericorum directas de xenodochijs, leprosarijs, eleemosynarijs, seu hospitalibus, etiam si ecclesias, vel capellas, vel alia iura spiritualia noscantur habere, nulli decernimus posse prouideri, vnde tex. ille exorbitans loquitur, quando Papa scribit literas generales, in quibus mandat prouideri clericis, ꝙ non venit hospitale, et si habeat ecclesiam annexam, & loquitur, quando Papa mandat prouideri: non autẽ loquitur, quando ipsemet Papa in suis literis prouidet vniendo, vt fecit in casu nostro. Item loquitur ibi text. quando hospitale est caput, & habet annexam ecclesiam, seu capellam, sed non quando ecclesia est principalis, & habet hospitale annexum. ita loquitur ille text. Modo arguo sic ad eum casum, ad quem non adaptantur verba legis, non adaptatur dispositio legis. l. 4. §. toties, & ibi Barto. ff. de damno infect. l. ita autem. ff. de admi. tu. & ibi Bar. l. quod constitutum, & ibi Bar. ff. de testam. milita. & ideo dixit Bar. in d. §. toties. statuto cauetur, ꝙ soluatur gabella sex denariorũ pro libra de contractu: & fit cõtractus super re inæstimabili, quòd non habebit locum dispositio statuti: quia verba eius non habet locum in contractu inæstimabili. Et ibi dixit Ioan. de Imo. cauetur statuto, ꝙ reus positionibus respondeat, & si sunt impertinentes, examinabitur in fine, modo est notorium, positiones esse impertinentes, ꝙ tũc non habebit locum dispositio

ſpoſitio ſtatuti: quia ſtatutum loquitur eo caſu, quo dubium erat, an eſſent impertinentes: ſecus ſi erat certum, & ibi dixit Ang. cauetur ſtatuto, ꝙ an ſit remanſura cicatrix, iudex adhibeat iudicium medicorum, ꝙ ſi eſt notorium, remanſuram eſſe cicatricem non erit opus iudicio medicorum: facit tex. in ca. indemnitatibus. §. ſed cum eas, de ele. lib. 6. & c. ex parte Aſtenſis, de conceſſio. præben. & l. j. §. loquitur. ff. de aqua quo. & æſti. & ſic ſtat firma concluſio, quòd vbicunque verba canonis nõ adaptantur ad aliquẽ caſum, ad illũ non habet locum diſpoſitio illius canonis, ſed in caſu noſtro verba illius cle. per literas. non adaptãtur caſui noſtro: ergo non habet locum in caſu noſtro. Apparet enim ex pluribus ex numero teſtium productorum per ipſum do. Ioan. quòd principaliter iſtud erat hoſpitale: imo videntur deponere, ꝙ erat prioratus, & prior illius eccleſiæ erat religioſus, nec erat laicus, aut presbyter ſecularis, qnimo deponunt, ꝙ erat prioratus, & ibi hoſpitabantur peregrini, & clariſſimè inferunt, ꝙ principaliter erat prioratus, & acceſſoriè hoſpitale. vnde gl. ſolennis in d. cle. per literas. in verbo eccleſias, decidit iſtã dubitationem, & probatur per tex. illum a ↄ̃rio ſenſu.
2 Vnde ſi eccleſia † erat principale, & hoſpitale erat acceſſorium: tũc impetrans poteſt vigore literarum aſſequi eccleſiam & in conſequentiam hoſpitale, & ꝙ hoc ſit veriſſimum, apparet ex teſtibus productis pro parte Sancti Saluatoris, & ſic ex iſto capite. clem. prædicta non habet locum in caſu noſtro. Item non hẽt ẽt locum ex alio. nam tex. ille loquitur, qñ Papa mandat prouideri: vt apparet ex illo tex. in ver. nulli decernimus poſſe prouideri, ſed quando Papa ipſe iam prouidit & tranſtulit dñium illius prioratus ſancti Petri de la volta, & proprietatem in eccleſiã prædictam Sancti Saluatoris, vt apparet expreſſe ex verbis bullæ Eugenij, mãdamus, ꝙ propria auctoritate tpe vacationis capiãt dicti fratres poſſeſſionem: iſto caſu non loqtur illa cle. & ideo non habebit locum in caſu nr̃o. Item etiam ex alio caſu ratio fundamen
3 talis illius cle. fuit, ne † preiudiceretur ipſis pauperibus, ſeu leproſarijs, qa eo ipſo, ꝙ clericus haberet ex prouiſione illud hoſpitale in titulũ defraudarentur pauperes in eorũ neceſſitatibus, ſed iſtud non habet locum in caſu nr̃o, quia in bulla Eugenij dr̃, volumus, ꝙ per hmõi annexionem, vnionem, & incorporationem monaſterium San. Pe. debitis non defraudetur obſequijs. Vnde Papa in ſua bulla reſeruauit, ꝙ monaſterium prædictum habeat debita obſequia, ergo ſequitur, ꝙ pp iſtam vnionem iſti fratres Sancti Saluatoris non ſunt liberati ab obſequio pauperum, & ſic rõ prohibitionis mouens legiſlatorem in caſu dictæ cle. per literas, non hẽt locum in caſu nr̃o, & per ↄ̃ns, nec diſpo. c. cum ceſſante, de app. Itẽ d. cle. loqui
4 tur † qñ literæ emanauerũt in genere, ſuper prouiſione clericorum, de beneficio, ſed in caſu nr̃o iſta vnio non fuit in gñe, quia dictum fuit. vnimus, & incorporamus monaſterio nr̃o bñficium primo vacaturũ, qa illo caſu non veniret hoſpitale: vt eſt text. ibi, ſed iſte non eſt caſus nr̃, qa in caſu nr̃o ſpecialiter & expreſſe Papa innuit monaſteriũ Sanc. Pe. de la volta dicti ordinis S. Aug. per priorem ſolitũ gubernari in dicta diæceſi. iſta ſunt formalia verba bullæ. vnde Papa expreſſit propriũ nomen eccleſiæ. vñ poſito, ꝙ eſſet hoſpitale principaliter, non tñ conceſſo, nihilominus
5 Papa illud hoſpitale innuit, ex quo † proprio noĩe appellauit monaſterium S. Pet. de la volta illius diæceſis & c. ſatis expreſſe nominauit, & vniuit illud, ſi erat hoſpitale. Facit l. nominatim. ff. de li. & poſt. & quod no. ibi Bal. & quod hr̃ in l. hac conſultiſſima. per glo. C. qui teſta. fa. pol. & quod ibi no. Ang. & gl. in l. ꝙ in rerum. §. fi. in verſi. ſpecialiter, id eſt, proprio noĩe, & quod hr̃ in l. forma. ff. de cẽſi. & in cle. j. de vita & ho. cle. & eo magis, quia ſunt demonſtrationes veræ, qa dr̃ in d. bulla monaſterium San. Pe. de la volta Eug. diæceſis ſolitum regi per priorẽ regularem, & c. vnde poſito non tñ ↄceſſo, ꝙ non eſſet monaſterium: ſed hoſpitale: tñ Papa de illo ſenſit, & illud innuit: vt apparet ex illis demõſtrationibus, ſolitum regi, & c. cuius redditus, & c. Vnde oẽs iſtæ demonſtrationes verè vincunt vnã falſam, ſi falſum eſſet, ꝙ non eſſet monaſteriũ, ꝙ nõ eſt veum imo eſt monaſteriũ: vt infra oſtendam: nihilominus poſito, ꝙ monaſterium non eſſet, tñ veniret in hac vnione, non obſtãte d. cle. per literas. Hoc firmat Bar. multũ eleganter in l. demonſtratio falſa. ff. de ↄd. & demon. vbi dixit, dux ſpoletanus proceſſit ↄ̃ Titiũ Ptãtem Saxiferrati, ſuper quodã maleficio cõmiſſo in officio ſuo: ille non vocabatur Titius, nihilominus inquiſitio valuit, ex quo per veras demonſtrationes apparebat de corpore, alle. l. pe. ff. de reb. du. & ibi idem voluit. & ẽt in l. 1. ad fi. ff. de reb. du. & quod no. Cy. in l. ſi Fortidanũ. C. de leg. & facit optimus tex. in l. his verbis. §. fi. in ver. ſi patre, vel ĩ patria, vel alia ſimili aſſumptione falſum reſcriptum eſt, dum de eo, q demonſtratus eſt, ↄſtet, inſtitutio valet. ff. de hær. inſtitu. Et ibi dixit Ang. in qõne facti, fuiſſe decapitatũ quendã bannitum reductum in fortiã cõis, de noĩe cuius fuerat erratũ: tñ erat certũ, & ↄſtabat, de corpore, & ſic ſole clarius eſt, ꝙ Papa vniuit & incorporauit eccl'iam S. Pet. d. monaſterio S. Saluatoris, ſiue eſſet hoſpitale, ſiue eſſet monaſterium, & per ↄ̃ns ridiculum eſt, & inconueniẽs dicere, ꝙ præfata cle. per literas. obſtet in caſu nr̃o, cũ ſpecialiter & expreſſe Papa vniuerit, & incorporauerit illam eccleſiæ S. Saluatoris. Facit etiam, quod dr̃ in præfatione bullæ dñi Eugenij. vbi dr̃, attendentes igitur, ꝙ monaſterio S. Saluatoris de Venetijs hactenꝰ plures dicti ordinis canonici, ſub ſuaui religionis iugo, & regulari obſeruantia ſua ibi altiſſimo vota reddendo varijs multiplicare, prout multiplicãt, virtutum meritis, accupiẽtes, vt canonici non ſolum in in hmõi ſe obſeruantia & vita laudabili conſeruare, & incumbentia ei quotidie expenſarum onera facilius ſupportare, ſed ẽt monaſterium hmõi ad laudẽ & gloriam diuini nominis in ſpiritualibus & tpalibꝰ incremẽta ſuſcipere valeant, volentes ſup hoc, quantuncunq; poſſumus, ſalubriter prouidere non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam monaſterium S. Pe. de la volta & ex premiſſis, & alijs nobis notis cauſis, motu proprio, & c. quę verba apponunt gladiũ & ſecurim huic certamini, ꝙ ſic oſtẽ
6 do. Præfatio † in lege, aut ſtatuto, aut literis apoſtolicis demonſtrat finalem intentionem condentis, aut ſcribentis, vt eſt tex. melior de iure in l. 1 fa. §. & licet. ver. initium ↄſtitutionis demonſtrat. ff. de iur. & fac. ign. l. fi. & ibi Bal. ff. de hęr. inſti. l. j. & ibi Bar. ff. ad Maced. & l. cum hi. ff. de tranſac. Modo Papa fecit iſtam vnionem ſolum ad augmentum religionis S. Saluatoris, ad ſupportãda onera expenſarum, pp multiplicatos fratres: & motus ex alijs cauſis ſibi cognitis, licet nõ expreſſis in dicta bulla, & proprio motu hoc fecit, quæ rõ non hẽt locum in caſu cle. per literas, quæ vr̃ loqui in caſu ambitionis: quia literæ ibi fuerunt impetratæ per ambitionem impetrantis, q̃ ambitio ceſſat in caſu noſtro: vt ex literis Eugenij oſten
7 ſum eſt. Et ideo etiam glo. ibi vult, ꝙ † etiã ex proprio motu non habeat locum dicta clemẽtina, quia motus proprius non ampliat gratiam, licet tollat ſurreptionem, vt ibi dicit glo. ſed in caſu noſtro ceſſat omnis ambitio, quia nec fratribus inſtantibus illa vnio habuit exordium: ſed propter augmentum religionis, & ex cauſis alijs nobis incognitis, notis tamen Papæ. Vnde licet non ſuſtentaretur dicta vnio ex cauſis

expreſſis

expressis in bulla, tamen sustentaretur ex causis tacitis, notis Papæ: cuius † dicto esset standum: vt in clementina prima. de probatio. & sic dicta clementina
8 nullo modo habet locum in casu nostro. Et ideo dicta vnio valuit & tenuit: quia ratio prohibitionis dictæ clemen. non militat in casu nostro, cũ cesset ambitio: & cesset præiudicium pauperum: cũ Papa voluerit, ꝙ dictũ monasterium nõ fraudaretur debitis obsequijs per dictã vnionem. Præterea facit, qd nor. Zenzellinus in dicta clementi. per literas. quem refert & sequitur dominus Cardi. in prima quæstione: vbi
9 refert Zenze. intelligere † illum tex. de hospitalibus, quorum prouentus sunt ad certum vsum deputati, quibus Papa per tales literas derogare non intendit, argu. cap. si propter, de rescrip. lib. 6. quia redundare posset in scãdalum, ꝯ volũtatem talia fundantium, vel dotantium, & per hoc retraherentur forte a talibus, argu. quod no. in ca. a nobis, de iure patronatus, & ca. cum dilectus, secus si talis deputatio facta non sit: vt sunt hospitalia, quę sunt in multis monasterijs quorum prouentus faciunt suos, sicut de alijs beneficijs, quod non faciũt hi, qui ad regimen talium deputantur, quia tũc talis clemen. non obstat eis, & ita restringitur illa clement. & sequitur ibi Mattheus dicens, quòd ideo non veniunt sub literis: quia licet scribatur pro prouisione de talibus non dicitur prouideri, cum instituti non faciant fructus suos, & tenẽtur reddere rationem, & ad multa, de quibus in cle. quia contingit, ad quæ non tenentur beneficiati. vnde secũdum eum, noĩe beneficij, vel ecclesiarum talia non solent comprehẽdi: sed alio nomine separatim nominantur. c. sciant. & c. generali, de ele. li. 6. Et vr̃ ista doctrina decidere istam quæstionem melius, quàm alia. vnde posito, ꝙ istud est hospitale, tñ erat in ipso monasterio S. Petri, & prior faciebat fructus suos, licet hospitaret pauperes transeuntes, nec tenebatur reddere rationem, vt no. in d. cle. quia contingit, nec per testes hoc est probatũ, ꝙ tenebatur prior dicti S. Petri ad rationem reddendam & ad alia, de quibus in dicta clementi. quia contingit, ideo sequitur necessario, quòd dispositio illius clemẽtinæ non obstat huic vnioni. Et ex istis saluatur dictum Lapi in dicta clementina per literas, dum dixit, ꝙ imo motus proprius ampliat gratiam, quia consideratis his, quæ in bulla Eugenij ponuntur, verum est dicere, ꝙ motus proprius ampliat gratiam. Et ista procedunt, posito non tamẽ concesso, ꝙ ista ecclesia esset hospitale, sed in veritate non est hospitale saltem principaliter. ¶ Restat videre, vtrum sit hospitale principaliter: & certè dicendum est, ꝙ non: primo hoc probatur, ex bulla Nicolai Papæ impetrata per ipsum dominum Ioannem, in qua dr̃, cum itaq; postmodum ecclesia, prioratus, seu hospitale. Et in versic. ecclesiã prædictam, & in ver. ipsaque ecclesia, in quibus ver-
10 bis pondero primo † ꝙ rescriptũ maximè gratiosum, impetratum ad postulationem: in dubio interpretatur contra impetrantem. c. causam quę, de rescrip. c. contra eum, de regu. iur. libro sexto. l. veteribus. ff. de pact. vbi pactum etiam interpretatur contra paciscẽtem, & etiam contractus contra contrahentem, vt l. quicquid astringendę. ff. de verborum obligationibus. statutum contra statuẽtem. l. si serui vestri. C. de noxa. consuetudo contra introducentem. c. cum dilectus, de consuetudine. priuilegium cõtra obtinentem. l. si quando. C. de offi. te. modo iste dominus Io. impetrauit istam ecclesiam Sancti Petri asserendo ecclesiam, vel prioratum, vel hospitale: vnde si non essent apposita, nisi illa verba sola in dictis literis apostolicis: fieret interpretatio contra eum, ꝙ sit ecclesia, & non hospitale, vel quòd esset hospitale accessoriè, & non principaliter. Sed postea in duobus locis dicitur ecclesia: vnde declarãtur illa verba dubia, ecclesia prioratus ab hospitali, & dicitur esse ecclesia. ergo saltem principaliter est ecclesia, nam illa verba ecclesia repugnant & excludunt, ꝙ sit hospitale principaliter: & ecclesia differt realiter ab hospitali: vt in l. omnia priuilegia. C. de sac. san. ec. c. fi. de testa. cum si. Et sic ex isto capite clarè apparet, ꝙ sit ecclesia sal-
11 tem principaliter, nec est dare † clariorem probationem, quam eam, quam quis sua voce est confessus. c. per tuas, de prob. l. generaliter. C. de non nu. pecu. cum si. & sic sequitur, ꝙ dicta cle. per literas. non obstat in casu nostro. Secundo hoc clarius & euidẽtius probatur, ꝙ dictus D. Io. nullum ius habebat in dicta ecclesia. Zenzellinus in dicta clem. per literas, quem refert & sequitur dominus meus Ioan. de Imola. dicens, quid si fieret appellatio promiscua: puta, quia diceretur hospitale talis ecclesiæ, & ecclesia talis hospitalis. concludit, ꝙ in hoc dubio debet repelli impetrãs. Cum ergo in proposito nostro fuerit dictum, ecclesia, vel prioratus, vel hospitale. ergo ex istis verbis ita dubijs repelleretur, sed cum postea dicitur in duobus locis ecclesia prædicta: clarum est, quòd declarantur illa priora verba dubia, quòd est ecclesia principaliter, & accessoriè hospitale. Tertiò dicitur in processu, de multis instrumentis, & testamentis, seu legatis repositis in memorialibus cõis Venetorũ, & in locis authenticis, & publicis, in quibus dicta ecclesia S. Petri denominatur monasteriũ, quo casu succedit elegans doctrina Bal. in l. exemplo. C. de ꝓbatio. quæ originaliter fuit Nicolai de Ma. vbi dicit,
12 quòd si scriptura † non apparet scripta manu publica, an probet? & decidit, ꝙ si producitur contra personas eiusdem territorij, in quibus casibus debet haberi ꝓ publica. Primo si inter alias publicas scripturas custoditur, & conseruatur in loco ad hoc publicè deputato, & per publicos officiales ad hoc deputatos, qui in iure appellantur commentarienses, vt sunt libri æstimorum, in quibus imponuntur collectæ communis, & similes, & de his loquitur auth. ad hæc. C. de fide instru. & in l. fraudem. §. quoties. ff. de iure fi. Secundus casus est, quando ita habentur pro publicis, ꝙ indifferenter iudices, & aliæ personæ eis vtuntur: & eis statur tãquam publicis & authenticis cõiter, vt in legibus municipalibus. Tertius casus est, quando talis scriptura fuit habita & reputata longo tempore pro publica, vel authentica, quemcunque casum de istis capias, monasterium Sanc. Saluatoris est in casu victoriæ. nam hmõi scripturæ sunt positæ in loco ad hoc publicè deputato, & per publicos officiales ad hoc deputatos custodiuntur, & habentur pro authenticis: & etiam cõiter iudices eis vtuntur. ideo sufficit talis probatio per illa publica documenta. Et ex istis facile tollitur illud, quòd dicitur per aduersarium de libro episcopi, & capituli: quia talis liber nec est in forma publica, nec scriptus manu publici tabellionis, vel officialis, ad hoc publicè deputati, nec conseruatur in loco publico: ergo sequitur, ꝙ nullo modo probat. Et si quispiam opponat, amice,
13 ista sunt verba † enũciatiua, & non sunt verba dispositiua, cum dicitur, legauit monasterium Sancti Petri: debetur monasterio San. Petri, & c. ergo non probant: vt l. ex hac scriptura. ff. de dona. c. si Papa, de priuile. lib. 6. vnde glo. in l. cum aliquis. C. de iure delib. dicit, ꝙ si in instrumento dicatur, actum in ponte nouo districtus Perusij: non tamen probatur per hoc, ꝙ sit districtus Perusij: quia res inter alios acta, vel dicta, alijs non præiudicat, sed inter ipsos contrahentes bene præiudicat. Ad hoc respondeo, quòd illud procedit regulariter, sed non habet locum illa gl. eo
14 casu, † quo instrumenta antiqua hoc attestarentur: quia tunc probant cõem opinionẽ, quę præsumitur esse

esse vera: vt l.j.§.j.de flum.l.cum de lanionis.§.asinã. ff.de fundo instru.l.athletas.in prin.ff.de his qui no. infa.l.Labeo.ff.de suppel.leg.l.in testamento, la 1.ff. de cond.& demon.facit, quod in simili dixit Bald.in l.emancipatione.C.de fide instru.vbi dicit, ꝙ præsumitur, ꝙ sententia fuerit rite lata, si est multum antiqua: pro hoc facit tex.in cap.bonę, de elec.ita tenuit Bal.limitando glo.in d.l.cum aliquis.ita etiam transit ibi Alb.de Ro.& illud sequitur ibi Paulus de Cas. & sequitur do.Florianus in l.in finalibus.ff.de fi.reg. facit, quod voluit Ia.But.in l.optimam.C.de contrahen.& commit.stip.vbi limitauit illam glo.non ha-
15 bere locum, quando essent † plura instrumẽta.facit, quod not.Ang.& Moder.in l.sciendum.ff.de verbo. obl.accedat ẽt, quod no.do.Anto.in c.cum dilectus, de suc.ab intesta.vbi dixit, ꝙ verba enunciatiua probant, quando instrumẽta sunt multum antiqua. Modo in casu nostro omnia ista concurrũt.primo multa sunt testamẽta & instrumenta, & etiam, quod est maximum, sunt diuersarum personarum, & legata relicta in testamentis diuersorum mobilium, in quibus ista ecclesia Sancti Petri communi opinione appellatur monasterium. Item istæ scripturæ & instrumenta sunt antiquissima: & etiam sunt conseruata in locis publicis, & per officiales publicos, quo casu faciunt, & includunt communem opinionem, quæ præsumitur esse vera: vt in c.de quibus.20.di.c.in canonicis.19.di.§.quidam, de pœni.dist.j.cum si.& ista præponderant, & præferuntur instr̃is productis per ipsum do.Io.quia non sunt solennis probationis, & publicæ, & inter varios & diuersos homines, nec ita publicè custodita, & sic non probãt hospitale, & ma-
16 ximè † concurrente confessione partis impetrantis: vt in casu nostro, quo casu posito, non tñ concesso, ꝙ probatio Sancti Saluatoris esset dubia, ꝙ non est verũ: imo clarissima est, vt superius ostensum est quoad ipsos libros communis Venetorum. nihilominus recipit fortificationem, & validitatem ex cõfessione patris aduersę. ista est glo.valde sing.ſm do.Dominicum in c.si duobus, de rescr.lib.6.vbi dicit, ꝙ si ex exceptione apposita apertè probatio actoris redditur dubia, ꝙ talis dubia ꝓbatio fortificatur & redditur sufficiẽs ex confessione rei: cum ergo in rescripto impetrato per ipsum dominum Io. ad huiusmodi gratiam obtinendum dixerit, ꝙ erat ecclesia: ergo sequitur, ꝙ nõ est hospitale principaliter, & istud apponit finem indubitatum huic certamini, & ex istis liquidissimè apparet, ꝙ ista ecclesia nõ est hospitale principaliter. ¶ Restat nunc videre ipsos testes hinc inde productos, quæ pars rectius & iustius probauerit suã intentionem, & quæ probatio præferatur alteri. Et primo capio testes San.Saluatoris. Primus testis Frãciscus Bagnolo, dixit se practicasse vltra sexaginta annos in loco, vbi est dictum monasterium, & ibi non est, nec fuit hospitale, sed vna domus iũcta cum monasterio, ad quam refugium habent homines transeuntes propter tempestatem aeris, & ꝙ ipse testis se reduxit ad illam domum pp tempestates maris, q̃a est piscator, & reddit rationem, quia nunquam vidit aliqua vestigia hospitalis, nec vidit dari panem, aut vinum, aut aliud ab ipso priore, q̃ illic erat refugientibus ad illam domum. Modo si opponitur, ꝙ testis
17 nititur probare † negatiuam, quæ probari nõ potest: quia testis debet deponere de eo, quod prius fuit in sensu, quia nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu, vt dixit Aristoteles philosophorũ antistes in libro de aĩa, sed negatiua non potest cadere in sensum hoĩs. ergo non cadit in intellectu.c.bonæ memoriæ Maguntino, de ele.c.cũ ecclesia sutrina, de ca.pos.& proprie.l.actor.C.de proba.cum si.ergo. Ad hoc r̃n-
18 deo, illud esse verum r̃aliter: sed vbi negatiua † est coarctata ad certum locum, & tempus, tũc probari põt, & probatur. nam aliqua negatiua potest probari per inspectionem oculorum: vt puta, tu non es in testamẽto descriptus, tu non es matriculatus, tu non es descriptus in libro soluentiũ collectas. nã hoc apparet viso libro soluentium.l.j.C.de exac.trib.li.x.l. cum de lege.ff.de prob.l.fi.C.de iureiur.& ibi gl.in l. 3.C.de erro.aduoc.& in l.Pantonius.§.rei.ff.de acq. hære.l.ex testamento.& ibi Bal.C.de manumi.c.2.de cle.non residen.Ange.in l.binę.ff.de iniusto testa.& per omnes scribentes in illa.l.hoc iure.ff.de ver.obl.
19 & in d.l.actor.cum ergo ista † negatiua, ꝙ ibi non est, nec fuit hospitale, cadat in sensum ipsius testis, quia hospitalia omnia habẽt certam formam & determinatam speciem hospitalitatis: iuxta no.in d.cle.quia contingit, de relig.do.& istud monasterium non habeat, nec sit in ea forma, in qua appareat, ꝙ fuerit hospitale: cadit nũc ista negatiua facile in intellectu, ꝙ ista ecclesia non est, nec vnquam fuit hospitale, quia ex statu præsenti ꝓsumimus, qualis fuerit res in præterito. Et si dicatur, amice, iste testis dicit se esse 70.annorum, & vltra, vbi dictio, & vltra, parum importat: vt l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter.ff.ex quibus cau.maio.& ibi Bu.& Bart.in l.& si post tres.ff.si quis cau.& D.Ant.in c.literę, de dila.& in c.licet causam, de probat.& ideo sequitur ex hoc, ꝙ iste erat ad plus 10.anno.vt deponit.ergo de tpe pupillaris ætatis, & illa ætas quicquid videt, ignorat.l.j.C.de fal.monet.
20 cum si. Ad hoc respondeo, ꝙ † non est absurdum, ꝙ maior factus deponat de eo, quod vidit in pupillari ætate.l.3.§.lege.ff.de testi.vbi est gl.in l.notionem.§. instr̃orum.ff.de verb.sig.& l.ad testium.ff.de testa.in sti.eo.§.testes.37.di.c.relatum.& in l.fi.C.de his qui. vt indig.Dy.in l.excipiuntur.ff.ad silla.& maxime in casu nostro, quia deponit de eo, quod vidit in pupillari ætate, & continuatiue vidit, cum esset maior factus, & dicit vidisse ista pręsentibus piscatoribus suis socijs in præsenti causa, & nunquam vidit, nec audiuit, ꝙ in illa domuncula essent lecti ad id ministeriũ, sed bene dicit, ꝙ bene sunt lecti pro priore & clerico vel aliquo alio fratre, & ꝙ vidit ibi tres priores illius monasterij. Secundus testis dicit, ꝙ a longis temporibus citra practicauit in dicto loco, & nũquam vidit, nec audiuit dici, ꝙ locus S.Petri de la volta esset hospitale: nec vocatus hospitale, & ꝙ non recurrunt illuc pauperes, sicut concurrunt ad hospitale, sed est ibi quædam domuncula adiũcta monasterio in qua ipse vidit paleam, & ibi habebant recursum euntes propter intemperiem aeris, pluuiam, ventos, & similia, nec vidit aliqua vestigia hospitalis, & sic deponit vt proximus sup negatiua coarctata, & est antiquus testis 65.annorum. Tertius testis ordinis montis Oliueti dicit se vidisse quendam fratrem Gregorium regularẽ esse priorem in dicto prioratu, & sic clare deponit ipsum prioratum gubernatum, & rectum per priorem regularem ordinis Sancti Augustini, & sic conformatur expressis in bulla Eugenij. Quartus testis deponit dictam ecclesiã Sancti Petri non esse hospitale, & est ætatis annorum vltra 60.& practicauit ibi tanquam piscator, & nunquam vidit, nec sciuit, q̃d esset hospitale, nec vocaretur hospitale, nec ibant pauperes illuc, vt vadunt ad hospitale, nec est ibi locus ad hoc habilis; sed est vna domũcula, vt proximi alij testificati sunt. Quintus testis dicit, ꝙ a 40.annis vt piscator practicauit in dicto loco: nec vidit, nec audiuit dictũ prioratũ noĩari hospitale; sed est ibi quædã domuncula iuncta dicto monasterio deputata pro euntibus, & pro piscatoribus, ad eorum refugium tpe tempestatis in qua recurrũt vt plurimũ piscatores.& addit, ꝙ faciunt sibi ignem, & quandoq; ibi quiescunt super palea, & ꝙ ibi nõ sunt vestigia

stigia hospitalis,& ꝙ stabat vnus prior cum clerico, & sic est conformis cum dicto aliorum, & addit ad illud. Sextus testis dicit, ꝙ a tẽpore suæ pueritiæ duodecim annorum stetit in dicto loco Sancti Petri de la Volta. & dixit, ꝙ stetit in illo loco cum dicto fratre Gregorio priore q fuerat ordinis sanctę Helenæ, & postea factus canonicus regularis, factus fuit ibi prior: & dicit se vidisse illum locum regi per priorẽ qui dicebatur canonicus regularis. Septimus testis dicit, quòd dicto monasterio contigua erat quædã domuncula iũcta cum coquina monasterij a latere versus Venetias:& vidit eam affictari,& illa domuncula nunquam fuit vsa pro hospitali: & sic deponit ecclesim Sancti Petri esse monasterium:& illam domum nõ fuisse hospitale. Octauus testis dicit,quòd vltra quadraginta annos practicauit in dicto loco & in illo monasterio non vidit hospitale aliquod: sed bene est vna domuncula contigua monasterio,quæ consueuit affictari piscatoribus: & vltimò illam habuit quidam Michael de Rosa.& ita deponit proximus testis, & quòd erat alia quædam domuncula, quæ stabat aperta continuè, ad quam se reducebãt piscatores.Nonus testis dicit, quòd a.l.annis practicauit in dicto loco, & nunquam vidit aliquod hospitale:nec sciuit nec audiuit:sed bene erat,& est q̃dam domuncula parua, semper aperta, in qua ipse testis qui piscator est, & plures alij se reducebant:& faciebant ignem, & aliquando recipiebant panem & vinum a priore:quia ipsi etiam dabant priori aliquando de piscibus, nec est dicendum,quòd isti testes proferãt eundem meditatum sermonem: quia Baldus in §. die lunæ. in titulo de pace Constantiæ. in versicu. item sacramentum fecit, vt prædicti doctores fecerunt, vbi dixit per illum textum probari
21 apertè, ꝙ † si tabellio scripsit primò dicta vnius testis: & postea idem per omnia dixit alius testis,siue sub eadem die, siue sub alia non est vis, quòd talis scriptura probat testem in vnam consonantiam cõcordasse:licet aliqui dicant, ꝙ illa scriptura non valeat: quia proferunt vnum, & eundem meditatum sermonem: sed nec prima ratio valet: quia totum videtur repetitum,nec secunda: quia,quòd dicitur de eodem meditato sermone,habet locum quando testes sunt suspecti:secus si sunt bonæ famæ.vnde sequitur, quòd per dictos testes fit probatio. & allegat,quòd not.in capitulo,nihil obstat.de verborum significatione.in nouella.facit,quod notat dominus Antonius in capitu.nihil.de verborum significatione, & gloss.in simili in capitulo, & si quæstiones. de simonijs.& textus in cap.causam quę.& in capitulo ex tenore. de testib⁹.dñs Anto.in c.licet ex suscepto. de foro competenti.Bald.in l.ampliorem.§.in refutatorijs.C.de appellationibus.& in l. verbum, volo. C. de fideicommiss. & in l. testium. C. de testibus. & Speculator.in titulo de testibus.§.nunc tractandum versic.cautũ.Quãto ergo magis probant,cũ extensè testificati fuerint, & maximè in re eis familiari, & cognita:quia erant piscatores, & practicabant in dicto loco: & etiam quia vnus aliquid addit ad dictũ alterius:& sic certo certius est, ꝙ probant illud esse monasteriũ & nõ esse hospitale. Decim⁹ testis dicit, ꝙ sunt.l. anni quibus practicauit ad dictum locum Sancti Petri, & nunquam vidit aliquem infirmum hospitari in dicto loco, tanquam in hospitali: quia nũquam audiuit dici, ꝙ dictus locum vocaretur hospitale:sed bene prioratus, & cõuersatus est pluries dictus testis cũ priore nuper defuncto, qui erat regularis.& ẽt cognouit antecessorem isti⁹, qui ẽt erat regularis.& dicit, ꝙ vocatur ecclesia sancti Petri de la Volta,& non hospitale sancti Petri:& nunquam audiuit nominare hospitalę sancti Petri: & vidit semper ipsum locũ in eo statu in quo ad pręsens est:nisi ꝙ est aliqualiter propter antiquitatem declinatus. Vndecimus testis dicit, nunq̃ vidisse vocari hospitalarium in loco sancti Petri de la Volta, sed priorem, & cognouit priorẽ nuper defunctũ; & dicit,ꝙ locus prædictus vocatur prioratus,vel ecclesia sancti Petri: nec audiuit dici a 50. annis aliquẽ pauperem,viatorẽ, vel aliter hospitari in dicto loco: vt fit in alijs hospitalibus:quia in alijs hospitalibus sunt lecti præparati ad illud solum, videlicet ad pauperes recipiendos: & vidit & cognouit alios priores illius ecclesiæ, qui erant regulares, & pluries conuersabatur in dicto loco,& quod totus ille locus vocatur sanctus Petrus de la Volta: & quòd est ille locus in eo statu, in quo fuit ab annis 50. sed deterioratus propter lõgitudinem temporum. Duodecimus testis dicit,quòd vidit quandam portam,quæ iam sunt anni triginta,& vltra erat aperta: sed ad præsens est clausa cum muro. & illa talis domus, quæ etiam est contigua cum ecclesia,erat hospitale,& sic apparet,quòd principaliter erat ecclesia:sed accessoriè erat hospitale illa domus:& dicit,quòd vidit tres hospitari in dicta domo & vnus est mortuus peste: nec vidit alium ibi hospitari:& dicit,quòd vocabatur ecclesia,& quòd ecclesia & monasterium erat principale,& quòd nunquã vidit aliquem laicum regere illum locum, vt hospitale.Tertiusdecimus testis dicit,quòd ecclesia sancti Petri est pretiosior & principalior,& non illud tugurium:& dicit,quòd vulgariter dicitur, el vado da san Piero de la Volta. Decimusquartus testis dicit,quòd habitauit prope dictum sanctum Petrum annis 19. & nunquam audiuit nominari hospitale. Decimusquintus testis dicit,quòd ab annis quadraginta practicauit in dicto loco, & nunquã audiuit nominari in dicto loco aliquod hospitale, & quòd audiuit ab auunculis suis solitis transire per illum locum, dicere propter tempus pluuiosum,andaremo a San Pietro.Decimussextus & 17. testes deponunt, quòd suo iudicio illud scriptum in libro Eleute episcopi, erat male situatum & scriptum nouiter, & clarum est, ꝙ
22 vbicunque testis † deponit de eo,quod apprehendit ex peritia, potest deponere per verbum, credit:vt in capitulo,fraternitatis.de frigi.capitul.proposuisti.de probationibus.l.prima.in principio. & ibi Bart.ff.de ventre inspicien.l.edictali.§.his illud.C.de secũ.nup. Moderni in clementina gratiæ. de rescript.Decimus octaus testis dicit, quòd fuit amicissimus fratris Gregorij prioris,& diu practicauit secum:& ante,& postquam fuit prior Sancti Petri de la Volta ad solatiũ, & prior prædictę ecclesię quando veniabat Venetias se reducebat aliquando ad domũ istius testis, & practicabant ad inuicem, & semper audiuit,& vidit ipsum nominari priorẽ Sancti Petri de la Volta:& nunquam vidit, quòd ibi esset hospitale, nec vidit ibi recipere personas pro hospitalitate, sed semper vidit & audiuit ipsum vocari priorem Sancti Petri de la Volta ab annis 40.& sic ipse testis optime deponit,& cla-
23 rum est,quòd vbicũque † testis interrogatus de causa scientiæ dixit,quia practicaui in loco, & sum vicinus,vel amicus,& similia,probat, vt pulchrè firmat Bartolus in lege,prima.ff.si cer.peta.& in tractatu,de testa.in 12.quæstione. & quod ipse voluit in lege, de tutela.C. de in integ.resti. minor. vbi licet dubitauerit,tamen in illis duobus locis determinauit, & etiã voluit in repetitione legis,de ętate.ff.de minor.& maximè istud,in quo testificatur iste testis,est notissimũ omnibus practicantibus in dicto loco, & notat Baldus in lege, conuenticula. C.de episc.& clericis.& in lege,prima.C.de seruis fugitiuis.& in lege, non omnium.ff. de legi. Raphael Fulgo. & Salycetus in dicta lege, prima. Cum ergo in proposito nostro omnes

penè

penè isti testes practicauerint, & conuersati fuerint
in dicto loco, & deponunt super eo, quod necessariò
debebat esse cognitum omnibus practicātibus in di
cto loco, ergo standum est dictis eorum. Decimus-
nonus testis dicit, quòd ipse tenuit ad affictū vnū al-
bergotū dicti loci per longū tempus, vbi locabat ar-
tes suas, & res suas, & nunquam vidit hospitale ibi,
sed bene erat ibi ꝯtinguum certum albergum, ad qđ
reducebant se piscatores, & viatores tēpore pluuio-
so, & dicit, ꝙ ibi vidit quatuor priores fratres, vt eos
nominat, & sic clarè & formaliter deponit in fauorē
Sancti Saluatoris. Vigesimus testis deponit, ꝙ longis
temporibus practicauit in illis locis, & nunquam vi-
dit hospitale in dicto loco, sed vidit quoddam caso-
lum, ad qđ reducebat se ipse, & alij piscatores. Et idē
deponit vigesimusprimus testis. Vigesimussecundus,
qui est ætatis 78. annorum, qui practicauit in illo lo-
co. piscando, & nunquam vidit ibi hospitale. Modo
isti sunt testes producti in fauorē Sancti Saluatoris,
24 qui † plures in nomere sunt & seniores, quo casu sta
tur testibus senioribus, data paritate testium vt dixit
gloss. singula. in leg. cum quid. ff. si certum petatur. &
statur testibus pluribus numero. l. ob carmen. §. fina.
ff. de testi. capitu. in nostra, eodem titu. Bart. in capi. si
duo. ff. vti. pos. dominus Andreas in capitul. licet cau-
sam. de proba. & in dicto capitul. in nostra. Item etiā
statur testibus deponentibus verisimiliora, vt dixit
Inno. in capitu. auditis. de præscrip. & textus in dicto
capitul. licet causam. Et dixit Inno. multum singula-
riter in dicto capitul. auditis, quòd dicitur verisimi-
lius deponi per testes, quando deponunt super eo,
quod est conforme iuri communi, vt voluit Inno. in
dicto capitul. auditis, de præscrip. & qđ no. gloss. in c.
cum ecclesia Vulterana. de elec. cum ergo in propo-
sito nr̄o testes isti deponant super eo, qđ est ꝯforme
iuri cōi, videlicet, ꝙ ecclesia Sancti Petri nō sit hospi-
tale, sed prioratus, ꝙ est conforme iuri cōi considera
ta qualitate ecclesiæ, ædificij, & regimine religiosorū,
cum nullam habeat apparentiam, nec formam ho-
spitalis. facit clem. quia contingit. de relig. do. §. vt au
tem ver. eorum prouentus, & reditus in vsu misera-
bilium personarū fideliter dispensare, & quos in vsus
alios bona prædicta conuertere, præsumptio verisi-
milis non existat. & postea dicitur ibi, illi etiam, qui-
bus dictorum locorum gubernatio, seu administra-
tio cōmittetur, ad instar tutorum & curatorum, iura
mentum præstare & inuentarium conficere, & ordi-
narijs, seu alijs, qbus subsunt loca huiusmodi, singu-
lis annis, de administratione sua teneantur reddere
rationē. ista sunt formalia verba illius cle. quo ergo
colore possumus dicere, ꝙ ista ecclesia erat hospita-
le principaliter, cum nec appareat scriptura authen
tica, aut testibus fide dignis, quod priores illius eccle
siæ reddiderint rationē administrationis illis, qbus
subsunt, aut ordinario loci, singulis annis, de bonis &
redditibus illius hospitalis, si hospitale principaliter
fuisset. Et etiam probatur hoc fortius, quia cōmissa-
rius reuerendissimi domini Patriarchæ, qui iuit ad
videndū monasterium prædictum Sancti Petri, vt di-
scerneret, an ille locus esset hospitale, aut prioratus,
aut ecclesia, refert modum, formam, & qualitatem il
lius, quod nullo modo habet formam hospitalis, sed
potius ecclesiæ, aut prioratus regulis, & maximè cō-
iunctis dictis testium productorum in fauorem Sācti
Saluatoris, qui dicunt, quod non est alterata forma,
& qualitas illius loci Sancti Petri de la Volta, nisi ꝙ
est deterioratus ille locus propter antiquitatē tempo
ris, & apparet, ꝙ semper fuit in illo statu dicta eccle-
sia, & ꝙ non hospitale principaliter, etenim ex habi-
tu cognoscitur vnaquæque res regulariter, iuxta no.
in l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. ff. de in-
iur. cum simil. Et sic iste locus principaliter est prio
ratus: vnde iungendæ sunt insimul qualitas, & for-
ma loci, & qualitas prioris regentis, qui erat regula-
ris, vt probant testes, qui maiori parte dicunt, ꝙ co-
gnouerūt tres priores omnes religiosos in dicto mo-
nasterio, & iunctis dictis testium, & instrumentis, &
scripturis repositis in loco publico, & cōseruatis per
publicos officiales, nec scripturæ sunt suspectæ, in q
bus dicitur, ꝙ dictus locus est monasterium nullus
erit animi tam agrestis, qui inficiabitur illud esse mo
nasterium. fuit gloss. quæ allegatur pro singularis in
25 l. 2. ff. de excusatio. tuto. quæ dicit, ꝙ duæ † præsum-
ptiones faciunt vnam probationem. & gloss. in capi.
accedens. el 2. vt lite non contesta. etiam in capitulo
cum causam. de probatio. & in l. 3. §. eiusdem. ff. de te
stibus. domi. Abb. consiculus meus in capitulo tertio
loco. de probati. & in capitul. cum causam. præalleg.
Bald. in capitul. j. de controuer. inuest. & Bartol. in l.
prima. §. item Cornelio. ff. de quæsti. Bald. & Salycet.
in l. final. C. de probati. quanto magis in casu nostro,
cum quælibet de istis speciebus probationis est suf-
ficiens probatio, ꝙ principaliter est monasterium, &
non hospitale. ¶ Et si quispiam opponat de testibus
productis in fauorem ipsius domini Ioannis, videa-
mus eos. Primò domina Dominica testis producta
dicit vera esse contenta in capitulis partis, interroga
ta de causa scientiæ dixit, ꝙ ipsa fuit consobrina filia
patrui fratris Gregorij olim prioris dicti Sancti Petri
de la Volta: & pondero ante omnia dictum eius: qa
dicit, ꝙ frater Gregorius fuit prior sancti Petri, non
dicit hospitalis Sancti Petri: & ibat ad dictum locum
& ibi stabat tota æstate: & pluries vidit recipi viato-
res euntes, & venientes de Roma, & de Assisio & de
alijs partibus, de die & nocte, & intrabant intus mo-
nasterium: sic pondero, quia dicit, quòd erat mona-
sterium, & habebant quatuor lectos, in quibus quie-
scebant: & dabatur eis de pane & vino: & vocatum
fuit hospitale, & idem deponit filius eius. Modo di-
ctum istorum intelligitur, quòd accessoriè erat ho-
spitale: quia dicunt, quòd erat monasterium & ho-
26 spitale, vnde verba eius interpretantur † contra ip-
sum probantem: vt in capitulo, in præsentia. de pro-
bationibus: vnde debuit deponere, ꝙ principaliter
erat hospitale, & accessoriè monasteriū: & ideo fiet
interpretatio contra ipsum producentem. Et etiam
testimonium istorum non est verisimile: quia ille lo-
cus nullā habebat formam hospitalis: ideo non sta-
tur dicto eorum: nisi dicamus, ꝙ accessoriè erat ho-
spitale, vt dictum est. Item ex alio etiā detegitur fal-
sitas istorum testium, quia per tot testes est probatū,
qđ ibi non erat, nec fuit hospitale, & deponunt testes
de tempore antiquissimo sexaginta annorū, & sunt
testes, qui quotidie practicant in illo loco, & sunt in
magno numero, vnde isti duo testes dicunt falsum,
vel saluando dictum eorum, dicamus, ꝙ deponūt ꝙ
erat accessoriè hospitale, & principaliter erat mona-
27 sterium, quia statur potius † testi masculo, q̄ fœminę.
argu. l. si. ff. de fide instru. & in l. in multis. ff. de sta. ho-
mi. & quod not. Saly. & alij in repetitione. l. in bonę
fidei. C. de iureiur. & in l. admonendi. ff. e. & doc. in c.
fi. eo. ti. Itē quia sunt plures in numero. Item qa sunt
antiquiores, vt superius est dictum. Nec ob. tertius te
stis, quia nihil dicit, deponit enim de auditu, quali-
ter audiuit a quodam priore illius loci, qui dixerat di
cto testi, ꝙ ille locus ꝯseruauerat esse hospitale, & sic
de præsenti non erat, nec dicit, ꝙ principaliter erat
hospitale, vn̄ potuit esse hospitale accessoriè, & non
principaliter, & cū dicit, ꝙ vidit bullam, in qua conti
nebatur, ꝙ erat vnum hospitale, ideo intelligitur ac-
cessoriè contra producentem, nec etiā est standū di-
cto ipsius testis, qa potuit esse bulla falsa & nō authē-
tica.

tica.ideo non statur dicto suo,arg.no.in auth.si quis in aliquo documento.C.de edendo,& etiã quia non loquitur assertiuè,sed ꝙ sibi videtur,ꝙ in ea contineretur,ꝙ esset hospitale,& sic non probat,vt dixit Bar. in l.quid tamẽ.§.si arbiter.ff.de arbitris.& etiã dicit, ꝙ illam habuit in manu tanto tempore, quanto eã legit: & sic in tam modico tempore nõ potuit eam discernere. iuxta illud, tempore egemus, vt aliquid maturius agamus: vt in c.põderet.50.di.c. cum ex literis.de in integ.resti. & sic illud legere,fuit repentinum, nec deponit super actu hospitalitatis. dicit.n. quia recordatur,ꝙ in diuersis tẽporibus vidit diuersas personas:nec petijt,si ibi erant gratia hospitalitatis:& sic nihil probat,& per hoc standum est testibus Sancti Saluatoris, vt dictum est. Præterea est etiam aduertendum, quia iam per testes Sancti Saluatoris probatum est,ꝙ ab annis sexaginta ille prioratus Sãcti Petri fuit gubernatus per regulares, nec apparet qualis fuerit a principio fundationis status dictæ ecclesiæ,an secularis,an regularis: vnde satis datur intelligi,ꝙ status dicti prioratus sit regularis,ar.l.reprehendenda.C.de insti.& substi.vnde tex.solennis in c.
28 cum de beneficio,de preb.li.6.probat,ꝙ†vbicunque est verbum qualificatum adiectum in literis beneficialibus, quod potest denotare qualitates diuersas, intelligitur de qualitate congruente personæ impetrantis.nã prioratus est qualitas verificabilis in prioratu seculari,vel regulari,si secularis impetrat,intelligitur de seculari.Cum ergo iste do.Ioan.impetrans sit secularis,& expresserit ecclesiam,vel prioratum, & per testes est probatum,ꝙ ab annis 60.50.& 40.vsque ad tempus mortis vltimi prioris,qui iam erat regularis, ergo Papa videtur prouidisse illi domino Io. tanquam de prioratu seculari.ergo sequitur, ꝙ gratia non tenet,tanquã fuerit suppressa qualitas,quam si Papa sciuisset, non contulisset,ar.c.postulasti,& c. constitutus,de rescri.& c.cum in illis,de preben.li.6. vbi est exprimenda qualitas beneficij,& sic ex isto capite d.do Io. nullum ius competit ad dictum hospitale:& eo maximè,quia iam facta erat vnio,& comparatio,& translatio dicti prioratus per renuntiationem,& Papa contulit tanquam vacantem.ergo literæ erant surreptitiæ:ergo sunt nullæ.c.ad audientiã, de rescrip.& sic debuit fieri mentio de vnione prædicta,& de iure quæsito ipsi ecclesiæ Sancti Saluatoris, nec mens Papæ fuit præiudicare iuri tertio quæsito. c.super eo,de offi.deleg. c.quamuis,de rescr.li.6.l.cũ auus.C.de emanci.lib.cum si.vnde debuit fieri mentio de dñio ecclesiẽ sancti Saluatoris,vt no.in c.quia diuersitatem,de conces.præb.& sic ex isto capite nullum ius competit dicto dño Ioanni in prioratu prædicto Sancti Petri.¶ Nec obstant allegata in contrarium.primo cum dr̃, ꝙ 10.affirmantes præferuntur mille negantibus,vt est gl.in l.diem proferre.§.si plu
29 res.ff.de arbit.quia illa gl.procedit†nisi negantes deponerent super eo,quod est conforme iuri:quia tũc staretur potius 10.negantibus,quàm affirmantibus. ista est gl.sing.in c.clerici.81.dist.de qua facit festum Bal.in l.data opera.C.qui accu.non poss.vnde ibi dicit gl.ꝙ si duo laici deponunt,ꝙ ego non deliqui hic, & duo clerici deponunt,ꝙ imo deliqui hic, ꝙ testes negantes præferuntur testibus affirmantibus,qa deponunt de eo, quod est conforme iuri communi,ꝙ pręsumit neminem delinquere,vt l.merito.ff.pro socio.cum si. Ita in proposito,testes pro ecclesia sancti Saluatoris deponũt super eo,quod est conforme iuri,quia considerata forma & qualitate dictę ecclesię Sãcti Petri,& his,quæ superius expressi,ius præsumit illum esse prioratum regularem principaliter,& nõ hospitale. ideo statur pluribus testibus negantibus, quàm paucioribus affirmantibus, vel secũdo potest

responderi,ꝙ illud est verum in negatiua, quæ probari non potest: vt l.actor.C.de proba.cap.1.de confes.libro 6.sed in negatiua,quæ est probabilis,vt fuit ista negatiua, est secus, & statur testibus pluribus in numero,& dignioribus, & verisimiliora deponentibus,& antiquioribus,vt fuit in casu nostro.ergo,&c. Item quia in casu nostro negatur, ꝙ testes istius Ioã. probent sufficienter illum locum, esse principaliter hospitale:imo est penitus falsum,& ꝙ hoc non probant,superius fuit ostensum,& sic non potest allegari illa regula,quòd affirmantes testes præferuntur testibus negantibus.¶ Nec obst.cum allegatur cle.per literas, quia satis apparet responsio ad illam per ea, quæ superius dicta sunt, & maximè per illam doctrinam Zenzelini,Matthæi & domi.Card.dum dicunt, ꝙ restringitur illa cle. eo casu, quo rector hospitalis non reddit rationem administrationis, iuxta not.in cle.quia contingit,de relig.domi.& fructus non sunt deputati ad pauperes hospitandos: vt est in casu nostro, quia non est probatum, ꝙ priores dicti prioratus reddiderint rationem administrationis bonorũ dicti loci singulis annis suis superioribus.iuxta clem. cõtingit,nec est probatum,ꝙ fructus & redditus hospitalis essent deputati ad vsum pauperum ibi hospitantium, & indubitãter ista doctrina imponit finem huic dubitationi:& maximè in casu nostro,quia cessat ratio prohibitionis posita in d.cle.per literas,quę fuit,ne tolleretur hospitalitas,quia iam Papa per istã vnionem nõ tollit hospitalitatem prædicti monasterij,si ibi erat:quia dixit in sua bulla,dumodo dictum monasterium debitis nõ defraudetur obsequijs.vnde posito,non tamẽ concesso, ꝙ istud monasterium principaliter & non accessoriè esset hospitale,adhuc non haberet locum dispositio dictæ cle. per literas, quia non tolleretur hospitalitas,ex quo noluit Eugenius in d.bulla, ꝙ debitis obsequijs nõ fraudaretur: sed certum est,ꝙ non erat,seu non est hospitale principaliter,vt probatum est.ergo sequitur,quòd d.cle. non habet locum maximè cum sit vnio facta in augmẽtum religionis,vt superius dictum fuit.Nec obst. dum tex.ibi dicit expresse,qa satis dr̃ expresse dixisse, ex quo per verba licet gñlia, tñ satis ad hoc apta expressit.vñ pulchre dixit Ang.in ꝯsi.16.aliàs 15.ꝙ si pater petijt filium legitimari, licet non petat illum restitui pristinis natalibus:nihilominus satis illud tacite videtur petere,& ideo habetur:ac si expresse petierit.ita in casu nostro.Item tex.illius cle.dum vtitur illo verbo, expresse, procedit in casu illius cle.quæ loquitur, quando emanant literæ generales super prouisione fiẽda clericis: ideo tunc requiritur expressio de hospitali,& hoc propter ambitionem,vt superius dixi,sed vbi cessat ambitio,& est vnio facta ecclesiæ: vt in casu nostro, ille text.non loquitur.ideo non requiritur illa expressio. Nec obst.cum dicitur,ꝙ non est verisimile,ꝙ Papa voluerit præiudicare pauperibus:quia concedo,ꝙ in dubio noluerit,& iam in casu nostro Papa nõ præiudicauit pauperibus:imo voluit,ꝙ monasterium prædictum non fraudaretur in debitis obsequijs,vnde non tollit hospitalitatem.facit.cap.1.ne sede vacan.sed iam probatum est,ꝙ in d. prioratu non erat hospitale:vnde ex illa clem.stantibus terminis huius quæstionis,& bulla dñi Eugenij, posito, non tamen concesso, ꝙ istud monasterium esset principaliter hospitale, non propter hoc obstaret d.cle.per literas,& an tunc ecclesia Sancti Saluatoris teneretur seruare illam hospitalitatem ex quo dicitur in bulla Eugenij, dummodo non fraudetur dictum monasterium debitis obsequijs,an intelligatur illa clausula,de hospitalitate,& etiã qa Eugenius in bulla,se dixit facere istam vnionem ad hoc, vt ecclesia sancti Saluatoris posset sustinere onera expensarum

sarum pp fratres multiplicatos: hoc non decido nunc: quia super hoc non versatur dubitatio, licet superius dixerim, ꝙ ecclesia Sancti Saluatoris teneretur ad hospitalitatem, nec nunc determino: ideo sufficit, ꝙ d. cle. non ob. huic vnioni, & etiam maxime, quia iste prioratus est monasterium principaliter, & non hospitale, vt est superius dictum. Nec etiam ob. dum allegatur glos. sing. in d. cle. per literas, de motu proprio, quia illa gl. loquitur in casu illius cle. quando literæ sunt generales super prouisione clericorum, vt superius est dictum. Nec etiam ob. cum dicitur, ꝙ de dicta vnione non debuit fieri mētio: quia salua pace, imo debuit fieri mentio, vt voluit Ioan. Andr. & Domini de Rota, & facit c. ex literis, de dolo, & cont. ¶ Nec ob. vnum allegatur dictum Bal. & Gul. quia non obstant, quia imo Papa vniuit istam ecclesiam, siue esset monasterium, siue esset ecclesia, siue esset hospitale, vt superius est dictum. item quia non est verū, ꝙ principaliter sit hospitale: imo principaliter est monasteriū, & est dictum. Nec obst. dum dicitur, ꝙ redditus deputati

30 ad vsum pium, non possunt† deputari ad alium, nisi per Papam scientem, quia ad hoc respondeo, ꝙ sufficit, ꝙ habuerit scientiam in genere de hoc, per tex. valde notabilem in l. qui iure. ff. de testa. mili. & quod not. Ang. in l. tres fratres. ff. de pac. & in l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. & in l. manifestissimi. §. si autem nescius. C. de furt. & l. sicut certi. C. de testa. milit. sed Papa habuit in casu nostro sciētiam in genere, quia omnino fecit illam vnionem, vt ecclesia Sancti Saluatoris posset supportare onera expensarum, vt superius est dictum. Item negatur, quod res istius monasterij essent deputatæ ad certū vsum pauperum hospitantium, quia imo sunt deputatę ad vsum monasterij principaliter, & in consequentiam ad vsum pauperū, quia quicquid habet ecclesia, est pauperum, vt in cap. quoniam quicquid habet ecclesia pauperum est 16. q. j. Nec obstat, cum allegatur dictum Zenzę. de libro episcopi & canonicorum, quia ipse loquitur de libris antiquis, arg. l. census. ff. de prob. saltem in custodia publica inuentis, quia in casu nostro iam est probatum per dictos testes, fratres ordinis beati Francisci, ꝙ dicta scriptura, in qua continetur, qualiter prioratus Sācti Petri est hospitale, est malè posita, & malè situata, & est nouiter scripta, quo casu videtur falsa, falsum enim probatur ex cōiecturis: vt l. satis apertè. C. de fal. & quod no. capi. inter dilectos de fide instrument. & in §. quod sæpe. in auth. de trien. & se. & in authen. de fide instrument. in princip. & Bald. in l. contractus. C. eo. tit. & per docto. in d. ca. inter dilectos, ex qua præsumptione præsumitur de iniusta causa ipsius do. Ioan. & maxime. considerata paucitate testium. non enim est verisimile, ꝙ locus ita publicus, vt est hospitale, non potuisset probari pluribus testibus asserentibus & testificantibus de specie indiuidua, & de visu, & communi fama, & sic ille liber est cōtra istum D. Ioan. & sic certo certius est, quòd istud monasterium Sancti Petri non est hospitale. vnde posito, ꝙ ille liber esset antiquus: tamē illa scriptura, seu postea, non est antiqua, & per consequēs non probat, nec ille liber est scriptus per publicam personam, nec conseruatus in loco publico per publicos officiales. Nec ob. cum producuntur aliqua instrumenta, in quibus ille locus denominatur hospitale, quia illa verba sunt enunciatiua, & non dispositiua: ergo non probant: vt c. si Papa, de priuil. lib. 6. & etiam in illis instrumentis appellatur monasterium. Item quia pōt esse hospitale accessoriè, & in consequentiam, vt superius dictū est. Item quia illa verba in dubio sunt interpretanda contra producentem, vt in c. in præsentia, de prob. Item quia illa tolluntur per contrariam probationem aliorum instrumentorum & testamentorum, in quibus dotatum fuit dictū monasterium: & quia pluribus & antiquioribus, & melioribus testibus adiuuātur instrumenta in fauorem Sancti Saluatoris, ꝙ sit monasteriū principaliter. Item quia concurrit præsumptio verisimilior: quo casu est standum præsumptioni verisimiliori: vt in capitu. afferte, & in capitul. quia verisimile, de præsumptio. l. j. C. qui & aduersus quos. l. 3. §. j. ff. de mino. cum similib. & ista pars Sancti Saluatoris est iustior, verior, & æquior, & per eam augetur religio, & res reducitur in suam naturam pristinam, quia iam solita est regi, & regulari per regulares, & iam testes deponūt, quòd aliqui viderūt priores quatuor in dicto monasterio, aliqui tres, qui omnes fuerunt regulares, iuxta notata in l. si vnus. §. pactus ne peteret. versicu. quod in specie. ff. de pactis. Item augetur religione pauperes fraudentur. Et longè est mirandum, quomodo stantibus supradictis testibus, bulla vnionis, instrumentis, scripturis publicis reseruatis in loco publico, præsumptione, quòd non sit hospitale principaliter ex forma loci, & monasterij, testibus iudicantibus illum locū monasterium, & nō hospitale, vt patet relatione facta de situ, & cōpositione monasterij prædicti, & referentibus illam postam esse nouiter in libro episcopi & capituli, dominus iudex pronuntiauerit contra illam vnionem in fauorem sacerdotis secularis, & contra ecclesiam Sancti Saluatoris, nec possum videre, quo iure, aut iustitia sic pronunciauerit, & ideo ex supradictis concludo, partes domini iudicantis esse in declarando dictam vnionem tenere, & valere & canonicè factam fuisse, & ipsum fuisse monasterium principaliter, & sententiam fuisse iniustam, & minus canonicam, & illam reuocādam, & bene, & canonicè fuisse appellatum. Et sic concludo in fauorem Sancti Saluatoris.

EPITOME.

¶ Iudæus cum Iudæo alea, vel taxillis, lusit, & vicit, sed qui perdidit, restitui sibi secūdùm formam iuris & statutorum Forliuii, quibus non sit licitum ludere, perditam pecuniam postulauit, at tum propter contrariam passim in Italia receptā consuetudinem, tum, ꝙ ambo Iudæi essent, obtinere nō dēt.

SVMMARIVM.

Consuetudine patriæ ludus est licitus, nec qui vicit, restituere tenetur. nu. 1. 5. 6. & 7.

Ludus aleæ mixturæ fortunæ & industriæ ratione licitus est, & consuetudine induci contra ius positiuum potest. nu. 6.

Statutum allegans probare debet & neganti, quod communiter fit, probatio incumbit. nu. 9.

Lex Mosayca specialis est Iudæis, & in casu expresso legi communi, & generali derogat, & inter eos seruanda esset, si reperiretur. nu. 11. & 13.

CONSILIVM LXVI.

QVia cum apud doctissimos viros res, ista examinanda est. Ideo paucula in medium adducenda esse constitui. Et adduco elegātem doctrinam domini Bald. in rubri. C. de condi. ob tur. cau.

1 vbi dicit, quòd quidam ludus† est fortunæ tentator, seu perscrutator, sic accidit in ludo taxillorum, vbi industria cū fortuna permiscetur, quem ludum dicūt, quidam ex accidenti esse contra bonos mores, & non per se, sed quia ex eo oriūtur multæ blasphemiæ, & furta, vt de facto videmus, & refert quosdam dicere, ꝙ si ludit bona fide, siue in parua quātitate, siue in magna, ludus est ꝑmissus, & paritas periculi, qa vterq; subiacet fortunæ, facit hunc ludū permissum: similes rationes sunt. C. de inoffi. testa. l. si pater puellæ. vnde si bona fide ludit, in foro conscientiæ non tenetur ad restitutionem, nec confessores faciunt de hoc consciētiam, & temperat ibi idem Bal. istam opi. cum dicto beati Thomæ dicentis, ꝙ

2 †vbi est consuetudo patriæ, ludus est licitus, & non arctatur

ctatur quis ad restitutionem,nec in foro ciuili,nec in fo
ro pœnitentiali:vnde concludit, ꝙ si statutũ populi non
reprobat illum ludum,esset tutus tã in foro fori, quàm
etiam in foro poli.Vnde in proposito nostro,si in loco
vbi iste Iudæus lusit, viget consuetudo ludendi cum ta-
xillis,seu ad azardum,talis consuetudo,eum excusat.Fa-
cit in simili glo.singularis,in capitul.venerabilis,de con-
suetu.& sic de se talis ludus non est illicitus, quinimo ex
quo posuit se periculo fortunæ, nõ videtur habere istas
pecunias ex titulo lucratiuo.vnde idem Bald.in l.fina.in
3 finalibus verbis.C.si quid in frau.patron.tangit,an † filij
possint reuocare illud,quod pater perdit in ludo, vsque
ad legitimam ipsorum,& decidit,quòd si ludus est illici-
tus,possunt reuocare vsque ad legitimam eorum, sed si
ludus de sui natura, & essentia est licitus, tunc dicit non
posse reuocare perdita per patrem vsque ad legitimam,
& mouetur ibi Bal.quia nec fuit fraudis consilium, nec
vincendi propositum, nec causa est lucratiua,argum.ad
hoc lege,in executione.§.final.in gloss.ordina.ff.de ver-
borum obligationibus. Ita ibi residet tantus doctor,&
sic ista doctrina Bald.apponit gladium & securim a duri
tiem huius certaminis, quia videtur concludere, quòd
4 eo casu † quo ludus de sui natura non est illicitus,vt iam
est alearum,taxillorum,& similium,vt dictum est, non
potest recuperare perdita, quia non est lucrum, ex quo
cũ periculo illud acquisiuit,& ideo dicebat Beatus Tho
mas, quòd ludus taxillorum in se non est illicitus: sed
propter prohibitionem iuris positiui.nam sicut possum
tibi promittere decem sub conditione,quę pendeat a iu
ribus fortunę:vt l.si quis ita stipuletur,si nauis ex Asia ve
nerit.ff. de verborum obligationibus. ita videtur, quòd
possum promittere decẽ si fortuna habueris plura pun-
cta,quàm ego,vel si puncta tua venient citius, quã mea.
Et ideo dicebat dominus Ioannes de Imola in capitulo
clerici,de vita & honestat.cleric.probabiliter dici posse,
5 quòd † si cessante dolo & fraude aliquid vincitur, ei,qui
habet administrationem rerum suarum in locis, in qui-
bus consuetudo non seruat ius positiuum, quòd non te
netur ad restitutionem, nec etiã tenetur erogare in pau
peres,& sic concludit sicut Beatus Thomas, quòd con-
suetudo non seruãs dispositionem iuris communis,im-
pedit repetitionẽ eius, quod pars perdit ad taxillos, vel
ad azardum, quinimo dicebat Ioannes And.in dicto ca
pitulo clerici, quòd ludus alearum non simpliciter pen-
6 det a fortuna.imo est iustus, & † pendet etiam ab indu-
stria,& ingenio:ideo ratione mixturæ est licitus,& indu
ci potest ex consuetudine contra ius positiuum, argu-
ment.capitul.sacris,de sepultur.facit, quia quælibet pro-
uincia abundat in sensu suo:vt in capitulo certificari,de
sepultur, capitul.catholica.11.distinctio.cum similibus.
Et si dicatur,quòd ista consuetudo est corruptela,& fun
data super illicito, ad hoc dico, ꝙ ista consuetudo quo
ad casum repetitionis est valida, quia potest operari, ꝙ
in pari causa turpitudinis, sit potior conditio possiden-
tis; & ita respondetur ad authentic.alearum vsus, & ita
etiam respondet dom. Ioan.de Imola in dicto capitulo
clerici. Et etiam potest aliter responderi, quòd talis lu-
dus formaliter, & substantialiter non est illicitus, vt est
dictum:sed accidentaliter sic & ideo consuetudo potest
induci super substãtia:non autem attenduntur acciden-
tia, quæ veniunt in consequentiã,l.quod dicimus.§.pri-
mo.ad fin.ff.de aucto.tuto. & ita etiam cum dicto Ioan.
Andre.transiuit domi.Petr.de Anchara.in dicto capitu.
clerici. istud etiam firmat Reuerendus domi. Cardinal.
in dicto capit.clerici,dicens,quòd vbi viget consuetudo
ludendi,non repetit, nec tenetur erogare in pauperes,
quia cõsuetudo potest transferre dominium de vno in
alium,l.venditori.§.si constat.ff.commu. prædi.& facit,
quod not.Innocent.in capitulo quæ in ecclesiarum, de
constitut.& Cyn.in l.fina.C.si contra ius, vel vtili.publi.
7 & illud,quod dicitur,quòd debet† erogari in pauperes,
est de consilio,& clarum est,quòd lex consilij non ligat,
vt not.Innocent.in cap.primo,de vit.& honesta. cler.&
in capitul.nam concupiscentia, de constitu.per domin.
Anto.& alios, gl.in l.si pupillorum.§.primo.ff.de rebus
eo.& sic omnes vno ore firmant illam legem, alearum.
C.de relig.& sump.fune.esse correctam per contrariam
consuetudinem. Et voluit præfatus gloriosus Thomas,
secunda secundæ.q.32.artic.7.& Ioan.An. in d.c.clerici.
& ibi etiam dicit dominus Cardinalis, quòd non debet
distingui,an vnus prouocauerit alium ad ludẽdum:suffi
cit enim,quòd non fraude,aut dolo cum falsis taxillis vi
cerit, & ista est opinio communis omnium, quòd non
sit locus repetitioni stante cõsuetudine:ideo erit ista opi
nio tenenda iudicando, & consulendo,vt l.prima.ff.de
senato.l.athletas.ff.de his qui not.infamia.capit.in cano
nicis 19.distinct. capitu.de quibus 20.distin.§.quidam,de
pœnitent.distinctio j.Innocen.in capitu.ne innitaris,de
constitut.cum similibus. Et sic secundùm istam opinio-
nem erit iudicandum. ¶ Sed vnum est,quod facit febri-
citare grauiter, & molestè satis,partem istius Iudæi vin-
cẽtis,videlicet,quia in petitione dicit procurator, quòd
dictus Iudæus, vincens tenetur restituere dictam pecu-
8 niam secundùm formam iuris† & statutorum Forliuij,
cum non sit licitum ludere,quo casu euersa,& deleta an
te oculos est omnis doctrina pręcedens,ꝙ nullo modo
potest iste Iudæus se adiuuare, quia omnes doctores su-
perius allegati concludunt, quòd vbi viget ius commu-
ne,vel statutum conforme iuri communi de nõ luden-
do, quòd tunc & eo casu locus est repetitioni,vt voluit
Bald.in rubrica.C.de cond.ob turpem causam,ideo sup
ponendo, quòd Forliuij sit dictum statutum, sequitur,
quòd cogetur restituere & ideo incumbit onus proban
di consuetudinem extare contra ius commune huic Iu
9 dæo vincenti.† Quia circa hoc subtiliter est animaduer-
tendum omissis ambagibus. primo est probandum sta-
tutum extare, vt in capit.j.de constitu.libro 6.cum simi.
Secundo ista consuetudo videtur esse ludendi commu-
nis in tota Italia, vt vincens ad taxillos non restituat, si
nõ dolo,aut fraude,aut falsitate vicerit,quo casu incum
bit onus probandi contrarium aduersario, quia negan-
ti illud, quod communiter consueuit fieri, incumbit
onus probandi cõtrarium:vt l.neque natales.C.de pro-
batio.in gl.Et facit text.valde singularis in l.in fideicom-
missi.in princi.in versicu.non facile.ff.de vsur.per quem
tex.dicunt omnes scribentes, & refert Ludouic.Roma.
in suis notabilibus 363. ꝙ onus ꝓbandi admonitionẽ,
non præcise incumbit reo: quia ita frequẽter consueuit
accidere, quòd creditor monet reum. Cum ergo in ca-
su nostro ita communiter consueuit esse, quòd ludens
non restituit illud, quod vincit ludendo, si sine fraude,
& dolo vicerit,& istud est commune & notorium in to
ta Italia, nec eget probatione.l.ea quidem.C.de accusat.
capitu.ad nostram,de iureiuran.capitu.euidentia, de ac-
cusat.cum similib.Ideo ante omnia erit præsentandum
statutum in contrarium.Secundo erit videndum, posi-
to, quòd ibi esset statutum, si dictum statutum est abro-
gatum, per contrariam consuetudinem seruatam in ci-
uitate Forliuij, & tunc seruabitur illa consuetudo,argu-
ment.lege,de quibus.ff.de legi.& per consequens domi-
nus procurator huius causæ sit cautus, quomodo pro-
cedat in ista causa. Quinimo consideret domi.iudicans,
10 quia ista† cã versatur inter Iudæos,quo casu est accurate
videndum, vtrũ lex ciuilis posita in d.ti.C.de relig.auth.
alearum.habeat locũ in ipsis Iudæis,& per ꝯns statutum
Forliuij loquens de ludentibus habeat locum in ipsis Iu
dæis,& certè videtur dicendum,ꝙ si lex Mosayca dispo-
nit, ꝙ Iudæus vincens sine fraude, & dolo alteri Iudæo
non compellatur restituere,aut reddere illud, quod vi-
cit, seruanda erit lex Mosayca inter Iudæos, & non lex
ciuilis.nam Iudęi vtuntur lege Mosayca,& illa lege ligã-
tur 45.distin.cap.syncera.versi.Iudæi, quia ius veteris te-
stamenti datum est Iudæis per Mosem:vt septima distin
ctio.ca.fuerunt. sic ius ciuile proprium Hebræorum est
eis

eis diuina causa constitutum.j.distinct.capitu. ius ciuile. & sic quo ad eos præferatur iuri communi Romanorum: vt in l.omnes populi. ff.de iustitia & iure.l. de quibus.ff.de legib. Facit: quia Iudæi non humanis, sed diuinis constitutionibus subijciuntur.12.distinct.capit.omnia.80.distinct.capitulo si solus Christus.cum ibi not.Et ideo excellens doctor Io.Calde.in consilijs suis, in titul. de testam.consilio 30.dicit, quòd ista lex mosaica fuit data Iudæis, & ecclesia illos tolerat: & Papa & imperator patiuntur: vt inter se legem suam seruent, & allegat tex. in l.Iudeos ad fin.C.de Iudæis.vnde tex.dicit, amissuri sine dubio permissa, nisi ab illicitis se temperauerint, ex quo tex. datur intelligi, quòd lex sua inter ipsos seruanda est:
11 nam lex † Mosayca est lex specialis Iudæorum.ergo sequitur, quòd inter eos derogat legi communi, & generali, sicut species derogat generi.capit.primo, de rescript.l.sanctio legum.ff.de pœni. & allegat etiam Ioan. Calde.illud euangelicum, nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori, quasi velit, ꝙ lex nostra debet a nobis seruari. Nec obst.l.nemo.l.nullus. & l. Iudæi.C.de Iudæis. & similes in illo tit.in quibus dicitur, legem ciuilem seruandã, quia illa iura procedunt in his,
12 quę Iudęis sunt expressè prohibita, sed in his † quibus lex ciuilis expresse non derogat, si est quæstio inter Iudæum & Christianum, seruabitur lex ciuilis communis, sed si est, quæstio inter Iudæos dumtaxat, tunc seruabitur lex Iudæorum specialiter disponens super illo casu, vt dicimus inter Christianos, quia primo seruãtur statuta Christianorum, & postea seruatur lex communis Christianorum. Ita inter ipsos Iudæos.primo seruabitur lex Mosayca specialiter disponens inter ipsos Iudæos, postea seruabitur lex communis Romanorum, & ita intelligatur d. l.Iudæi.& similes. Et ideo dicebat elegans doctor do.Florianus de Sancto Petro doctor Bononiensis in l.tertia. ff.de his qui sunt sui, vel alieni iu.se consuluisse, quòd neptis Hebræa potest contrahere matrimonium cum patruo Iudęo: quia lege Mosayca solũ sunt prohibiti ascendentes & descendentes.35.q.j.eo.titu.& etiam facit, quia nihil ad nos de his, qui foris sunt. Et etiã in casu nostro, quia inquãtum doctores dicunt esse peccatum vincere, & non restituere, vt dicebat domi.Anto.in d.c.clerici, & in c.plerique, de immu.eccl.istud non potest adscribi ipsis Iudæis.iuxta not.in c.gaudemus, de diuort.facit, quod not.Barto.in l.Iudæi.C.de Iudæ.præalleg.vnde modo in proposito nostro ista sunt notabilia, & per alios non tacta.vnde cum dicta authen.alearum.specificè non disponit de Iudæis, sed generaliter loquatur, & posito, non tamen concesso, quòd esset statutũ Forliuij ita disponens, nec esset abrogatum per consuetudinem cõtrariam: nihilominus non haberet locum in ipsis Iudeis, si lex Mosayca specialiter inter ipsos Iudęos disposuisset: vnde inter eos erit seruanda lex sua. Et si quispiam dixerit, amice, scripta & dicta in veteri testamento non ligant in nouo, nec aliter sunt obseruanda, nisi sint in nouo testamẽto repetita, vt not.6.dist.his ita respondetur, & moderni scribentes tangũt in c.fi.de consue. vbi allegant beatum Thomam, & no.do.meus Io.de Imo.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff. de ver.obl.quia ad hoc respõdeo, ꝙ illud procedit inter Christianos, sed inter ipsos Iudæos est seruanda lex Mosayca, vbi specialiter sit illi legi Mosaycæ derogatum per leges ciuiles, ex quibus infero, ꝙ omnia statuta Italiæ loquentia generaliter non ligãt Iudæos stantes in terris Italiæ quo ad ea, quæ specialiter lege Mosayca inter ipsos Iudæos expressum est, quia species derogat generi, vt in d.l.sanctio legum.Et per consequens ista videtur indubitata veritas, quam quisq; ingentis spiritus doctor de plano concederet, & confiteretur, & per cõsequens Iudeus iste non ligatur constitutione ciuitatis Forliuij, nec dispositione dictæ authen.alearum, si specialiter lex Mosayca aliter disponit. Et cum beatus Thomas, Ioan.Calderi.domi.Petr.domi.Car.Bald.& sequaces dicant, quòd si consuetudo non viget in ciuitate, ꝙ tunc vincens tenetur ad restitutionem, non loquuntur in Iudæis inter se ipsos ludentibus. Et ex istis resultat conclusio manifestissima, quòd si consuetudo viget Forliuij, ꝙ perdens ad ludum aleæ, vel taxillorum, aut azardi, non recuperet perdita, quando non interuenit fraus, aut dolus, aut falsitas, quęstio est indubitata, quòd iste Iudęus vincens non tenetur ad restitutionem, vt voluerũt doctores communiter superius allegati. Si verò illa consuetudo non viget Forliuij: sed seruatur ius commune: & etiam viget statutum Forliuij, mandãs & disponẽs seruandam dispositionem.d.authent.alearum, tunc cõcludo, ꝙ si lex Mosayca disponit specialiter super hoc, ꝙ Iudeus vincens aliquid alteri Iudæo ludendo, si sine falsitate, aut dolo, aut fraude vincat, nõ teneatur ad restitutionem: tunc seruabitur lex Mosayca specialis, & nõ lex ciuilis, aut statutaria generaliter disponens, tanq̃ non liget ipsos Hebræos.& ista videt indubitata veritas. Et ita concludo in fauorem ipsius Iudęi vincentis.

EPITOME.

¶ Statuto hoc modo cauente, si vero pater, mater, auus paternus, aut frater carnalis decesserit testatus, & aliquid reliquerit mulieri dotatæ, relictis filiis masculis: illa mulier & eius filii, vel hæredes debeant esse contenti dicta dote, & eo quod eis relictum est quocunque titulo, nec possit plus petere ratione legitimæ debitæ iure naturę. Et similiter filiæ etiam non nuptæ debeãt esse contentæ dotibus eis relictis in testamento patris, matris, vel aui, nec possint plus petere in eorũ bonis ratione legitimæ iure naturæ debitæ, & in omnibus, & singulis casibus intelligatur, & p̃sumatur dicta mulier congruè dotata. Pater quispiam cum instituisset testamento filias suas in quingentis libris, quas voluit eis dari, quando nupserint, & ex iis filiabus Catharina quædam relictis liberis vita decessisset, & a filiabus moueretur controuersia, peterentque, quod iure communi matri suæ in successione, & hæreditate paterna debebatur, compromissum est cũ plenissima potestate cognoscendi, & laudãdi de iure & de facto. Proinde dispositioni municipali renuntiatum fuit, & secundum commune ius arbiter pronuntiare de causa debet, vincere itaq; hæ filię debent. Nec alioquin statutum repugnat, cui pater ille non satisfecit, quia nec dotem simpliciter reliquit, nec pro dote. Item eadem ratione, nec maternis bonis dicta Catharina, nec saltem legitima exclusa est. Vnde fit etiam, vt licet frater ex statuto sorori defunctæ exclusa matre dicta Catharina successisset, nihilominus statuto illo nihil prohibente, ipsa mater legitimam in suæ filiæ successione habere debet. Cæterũ cum pater ille testator minus legitima suis filiabus reliquisset, eis post pupillarẽ ætatem substituere non potuit. Deinde cũ idem sic illis substituisset, si ipsæ decesserint sine liberis, vel dictã terrã peruenire ad capellã, si vero remanserint filii, illã illis remanere, neptes his verbis comprehensæ sunt: itaq; hæ ecclesiam summouent, ipsisq; tenetur hęres fructuum nomine post aditam hæreditatem perceptorũ. Et cum dictam terram iudicio testatoris & iure dictę substitutionis capiant eam sibi in legitimã matri suæ debitam imputare non tenetur. Cum aũt patruus ha-

rum neptum duarum, illis testamento centũ libras pro qualibet reliquisset, modo pater earum dotem Catharinæ matris ipsarum eis dedisset: illas consequi debent statim, atque pater dotem illam præstitisset, nec nubilis illarum ætas expectanda est, cum non distulerit in id tempus testator. Postremo certum est compromissum illud etiam ecclesiæ substitutæ præiudicasse, cuius rector, cum sciret litem coram arbitro agitari, nec contradixit, nec protestatus est, potuit enim eius factum huiusmodi ecclesiæ præiudicare.

SUMMARIUM.

Compromissum cum plenissima potestate cognoscendi & laudandi de iure & de facto, secundum ius commune explicandum est. nume. 1.

Iuris appellatione, potius & principalius venit, vbi sunt duo cõtraria, quorum alterum particulare, alterum vniuersale est. numero 2.

Verba illa, de iure & facto, important etiam omittendum iuris positiui rigorem, & sequendam iurisgentium æquitatem. numero 3.

Casus omissus a statuto dispositioni iuris communis relictus est. numero 5. & 11.

Legitima vel supplemento legitimæ nemo, nisi specialiter excluditur. nume. 9.

Statutum legitimam minuere, sed in totum tollere non potest. numero 10.

Fideicommissum speciale in dote factum valet, vltra non intra legitimam. nu. 12.

Neptes liberorum appellatione continentur. nu. 14.

Ecclesiæ fauendum est, non tamen præiudicio alterius.

Testator non differente legatum in tempus, nec nos differre debemus. nu. 18.

Compromissum ab hærede factum, quo iuri municipali renunciatum est, etiam substituto eius rei scienti, nec repugnanti præiudicat. nu. 19.

Prælati factum ecclesię, licet non in quæsitis, tamen in quærendis præiudicat. nu. 20.

CONSILIVM LXVII.

PRima Consideratione videtur dicendum, ꝙ dictę sorores hęredes matris suę debēt esse contentę eo, quod D. Catharina earum mater habuit in testamento ipsius Ioannis sui patris. Et ad hoc ostendendum ante omnia præmitto illud, quod eleganter dixit Bald. in quodam suo eleganti consi. quod incipit, Martinus Ioannis de Florentia posito inter consilia Angel. vbi dicit, quòd eo ipso, quòd statutum exprimit masculos agnatos, est intẽtio sua prouidere illis agnatis exclusis sororibus defunctæ personæ, vel filiabus: & hęc est mens statuentiũ, quæ sumitur coniecturatiuè ex causa, & ratione, quæ mouit verisimiliter statuentem. primo dicit, quòd ratione cuiusdam compēsationis pręsumpta ex quadam consuetudine communi modernorum temporum, ex qua consuetudine probabiliter sumitur coniectura mentis, & ratio statuentis. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. j. item etiam est consuetudo moderna, ꝙ superstites agnationis suæ succedant oneribus defunctorum, quantum ad propulsationem iniuriarum, actiuè & passiuè: & ad multa similia incommoda. est ergo æquum, vt ibi collocētur commoda prouenientia ex agnatione, vbi collocantur incommoda. l. j. §. fi. ff. de aqua plu. arc. secundo ratione cuiusdam publicæ vtilitatis, quæ tribuit facultates suas, vt familiaris salua sit dignitas, quæ absque diuitijs non conseruatur, vt l. ab omnibus. circa ꝑin. ff. de leg. 1. l. 1. §. si seruus. ff. de ven. inspic. ideo honores, & onera publicorum gerẽdorum officiorum spectant ad solũ virilem sexum. l. 2. ff. de re. iu. & hęc fuit ratio coniecturatiuè mouẽs modernos iurislatores, & q̃a per agnatos virilis sexus perpetuatur agnatio. l. pronuntiatio. §. familię. ff. de ver. sig. iõ dicit, ꝙ vbicunq; apparet de ratione legis, vel hoĩs dictũ intelligitur pertinere ad id tm̃, ad quod ratio se extendit, & hoc dicit esse infallibile, & istud optimè facit ad ambo ista statuta. Modo in isto statuto dr̃. Si vero pater, mater, auus paternus decesserit cum testamento, & aliquid reliquerit tali mulieri dotatæ, relictis filijs masculis, talis mulier, & eius filij, vel hæredes debeant esse contenti d. dote, & eo quod eis est relictum quocũq; titulo, nec possit plus petere, quàm eis sibi sit relictum ratione legitimæ debitæ iure naturæ, & similiter filiæ fœminæ, etiam non nuptæ, debeant esse contentæ dotibus eis relictis in testamẽto patris, matris, vel aui, nec possint plus petere in eorum, vel eius bonis, ratione legitimæ: & in omnibus & singulis casibus intelligatur, & præsumatur d. mulier congruè dotata: ita formaliter disponit in statutum prędictum. Cum ergo in casu nostro iste Ioannes pater reliquit dotem dom. Catharinæ suę filię in suo testamento. ergo sequitur, ꝙ non potest vlterius aliquid petere, sed debet stare contẽta d. dote. Et si quispiam opponat, & dicat, ipsum statutum loqui de filia dotata, & non dicitur dotata, nisi cum effectu videlicet, quando matrimonium est sequutum, quia dos est accessorium, & dependens ad ipsum matrimonium. capitu. final. de iudic. libro 6. Ad hoc respondeo dupliciter. primo, ꝙ statutum complectitur casum istum, quia dicit, filiæ etiam non nuptæ debeant esse contentæ dotibus sibi relictis, vnde, posito, quòd non essent nuptæ, per illud legatum paternum, nihilominus esset satisfactum dispositioni ipsius statuti. Item respōdetur, & aliter, quia satis dicitur dotata eo ipso, quòd pater constituit sibi dotem testamento: vt voluit Bart. in l. Titio cẽtum. §. Titio genero. ff. de condi. & demonst. & in l. qui pupillam. ff. de adul. & Bald. in l. generaliter. C. de episcop. & cler. Et si dicatur, ꝙ Ioannes testator non satisfecit statuto, quia expresse non dixit, ꝙ relinquebat pro dote, quia ad hoc respondetur cum doctrina Bar. in l. ꝙ autem. ff. de iur. dot. vbi dixit, statuto cauetur, ꝙ filia dotata non succedat, ꝙ si pater in suo testamento legauerit centum, nec dixerit pro dote, ꝙ nihilominus intelligitur pro dote ipsius: & per consequens sufficit, ꝙ excludatur a tali successione, stante dicto statuto. facit, quod not. Bartol. in l. prima. §. sciendum. ff. ad Tertul. Et sic, sicut est exclusa ipsa Catharina a successione ipsius sui patris, ita videt exclusa a successione ipsius sororis suæ, scilicet, dominæ Iacobæ defunctæ: vt apparet ex dispositione dicti statuti Forliuij, disponentis, quod si aliqua persona maior, vel minor decesserit ab intestato, etiam si non haberet facultatem testandi, succedat frater vtrinque coniunctus, vel ex latere patris tantum, quo fratre existente sorores non succedant, & sic expresse statutum prędictum disponit in casu nostro, vt non succedat ista Catharina illi Iacobę defunctæ, stante dicto Anton. fratre ipsius Iacobæ. Et si dicatur, ꝙ ipsum statutum tunc excludit ipsas sorores, quando sunt dotatæ. Ad hoc respondeo, quòd satis sunt dotatæ, vt apparet ex supradictis, ex quo relicta fuit eis dos; & etiam sequitur, quod ex quo domina Catharina decesserit domin. Anton. eius filio superstite, & dicta Catharina, dictus Antonius, filius masculus exclusit ipsam Catharinam eius sororem in bonis maternis, & hæreditate materna, ex dispositione ipsius statuti, disponentis, quòd si aliqua persona decesserit ab intestato, filia dotata non succedat stantibus filijs masculis, & sic tale statutum excludit filias, & inuitat, & includit filios masculos: & per consequens dictus Antonius successit in hæreditate, & bonis maternis, & sic exclusa fuit dicta Catharina, & per consequens dictæ suæ filiæ: nec oportet insistere, an genus masculinum concipiat fœmininum, nec si statutum exprimat illa verba, si aliqua persona: quia

quia illa verba sunt expressa in priori statuto, sed in sequenti statuto expresse fit mentio de matre decedēte ab intestato, stantibus filijs masculis, quia tunc excluditur fœmina: vnde tale statutum illud, quod absorbet a filiabus, confert ipsis filijs masculis, vt est tex. melior de corpore iuris secundùm domi. Bald. in l. si defunctus. C. de suis & legi. & ibi voluit Bald. & idem voluit in lege, maximum vitium. C. de liber. præter. & in l. prima. C. de secun. nupt. & in l. quod vero. ff. de legi. & in l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio. & in præallega. consilio Martinus Ioannis de Florentia, & Ioannes Andr. in additio. Specula. in titul. de successio. ab intestato. in rubrica, & Bartol. in lege, secunda. §. final. ff. ad Tertull. Ita videtur dicendum in proposito nostro, cum dictæ filiæ fœminæ excludantur a successione materna, stantibus filijs masculis, quòd masculi succedant, mulieribus stantibus contentis dote sua, & maximè quia statutum Forliuij dicit, quòd omnia statuta intelligantur, prout iacent verba, & non recipiāt aliquam interpretationē, seu exteriorem intellectum, sed pure & simpliciter, vt verba eorum sonant, & quòd a verbis ipsius statuti prout iacent, minimè recedatur. facit, quod nota. Baldus in lege, precibus. C. de impuber. & in authentica si qua mulier. C. de sacrosanctis ecclesijs, & dominus Petrus de Ancharano in repetit. capitul. canonum, ad fin. de constitu. & in consilio 97. Bartol. & Bald. in lege, omnes populi. ad fi. ff. de iustitia & iure. Ioannes de Imola in capitu. Raynutius, de testamen. Et ista erant quæ poterant adduci contra dictas sorores, filias dictæ quondam Catharinæ, & dicti Melchionis, sed istis accuratè discussis & examinatis, apparebit indubitata veritas præsentis consultationis. ¶ Sed licet ista sint satis colorata & apparentia: tamen casum nostrum non attingunt: ideo illis non obstantibus, puto contrarium esse verius de iure. Et circa præsentem consultationem considero, & circa hoc diligenter aduertat dominus iudicans: quia partes prędictę fecerunt compromissum in clarissimum & celeberrimum iurisconsultum summo honore obseruandum domin. Antoni. Guidonem, cum plenissima potestate cognoscendi, & laudandi de iure, & de facto, quo casu videtur, quòd debeat
1 † causam istam decidere secundùm dispositionem iuris communis, omisso statuto ciuitatis Forliuij prędicto: hoc decidit formaliter Guido. de Suzar. in quæstionibus statutorum, vbi ponit quæstionem. fuit cōpromissum in arbitrum, vt secundùm ius pronuntiaret: dicit fuisse determinatum, quòd talis arbiter non potuit pronuntiare secundùm statuta, & consuetudines iuri contrarias, & mouetur per authentic. præsides. C. de episco. audi. & per lege, rem non nouam. C. de iudi. Item quia appellatione iuris intelligitur de iure communi Romanorum: institut. de iure naturali. §. quoties. Et hoc dictum Guidonis refert, & sequitur Ioan. Andr. in addi. Specula. in titu. de arbi. §. excipitur. versicu. quòd si corruptus. dicens, quòd arbitri poterunt quo ad ordinatoria iudicij, vti statutis, & consuetudinibus loci, quādo respectu pronuntiationis dumtaxat fuit restricta potestas, vt laudaret secūdùm ius, sed si fuisset dictum, vt deberent procedere, & pronuntiare secundùm ius, deberet iudicare secundùm iura communia: & non secundùm statuta loci, & hanc opinionem retulit, & secutus est do. Card. Florentinus in c. fi. de consue. & istam partem sequitur Ang. in sua solenni questione, incipiente duo adinuicem litigantes, allegat in simili, quod dicimus de poeta, apud latinos intelligimus Virgilium. Institu. de iure naturali. §. quod autem, & ego allego elegans dictum Bald. in l. quicunque. C. de seruis fugi. vbi dicit, quòd si testator instituit filium in eo, quod sibi debetur de iure, intelligitur de iure communi, & non de iure statutario, seu municipali. & allego tex. singularem, & meliorem de iure, quem nouissimus ad hoc considero in capitu. cum venissent, de eo qui mit. in poss. vbi fuit mandatum, quòd causa decideretur secundùm ius, & bonam terræ cōsuetudinem: delegatus vero decidit ſm ius dumtaxat: dicitur, ꝙ malè fecit, ex quo fuit sibi mandatū ꝙ decideret, ſm ius & bonam consuetudinem terræ. vnde sequitur, ꝙ si mandatū fuisset, ꝙ decideret secundùm ius, nec fuisset dictum secundùm consuetudinem, ꝙ potuisset decidere secūdùm ius commune omisso iure municipali, & sic est ibi casus expressus, ꝙ vbi mandatur causa decidi secundùm ius, non potest decidi ſm consuetudinem, & statuta: nisi in commissione fuisset dictum, ſm ius & consuetudinem. facit. cap. fi. in ver. de iure, vel consuetudine, vel statuto, de præben. libr. 6. vbi ius commune, & statutum, & consuetudo ponuntur, vt diuersa. cap. sopitę, de censi. in ver. de iure, & prędecessorum tuorum consuetudine, & pondero ad hoc text. cum gloss. sua in clemen. j. de sum. tri. in princ. in ver. nulla iuris sanctio. dicit ibi gl. comprehenditur ius ciuile, canonicum, seu municipale, vel synodale: ex eo illud accidit, quia verba illius tex. sunt concepta vniuersaliter, arg. cap. si Romanorum. 19. dist. l. a procuratore. C. manda. cum simil. vnde si fuisset dictum, quòd iste arbitrator decidat causam istam secundùm omnē sanctionem iuris, certè bene esset decidendum ſm ius municipale, sed quando verba sunt concepta solum quo ad ius, quia dicitur, decidas, secundùm ius intelligitͬ de iure principaliori, quod est ius ciuile Romanorum, per supradicta, & maximè in casu nostro, qa celerius expedietur ista causa habito respectu ad ius commune. l. maximum vitium. C. de libe. præter. & ad alias leges communes, quæ sunt claræ & indubitatæ, quàm per ius statutarium, arg. l. j. ff. de arbi. in vers. finiendas lites. facit illud, quod dixit Bar. in l. rerum. ff. re. amo. Bal. in l. Gallus. §. eius. ff. de libe & posthum. & in l. j. C. de confes. & in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. vbi si dicitur, peto condemnari secundùm formam iuris, & statutorum videor intentare illud, quod est mihi vtilius, & sic inferunt, ꝙ nō sufficit dicere ſm ius, vt videatur etiam intentasse formā iuris municipalis. Cum ergo in casu nostro fuerit dictum per ipsas partes compromittentes, ꝙ procedat, cognoscat, laudet, & decidat, de iure & de facto, sequitur, ꝙ videntur voluisse, ꝙ decidat secūdum ius commune. Et si dicatur, ꝙ Bal. in l. illa institutio. ff. de hæredi. insti. & in d. §. fuit quæsitum, & do. Anto. in c. Quintauallis, de iureiur. & do. Abb. ibi & in rubr. de consue. dicunt, ꝙ statutum est ius in populo. j. di. c. ius ciuile. l. omnes populi. ff. de iustitia & iur. Concedo, sed est ius particulare: ergo appellatione iuris debemꝰ capere vniuersale, quod est potius. l. 3. ff. de testa. Vnde in casu nostro istud statutum est iuri communi contrarium: tunc arguo sic: vbi-
2 cunque † sunt duo iura contraria, & vnum est particulare, & aliud est vniuersale, appellatione iuris, quia non potest venire vtrunque, veniet potius & principalius, & sic ius commune Romanorum. Item allegatur pro eis, ꝙ iura communia mandant iudicari secundùm consuetudines, & statuta: vt l. an in totum. C. de ædific. priua. & 12. distinct. capitu. illa. ad hoc respondeo, quòd illud procedit in dubio, sed quando alicui mādatur expresse, vt causam decidat secundùm ius, intelligitur, secundùm ius cōmune, & non secundùm ius municipale, quia inclusio vnius est exclusio alterius, vt l. maritus. C. de procu. cum similibus. Nec obst. gloss. in capitulo primo, vt lite pendent. quia vbi dicitur, quòd illud, quod competit ex priuilegio, dicitur competere de iure. Respōdeo, ꝙ dicitur competere de iure speciali, non communi, & ideo non dicitur competere de iure simpliciter, sed de iure speciali. Nec obstat, quod dixit Bald. in lege, constitutiones. C de bo. quæ liber. quia ibi opinio Martini est ius commune hodie, quia illam probauit consuetudo. Nec obstat. dictum Bald. in lege, prima. C. de confe. inquantum dixit quòd si peto Titium condemnari secundùm ius, intelligitur de iure municipali, quia Bald. ibi loquitur in libello, & libellus aliter intellectus non tenuisset, quia secundùm ius commune non veniebat condemnandus: & ideo vt sustentetur libellus, procederet dictum Baldum quod non est, sic in casu nostro: quia compromissum

potest verificari secũdum dispositionem iuris communis,& ista pars est verior:quia sustentatur verioribus, & subtilioribus rationibus:ergo est præferenda:vt in capi. capellanus.de ferijs. Item quia est communior, & per clariores doctores tenet,& plures numero.vt fuit Gui. de Suza.Ioann.Andr.D.Card. & etiam sequitur Ludo. Roman.& sic numero, pondere & mensura fuerũt clariores. Et cum sit communis opin. ergo est tenenda.l.j. ff.de sena.l.athletas.ff.de his qui no.infa. Innocen.in ca. ne innitaris.de constitu.Ioan.And.in capitu.j.eo.titu.& Barto.in l.fina. C.de pœna iudi.Ange.in l.cum prolatis. ff.de re iudi.Bald.in l.j.ff.de vulga.& pupilla.tex.in capit. in canonicis.19.distinct.cap.de quibus.20.distinct.§.quidam.de peni.disti.j.cum sim.Et si quispiam dixerit, amice, posito ꝙ dicta verba illud important: nihilominus isti quibus fauet dictum statutum, non videntur renuntiasse dicto statuto: quia non possunt renuntiare dispositioni dicti statuti:quia emanauit in fauorẽ publicæ vtilitatis.l.ius publicum.ff de pac.l. nemo potest.ff.de leg.j. cum simi. Ad hoc respondeo, & allego formaliter Do. Bald.in l.maximum vitium.C.de liber.præterit.in versi. sed pone.ꝙ frater meus non vult excludere sororẽ: sed eam secum admittere ad succedendum, & renuntiandum beneficio statuti:creditores vero volunt eum conuenire,tanquàm hæredem insolidum:quæritur quid iuris? Et contra filium facit:quia nõ potest legis iudicium diuidere, sicut nec iudicium testatoris,argumen.l.j.ff.de acquir.hære.in contrarium tamen decidit:quia de facili res redit ad ius cõmune.l.si vnus.§.pactus.vers. ꝙ in specie.ff.de pac.& hoc dicit esse de iure verius:quia iuri municipali pro se introducto potest quis renuntiare:vt institu.de hære.quali.& differ.§.sed his permittit pretor. & sic Bald.formaliter determinat istam quæstionem: quia decidit,ꝙ tale statutum videtur introductum principaliter in fauorem masculorum, & secundario in fauorem publicæ vtilitatis,quo casu quis potest renuntiare:vt voluit Bar.in prima cõsti.C.facit l. si quis in conscribendo. C.de pac.c.porrectum.& capit.ad apostolicam.de regu. cum si.Et ẽt est diligenter ponderãdum:quia in casu no-
3 stro fuit compromissum in dominũ † arbitratorem de iure & de facto,quo casu illa verba important, ꝙ potest omittere rigorem iuris positiui, & sequi æquitatem iurisgentium & iuris naturalis. vt voluit Do. meus Ioan. de Imo.in capitu.j.de constitu.& facit, quod not. Ange. in l.imperatores.ff. de pact. & Bald.in l.j.ff. de euic. & in consilio suo incipiente. Ludouicus Philippi de ciuitate Castellæ. & Bartol.in extrauagant. ad reprimendam. in versi.videbitur. & Ludouic.Roman.in repet.rubricæ.ff. de arbitr.videt data potestas arbitro,seu arbitratori,primo vt decidat ius commune, & vt præferat æquitatem iuris naturalis & gentium iuri positiuo,& sic rigori iuris positiui: & certo certius est, ꝙ dictũ statutum est odiosum.ideo dixit Bald.in l.cunctos populos,C.de summa trinitate. quòd statutum excludens filias, & includens masculos est odiosum, & tanquàm odiosum, non debet extendi ad bona sita in alio territorio. Et pulchrè dixit Bald.in l.si defunctus. C.de suis & legi.hære. in versic. quæro igitur,vtrum statutum,quòd filia dotata non succedat extantibus fratribus sit æquum? & videtur quòd sic:quia filia satis dẽt esse cõtenta sufficienti dote,de quadam naturali & ciuili æquitate: postea allegat Barto. dicentem,quòd huius statuti non potest reddi ratio. lege,
4 liberorum.ff. de verbor.significatio. Item æquitas † alia est dispositiua, alia disponẽda. item ęquitas dicitur proprie,quæ semper vna & eadem permanet: vt not. in l.2. C.de in ius vocand.& concludit ibi Bald. quòd est æquitas abusiua illa, qua genus paternum præfertur materno,& fœminino:idem Bald.in l.quicunque.C.de ser.fugiti.dixit,quòd tale statutum est irrationabile:& idẽ voluit in l.quod vero.ff. de legi. & sic ex quo tale statutum est irrationabile,& non est æquum, æquitate proprie dicta sequitur, quod per tale compromissum videtur recessum a tali statuto ciuitatis Forliuij:& sic stabimus dispositioni iuris communis: quia res de facili reducitur ad suam naturam propriam,& ęquam,vt succedent masculi & fœminæ:vt in d.l.maximum vitium,& per consequens d.arbiter vigore compromissi poterit præferre æquitatem iuris naturalis,& gẽtium iuri positiuo. & sic nullo modo erit cogitandum amplius in ista consultatione de tali statuto Forliuij: & sic attendetur mera dispositio iuris communis. Vnde text.in d.l.maximum vitium.dicit, ꝙ ponentes has differentias inter masculos & fœminas sunt quasi accusatores naturæ.& postea subdit text. ibi, ex hac iniquitate vitium emersit.& sic probat ibi text.formaliter illam doctrinam Bartol. & Bald. ꝙ tale statutum nõ est æquum proprie: sed est irrationabile & odiosum. & iõ d.arbitrator eligat viam iuris cõmunis tanquam ille compromittens renuntiauerit dispositioni iuris municipalis Forliuij. ¶ Restat nunc vide re de ipso statuto: & indubitanter non est necessarium, quia recessum est ab ipso statuto per pręfatum compromissum, vt superius est ostensum, nihilominus videamus quid iuris; an ipsum statutum disponat in casu nostro,& quidem capio statutum inquantum loquitur de patre & matre. Primo comprehendit casum, quãdo pater decedit ab intestato filia dotata.ista non est casus noster quo ad ipsum Ioãnem patrem, qui iam decessit intestatus. Secundo cõprehendit casum,quando decedit cum testamento:& disponit, quòd filię debeant esse cõtentæ dotibus relictis, & præsumatur dicta mulier congrue dotata.Circa hoc est accurate considerandum, ꝙ Bald.in l.si plures.C.de conditio. insert. in versicu.iuxta prædicta formatur talis quæstio statuto cauetur, quòd filia dotata a patre nõ succedat: modo contingit, quòd Titius decessit relicta filia infante, an fratres eius q sunt hæredes vniuersales patris, dotando eam excludant:videtur,ꝙ sic,quia nihil potest imputari patri: vel quia cõditio transit ad hæredem: nam statutum illud habet istũ intellectum, quòd dotetur, & pro hoc incipit a precedenti dispositione: ergo conditio annexa ad dispositionis effectum transit ad hæredem. Item non stetit per pa-
5 trem,nihilominus decidit contrarium, quòd iste † casus est omissus a statuto:ergo relinquitur in dispositione iuris communis.l. commodissime.ff.de lib. & posth. cum simili.& istud dicit esse verius de iure. & sic formaliter & in iudiuiduo decidit præsentem q.ibi Bald. Cum ergo in casu nostro statutum loquatur de filia dotata, vel de ea, qui pater reliquit dotes: ergo debet intelligi,quando eam dotat,vel expresse reliquit pro dote:vnde pulchre dicebat Do. meus Ioann. de Imol.in d.l.Titio centum §.Titio genero.ff.de conditioni. & demon. in versicu.extra gloss.adde inquantum Barto. dicit statutum loquens,quòd filia dotata nõ succedat, videtur verificari,etiam si pater in testamento relinquat dotem filiæ, vt dicit ibi Bartol.nam liceat videatur æqua opinio Barto.tamen dicit ibi Ioann.de Imol.quòd de iure non est vera opinio sua: quia tale statutum, inquantum priuat filiam successione paterna, est correctoriũ iuris cõmunis: vt in d.l.maximum vitiũ. & sic stricte & proprie debet intelligi.l.constitutionibus.ff.ad municipali.nam quia tale statutum tendit ad præiudicium filiæ, videtur, quòd debeat interpretari, vt quanto minus fieri possit tollat ius commune in præiudicium filiæ. leg.si serui vestri.C.de noxa.capitulo cum dilectus.de consuetu.cum simili. quia in correctorijs non fit extensio ex identitate rationis:vt in authent.quas actiones.C.de sacrosanc. eccles. constat autem, quòd proprio sumpto vocabulo, mulier non potest dici dotata, nisi quando est contractum matrimonium.l.finali.C.de donation.ante nupti.& facit tex.in d.§.Titio genero.quando non est cõtractum matrimoniũ. & iõ dicit opi. Bart.nõ fore verã. & cũ in cõtingẽtia facti ista qõ acciderit, solẽnes doctores, videlicet D. Florianus de Sancto Petro Bonon.doctor cõsuluit cõtra illã doctinã Bart.& Bal.in l.gñaliter. C.de

C. de episc. & cleric. & etiam istam partem affirmat practicus doctor Albericus de Rosate in suo solenni tractatu statutorum, in 2. parte. q. 108. & istud statutum ibi voluit sentire, dum dicit, si nupta steterit. Et si quispiam aliquid dixerit, amice, pondera statutum prædictum: quia dicit, etiam nuptæ debeant esse contentę dotibus eis relictis in testõ patris: & sic statutum vlterius procedit disponendo, ꝙ etiam si non sint maritatę, sufficiat, ꝙ dotes sint eis relictę in testamẽto: ad hoc etiam respõdeo, iste pater, videlicet Io. testator non seruauit ad vnguem dictum statutum: quia statutum prædictum dispo nit, ꝙ eo casu filia non nupta sit contenta, quando pater relinquit sibi dotem in testõ: & sic tenacius est inherendum verbis ipsius statuti preiudicantis filię. l. quicquid astringende. ff. de verb. ob. lege prima. §. is qui nauem. ff. de exercito. lege ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. voces enim sunt signa earum, quę sunt in animo passionum notę, vt dicit Aristoteles philosophorum antistes primo perihermenias, & probatur in lege, Labeo. §. idẽ Tubero. ff. de sup. leg. cum si. Cum ersto statutum dicat, sint cõtentæ dotibus eis in testõ relictis: erit ergo necesse, ꝙ pater relinquat dotes in testõ: modò pater iste Ioannes non fuit amplexus verba ipsius statuti, nec ipsi statuto disponenti dotes relinqui filię, satisfecit: quia in suo testamento instituit filias in quingentis libris Bon. quas voluit eis dari, quando nupserint. & sic clarissimũ est cuique in iure exercitato viro, ꝙ pater non satisfecit statuto: quia relinquendo, cum nupserit, non est relinquere dotes simpliciter: vt voluit & disposuit statutum. ideo statutum non loquitur in casu testatoris: vt lege, si seruum. versi. non dixit prætor. ff. de acqui. heredi. cum si. Et cum allegatur dictum Bart. in dicta l. quod autem. ff. de iure dot. vbi in terminis decidit, ꝙ si pater legat cẽtum filię, videtur satisfecisse statuto loquenti, ꝙ mulier sit dote contenta relicta sibi a patre, cũ reuerentia semper tanti doctoris dixerim: vt verbis vtar text. capitulo neque. 9. dist. non bene loquitur, nec illa lex meretur ad hoc allegari. ibi enim dicitur, ꝙ vbicunque maritus con fitetur, ante nuptias se habuisse ab vxore sua centum: licet non dixerit causa dotis, tamen intelligitur causa dotis: ita exẽplificat ibi gl. & iam tex. loquitur in stipulatione, & sic in contractu, & loquitur in marito, & loqui tur in fauorem mulieris: & etiam loquitur sic propter validitatem actus: & nos sumus in casu longè diuerso.

6 Primò sumus in statuto, quod magis † accedit vltimę voluntati, quàm contractui: vt voluit Bal. in ti. de pac. Constan. circa prin. & Bart. in lege omnium. C. de testa. inquantum dicunt, ꝙ statutum confirmatum per superiorem põt reuocari per inferiores statuentes. sicut potest testamentum confirmatum a superiore reuocari per testatorem: & sic sumus extra casum illius lege. Item vbi sumus in casu ad fauẽdum doti: quia in dubio capiemus viam fauorabilem doti. lege, in ambigius. ff. de iure doti. Item ibi fauemus mulieri, hic præiudicamus mulieri, & priuamus eam successione paterna contra omnem iuris dispositionem: & sic ille tex. nullo modo probat dictum Bar. qui nihil aliud allegat ad probandã suam opinionem: ideo hoc casu stabimus dispositioni iuris cõis. & etiam ista opin. Bart. est rigorosa. & demulceret aures vulgarium & plebeiorum: sed in veritate nõ est bona, nec vera, nec ęqua doctrina: quia per illam paratur laqueus filię: procederet tamen dictum Bar. eo casu, quo statutum non priuaret filiam successione, nec disponeret, ꝙ pater relinquat dotem. ideo dicebat idem Bart. in lege prima. §. si parens. ff. si quis a pa. fue. manu. ꝙ eo casu, quo filius intraret religionem, & pater poneret pecunias super altare, ꝙ videretur illam pro legitima donasse, & est ratio: quia tunc pater, ex quo est vnius, nõ cogitur dare legitimam filio: sed in casu nostro statutũ arctat ipsum patrem ad relinquendum dotem filiabus. Et etiam facit, quod voluit Io. de Imo. & Albericus, & alij superius allegati, qui dicunt, quòd nõ est satisfactum statuto, quando relinquit in testamento dotem, quantominus quando reliquit, nulla facta mentione de dote. Et est subtiliter ponderandum, quòd verba statuto-

7 rum sunt ad instar stipulationis: licet statutum † ipsum equipararetur vltimæ voluntati: tamen verba statuti sunt intelligẽda ad instar stipulationis: ita dixit Bal. in l. cõtractus. in prin. C. de fide instru. ergo debuit inhærere testator illis verbis, sint dote eis relicta in testamento contentę. & sic statutum voluit, quòd simpliciter relinqueretur dos filię: sed in casu nostro, posito non tamen con cesso, quòd reliquisset illas quadringentas libras pro do tibus: nihilominus non simpliciter reliquit: sed cum nupserint, vnde statutum videtur disponere, quòd pater re linquat dotem purè & simpliciter: sed pater non reliquit purè, cum nupserint: & si bene ponderetur doctrina Bar. in d. §. Titio genero. loquitur, quamdo pater assignauit dotem filię in testamento purè & simpliciter, & sic, posito quòd statutum potuisset disponere, quòd pater teneretur dare, vel relinquere dotem eo tempore, quo nupserit: vt not. ibi idem Bartol. nihilominus hoc non fecit, imo videtur voluisse, quòd purè pater relinquat. & sic Bar. in dicto §. Titio genero. non loquitur in casu nostro, & pro certo est indubitata veritas, quòd pater iste non satisfecit statuto, & per consequens remanebimus in dispositione iuris cõis. & sic istæ dominæ ex persona matris possunt petere illud, quod poterat ea rũ mater in bonis paternis, secundùm constitutionem iuris communis. ¶ Nec allegata in contrarium obst. primò cum dicitur, quòd illud statutum emanauit propter fauorem reipublicę, & agnationis. Respondeo, quòd principaliter emanauit in fauorem agnatorum ad propulsandas iniurias domus, & onera agnationis supportanda, vnde statutum voluit prouidere masculis ad supportãda illa onera. & vt in eis cõseruarentur diuitię, hoc concedo pro indubitato: secundario verò emanauit in fauorem reipublicę: ideo po tuit renunciari tacitè & expressè, vt est superius dictum. Item nõ tollitur ex hoc, quòd statutũ ipsum sit odiosum: vt voluit Bar. & irrationabile: vt voluit Bal. & contra ius naturę, & tendit ad iniquum: vt voluit text. in d. lege, maximum vitium. Et si dicatur, quòd ęquitas mouit modernos iurislatores. Respondeo, quòd fuit ęquitas abusiua: vt voluit Bal. in locis superius allegatis. Nec obstat, cum alle. statutum prædictum: quia satis fuit ruminatũ superius: & etiam quia nõ loquitur in casu nostro. Nec ob. dictũ Bar. in §. Titio genero. Primò: quia nõ loquitur Bar. ibi eo casu, quo pater reliquit, cum nupserint. Secundo Bar. loquitur eo casu, quo dotem simpliciter assignauit. Itẽ quia Bar. reprehenditur ibi: quia eum reprehendit Io. de Imo. Bal. & alij superius relati. licet Bal. in multis locis sibi in hoc passu contradixerit. Et etiam non obstat dictum Bar. in d. l. quod autem. vbi superius fuit responsum. Nec etiam obstat dictum eiusdem Bart. in dicta l. prima. §. si parens. ff. si quis a pa. fue. manu. Nec obst. cum dicitur, quòd statutum debet intelligi vulgariter, & sine extraneo intellectu: quia in veritate hic non datur extraneus intellectus, immo est intellectus vulgaris iste: quia statutum expresse dicit, quòd filia sit contenta dote relicta sibi in testamento patris: & sic nulla interpretatione opus est. Quinimo dicebat Bald. in l. si quis filium. C. de lib. præ-

8 teri. in finali. verbis, † quòd si statutum excludit omnẽ interpretationem, intelligitur de interpretatione extrinseca, quę potest circunscribi, non de intrinseca. l. in his. ff. de condi. & demõ. & Bar. in l. oẽs populi. ff. de iusti. & iure. in ver. vltimò quęritur, quid si in statuto dicitur, quòd statuta non recipiant interpretationem, glossatio nem, vel extraneum intellectum: decidit, quòd videtur remota sola friuola interpretatio: vt l. j. §. fi. C. de vete. iu re enucle. & l. 2. §. penul. iusta enim interpretatio bene debet & potest fieri. C. de legib. lege prima, l. si de interpretatione. ff. eo. qa iusta interpretatio est necessaria naturaliter; vt l. 2. § his legibus latis. ff. de origin. iur. & licet

Bald.in l.precibus.præall.e.in auth.si qua mulier.C. de sa-
crosſ.eccl.teneat contrarium:tamen decidit cum Bart.in
d.l.omnes populi.& opin.Barto.sequitur do.meus Ioan.
de Imo.in cap.Rainutius.de testa.& facit,quod no.dom.
Pet.de Ancharano in repe.c.canonum.de constitu.ad fi-
nem.& in consilio suo 97.¶ Restat nunc videre, quid de
hæreditate materna? & sic de hæreditate auiæ istarū do-
minarum.Et circa hoc cōsidero, ꝙ istud statutum exclu-
dit filiā,vt sit dote contenta,si pater,aut mater, aut auus,
aut frater carnalis decesserit:quia ex quo facit mentionē
de pluribus,dubitatur,an solùm excludatur ab hæredita-
te dotantis: & sic cum solùm agitur de successione dotā-
tis.Et circa hoc videtur dicēdum, ꝙ sufficiat, si fuerit do-
tata per alterum ex nominatis in statuto,vt excludatur a
successione aliorum:puta matris, siue fratris: & videtur
casus in l.dedit dotem.ff. de collatio. bono. Et per illum
textum ita decidit dominus Petr.de Anch.in consi. 156.
incipi.in Christi nomine amen. pro veritate præmitten-
dum est. vnde videtur, ꝙ ad excludendam ipsam filiam
a successione matris, sufficit, ꝙ fuerit dotata ab ipso pa-
tre suo:& per consequēs videtur, ꝙ in hæreditate mater-
na nihil possit filia illa consequi: & per consequens nec
istæ neptes. Sed nihilominus cōtrarium est verius in ca-
su nostro, ꝙ ista filia non sit exclusa ab hæreditate mater-
na: quia ita exuluditur ab hæreditate materna,si fuerit si-
bi relicta dos in testamento. vnde posito, ꝙ fuisset suffi-
ciens habuisse dotem ab vno, vt excludatur a successio-
ne aliorum:nihilominus nō habuit dotem, vt disposuit
statutum:vt apparet ex dictis in proximo dubio superio-
ri: quia si non est priuata successione paterna: quia non
fuit seruatum statutum,vt est dictum,ergo multo minus
est repellenda ab hæreditate materna:& sic illa, quę dicta
fuerūt in proximo dubio, militant in hoc dubio. Et po-
sito, non tamen concesso, quòd dictum statutum exclu-
deret ipsam filiam ab hæreditate materna; & per conse-
quens istas neptes ab hæreditate auiæ: est tamen ponde-
randum diligenter istud statutum in principio sui, cum
dicit,aliqua mulier fuerit dotata a patre,matre,auo,& pa
ter, seu mater decesserit ab intestato, superstitibus filijs
masculis legitimis & naturalibus,talis mulier & eius filij,
vel hæredes non possint aliquid petere in bonis prædi-
ctorum ab intestato defunctorum: sed veniat ad dictos
filios masculos, & istud principium statuti præfati tangit
formaliter casum istum matris decedentis ab intestato.
Modò dictum statutum non excludit filiam a petitione
legitimæ,dictæ filiæ debitæ iure naturæ, in bonis mater-
nis:licet dicat, nihil petere possit. nam nunquàm filius
9 † aut filia dicitur a legitima,vel a supplemento legitimæ
exclusus,nisi specialiter hoc exprimatur in ipso statuto.
hoc decidit formaliter text.in l.si quando. §. generaliter.
in versicu.specialiter. C. de inoffic. testamen. Et ibi Bald.
dicit, quòd licet filius vocet se contentum eo, quod sibi
reliquit pater:nihilominus potest petere supplemētum
legitimæ,nisi specialiter đ legitima, aut suppleměto fece
rit mentionem,& not.ibi Salyce.Et facit,quod not.Gul.
de Cu.& Ange.in l.de his.ff.de transact.nam illud verbū,
specialiter, denotat actum specificari & fieri nomine ꝓ-
prio:vt est gloss.optima & solennis in l. quod in rerum.
§.fina.ff.de lega.1.in versic.specialiter.quæ exponit, idest
proprio nomine.& facit,quod not.Barto. in l.fin.§. om-
nem.C.de admi.tut.per illum text.in versicu. specialiter.
& quod not.idem Barto.in l.prætor ait.§.hoc interdictū.
ff.de ope.no.nun.glo.in clem.1.de iudi.& in capit. inqui-
quisitionis.de hæred.libro 6. & quod habetur in l.fina.in
versicu.specialiter .C. de indic. vidui. tollen.& in l.si quis
in principio testamenti.ff.de leg.3.nam excludere quem
a legitima, est exhæredare, quæ exhæredatio debet fieri
verbis specificis, & nominatim: vt l.1.& 2.ff.de lib.& po-
sthu. nam priuare quem iure suo & actione sua, est pœ-
na:vt l.si quis maior.C.de transact.Sed pœnam priuatio-
nis a legitima statutum istud nō imposuit filiæ: ergo nec
nos illam imponere debemus: vt dixit gloss. solennis in

capi.fina.de iure patro.& per consequens statutum istud
non priuauit filiam a petenda legitima in bonis mater-
nis:& clarum est, quòd si statutum voluisset priuare filiā
a legitima, hoc expressisset: vt capitu. ad audientiam. de
deci. capitu. maiores. de baptism.l.1.§. sinautem ad defi-
cientis.C.de cadu.toll.l.1.in princip.ff.si mens.fal.mo. di-
xer.cum simi. Et etiam probo ratione euidentiori & in-
conuicibili hoc moo. generalia verba statuti non ada-
ptantur ad impossibilia ipsis statuentibus, ita pulchrè di-
xit Bald.in l.fina.§.in computatione.C.de iure deliber.in
finalibus verbis,ita etiam probatur in capitu. a nobis. de
senten.excommu.istud voluit ibi d. & consiculus meus
Abbas,& idem voluit dom.An.in capitu. tua. de deci. &
in capitu.ecclesia sanctæ Mariæ.de constitu. & originali-
ter fuit dictum Ioann.monac.in capitu.vt animarum.de
constitu.libro 6.& idem voluit Bald.in l.fina.C.de sacro-
sanct.eccle. Sed in casu nostro statutum istud non potuit
priuare filiam legitima debita in bonis maternis: vt fir-
mat Dyn.in capitu.indultum.de regulis iur.lib.6.& Bart.
in d.l.Titio centum.§.Titio genero.& Cy.in l. sancimus
C.de nupt.& Salyce.in authen.nouissima.C.de inoffi.te-
stamen.Bald.in d.l.sancimus.& in l. hac edictali. C. de se-
cund.nup.& in l.1.§.ius naturale. ff.de iusti. & iur. & in l.
lege.C.de episcop.& cleric.& in l.cunctos populos.C. de
sum.trini.dom.Anto.in capitu. Raynutius. de testam. &
domini de Rota deci.21.& Ioann.Andr.in addit. Specu.
in titu.de succe.ab intest.Et conclusio omnium scriben-
tium est, quòd statutum potest diminuere legitimā: sed
10 in totum tollere non potest. † Et ideo dicebat Bald. in
d.capitu.indultum. quòd si statutum disponat, quòd ma-
ter non habeat legitimam in bonis filij, debet reduci ta-
le statutum ad æquitatem,vt illam non tollat,quātoma-
gis in casu nostro non potuit statutum Forliuij priuare
filiam legitima delata in bonis maternis, cum multo-
magis sit debita legitima filiæ in bonis maternis, quàm
econtra in bonis filiæ matri.& sic stat conclusio firmissi-
ma,quòd non potuit tale statutum priuare ipsam filiam
legitima sibi debita in bonis maternis, ergo sequitur, ꝙ
generalia verba statuti præfati non adaptātur ad impos-
sibilia ipsi statuenti: & per consequens licet statutum di-
cat, ꝙ filia nihil possit petere in bonis maternis: nihilo-
minus poterit petere legitimam:quia statutum prædictū
non videtur illam legitimam tollere. Et ex prædictis se-
quitur,quòd posito, quòd ista filia non posset succedere
in bonis maternis,quod tamen non est dicendum: imo
potest succedere,vt superius fuit ostensum:nihilominus
poterit petere legitimam in bonis ipsius matris: & sic se-
quitur, quòd dominus Antonius filius non potuit solus
succedere suæ matri.& posito non concesso, quòd solus
potuisset succedere,nihilominus dicta Catharina, seu Ia-
coba successit suæ matri in legitima.¶ Et ex istis infertur
ad aliud, ꝙ licet domi. Anton. ex dispositione ipsius sta-
11 tuti de succes. ab intestat. disponentis, † ꝙ si aliqua per-
sona &c. successerit in hæreditate ipsius Iacobæ adultæ,
exclusa matre,quæ fuit domina Catharina:nihilominus
statutum prædictum non priuauit ipsam matrem legiti-
ma,quæ sibi debetur in bonis dictæ Iacobæ filiæ: ergo re-
manebimus in dispositione.l.communis.vt in l. si extra-
neus.ff.de condi. ob cau. & per consequens sequitur, ꝙ
hæreditas materna ipsius Catharinæ erit opulentior &
per consequens maiorem portionem habebunt dicta
Francisca,& dicta Constantia: quia tale statutum nō po-
tuit tollere legitimam debitam matri, nec etiam eā tol-
lit, vt superius dictum est: quia statutum non adaptatur
ad illud,quod est sibi impossibile. ¶ Nunc aggredior du-
bium,an dictus Ioannes testator potuerit dictis suis filia-
bus in dicta quantitate relicta eis,cum nō nupserint, sub-
stituere ita etiam, vt ipsæ factæ puberes in nihilo de illa
valeant disponere: & per consequens, an potuerit fieri
substitutio: nam ista substitutio facta per ipsum Ioannē
in dicto testamento videtur esse fideicommissaria, non
12 autem pupillaris:quia cum facta † sit per commune ver-
bum ad-

bum additum rei certę seu quantitati, meritò non potest importare directam substitutionem vt decidit Bar. in l.centurio.ff.de vul.& pu. per ea quę no.in l.cogi. §.& generaliter.ff. ad tertul. & in l.his verbis.ff. de hæredi.insti.per gloss.& Dy.quod suadetur ex eo quod gloss. dicit in l.precibus.C. de impub. & in capitu. Rainutius. de testa. volens, quòd verba illa sine filijs, quæ in huiusmodi substitutione posita sunt, causa fideicommissi interpretentur. Item & quòd ea dos loco legitimæ succedit: stat tunc clara & communis terminatio Dy. reiecta opinione Martini Silimani,quā retulit Io.An.in addi.Spec. in ti.de instru.edi.§. tu aūt diceres. quòd licet in generali fideicom. dos non includatur:vt in l.si filias.ff. ad trebel. & in l. mulier. §. cum ipsa dos censeatur esse proprium patrimonium filię.vt l.Pomponius Philadelphus. ff. fa. ercisc.& in l.3.§.sed vtrum.ff. de mino. bona aūt propria in fideicō. non veniunt: vt ff.de vulg. & pup.l.cohęredi.
13 §.cum filię: tamen fideicommissum † speciale in dote factum valet vltra legitimam:sed quatenus est infra legitimam non valet: ita ipse dicit: & sequitur Bart.in l.Lucius.§.maritus.ff.ad trebel.Cy.in l.vnica. §. videamus.C. de rei vx.acti.Bal.in l.fi.§.filię.ff. de le.2. plenius in l.quoniam nouella.C.de inoffi. testa. Sin autē dicamus ipsam substitutionem pupillarem esse:tunc sequitur, quòd infra tempora pupillaris ętatis valebit vt pupillaris iure directo in totū: cum pater possit directò substituere filio suo pupillo:vt l.ex tribus.C.de inoffi. testa. post pupillarem aūt ętatem cum dicta substitutio obliquetur in fideicom. valebit quatenus ipsa dos est vltra legitimam, non autē intra ipsam legitimam; quoniam ipsum grauamen fideicom.a legitima reijcitur:vt d.l. quoniam in prioribus.C.de inoffi.testa. cum si. non enim potest pater filium per fideicom. substituere in legitima:vt plenè no.Cy.Bald.& alij in l.j.ff.de vul.& pu.& in d.l. ex tribus. & facit.l.si arrogator.§.j.ff.de adop. Modò in proposito nostro iste Ioannes pater in suo testamento reliquit minus legitima, quę ipsis filiabus debebatur in bonis ipsius patris,considerata quantitate patrimonij sui: ergo sequitur,quòd non potuit eis substituere post pupillarem ętatem, & per consequens non potuit substituere dictę Iacobę in dicto relicto,quod est infra legitimam.¶Restat nunc videre qd de illis 10.tornaturis terrę: an dicta Frācisca & Constantia debeat illas habere vigore substitutionis factę per ipsum Ioannem auum earum: & indubitanter videtur dicendum, quòd sic. Et pondero: quia in ipso testamento dicti Ioannis dicitur, quo casu, & omni casu,quo nullus filius masculus ipsi⁹ testatoris fuerit, vel superfuerit, legauit ipsi filię vel filiabus ipsius testatoris superstiti vel superstitibus, vnam petiam terrę &c. post mortem earum, si ipsę decesserint sine liberis voluit dictam terram peruenire ad capellam, si verò ex eis remanserint filij, voluit dictam terram remanere filijs earum filiarum: vnde pondero,quòd testator primò
14 vsus fuit verbis latissimis, & generalibus:dixit † enim,liberis quo casu veniunt fœminę:vt l.liberorum. iuncto prin.cum si.& sic vocauit nepotes & testes ad illam substitutionem,& sic non est dubitatio, quòd non veniant istæ neptes: quia imo veniunt expressis verbis ipsius testatoris: vnde posito, non tamen concesso quod illud verbum,filijs, postea prolatum ab ipso testatore nō cōprehēderet filias: nihilominus si restringit illud verbū, liberis,antea expressum nec in dubio ita repente, & incontinenti testator pręsumitur se correxisse. l. non ad ea.ff.de condi.& demon.& in illo Terentiano, hui tam cito. Item quia sub illo verbo, filijs, comprehenditur, filia. genus enim masculinum concepit fęmininum:vt l.j. ff.de ver.sig.l. si quis in tantā.C.vnde vi.l.quicunq;.C.de ser.fugi.clemen.j.de regula.clement.j. de elec. l.si ita scriptum. de lega.2. gl. in c.generali. de elec. libro 6. facit.c. significauit.de rescript.aliàs c. significanti. not. Barto.in dicta l.j.& in l. vna . ff. de legi. Iacobus Butri. in dicta l. si quis in tantam.Cyn.& Bald.in dicta l.quicunquæ.D.Cardi.in d. clemen.j. de elec.plenius per Archid.in c. si quis suadente. 17. q.4. & per D. Petrum de Ancha. consilio 105. Et ideo dicebat Bald. in consilio suo incipiente. in Christi nomine amen: de filio scriptum est. vbi dicit, quod si masculinum concipit fęmininum ratione dignitatis, illa dicitur extensio,si ex affectione dicitur coniectura si ex identitate rationis dicitur expositio.l.nominis & rei. §.verbum ex legibus.ff. de verbor.signi.& subdit, quod si ratio tacita in vtroque est variabilis, dicitur expositio. l.scire oportet.§.si maximè. ff.de excusatio. tut. l.fi.C.de indic. vidui. l. his solis. C. de reuo. donatione. Modo in proposito nostro, si consideramus affectionem ipsius Ioannis aui:certum est,quod quam affectionem habuit ad masculos, eandem affectionem habuit ad neptes: & sic ad suam posteritatem. argu.l.generaliter. §. cum autem.C.de institu.& substitu.l.cum acutissimi. C.de fideicommis. maximè non super existentibus masculis nepotibus.& sic videtur, quod ex coniecturata mente ipsius testatoris veniunt neptes fœminę. Item etiam veniunt ex identitate rationis, non existentibus masculis. Item quia verba hoc patiuntur. ergo sequitur, quòd istæ neptes. s. Francisca & Constantia sunt vocatæ ex iudicio ipsius Ioannis aui testantis ad istam substitutionē. Facit etiam quod singulariter voluit Guid. de Suza. quē refert & sequitur discipulus suus Archidia. in d.capitu.si
15 quis suadente.17.q.4.vbi dicit quòd in cōtractibus † masculinum non concipit fęmininum: & assignat rationem talem: quia in contractu fit interpretatio contra eum qui stat pro cōtractu:vt l.veteribus.ff.de pac.l.quicquid astringendæ. ff. de verbo.oblig.& istud voluit Ray. de Forli.& Ang.in l.tres fratres.ff.de pactis. Et ideo dicebat D.Ioan.de Imo. in c.potuit.de loca.in finalibus verbis se in contingentia facti consuluisse: quidam acceperant emphyteusim pro se & filijs suis,quòd non veniūt fœminę: quia interpretatio deberet fieri contra contrahentem. Modò in casu nostro in testamentis non fit interpretatio contra heredem, vel legatariū, imo larga & benigna interpretatio fit. l. in testamētis. ff. de reg.iu. capi.cum dilecti.de dona. & in hoc differt genus masculinum a genere feminino in materia conceptionis prolatum in contractu: & prolatum in testamento. & firmat Archidia. in c. si quis suadente.qui melius loquutus est super isto articulo, quàm aliquis alius doctor: vt refert Bald.in l.Gallus. in princ.ff. de libe. & posth. & ideo in casu nostro veniunt dictę Francisca & Constantia. Et si dicatur,agitur de pręiudicio ecclesię: quia ecclesia fuit substituta,quo casu debemus capere viam quę fauet ecclesię.capi.fi.de testa. l. id quod pauperibus.C. de episco. & cleri.l.sunt personæ.ff.de relig.& sump.fune. maximè per affectionem quam præsumitur habuisse testator ad piam causam. iuxta illud quod pręclarè scripsit patientissimus ille vir Iob.pellem,pro pelle,& omnia, quę habet homo donat pro anima sua. Ad ista responderi po-
16 test: licet enim sit fauendum † ecclesijs: tamen non debet eis faueri cum præiuditio & iniustitia alterius. vnde dixit tex. opti.in c. ex tenore.de foro compe. ita sumus viduis, & pauperibus in iustitia debitores s,quòd alijs iniustitiam facere nō debemus: ita in propsito nostro nō debet faueri ecclesiæ cum præiudicio ipsarum Franciscę & Cōstantię: cum ecclesia debeat esse cultrix, & fautrix iustitię, & honestatis:vt in ca.j. de alie. feu. Nec ob. cum dicitur de affectione quam habuit ipse Ioannes ad ecclesiam: nam fauorabilior est causa filiorum & filiarum,& nepotum, & neptum, quàm causa ecclesię: vt dixit Bal. in l.iubem⁹.C.de testa. & in repe.l.primæ.C.de sacrosan. eccl.& in l.in suis.in repe.ff.de lib.& post.& in l.& in epistola.C.de fideicom.Pe.de Anch.cōsilio 53.Io.de Imol. in cap.fi. de donā. glo. in l. si quis ad declinandam. C. de episc.& cleri.tex.in cap.quicunque.17.q.4. & per consequens iure substitutionis vocatę sunt ab ipso defuncto Ioanne do. Francisca & Constantia: & per consequens hæres tenetur ad fructus perceptos post aditam hereditatem

tatem ipsius Anton. & not. in l. final. per Bartol. Bald. & plenissimè per Salycc. C. de vsur. & fru. lega. & per consequens dicta Francisca & Constantia non debent sibi imputare dictas decem tornaturas terræ in legitimam debitam earum matri: imo illas capiunt iudicio testatoris vigore præfatæ substitutionis. Ad vltimum, an Constantia & Francisca debeant consequi & habere centū libras pro qualibet eis relictas per Anton. videtur quòd non: quia dicta verba prolata per ipsum Anto. testatorem, dummodo dictus Meglior earum pater det dictis suis filiabus dotem, quam habuit a dicta Catharina matre ipsarum, & sorore dicti testatoris: quia testator per illa verba voluisse videtur, quòd detur in dotem ipsis suis neptibus, & sic tempore nubilis ætatis illarum, per not. in dicta lege, quod autem. ff. de iure dotium. & in dicta lege, Titio centum. §. Titio genero. ff. de condition. & demonstration. Sed his non obstantibus contrarium puto esse de iure verius: videlicet quòd non sit expectādum aliud, nisi quòd dictus Meglior det dotes maternas ipsis filiabus: vt voluit testator, quod sic demonstro, ad
17 illud † non aptatur dispositio testatoris, ad quod non adaptantur eius verba. l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. & ibi Barto. l. ita autem. in principio. ff. de administra. tutor. l. quod constitutum. ff. de testamen. milit. in versicu. accusare. §. omnibus. ff. de accusation. cap. indemnitatibus. §. sed cum eas. de election. libro sexto. cum similibus. sed in casu nostro verba ipsius testatoris non adaptantur ad tempus nubilis ætatis, quod apparet, dum dixit, dummodo det &c. ergo sequitur, ꝙ non adaptabitur eius dispositio. Et eo magis, quia iste Antonius patruus ipsarū Franciscæ & Constantiæ, illum modum, vt pater earum det &c. apposuit in fauorem ipsarum neptum. Vnde eo ipso, ꝙ earum pater adimplet illum modum, seu illarū constitutionem, ipsæ sorores consequuntur dictum legatum. vnde non debet redundare ille modus, seu illa conditio apposita ab ipso testatore, ad damnum & præiudicium ipsarum neptum: vt capitu. quod ob gratiam. de regulis iuris, libro sexto. l. non ideo minus. C. de pro-
18 curato. cum similibus. vnde † cum testator non distulit istud legatum ad tempus nuptiarum: ergo nec nos debemus differre & dilatare. & per consequens satis est satisfactum dispositioni ipsius Antonij testatoris, postq̃ dictus Meglior dedit dictas dotes maternas dictis Franciscæ & Constantiæ: nec testator limitauit tempus istius dationis. ergo nec nos limitare deuemus. Nec obstat d. l. quod autem. quia istud procedit fauore dotis & ipsius mulieris, quod intelligitur respectu dotis: hic in casu nostro etiam fauore ipsarum puellarum est, ꝙ posito, ꝙ pro dotibus suis voluerit dictus testator ipsum Megliorem dare debere dotes maternas illis suis neptibus: nihilominus videtur disposuisse, quàm primum dederit illas dotes maternas, eo ipso dictæ sorores consequantur dictas ducentas libras, & sic d. sorores possent consequi dictas ducentas libras. ¶ Postremo si dicatur super illo cōpromisso, posito ꝙ ita fuerit, vt est veritas, ꝙ per illud compromissum sit redessum a iure municipali: tamen dubitatur, vtrum præiudicauerit substitutis: & sic ecclesiæ substitutæ. Et circa hoc aduertendum quo ad ipsam hæredem compromittentem, quatenus tangit ipsam, illud compromissum nocet sibi: quia potuit renunciare priuilegio & fauori pro se introducto: vt capitu. ad apostolicam. de regula. l. si quis in conscribendo. C. de pact. cum similibus. Et maximè in casu isto, cum cesset fauor masculorum: quia non extat aliquis de masculis, quorum intuitu emanauerit ipsum statutū: sed quo ad substitutum dico, ꝙ si substitutus † consensit huic compromisso tacite aut expresse: quia sciuit litem agitari coram domino arbitratore, quòd tunc eo casu sibi præiudicat tale compromissum: debuit enim comparere, & contradicere, & protestari: aliàs sibi præiudicauit, per elegās dictum Innocent. in capitu. ex parte decani. de rescript. & in capitu. cum in iure peritus. de offic. delega. & in ca. in nostra. de procura. vbi dixit, ꝙ eo ipso, ꝙ aliquis gerit se pro meo procuratore, & ego scio, & non cōtradico, quòd videor dare sibi mandatum ad agendum pro me, tanquam procuratori meo: & pro eius dicto allego tex. valde singu. in capitu. primo, de iureiuran. libro sexto. & illud dictum Innocent. sequitur Archidiaco. in capitu. qui ad agendum, de procurat. libro sexto. & Cyn. in l. si pecuniam. C. de nego. gest. & Bald. in l. secunda. §. fina. ff. soluto matrimo. & in l. secunda. ff. si ex fal. instrumen. & domini de Rota decisione tertiadecima. & decisio. quadragesimatertia. vnde si rector ecclesiæ, quæ est substituta, hoc sciuit & tacuit: præiudicauit ecclesiæ in hoc. Et si dicatur, factum prælati non potest præiudicare ecclesiæ, vt in l. iubemus nullam. C. de sacrosanct. ecclesiis. capitu. delictum personæ. de regulis iur. libro sexto. cum simil. Ad hoc respondeo, quod illud procedit in rebus quæsitis illi ecclesiæ. in illis enim non potuit prælatus præiudicare ecclesiæ: sed in rebus quærendis, bene potest rector ecclesiæ præiudicare ecclesiæ, vt in legatis, & in hæreditatibus delatis ecclesiæ. Vnde consuluit Federic. de Senis consilio nono, quòd prælatus potest repudiare legatum factum ecclesiæ: nam facilius abdicatur a nobis ius quærendum, quàm ius quæsitum. ideo dicimus, quòd debitor potest præiudicare suis creditoribus in rebus quærēdis per ipsum. nec dicitur in fraudem facere, vt in l. quid autem. ff. quæ in fraudem credi. Facit l. si sponsus. §. si maritus. ff. de donation. inter virum & vxorem. l. seruus. C. de iudi. refert & sequitur illud consilium Federi. de Sen. dominus Cardinalis Floren. in capitulo, tua. de his quæ fiunt a præl. & sequitur dominus Abb. consiculus meus in capitulo primo. de dolo & contuma. facit, quod not. ibi dominus Antonius, & Lapus allegatione sextadecima. & optime facit, quod ibi no. dominus Cardinalis in capitulo, potuit. de loca. vbi dicit, ꝙ prælatus recipiendo canonem præteritorum annorum præiudicat ecclesiæ: quia poterat repellere emphyteutam nō soluentem, & dicit, ꝙ hoc potuit facere: quia erat ius quærendum ecclesiæ, & non quæsitum. & bene facit, quod no. Hostien. & iqi dominus Abb. in capitulo, quoniam. de decimis. & facit, quod not. Bald. in authen. si qua mulier. C. de sacrosanctis ecclesiis. vbi dixit, ꝙ potest prælatus repudiare bona ingressi: quia illa bona sunt quærenda ecclesiæ. Et quod no. idem Bald. in capitulo, clerici. de iudi. vbi dicit, ꝙ statutum populi potest præiudicare ecclesiæ in rebus quærendis. & idem dixit in capitulo, ecclesia sanctæ Mariæ. & in capitulo, quæ in ecclesiarum. de constitu. facit, quod dixit Salycetus in l. pactum curatoris. C. de pac. aliàs de transactio. vbi dixit, ꝙ curator potest præiudicare minori in quærendis. facit, quod not. Baldus in consi. suo posito inter consilia Petri de Ancharano, consilio vndecimo. & quod not. ibi Baldus in l. penultima. C. qui admit. & in l. si pupillorum. C. de repud. hæredi. Et sic ex istis sequitur, ꝙ potuit iste rector ecclesiæ præiudicare huic ecclesiæ: & istis bonis legatis ecclesiæ: quia sunt bona quærenda: & aliud est debita perdere & lucra non capere. l. fi. de codic. cum similib. Et est supradictis sequitur manifestissima conclusio.

EPITOME.

¶ Statuto ab intestato agnatos vocante pupillo infante vita functo mater ab agnatis excluditur, & cum eius infantis auia testamento sic disposuisset. Et si omnes dictæ fœminæ hæredes institutæ decederent sine hæredibus ex se legitimè descendentibus: seu etiam masculus vnus, vel plures producti, vel producturi, quandoq; decederent sine hæredibus ex se legitimè descendentibus: tunc eo casu & non aliter piam causam fieri iussit, & mandauit, quam sibi hæredem vniuersalem esse voluit

coniunctæ

coniunctæ & cõnexæ sunt istæ substitutiones, adeo vt omnium tam fœminarum, quàm masculorum mors sine liberis concurrere debeat, vnde extantibus sororibus pupilli defuncti pia causa non admittitur. Sed nec ipsæ quoque sorores succedent, imo verò agnati propter dictum statutum. Mater aũt eius pupilli, quia ĩ illius tutela accipiẽda statuti tempora nõ obseruasset, quòd quidem statutum dicit ab eorum impuberum successione priuetur, & de iure priuata intelligatur, hæreditatem non cõsequitur, nec ipsam quoque legitima. Quod si statutum illud pateretur matrem hoc casu legitimam obtinere, illa tamen non tertia totius, sed tertia tertię esset.

SVMMARIVM.

Statutum agnatos ad successionem inuitas, compensationis cuiusdam onerum & commodorum, & ut familiarum dignitas salua sit, rationem habet. nu. 1.

Statuto agnatis successionem deferente mater excluditur. nu. 2.

Intestatus communi vsu loquendi pupillus dicitur, & alij, qui testandi potestatem non habent. nu. 13.

Statuta debent intelligi secundum communem loquendi vsum. nu. 3.

Substitutiones omnes copula sic coniunguntur, vt omnium mors interuenire prius debeat, quàm vltimæ substitutioni locus sit. nu. 4.

Dictio tunc, extremitatem significat temporis. nu. 5.

Conditio, si sine liberis decesserint, non ex aliquo, sed ex vniuerso verificatur. nu. 6.

Substitutum etiam is, qui hæres non est, excludit. nu. 7.

Vocati in conditione non sunt vocati in dispositione. nu. 8.

Statutum potest ex causa totam auferre legitimam matri in bonis filiorum debitam. nu. 9. & 22.

Statutum generaliter successione impuberis priuans, quia de successione intestati loquitur, legitimam comprehendit. nu. 12. & 13.

Mater hoc casu si legitimam habere posset, non tertiam totius, sed tertiam tertiæ haberet, & quomodo. nu. 19. & 23. 25.

CONSILIVM LXVIII.

QVoniam Istud statutum loquitur de eo, qui intestatus decedit, est dubium: an habeat locũ in pupillo, qui non potuit facere testamentum: vt mater excludatur a funesta hæreditate ipsius infantis, aut pupilli: & sic afflictio addatur matri afflictæ, ante omnia iudicio meo est istud enucleandum. Et præmitto causam motiuam & finalem huius statuti Mantuani. & adduco pulchram doctrinam Bald. in quodam suo consilio incipiente, Martinus Ioannis de Florentia, posito inter consilia Angel.
1 vbi dicit, quòd statutum † excludẽs fœminas, & inuitans agnatos emanauit ratione cuiusdam compensationis: quia consuetudo moderna est, ꝙ superstitibus agnatis cedant onera defunctorum, quantum ad propulsandas iniurias actiue & passiue: & ad multa similia. est ergo æquum, vt ibi collocentur commoda prouenientia ex agnatione, vbi collocantur incommoda. l. j. §. fina. ff. de aqua pluu. arcend. Secundo ratione cuiusdam publicæ vtilitatis, quæ tribuit facultates suas, vt familiaris salua sit dignitas, quæ absque diuitijs non conseruatur. l. ab omnibus. circa princip. ff. de legat. j. l. j. §. si seruus. ff. de vent. inspic. & quia per agnatos virilis sexus perpetuatur agnatio. leg. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de verbor. obligation. & ideo vbicunque apparet de ratione legis debemus intelligere ad id tantum, ad quod ratio se extendit. & hoc est infallibile. & ista est ratio, ꝙ mouit modernos iurislatores ad statuendum, quod fœminæ excludantur extantibus agnatis. ita dixit Bald. in præal. consil. & est tale statutum conforme iuri mosaico: vt habetur Numeri 24. alias 25. capit. & refert & sequitur Ange. in quodam suo consil. & Salyce. in l. cunctos populos. C. de summ. trinitat. & sic istud statutum est fauorabile: quia in fauorem agnationis principaliter emanauit: vt not. per omnes in l. venia. C. de in ius voc. licet secundario tendat ad exclusionem fœminarum: tamen attẽditur fauor agnationis, cuius respectu principaliter emanauit. facit gloss. l. sed si hac. §. fina. ff. de in ius voc. & in cap. si propter. de rescript. libr. 6. & in capitu. sciant cuncti. de electio. eod.
2 lib. His præsuppositis dico, quòd stante dicto † statuto mater excludetur. istud decidit Barto. in l. j. ff. de suis & legi. in consi. suo inci. in ista q. facit dubium. Et hoc suadet communis vsus loquendi istius verbi intestatus, vel ab intestato, illud extendens ad pupillum, & ad reliquos, non habentes potestatem testandi, secũdum quem modum loquendi interpretanda sunt statuta omissa significatione, quæ datur a iure communi. capitu. ex literis. de sponsa. gloss. in capitu. nonnulli. de rescript. & in capitu. statutum. §. cum autem. de rescrip. in ver. vnam dietam. lib. 6. l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de lega. 3. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de sup. le. & hoc optime decidit iurisconsultus in d. l. j. in versi. hos quoque pro intestatis accipimus, vbi iurisconsultus videtur attestari de isto cõmuni vsu loquendi. vnde vult ille text. quòd licet pupillus non dicatur proprie intestatus, tamẽ illa impropria locutio idem operatur, ꝙ propria intestatio. sic statutum habebit locum per extensionem legis, ex quo lex illa fingit, & statuit, pupillum haberi pro intestato, nihil aliud est quærendũ. l. j. C. de rei vxo. act. facit quod no. in l. j. §. lex Falcidia. ff. ad l. falcidiam. & ibi Bart. facit etiam: quia habitus potest considerari dupliciter, vno modo stricte secundum naturam vnius indiuidui: alio modo large secundum naturam illius, sub qua illud indiuiduũ est, vt in hoc exemplo: aliquis est mutus a natiuitate, certe licet in eo nunquàm fuerit potestas loquendi, dicitur mutus eo respectu: quia speciei humanæ competit habitus loquendi. C. qui test. fa. pos. l. discretis. Idem in eo qui natus est sine oculis, recte dicitur cęcus. hic enim priuatur lumine eo respectu: quia speciei humanæ compętit videre: vt in euangelio de cæco nato, & hoc ex communi vsu loquendi. & hoc voluit dicere. d. l. j. de suis & leg. dum dicit, pro intestato accipimus, &c. & diligenter noto: quia dicit omnino, quasi dicat: quia siue noluit, siue quia non potuit. Ad propositum ergo, aut dicimus pupillum intestatum proprie, quia est priuatus eo habitu, qui competit speciei humanæ, & habeo propositũ, quia statutum vendicabit sibi locum in eo: aut dicimus ipsum intestatum improprie: & tunc remanet, quòd est intestatus secundum vsum, & communem modum
3 loquendi, vt in dictis iuribus probatur: statuta † autem debent intelligi secundum vsum loquendi, qui præualet omni propriæ significationi: vt l. Labeo. ff. de sup. legat. per Barto. & sic statutum habebit locum in pupillo. Facit etiã: quia quoties res potest habere duplicem intellectum vnum proprium, & alium secundum communem modum loquendi, capitur communis modus loquendi: vt pulchre voluit Innocen. in capitu. cum clamor. & in cap. cum causam. de testi. & Barto. in l. stipulatio ista. §. hi quoque. de verb. obliga. cum ergo hoc verbum intestatus, habeat duplicẽ sensum vnum propriũ, & alium secundum communem modum loquendi. sequitur, quòd capietur secundum cõmunem modum loquendi. Facit etiam, qđ dicitur in puncto, videlicet, rubr. de succe. ab intestato. quia Saly. in l. cum antiquioribus. C. de iure deliberã. bellissime decidit istam q. dicit enim, ꝙ quoties statutum apponit illa verba ab intestato, cõprehendunt illum, qui non potuit facere testamentum, & alle. l. omnem. C. ad Tertul. & l. sciant. C. de leg. habetur.

tur. vbi pupillus dicitur decedere ab intestato. & ita refert se in facto consuluisse: & incipit illud consilium D. Bertinus de Cremona. Et facit, quod voluit idem Bart. in consilio incipiente, statutum vrbis veteris. & in consilio incipient. hęc est copia. & eum pulchrè sequitur & defendit verissimus iuris interpres Petr. de Ancharan. consilio 169. & in capitulo tibi. de testamen. in fin. verbis. & consuluit solennis doctor Ludouic. Roman. in consilijs suis, consil. 4. & idem etiam consuluit do. Paul. de Cast. consilio 285. incipien. in Christi nomine amen. præsupposito quodã statuto: vbi refert se alias in facto consuluisse secundum opin. Barto. & ita etiam ibi consuluit secundum opin. Barto. & refert pluries consuluisse secundum Barto. licet quidam consuluerit contra. & dicit ibi D. Paul. esse temerarium consulere cõtra opi. Bar. & etiam istam partem tenuit Ang. in l. in testamento. C. de testam. mili. licet idem Ange. vna cum Bal. consuluerit contra Bartol. nihilominus ista opi. est communior, & a pluribus doctoribus, qui pondere, numero & mensura sunt clariores: vt fuit Bartol. & Salycce. Petr. de Anchara. Pau. de Cast. Ludoui. Rom. & plures alij, quos refert D. Pau. preal. suo consil. ergo ista opin. est sequenda: vt l. j. ff. de sena. l. athletas. in princip. ff. de his qui no. infam. capitu. in canonicis. 19. distinc. capi. de quibus. 20. distin. Innocen. in c. ne innitaris. de consti. Host. in ca. capellanus. de ferijs. Bar. in l. fina. C. de pœna iudic. & maxime, quia per eam fauetur agnationi, ad quem fauorem tendit omnis mens, & volũtas statuẽtium: & istam partem etiam tenuit idem Lud. in l. in testõ. C. de test. milit. vbi rñdit ad cõsilium Bar. & ad id, qđ ipse voluit in c. j. de su. feu. & in pluribus alijs locis. & sic nõ est insistẽdũ vlterius circa istũ passum. sequit̃ ergo cõclusio, ꝙ decedente ista infante, vel pupillo ab intestato agnat⁹ excludit matrẽ. ¶ Restat nũc capere aliud dubiũ, iste infantul⁹ decessit, qs admittet̃ ad successionẽ Grę defunctæ auiæ ipsius infantis stante testõ, vt in puncto ꝑsupponitur, an dictæ filiæ noĩatæ in conditione, an agnatus vigore statuti ꝑdicti: an pia cã, quasi conditio apposita ꝑ istã testatricẽ aduenerit. Et circa hoc consideranda sunt verba ipsius testamẽti, dum dr̃, & si oẽs d. fęminæ hr̃des institutæ, vt supra, decederẽt sine hr̃dibus ex se legitime descẽdẽtibus. seu ẽt masculus vnus, vel plures ad lucẽ ꝑducti, vel ꝑducturi, vt s. qñcũq; decederet, seu decederẽt, sine hæredibus ex se legitimè descendẽtibus: tũc & eo casu & non aliter, iussit & mãdauit, ꝙ ꝑ fideicõmissarios suos infrascriptos fiat pia cã, quã piã cãm ꝑdictis suis hr̃dibus adueniẽte casu ꝑdicto & nõ aliter sibi suũ hr̃dem & successorẽ vl'em substituit. Mõ vr̃, ꝙ stantibus istis feminis ista pia cã excludatur. Vñ ponderanda sunt accuratè ista verba substitutionis ꝑfatæ, quæ sunt copulatiue concepta:
4 quia per † copulatiuam. &, in medio appositam coniunctę & connexę sunt illæ substitutiones, quo casu requiritur, ꝙ concurrat mors sine liberis illarum fęminarum, & mors sine liberis illius masculi, alias nõ erit locus substitutioni piæ causæ: quia in testõ dr̃, tunc & eo casu, & non aliter, hoc decidit in terminis subtilissimus doctor Io. Calde. in suis consiljs, consilio 4. in tit. de testa. vbi testator instituit. A. & B. & si sine liberis decesserĩt, mandauit fieri altare, ad qđ deuolueret̃ sua hr̃ditas, cõsuluit ibi, ꝙ non est locus substitutioni, nisi concurrat mors vtriusque sine liberis: quia oportet, ꝙ verificetur conditio. c. super eo. de condi. ap. c. licet. de voto. c. si pro te. de rescri. lib. 6. Instit. de verb. ob. §. ex conditionali. vnde requiritur, ꝙ eueniat conditio in persona oĩum. Ita dicamus in proposito nr̃o, ad hoc vt sit locus piæ causæ substitutæ, requiritur mors sine liberis fœminarum, & masculi. vnde per mortem illius masculi sine liberis, non est adimpleta conditio. Præterea facit text. in l. quidam testamento. ff. de vulga. & pup. & ibi dixit Barto. testator duobus filijs institutis dixit, & si sine liberis decesserint, tota hæreditas mea perueniat ad talem, ꝙ nõ habet locũ substitutio, vno ex illis moriente. & ad hoc dicendũ mouetur per illum tex. Et facit dictum Bald. in l. penul. ff. de institu. & substit. vbi dicit, ꝙ possumus esse certi de voluntate testatoris per ipsius declarationem: vt l. cum proponebatur. ff. de leg. 2. vel per iuris interpretationẽ: vt l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. vel per vrgentem dispositionem: nam si testator dixit, si hæredes mei decesserint sine liberis, substituo talem in omnibus bonis meis, necesse est, ꝙ requiratur existentia conditionis in persona omnium, alleg. Bar. in l. quidam testamento, sed in casu nostro ita est: quia voluit in d. suo testamento ipsam piam causam hæredem & successorem vtilẽ esse, & sic vocauit eam ad totam suam hæreditatem. Facit, quod voluit Ange. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. vbi dixit, ꝙ si substitutio fideicommissaria est concepta cũ expressione copulę, vel additione nominis collectiui, ꝙ non habebit locum in persona vnius moriẽtis, nisi omnes moriantur, sed in casu nostro ita est, quia in ipso testamento dicitur, & si omnes d. fœminæ hæredes institutæ decederent sine liberis, seu etiam masculi: tunc & eo
5 casu, & non aliter: vnde illa dictio, † tunc, denotat extremitatẽ temporis: vt l. vxori vsumfructum vtile. ff. de vsu fru. lega. & in l. lecta. ff. si cer. pe. & postea dicitur in isto testamento, prędictis suis heredibus, casu ꝑdicto adueniente, vbi recta via demonstratur clarius, quàm per alia verba ipsius testatricis, ꝙ illa pia causa vr̃ inuitata casu, quo oẽs dicti sui heredes moriantur sine liberis, & indubitanter illud verbum, prædictis suis hæredibus, prędicto casu adueniente: ponit gladium & securim huic certamini; quia pia causa est inuitanda morte secuta omnium prædictorũ: cum ergo non fuit secuta mors omnium: ergo non est locus substitutioni limitata. n. causa limitatũ parit effectum. l. age cum Geminiano. C. de transl. l. in agris. ff. de acq. rer. do. cum si. vbicunque. n. manifestissimus est sensus testatoris, nusquam interpretatio verborum tantum valet, vt melior sensu existat, vt pulchrè dixit tex. in l. 3. C. de lib. præte. Et per istud tollitur illud, quod poterat in medium adduci d. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebel. & ibi dixit Dy. ꝙ duo obtulerunt se monasterio, vt monasterium habeat bona sua post mortem eorũ, ꝙ si vnus decessit monasterium. acquirit bona illius mortui, sequitur ibi Bart. & tenet ẽt Cy. & Bal. in l. penul. C. de instit. & moderni in l. fin. §. penul. de leg. 2. & in d. §. cum ita, quia istud est sublatum per verba ipsius testatricis, dum dixit, prædicto casu adueniente dictis heredibus, & non aliter vnde expresse voluit, ꝙ ipsa pia causa admitteretur post mortem omnium descendentium sine liberis. Et si opponatur, imo dicta substitutio est concepta disiunctiue: quia hoc negatur, nec est verum, vt apparet ex verbis ipsius testamenti, sed posito, non tamen concesso, ꝙ sit disiunctiue concepta, adhuc idem est dicẽdum, ꝙ non vocatur pia causa, nisi omnes prius decesserint sine liberis. Vnde dixit Bar. valde singulariter in l. gñaliter. in princi. C. de insti. & substi. ꝙ si testator dixit, si nauis ex Asia venerit, aut Titius consul factus fuerit, aut imperator venerit in Italiam, talem substituo: tunc si inter istas conditiones alternatiuas est illa, si decesserit sine liberis, semper assumitur vt coniuncta, & ita etiam subdit Bart. ꝙ quoties apponitur dictio, etiam, cum disiunctiua, tũc disiunctiua accipitur & resoluitur in coniunctiuam, & copulatiuam, & alleg. ibi Bar. l. Lucius. la 2. ff. de here. institu. & l. is qui ducenta. §. fina. de hæred. insti. Facit, quod not. Bal. in d. l. generaliter. vbi dicit, quomodo sciam, si mens te-
6 statoris fuerit, quòd concurrat † mors omnium, & non vnius solius, & dicit, si est conditio, si sine liberis decesserint, quia non verificatur ex aliquo, sed ex vniuerso: secus in alijs conditionibus, quod dicit esse notandum, & sic substitutio collata post mortem liberorum interpretatur nullo ex liberis remanente, etiam si fiat filio naturali. Ita in proposito nostro, cum ista dña fuerit auia istorum, qui veniunt appellatione liberorum; vt l. liberorũ. ff. de verbo. sig. Et si dicatur, istud est propter fauorem liberorum, seu nepotum, vt voluit Iaco. Butrig. in d. l. generaliter,

neraliter.ergo sequitur, quod vel dicemus, quod istæ sorores successerunt illi infantulo ex tacito iudicio ipsius auiæ defunctæ, vel dicemus, quòd si non est fauor ipsarum fœminarum, neptum illius defunctæ: sequitur, quòd non debet exponi disiunctiuą pro coniuncta. Ad hoc respōdeo dupliciter. Primo, quòd hic non fuit ista substitutio concepta disiunctiuè, imo fuit concepta copulatiuè, vt est dictum: ideo non fecit hoc dicta testatrix propter fauorem ipsorum nepotū: sed quia voluit piam causam admitti post mortem ipsarum fœminarum, & dictorū nepotum morientiū sine liberis. Et si pur dicatur, quòd est disiunctiuè ista concepta substitutio, quod penitus negatur: tamen potest responderi, vt voluit Salyce. Bonon. in d.l. generaliter. in princip. vbi damnata ratione Iacob. Butriga. dixit, quòd ratio est: quia substitutiones sunt negatiuè conceptæ. vnde vna impleta, si deberetur ex alia, repugnaret implementum alterius, propter quod implicitè, vel præsumptiuè, vel a sensu contrario testator non voluit deberi. ita dicit ibi Salyce. multo magis in casu nostro, cum expressis verbis, & non implicitis, nec a sensu contrario: quia dixit, tunc & eo casu & non aliter dicto casu adueniente supradictis hæredibus: & ideo non est insistendum circa materiam dictæ l. generaliter. & d.l. Lucius. quia hic testator expressè vocauit piam causam eo casu, quo dicti hæredes decesserint sine liberis: seruetur ergo voluntas defuncti, quæ pro lege seruatur: vt in §. disponat. in authen. de nup. & sic quia sumus certi de voluntate testatoris, propter verba expressa in testamento, non oportet recurrere ad coniecturas. l. si certis annis. C. de pac. cum simi. Et si quispiam opponat, & dicat, amice, fateor tibi de plano, quod causa pia excludatur propter existentiam ipsarum sororum, si ipsæ essent hæredes fratris iam defuncti: quia testatrix videtur habuisse maiorem affectionem ad neptes, quàm ad piam causam, argumen. eius, quod no. glo. in l. si quis. ad declinandam. C. de epi. & cleri. & quod habetur in c. quicunque. 17. q. 4. quæstio. & quod no. Bald. in l. prima. C. de sacrosanctis ecclesijs in repetitio. & in l. iubemus. C. de testament. & Moderni in capitulo finali. de dona. sed in casu nostro istæ sorores non succedūt fratri: quia eas excludit statutum stantibus agnatis. ergo sequitur, quòd causa pia includatur, cum non agatur de fauore ipsarum sororum. ergo non debet excludi causa pia ab ipsis sororibus non succedentibus illi suo fratri. Ad hoc respondeo hoc modo, quòd ad hoc vt excludatur substitutus, non est necesse, quòd persona excludens succedat, aut sit hæres. vnde sufficit ista sorores extare, ad hoc vt excludatur pia causa, nec est necesse, quòd sint hæredes fratris: vnde text. valde not. in l. j. C. de pact. vbi filius rogatus erat restituere Lucinio confratri hæreditatem sub conditione, si sine liberis decederet, ipse filius, vt sibi remitteretur ius fideicommiss. dedit duas vncias Frōtoni, dicitur ibi, quòd liberi nati postea ex filio non possunt reuocare alienationem illarum duarum vnciarū,

7 & sic stant simul ista, quòd † aliquis non sit hæres, & excludat substitutum. facit. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebell. vbi est tex. quòd grauatus de restituendo hæreditatem, si sine liberis decesserit, si post mortem testantis habeat liberos, & adeat hereditatem, & postea deportetur, quòd tunc substitutus excluditur propter superexistentiam liberorum, & hæreditas confiscata spectat ad fiscū simpliciter: vt hic patet: & sic liberi non sunt hæredes patris: & tamē excludunt substitutum, nec testator illos liberos videtur tacito iudicio vocasse: quia tunc hæreditas non transiret simpliciter ad fiscum: secus quando illi liberi suscepti sunt post deportationem: quia tunc licet non sint hæredes: tamen non faciunt deficere conditionem. & ideo tunc excluditur substitutus, & hereditas transit ad fiscum cum suo onere, & sua causa: & sic cum onere restituendi substituto: vt ibi dicitur. & si dicatur, quare liberi suscepti ante deportationē, licet postea nascantur, faciunt deficere conditionē, ex quo ipsi nō vocantur: sed fiscus: Respondeo, quòd illud contingit: quia in conditionibus inspicimus merum factum. l. Meuius. & l. qui hæredi. ff. de conditi. & demonstr. licet hoc non consideretur post deportationem: quia illi tunc videntur nati tanquàm ex quodam nouo homine: & sic licet illi liberi non sint vocati ad hæreditatem: tunc excludūt substitutum. facit text. in l. filiusfam. §. cum quis. ff. de legat. j. & ibi gloss. & quod firmat Ioann. de Imo. vbi sufficit, quòd possint esse hæredes ad minus ex testamento, vt excludatur substitutus. & facit text. & gloss. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & quod plenè not. Dn. meus Ioan. de Imo. in d. l. Lucius. la 2. ff. de hæredi. instit. Et facit, quod not. Ange. in d. §. cum quis. vbi dicit gloss. sufficere, quòd possint esse hæredes ex testamento, vel ab intestato: & dicit ibi Ange. illam gloss. dicere veritatem, & esse menti commendandam. & sic sufficere videtur, quòd istæ sorores extent, vt excludant piam causam substitutam. Et si dicatur, istud procedere, si dictæ filiæ succederent dicto suo fratri: sed non succedūt: oportet igitur dicere, vel quòd succedant fratri suo ex coniecturata mente auiæ testatricis, vel si non succedunt, quod includatur pia causa: ergo si exclusa est pia causa, sequitur, quod sunt inclusæ dictæ sorores, & per consequens succedunt fratri ex tacito iudicio defunctæ auiæ, in bonis & hæreditate ipsius auiæ, per id quod habetur in l. hæredes mei. §. cum ita. præallega. & ibi dixit Ioann. de Imo. quòd si instituti essent tales, quorum vnus alteri posset de iure cōmuni, vel municipali succedere: tunc expectatur euentus conditionis in persona omnium institutorū. & hoc voluit ibi Bart. & Ang. secus si essent duo extranei, quorum vnus alteri succedere non posset: quia primo decedente, licet superlit alter, non superest persona, quæ verisimiliter ex mente testatis excludat substitutum, & iō tunc vocatur substitutus. & ita loquitur. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebell. & l. finali. §. filium. ff. de legat. 2. ita ergo oportet dicere in proposito nostro, quòd ex præsumpta mente ipsius auiæ, istæ sorores veniant ad istam hæreditatem defuncto dicto filio. Ad hoc potest facile responderi, & facit d. l. penult. C. de impub. & alijs substitut. quia nec d. §. cum ita nec d. l. penu. procedunt in casu nostro. illa n. iura loquuntur eo casu, quo plures fuerunt instituti, & inuicem substituti, si decesserint sine liberis, & illis institutis decedentibus sine liberis substitutus est tertius. & ita loquitur. d. §. cum ita. Et d. l. pe. loquitur, quando fuit facta substitutio pupillaris pluribus: & tunc loqtur d. l. penu. Sed casus noster est diuersus: quia est, quando sorores prædictæ, & sui liberi & liberi illius instituti sunt vo-

8 cati in conditione, & non in dispositione, quo casu † vocati in conditione nō sunt vocati in dispositione: & sic nō possunt dici vocati ex testamento iudicio ipsius auiæ testatricis. leg. si quis sub conditione. ff. si quis omi. causa te. & ideo gl. in d. l. Lucius. dicit, quòd veniunt vocati in conditione ab intestato. & ita firmat ibi Bal. Et facit, quod no. Ioann. de Imol. in dicta l. filiusfamil. §. cum quis. vbi dicit, quòd non videt quis rogatus restituere liberis suis, quando extant: quia id, quod est in conditione, non est in dispositione. l. ex facto. ff. de hæredit. institut. & allega. glos. quam reputat singularem in d. l. Lucius. Nec ob. secundum eum, quòd causa filiorum sit apposita: quia ex quo conditionaliter apposita est, videtur solum apposita ad hunc finem, vt testator habeat libertatem liberis extantibus ipsis relinquere, si velle, non autem si decessissent, ex quo solum in conditione est apposita. Et in casu nostro ad hæreditatem istius auiæ defunctæ non sunt vocatæ dictæ sorores nascente filio masculo: sed dumtaxat vocatus est filius masculus nasciturus: & iste non est casus. d. l. penul. & dict. §. cum ita. & sic ista testatrix ad suam hæreditatem non inuitauit dictas sorores masculo nascente, ergo nulla mens sua potest considerari: quod voluerit eas vocare ad hæreditatem illam mortuo masculo, imo reliquit in volūtate illius masculi, solū enim vocauit dictam piam causam eo casu, quo dictæ sorores recederent

recederent sine liberis:& dictus filius nasciturus decede
ret sine liberis. Vnde cum non ven erit conditio, non
est admittenda pia causa: vt faciat etiam ratio : quia si li-
beri illius filij masculi iam defuncti superessent, exclude
rent piam causam:vt dicta l.filiusfamili.§.cum quis. nec
essent inuitati ad illam hereditatem ex iudicio defuncti.
vt voluit gloss.in dicta l.Lucius.quam ibi sequitur Fran-
ciscus Tigrini, & communiter omnes.& domi. Petr.de
Ancharan. in capitul. licet de voto.Idem est dicendum
de illis sororibus,quòd earum existentia excludat piam
causam:nec ipsæ sorores sunt inuitatæ tacito iudicio ad
hæreditatē prædictam mortuo dicto masculo : quia cū
excluserit eas nascente masculo:ita videtur eas exclusis-
se post mortem masculi, & sic remaneamus in disposi-
tione iuris municipalis,quod est ius commune in popu
lo.l.omnes populi.ff.de iustit.& iure.& not.Bald. in leg.
constitutiones.C.de bo.quę libe.in l.j.C.de conf.& ideo
dicebat Bald.in l.precibus.C. de impuber.quòd testator
præsumitur cogitare & velle illud,quod ius disponit. &
iam in casu nostro statutū Mantuæ disponit,quòd agna
tus succedat.ergo videtur voluisse ista testatrix, ꝙ agna-
tus succedat vigore dicti statuti,quod præsumebatur sci
re:vt in capitulo cognoscentes.de constitutio.Barto.in
l.omnes populi.ff.de iustit.& iure.capitul.j.de postulati.
præla. potuit enim expresse illud disponere,si voluisset,
quòd dictæ sorores succederent dicto suo nepoti. l.1.§.
sinautem.C. de caduc.tol.bene facit capitulo ad audien
tiam.de decimis.cum simil.ergo vr̄ reliquisse in disposi-
tione iuris municipalis:vt l.commodissimè.ff.de libe.&
posthum.quod est ius commune in populo.Et per con
sequens sequitur, quòd ista est veritas, quòd dicta causa
pia non potest admitti stantibus dictis sororibus: & sic
non est locus substitutioni : & etiam dictæ sorores nul-
lo modo sunt admittendæ ad dictam hæreditatem:quia
nec tacito, nec expresso iudicio ipsius testatricis defun-
ctæ vocatæ fuerunt:& per consequēs stabimus in dispo-
sitione statuti vocantis agnatum,& ex statuto predicto
apparet clarissime.¶Restat nunc videre, ex quo mater
in assumenda tutela non obseruauit tempora decreta
ex dispositione statuti, an debeat priuari legitima debi-
ta in bonis ipsius infantis,seu pupilli.Et primo pondero
verba ipsius statuti:in versic.ab eorum impuberum suc-
cessione priuetur,& de iure priuata esse intelligatur. Et
circa hoc considero, quòd excludere quem a bonorū
subsidio,sit exhæredare: vt no.in l.qui volebat.ff.de hæ-
reditat.instit.exhæredatio autem non valet,nisi fiat no-
minatim:vt l.j.& 2.ff.de liber.& posthum.nec statutum
intelligitur priuare legitima, nisi hoc specialiter faciat.
vnde text.valde sing.in l.si quando.§ generaliter.in ver
sicu.nisi specialiter in apocha,vel transactione.C. de in-
officio.testamen.decidit, quòd filius nunquàm videtur
exclusus a legitima,vel a supplemento legitimæ,nisi spe
cialiter hoc fiat,& summe hoc ponderat ibi Bald.& Sa-
lyce.vt voluit Guliel.de Cuneo in l. de his.ff.de transac.
& tunc dicitur, quid specialiter fieri, quando fit expres-
so nomine proprio:vt est glos.valde solennis in l. quod
in rerum.§.finali. in versicul.specialiter.ff.de legat.j.quæ
dicis specialiter: scilicet nomine proprio.& facit, quod
not.Bartol.in l. finali.§. omnem. in versicul.specialiter.
per illum text.C.administra.tutor. & text.in l.fina.C. de
indi.vidui.tol.in versicu.specialiter.glosl.in clemen.j. de
iudi.& quod not. Ange.in authen.de hæredi.& falcid.§.
si vero expressim. & in l.2. C. quando & quib.quar.pars
deb. libro 10. Modo in proposito istud statutum priuat
matrem a successione impuberis : ergo non priuatur a
subsidio bonorum: & sic a legitima, ex quo specificè &
expresè non fecit de ea mentionem, istud est, quod vi-
debatur facere dubium in ista hæsitatione:sed si recte &
apprime consideratur materia ista,ista non obstant. Et
præmitto pro totali fundamento & incōuincibili istius
9 articuli, quòd statutum ex † causa potest in totum ab-
sorbere & tollere legitimam debitam matri in bonis fi-

liorum,multo magis propter contumaciam eius in pe-
tenda tutela filiorum. Vnde Bal. in suis conclusionibus,
quas fecit in iure canonico,in capitulo indultum.de re-
gul.iur.libro sexto.dicit valere statutum excludens ma-
trem a successione & legitima filiorum propter fauo-
rem agnatorum:videtur tamen,quòd tale statutum de-
beret reduci ad æquitatem per superiorē, & in casu no-
stro non priuata ista mater propter fauorem agnato-
rum:sed est priuata propter odium, negligentiam,& cō
tumaciam suam, quo casu statutum potest indistinctè
hoc facere: facit quod not. Ange. in consilijs suis consi-
lio 103. incipiente, statuto ciuitatis cauetur, quòd si ali-
quis decessit ab intestato. vbi consuluit, statutum posse
in totum excludere matrem a legitima filiorum pro-
pter fauorem agnatorum. & idem voluit idem Ang.in
l.Papiniamus.in §.quoniam, versicu.cum igitur.ff.de in-
officio. testamen. vbi dicit esse casum singularem. ergo
10 multo magis in casu nostro propter contumaciam† ip
sius matris in petendo tutelam,quæ contumacia est de-
lictum:vt habetur in l.j.§. nunc tractemus.ff.de tutel. &
ra.dis.Et ibi dixit Bald.quòd si pro maleficio imponitur
certa pęna,imponetur contumaci.facit quod no. idem
Bald.in lege,data opera.C.qui accusa. non poss.& Cyn.
in rubrica.C.de crim.stellio.gloss.in l.si filius.ff.de inter-
roga.acti.& not.4.q.j.in sum.per gloss. & facit.quod ha-
betur in l.cum filius.§.in hac.ff.de verbor.obligatio. Ita
dicamus in casu isto, quòd propter istud delictum con-
tumacię matris potuerit ipsa mater priuari legitima:po
test enim statutum ex causa priuare filios legitima:vt in
authent.vt cum de app.cog.§.aliud quoque capitulum.
& firmat Ange.in d.consilio.& quod plenissimè no.Sa-
lyce.in authen.nouissima.C.de inofficio.testamen.& in
l.sancimus.C.de nup.& ibi Cyn.& Bald.& idem Bald.in
l.cunctos populos.C.de summ.trinitat. & in l.j.§.ius na-
turale.ff.de iustit.& iur.& in l.leges.C.de leg. & in authē.
nunc autem.C.de epi.& cle.Old. consilio 74. Albericus
de Rosate in 2.parte statutorum.q.104.Domini de Ro-
ta decisione 21. do. Anto.in c.Raynaldus.de testa.Ioan.
An.in addi.Specu.in ti.de succes.ab intesta. Angel.in au
then.de hære.& falci. in princip. ergo multo magis hoc
poterit facere statutum propter negligentiam & deli-
ctum ipsius matris,& sic apparet ex predictis,quòd istud
statutum potuit hoc facere,& bene facit tex. in l.sciant.
C. de legi.hæred. in versicu. omnem successionem, vbi
11 lex ciuilis † priuat ipsam matrem negligentem petere
tutorem filio omni successione: & sic istud statutum est
validum & est æquum:quia non est conforme iuri ciui-
li, & emanauit ad puniendam negligētiam matris, & in
fauorem ipsorum impuberum,& ideo pulchrè dicebat
Bald.in capitu.debitores.de iureiur. ꝙ vbicunque statu-
tum incipit a monitione puniendo creditores negligē-
tes petere debita infra certum tempus:tunc tale statutū
valet,nec curatur bona,vel mala fides: quia superior pu
nit negligentes, ita dicamus in casu istius statuti : voluit
enim punire negligentiam ipsius matris erga filios suos
pupillos.¶Oportet nunc videre,si statutum predictum
comprehendat ipsam legitimam:& si sufficiat illā legiti
mam comprehēdere sub illis verbis, ita generaliter pri-
12 uetur successione impuberum,& ꝙ† comprehendat ip
sam legitimam, demonstro hoc modo inconuincibili-
ter. Ad cum casum,ad quem adaptantur verba legis ada
ptatur dispositio illius legis,ita probatur in l. 4.§.toties.
ff.de damn.infect.& ibi Barto.l.ita autem.in princ.& ibi
Bar.ff.de admi.tuto.l.quod constitutum. vbi per Barto.
ff.de testam.mili.l.hos accusare.§.omnibus.ff.de accusa.
capitul.indemnitatibus.§.sed cum eas.de elec.libro sex-
to.sed verba istius statuti priuantis matrem successione
adaptantur ad legitimam,ex quo sequitur,quòd ista ma
ter priuata est portione legitima , maior est verissima:
istam minorem probo hoc modo, istud statutū priuat
matrem a successione impuberis: & sic loquitur de suc-
cessione ab intestato : quia pupillus, aut infans propriè
dicitur

13 dicitur † decedere ab intestato. vt est text.in dicta l.sciãt.
C.de legi.hære. & hoc ibi firmat Salyce.& dixi in primo
dubio:& priuat istud statutum a successione.tunc arguo
14 sic legitima † est tertia pars, vel semis portionis debitæ
ab intestato.ita not.per omnes in d.authent. nouissima.
C.de inoffic.testa.sed huic matri debetur ab intestato ex
dispositione istius statuti:ergo sequitur necessariò, ꝙ est
priuata subsidio bonorum, & sic legitima:quia si est pri-
uata a successione ab intestato: ergo est priuata a succes-
sione legitimæ, quæ est portio proueniens ab intestato,
quod etiam probo sic arguendo a descriptione,seu a de-
finitione legitimæ, quod validum est argumentum: vt
tenet Bart.in l.prima.ff.de testam.legitima est tertia, vel
semis debita filijs,vel parentibus ab intestato, a quo igit
remouetur ligitimæ diffinitio, remouetur & ipsa legiti-
ma: ergo sequitur, ꝙ istud statutum priuauit ipsam ma-
trem negligentem a legitima debita in bonis ipsius im-
puberis, & iste rationis apponũt gladium ad redicem in
præsenti quæstione. ergo sequitur, ꝙ satis expresse istud
statutum priuauit matrem ipsam legitima,argu.l.2.ff.de
15 lib.& posth.quia eo ipso ꝙ † illã priuauit successione ab
intestato, satis expresse priuauit eam legitima.facit etiã
optimus tex.in l.2.§.quòd si forte.ff.ad Tertullia. in ver-
sicu. matri non competere aduersus arrogatorem ex sti
pulatu actionem,vbi mater non solũ perdit illud, quod
sibi debetur in bonis filij de iure communi, sed etiam il-
lud, quod sibi debetur ex stipulatu, & clarum est, quòd
stipulatio est stricti iuris,& specificè esset tollenda, & ta-
men priuatur, ergo multo magis in isto casu priuabitur
legitima,quæ sibi debetur ex dispositione iuris commu-
nis. Et ideo pulchrè dixit ibi Bart.quòd etiam mater ne-
gligens petere tutorem priuatur successione sibi debita
ex dispositione iuris municipa. & optime probatur ex il
lo text. iuncta eleganti doctrina Bald.in l. contractus.C.
16 de fide instrumẽto.†vbi dixit,quòd verba statuti sunt ad
instar stipulationis,quia statuta fiunt ad instar stipulatio-
nis, per interrogationem, & responsionem,allegatur.l.
prima.ff.de leg.primo,& sic statutum,& stipulatio æqui-
paratur.sicut ergo mater per negligentiã priuatur actio-
ne quæsita ex stipulatione,ita priuatur successione quæsi
ta ex statuto. ergo multo magis priuabitur legitima sibi
debita ex dispositione iuris communis propter suam ne
gligentiam. Et optime facit text.in dicta l.sciant.dum di-
cta l.sciãt.dum dicit,omnem successionem matrem per-
dere filij impuberis.& lege, finali.§.hoc autem mater.in
versicul.ab omni quidem bonorum vendicatione inte-
statorum filiorum repellitur.ff. qui pe.tutor.vbi est tex-
tus formalis priuans matrem omnibus bonis pupilli.er-
go, & per consequens legitima.facit text.institu.ad Ter-
tullia.§.fina.in versicu.petere neglexerunt ab eorum im
puberum morientium successione, meritò repellatur:
ergo, & comprehenditur legitima, quæ debetur ex suc-
cessione ab intestato,vt est dictum.facit etiam tex.in l.se
cunda.§.final.ff.eod.titul.in versicul.prohibita matre ius
suum vendicere: vbi videtur casus formalis,quòd mater
negligens sit priuata legitima sibi debita ab intestato. nã
dicit ibi tex.quòd mater est prohibita,vendicare ius suũ,
sed ius suum est legitima:quia est quasi debita,vt dixit gl.
in l.si emancipata. C.de iur. & facti ignor.& habetur in l.
si quis legatum.ff.de fal.ergo est ibi casus pro ista quæstio
ne.Nec obstat, cum alleg.§.si quis autem non implens.
in authentic. de hæredi.& falcid. quia loquitur in hære-
de negligente, vt puniatur in relictis sibi factis,a testato-
re:quia non priuatur legitima, ex quo illa non venit ex
prouisione testatoris, sed legis, quia hoc non facit con-
tra istam consultationem,quia ius commune clarissimè
priuat matrem negligentem, petere tutorem suis pupil-
lis legitima,vt apparet ex iuribus prealle.quinimo,etiam
dicunt doctores, quòd in casu.d.§.si quis non implens.si
17 legata † essent facta ad pias causas, priuaretur hæres ne-
dum legatis & relictis sibi a testatore, sed etiam priuare-
tur legitima sibi debita iure naturę,ita firmat Hostien.in
capitulo si hæredes, & ibi domi.Antoni.& domin.Petr.
de Ancharano, & Archidiaco.in capitulo Syluester.vn-
decima,quæstione prima, & ibi domi.Dominicus & ibi
Ioan.Calde.in quadam additione:vt refert domi.Anto.
in dicto capitulo si hęredes,& sequitur ibi Ioan.Andr.&
est communis doctorum opi.& sic non est mirum in ca
su nostro,si ista mater sit priuata successione istius pupil-
li,etiam quo ad legitimam, & quia etiam statutum istud
ita disponit, vt superius est dictum. Nec obst.cum alleg.
d.l.si quando.§.generaliter, quia ad illum.§.& ad doctri-
nam Bald. & Salycet.ibi est diligenter aduertendum,ille
loquitur in pacto, vel transactione hominis priuati. Ita
18 formaliter loquitur ille tex.sed nos sumus in statuto † po
puli,quod est potentius, & maiorem vim habet, quàm
pactum,vt dixit Barto.in l.omnes populi.ff.de iustitia &
iure.Bald.in lege, de quibus.ff.de legi.glossa in rubric.C.
de decre. decur.libro decimo.glo.in capitu.pen.de con-
suetu.libro sexto.tex.in l.generaliter.C.de fideicommis.
& sic non est extendendus ille tex.in versicu. specialiter,
ad statutum populi, quia non valet argumẽtum de vno
ad reliquum negatiue. Item est etiam ponderandum,ꝙ
ille tex.loquitur in legitima debita filio:nos vero loqui-
mur in legitima debita matri. vnde non est ita debita le-
gitima matri in bonis filij sicut econtra,& sic ille text.nõ
potest extendi ad casum nostrum. Facit,quod habetur
in lege,nam & si parentibus.ff.de inofficio.testament.&
quod not.Angel. in d.consilio 103. Item in casu nostro
satis fuit expressum de legitima ꝑ illa verba a successio-
ne impuberis filij, quia comprehendunt successionem
vniuersalem, & particularem. Facit, quod pulchre di-
xit Angel. consilio 16. vbi dicit, quòd licet debeat ex-
presse & specialiter peti filium restitui pristinis natalibus
quando petitur legitimari.nihilominus satis petitur spe-
cifice, quando dicit, peto filium legitimari. Item quia
istud statutum videtur esse cõforme iuri communi per
supradicta, & sic videtur dicendum, quòd dicta mater sit
exclusa a successione ipsius filij, tam quo ad legitimam,
quæ sibi erat debita ex dispositione iuris cõmunis,quàm
a tota hæreditate ipsius pupilli,quæ sibi cõpetebat etiam
ex iure communi,ideo non videtur insistendum, quota
sit ista legitima. ¶ Capio nunc vltimam dubitationem,
vtrum posito,non tamen concesso, ꝙ dicta mater non
priuaretur legitima propter non petitũ tutorem, quan-
ta erit illa legitima portio matris sibi a statuto reseruata,
an tertia totius,an tertia tertiæ deducto ære alieno. Et in
veritate, circa hoc mihi non videtur insistendum: quia
19 ista mater est exclusa a legitima.nihilominus † legitima
istius matris est tertia tertiæ, & non tertia totius. Et præ-
mitto illud, quod dicitur in ipso statuto in præfatione,
vbi dicitur, vt familiaris salua sit dignitas, & nomen, &
ordo seruetur, & bona morientium in eorum agnatos,
& posteros transmittantur,per quos nomẽ generis con
seruatur.vnde proœmium istius statuti declarat mentem
ipsorum statuentium,& postremam rationem mouen-
tem eos ad decidendum, videlicet fauorem agnationis.
facit text.l.regula.§.licet.versicul. initium constitutionis
demonstrat.ff.de iur.& fact.ignor.l.prima.ff.ad Macedo.
& ibi Bar.l.fi.ff.de hære.insti.& ibi Bal.l.cum hi.& ibi Bar.
& Bal.ff.de transactio.Bal.in l.j.ff.de orig.iur. & in prima
consti.C.& in l.vt liberis.C.de colla. & in l.hæc verba.C.
de fal.cau.adie.leg. domi.Anto.in clemen.prima.de ele.
& sic finalis intẽtio statuentium fuit prouidere agnatis
& conseruare agnationem. Præmitto etiam illud,quod
dixit Bartol.in l.secunda.§. final.ff.ad Tertullia.vbi dixit,
20 quòd † quando aliquid aufertur ab aliquo, respectu ter-
tij,illud applicatur illi tertio. Vnde si fauore agnatorum
quis remouetur a lucro,illud lucrum applicatur agnatis.
text.est de hoc melior de iure in l.si defunctus.C. de suis,
& legi.quem ibi ad hoc ponderat Bald. dicens tale statu-
tum habere vim inclusiuam, idem voluit idem Bald. in
l.maximum vitium. C.de liberi.præterit.& in l.prima.C.
de secun.nupt.& in lege,quod vero.ff.de legi.& in l.si ve-
ro.§.

ro.§.de viro.ff.solut.matrimo.& Ioan.Andr.in additio.
Speculat.in titul.de successio.ab intesta.in rubric.Modo
in ipso statuto dicitur,quòd ascendentibus masculis exi
stentibus,seu etiam collateralibus, per lineam transuer-
salem,& lineam masculinam coniunctis vsque ad quar-
tum gradum,qui ad successionem defunctę personę ad-
mitti velint,& possint mares:& descendētes per lineam
maternam:& feminę etiam ascendentes per lineam pa-
ternam suis descendentibus nō succedant: sed habeant,
& habere debeāt dumtaxat in bonis dictorum suorum
descendētium debitum bonorum subsidium,videlicet,
tertiam partem portionis, quæ eisdem ab intestato ob-
ueniret.Dicit etiam statutum prædictum, ꝙ dicti agnati
masculi excludant fœminas, etiam agnatas.vnde si dili-
genter ponderetur dictum statutum,disponit, ꝙ agnati
excludant istas sorores a successione defunctæ personæ
ab intestato:ergo sequitur necessario, quòd illud, quod
debebant habere dictæ sorores ab intestato in bonis ip-
sius pupilli, applicatur ipsis agnatis. Apparet igitur per
istud secūdùm præsuppositum,cum tota mens ipsorum
statuentium fuit prouidere & fauere ipsis agnatis, & eis
applicare illud,quod auferebat ipsis sororibus,seu femi-
nis agnatis succedētibus ab intestato, vnde dicebat Bal.
in superius allegato consilio,incipiente,Martinus Ioan
21 nis de Florentia,quòd eo ipso † quòd statutum exprimit
agnatos masculos, intentio statuti est, ꝓuidere illis agna
tis, exclusis sororibus defunctæ personæ: ita formaliter
dixit Bald.in dicto consilio, & sic eo ipso,quòd istud sta-
tutum inuitat agnatos,& excludit fœminas,illud, quod
excludit a sororibus, applicat agnatis. Modo si dicere-
mus,quòd ista mater haberet tertiam totius,& non ter-
tiam tertiæ, sequeretur vnum inconuenientissimum,ꝙ
illud,quod statutum prædictum auferret ipsis sororibus
cederet lucro matris, & nō lucro ipsorum agnatorum,
quod est contra dispositionem iuris, & statuti, & men-
tem, & vrgentem rationem. vnde oportet, quòd viua
ratione, & stricta dicamus, istam matrē habere tertiam
tertiæ,quod ad oculum demonstro. Primum statutum
dicit,habeat,& habere debeat dumtaxat in bonis dicto-
rum suorum descendentium debitum bonorum subsi-
dium. Postea alio statuto dicitur, quòd dicti agnati ex-
cludant fœminas agnatas. ergo applicat eis illud, quod
istæ sorores habuissent ab intestato,si successissent dicto
pupillo vna cum matre,vt in authentica,defuncto.C.ad
Tertullian.& sic mater habuisset vnam tertiam,& dictæ
sorores duas alias tertias, & isti agnati in locum dicta-
rum sororum succedunt, vt apparet ex dispositione di-
cti statuti. ergo sequitur, quòd dicta mater habet ter-
tiæ, aliàs fieret violentia statuto, & menti, & disposi-
tioni statuentium & ista est pure veritas sine longo ora-
culo verborum. ¶ Et si quispiam dixerit, amice, paria
22 sunt, † non habere filios, vel habere, & eos esse exclu-
sos a successione,vt lege,pater filium.ff.de inoffici.testa-
ment.& l.qui in aliena.§.interdum.ff.de acquirenda hæ-
reditat. cum ergo istæ sorores sint exclusæ, stante dicto
statuto a successione ipsius pupilli: ergo habentur, ac si
non essent in rerum natura,& per consequēs mater tan
quam reperiens se solam in ista successione habebit ter-
tiam totius. Istud non obstat,& respondeo,quòd illud
procederet, nisi illa exclusio emanasset in fauorem ter-
tii,quia tunc ille tertius vocaretur ad illud lucrum,quod
aufertur illis sororibus per iura allegata superius, sed ita
est in casu nostro, quia istud statutum includit agnatos
23 ad illud, quod aufert illis sororibus.Cum † ergo in casu
nostro istæ sorores, & mater deberent succedere ab in-
testato & statutum istud dicat, quòd mater habeat dum
taxat tertiam partem portionis, quæ sibi obueniret: ab
intestato.ergo habebit illam,quam habuisset, succeden
tibus ab intestato illis sororibus:& sic tertiā tertiæ, quia
agnati auferunt illud, quod habuissent sorores illæ, &
ista est pura veritas. ideo aliter non extendo fimbrias su
per hoc dubio, quia plenissimè, & subtilissimè dixit ve-
rissimus iuris interpres D. & mihi pater Bartholomæus
de Campegio. ¶ Et ex supradictis concludo. Primo,
quòd iste agnatus excludit istam matrem, a successione
istius infantis decedētis ab intestato, vt scripsit in primo
dubio, & optime facit text.in dicta lege, sciant.C.de le-
gi.hære.& etiam ibi Salycetus tenet istam partem,quod
etiam vltra superius allegata, sequitur Ludouicus Ro-
manus in quodam alio consilio, quod incipit, in Chri-
sti nomine Amen.visa municipali constitutione, & est
in ordine 31. & facit pro hoc dicta lege, in testamento.
in versiculo, intestatæ filiæ.C.de testament.militar.& in
lege, hæreditatem, & lege, intestati filij. C. de impu-
ber.& alijs substitutio. vbi textus appellat intestatum
etiam illum, qui non potuit testari. ¶ Nec obstat fun-
damentum Baldus: quia imo constitutiones in ciuitate
fiunt ab imperitis,& communiter fieri videmus,& in di
cto cōsilio dominus Ludouicus singulariter respondet
ad motiua. Secundo concludo, quòd agnatus excludat
sorores, & piam causam a successione dicti infantuli.
Tertio concludo, quòd dicta mater in totum est exclu-
sa ab hæreditate ipsius infantis,& etiā a legitima. Et hoc
formaliter consuluit dominus Ludouicus in præallega-
to consilio 31. vbi consuluit, matrem priuari in totum
successione filij,etiam quo ad legitimam, & ibi dicit, ꝙ
24 est indubitatum,quòd † statutum potest in totum tolle-
re legitimam parentibus debitam in bonis filiorum, vt
decidit Bal.in l.prima.§.ius naturale.ff.de iustit.& iure.&
dicit, quòd neminem habemus contrarium dicentem:
quia dicta legitima non videtur de naturali iure deberi,
sed de iure ciuili,& positiuo: vt lege, de emancipat.C.de
legi.here.vbi Baldus expresse colligit hoc notabile.not.
parētem succedere filio non esse de iure naturali,sed po
tius ciuili,& positiuo. Nec obstat, inquit ipse,si quis di-
cat, quòd statutum debet priuare matrem legitima spe-
cialiter, quasi in generalibus verbis legitima non videa-
tur comprehensa, allegat dicta l.si quādo.§.generaliter.
C.de inofficio. testament.quia ad illum.§.respondet do
minus Ludouicus in dicto consilio,& ego superius iam
respondi. & sic sole clarius est, ipsam matrem excludi a
legitima debita in bonis ipsius infantis. Vltimo conclu-
25 do,quòd de iure habebit tertiam tertiæ † portionis,quia
illud statutū,quod aufert sororibus, applicat ipsis agna-
tis & istud etiam dicit idem dominus Ludouicus in præ-
allegato consilio, & allegat illud, quod not.Bartol.in l.
prima.§. final.versiculo nunc ad propositum.ff.de con-
tratabul. & in l.secunda,§.si duo.ff.de collati.bono.& in
l.secunda,§.videndum.ff.ad Tertullia. Et sic in fauorem
agnati concludo.

EPITOME

¶Cum legatus de latere ecclesiam quandā contulisset, quidam præsentauit quendam in eadem instituendum,patronum se ex donatione a Vicario ordinarii,admissa contendens. Sed cum de titulo donatoris nō apparuerit,ac proinde mala fide possederit,& nullum ius præsentandi habuerit,ac etiā de vnica illius præsentatione, quæ ad quasi possessionem non sufficit, constiterit, & cum etiam ante donationem illam Vicarii collatione eiusdem ecclesiæ interuenisset, qua illius, si quam habuisset, interrupta possessio fuerat, nullum ius in donatarium transtulit. Ipse vero donatarius ex se nullum ius,nullam possessionem habuit, qui nunquàm scilicet alius præsentauisset. Nec enim quicquam Vicarii auctoritas donationi illi inutili profuit. Itaque valuit d.legati collatio,maximè cum incertum esset de iure patronatus.

SVMMARIVM.

Ius patronatus acquiritur constructione, dotatione, fundatione, alioquin ecclesia est libera. nu. 1.

Quasi possessio iuris præsentandi perditur, si ordinarius contulerit. nu. 3.

Præsumitur, qui nihil cōtradixit, nec protestatus est de iure suo, nullum ius habere. nu. 4.

Antiqua possessio iuris præsentandi 40. vel 50. annorum quem patronum non facit, sed certis modis ius patronatus acquiritur. nu. 5.

Præseutatio vnica in quasi possessione iuris præsentandi non constituit. nu. 7. & 22.

Collatio facta præsumitur iure ordinario non ex priuilegio. numero 8.

Præsentatio non soluendo, idest, suo tempore non facta, in quasi possessione præsentantem non constituit. nu. 9.

Præsentatio est fructus iuris præsentādi, qui proinde a solo possessore percipi debet. nu. 10.

Præsentantem in bona fide & in quasi possessione tempore præsentationis esse oportet. nu. 13.

Malæ fidei possessor fit post litem contestatam, qua præscriptio interrumpitur. nu. 14.

Possessor sine titulo malæ fidei præsumitur, maxime in spiritualibus. nu. 17.

Transferre aliquo titulo quis non potest, quod non habet. nu. 19.

Auctoritas superioris accommadata ad effectum vnum, aliud non operatur. nu. 20.

Legatus de latere licet ecclesiam iuris patronatus laici cōferre non possit: cum tamen de eo iure certum est, potest.

CONSILIVM LXIX.

MVlta Suadent, ꝙ isti asserti patroni videātur esse in quasi possessione iurispatronatus, & ꝑ ꝯñs nō poterit cōferri dicta ecclesia spectās ad ꝓnos laicos: & sic collatio facta D. Iuliano clerico non tenuit. Primo ꝓducitur procuratoriū factum per tutricem illius Stephani ad præsentandum in ipsa ecclesia dñm Petrum, & instrm̄ pręsentationis factę de ipso domino Petro per Petrum de Torellis procuratorem: & instrumentum cōfirmationis de dicto dño Petro pręsentato ad dictam ecclesiam, & instrm̄ tenutæ habitæ per ipsum dominum Petrum de dicta ecclesia, & sic est vnica præsentatio facta cum effectu ad dictā ecclesiam per ipsos de Sabello. Et postea producit̄ aliud instrm̄ præsentationis factæ per Stephanū de Saxadello de quodā dño Ludouico, & postea producit̄ instrm̄, in quo dictus Stephanus cū debita solēnitate donauit iuspatronatus dictæ ecclesiæ dicto Petro de Torellis cum auctoritate domini Vicarij, quę omnia arguunt istū Stephanum fuisse in possessione istius iuspatronatus. Et iudicio meo quantum ad præsentem consultationem enucleandā non est opus inuestigare, an iuspatronatus competierit dicto Stephano de Saxadello, & sic an fuerit verus patronus: quia quo ad istud nihil ad istum Iulianū clericum, inuestigent & inquirat hoc episcopus loci, ad cuius curam spectat ista inuestigare, cum sit ordinarius: vt in c. vt ordinarij. de officio ordi. lib. 6. c. j. de reg. iur. libro sexto. cum simi. Vnde solum est videndū, qa erat in possessione iurispatronatus dictus Stephanus, & ꝑ ꝯñs hēns cām ab eo, & istud sufficit ad infringendā collationē, quā fecit religiosissimus & reuerēdissim⁹ dñs Legatus de latere & princeps, vt verbis tex. vtar in c. si Abbatē. de elec. libr. 6. Et ex supradictis tanq̄ ex fundamēto vr̄ dicendum, quòd sic. ꝙ sit probata sufficienter ista quasi possessio iurispatronatus. Et hoc decidit text. formaliter in c. cū ecclesia sutrina. in versicul. trium episcoporum, de causa poss. & proprie. vbi dicitur, ꝙ ad concludendum quasi possessionem iuris eligendi, videtur req̄ri, ꝙ saltē ter quis elegerit scribentes omnes, qui fuerunt luminaria, dicunt ibi ꝙ illud ter fuit appositū per superabundantiam, & narratiuè: quia vnicus actus sufficit. Et facit, quod pulchrè dixit supremus doctor Bar. in l. j. §. hoc ĩterdicto. ff. de itinere, actuq; priua. vbi dicit, ꝙ quædam sunt, quæ non solent cō cedi de facili, puta ꝙ det vocem in consilio populi, vel vniuersitatis, vel collegij, & tunc sufficit vnicus actus, & sentit hoc Inn. in d. c. cū ecclesia. & apprime adducitur simile de l. j. §. quod autē. ff. de aqua quo. & æsti. Vnde dixit Bar. in d. §. hoc interdicto. ꝙ si cōmune huius ciuitatis pateretur, & esse in cōsilio nō ex hoc tu es in possessione illius iuris, nisi ex frequentia actuū ad minus 30. vt ibi. Sed si pateretur te esse de prioribus, vt te semel proponeret in consilio tanquam consiliarius, ex vnico actu illius iuris induceretur quasi possessio, per d. l. j. §. ꝙ autem. ff. de aqua quo. & æsti. & idem dicit in certis iuribus, vt ex qualitate actuū requiratur vnus actus, vel plures, facit. cap. cum de beneficio. de præbend. libro sexto. & sic ex qualitate personarum, & actuū præsumitur, an quis fuerit admissus de gratia, an ex debito. Ita firmat Innocen. ibi. & facit. l. fina. ff. de acti. & obli. l. j. C. si qs imper. maledix. & l. plenū. §. eqtij. ff. de vsu & ha. & hoc sequitur Bal. in cōmēto. l. 2. in 15. quæstione. C. de seruitu. Ista est modo conclusio vera, ꝙ per vnicum actum eligendi quis constituitur in quasi possessione iuris eligendi: quia est actus, qui nō cōsueuit fieri de gratia: sed potius ex debito iuris. Illud idem videtur dicendum in iure præsentandi quod est in iure eligendi. ponetur enim in quasi possessione iuris præsentandi per vnicum actum præsentationis. facit glo. valde singularis in c. fina. de elect. libro sexto. vbi dispositū ĩ electione habet locū in ꝑsentatione. & facit optimus textus in capi. secundo. in versicu. eligant, de iure patronatus. vbi largo modo præsentatio dicitur electio. & patroni largo modo dicuntur eligere, cū pręsentant. Vnde non vitiaretur libellus, si quis libellaret, ꝙ patroni elēgerūt, argumento a contra. quod habetur in capi. constitutus. de relig. do. & l. si olei. C. loca. l. sed si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiurādo. ergo sequitur necessario, ꝙ cum præsentatio ad ecclesiam facta per laicum non sit actus qui consueuerit fieri de gratia: imo ex debito iuris: qa agit̄ de seruitute quadā ipsius ecclesię: ideo videtur, ꝙ iste Stephanus fuerit in quasi possessione iuris præsentandi, quod quidem ius transiuit in istos successores: & maximè qa vltra spatiū 40. annorū fuerūt in ista quasi possessione iuris pręsentādi, & per excercitiū istius iuris pręsentādi videntur acquisiuisse quasi possessionem totius iurispatronatus: & sic præscriptionem istius actus præsentādi, iuxta notata in c. de quarta. de prescrip. videt̄ acqsijsse totale & integrū & omne iuspatronatus in ipsa ecclesia, seu saltem quasi possessionem totius iurispatronatus: vt pulchrè tenuit Ioannes Andre. in regula qđ aliqui. li. sexto, in mercu. nam per exercitium vnius articuli cōprehensi sub vniuerso quis acquirit quasi possessionē totius vniuersalis: vt fuit sing. dictum Innocen. in capi. cum dilectus. de cap. mo. & probatur in capit. primo. de relig. do. & notant. ibi moderni: & Bald. in commento. d. l. 2. C. de serui. & sic cū isti successores istius Stephani sint in quasi possessione iuris pręsentandi, & sine aliqua lite, vel controuersia: ergo sequitur, ꝙ potuerint pręsentare, & ꝑ eos pręsentatus debuit, si erat idoneus institui, & confirmari. facit gloss. in capitul. ex literis. & in c. hoc quippe. 3. q. 6. & ca. consultationibus. de iurepatro. & c. q̄relā. de elect. Modo in ꝓposito nr̄o concurrit

concurrit vnica præsentatio cum institutione,& cõcurrit secunda præsentatio licet nõ appareat de institutione concurrit donatio illius iurispatronatus interueniente auctoritate dñi vicarij: concurrit antiquitas & longinquitas tẽporis. Vnde ex istis simul iunctis componitur optimum fundamentum iuxta illud, quod Ouidio nr̃o bellissimè venit in mentẽ & ab his, inquit, oriunt cũcta duobus.licet enim compositũ non posset consistere ex vno elemẽtorũ, constat tamen ex concursu omnium. facit gl.in l.2. ĩ principio.ff.de excu.tu.& qđ dixit Bar.in l. j,§ itẽ l. cornelia.ff.de quæstio.& qđ habetur per Bal.& Saly. in l.fi.C.de proba. & plenè per verissimum iuris interpretem dominum Pet.de Anchara. consilio 265. Bal.in l.3.ad l.Iuliam maiesta.glo.in l.3.§. eiusdem. ff.de testi.gloss.in capitu.accedens.el secundo,vt lite non contesta.& in ca.cum causam. de proba.& habetur in cap.tertio loco.de proba. cum similibus.& etiam concurrit diuturna & longa patientia episcopi Bononiensis,& longa quasi possessio iuris præsentandi,quo casu non potest sibi moueri quæstio iuris præsentãdi. Vnde pulchre dicebat Bal. in l.siue possidetis. C.de probat.beneficia non possunt obtineri sine canonica institutione: vnde poterit ordinarius inquirere de titulo beneficij : vt in dicto capitulo vt ordinarij. cum si. nihilominus si quis tenuit & possedit beneficium longo tempore sciente & patiente diœcesano,non poterit diœcesanus inquirere de titulo,quod est mirabile verbum, & originaliter fuit dictum illius patris Innocen.in capitu. illud.de præsump.& in c.illud.de præscript. & sequitur Hostien. ĩ c.licet heli. de simo. & refert Ang.& moderni ĩ l.q in aliena.§.ꝙ si non adierit. vbi tex. est sing.ſm Bart. ff.de acquiren.hære. & est optimus tex.quem etiam Barto.reputat singularem.in l.si filius. C. de petitio. hæredita.& no.pulchra verba ibi Bal.& facit, quod voluit idem Bald.in l.si post mortem.ff.de adoptio. & quod pulchre voluit Archi. in c.nemo ecclesias. de cõsecra.distin.j. ideo videtur amplius non posse moueri quæstionem super ista quasi possessione iuris præsentandi istis aduersarijs. Et si quispiam ingentis spiritus vir dixerit,insane, nescis quanta sit ꝓrogatiua venerandorum patrum dominorum Car. dum sunt legati,vt in c.j.de offi.leg.libro sexto.vnde in sua legatione veniunt appellatione sedis Apostolicæ: vt est singularis tex.in c.si abbatem.superius al leg.& quod not.ibi Lapus, & iam sedes Apostolica conferre potest ecclesiam patronalem spectantẽ ad præsentationem laici sine præsentatione laici patroni: vt est textus in capitu.quoniam.de iure patro.qa de gratia est, & ex quadam permissione, & tolerantia ecclesiæ,quòd patronus acquirat iuspatronatus. ergo sequitur,ꝙ idem erit legato de latere,quod poterit idem,quod potest sedes Apostolica in sua legatione : si specialiter ius canonicum illud non reseruauit sacratissimo Romano Pontifici. Ad hoc respõdeo,ꝙ licet Papa possit: tamen legatus de latere hoc non potest: ita notatur in capitulo cum dilectus.& in capitu.illud.& in d. c.quoniam.de iure patrona. & per glo.in clemen.2.de præben.& facit, quod no. Archi.in c.filijs.16.q.7.& in c.j.hortamur.septuagesima prima dist.& ista erant quæ iudicio meo faciebant dubitationem non mediocrem in huiusmodi consultatione.Sed istis accurate examinatis apparebit veritas indubitata hæsitationis huius.¶ Et licet ista sint colorata satis & apparentia : tamen casum nostrum non attingunt, ideo illis non obstantibus ꝯrium puto de iure verius.videlicet, ꝙ isti successores illius Stephani nõ sint ĩ quasi possessione iurispatronatus, & per ꝯñs collatio facta huic Iuliano clerico valuit & tenuit. vtrum autem sint patroni, vel non,istud dimitto conscientiæ & examinationi dñi episcopi,de cuius iure agitur: sed difficultas tota pẽdet;an tempore collationis factæ huic Iuliano, illi asserti patroni fuerint in quasi possessione iuris præsentandi,seu iurispatronatus? & certè dico ꝙ nõ. Et ꝓmitto ante omnia, ꝙ iuspatronatus acquiritur cõstructione,dotatione,aut fundatione.cap.monasteriũ.& c.filiis.16.q.7.18.q.2.abbatem.Modo iste non probat illum de Saxadello habere ius patronatus d. ecclesiæ constructione,aut dotatione,aut fundatione:ergo ecclesia ipsa præsumitur libera, & spectare dumtaxat ad curam & solicitudinẽ ordinarij,ca.oẽs Basilicæ.16 q.7. vnde ex isto capite non docet se patronum. Insistit ergo in hoc: qa dicit se esse in quasi possessione iuris præsentandi, & per ꝯñs non declarato, ꝙ ad alium spectat ius patronatus d.eccle. vel ꝙ alias sit libera præsentatio facta per eũ valet: quia circa hoc gl.in c.cum ecclesia Sutrina.de causa pos. & proprieta.in vers.trium episcoporũ.dicit,ꝙ si aliquis ter vtit aliquo iure, per hoc est in quasi possessione ilius iuris,ar.l.j.C.de fideicõ. Et subdit postea, quid si semel elegit in 40. annis: quia episcopus ille tanto tpe vixit: decidit, ꝙ per hoc est in quasi possessione illius iuris,arg.c. cum accessissent.de consti.& c.pro illorum,de præb.nã aqua dr̃ quotidiana, quæ tm̃ semel in anno ducit. l.j.§.j.& 2. ff. de aqua quoti.& æsti.vnde dicit tuendus sum in illa quasi possessione.c.j.& 2.vt lite pen.nisi constet,ꝙ vi, aut clam, aut precario possedit.ista sunt formalia ver.gl. vnde sentit illa gloss.expresse,ꝙ si infra spatium 40. annorum semel tm̃ fuisset celebrata electio,ꝙ eligens acquisiuisset quasi possessionẽ iuris eligẽdi: sed si infra illud tempus vacasset ecclesia: & electio fuisset celebrata sine illo, qui dicit se habere quasi possessionẽ iuris eligendi: tunc esset interrupta illa quasi possessio,& per ꝯñs non esset amplius in quasi possessione
2 iuris eligẽdi.& ibi dicit Io.And.ꝙ † sicut vno actu ꝑditur ius: ita vnico actu acquiritur. Et facit elegãs dictũ Bar.in l.in filijs.C.de decu.li.10. vbi dicit,ꝙ si est facta liga inter duas ciuitates,ꝙ vna teneatur facere exercitum, qñ alia faciet guerram, & per centũ annos stetit,ꝙ non fecit exercitũ: qa alia nõ fecit guerram,ꝙ nihilominus non est deperditum ius. Et idẽ ibi dicit, si quis habet ius eligendi rectorem in ecclesia,& per centum annos stetit,ꝙ non elegit: qa non accidit casus eligendi. ꝙ propter hoc non perdidit ius eligendi per illum tex.in versi.necessitas: secus si casus occurrisset & non elegisset.& Bald.in l.arboribus.§.si aquam.ff.de vsufruct.dixit,ꝙ licet per centũ annos quis nõ exercuerit imperium ꝯ facinorosos: quia nullus ibi deliquit,ꝙ pp hoc nõ perdit ius exercendi: secus sentit,si non exercuisset hominibus delinquentibus,& in l.iter.ff. quẽadmo. serui. ami.dixit,ꝙ si canonici per l.annos nõ fecerunt aliquã electionẽ; qa casus nõ occurrit,ꝙ nihilominus retinẽt ius eligendi, vt in l.hæc autẽ.ff.de ser. vrba.ꝑdi.dixit idẽ Bal.ꝙ si ꝑ centũ annos dñs feudi nõ imposuit seruitiũ vasallo,ꝙ non pp hoc esset vasallus liberatus a iure seruitutis.& idem voluit in c.si vasallus. in tit.si de feu.fue.controuer.& facit,quod voluit Ang.in l. hæc aũt.ff.de serui.& in consi. 19?.& dicit D.Ant.in d.c.cũ eccl̃ia. ꝙ licet ex actu vnico acqrat̃ possessio, q̃ sufficit ad agendũ interdicto recuperandæ, vel vti possidetis : non tamen quo ad obtinendam confirmationẽ electionis. Modo in proposito nr̃o, licet ex
3 parte illius tutricis assertę,fuerit facta † præsentatio & institutio,& per illum actũ videatur fuisse in quasi possessione iuris præsentandi,nihilominus ex quo postea D.Vicarius episcopi Bononiensis, illam ecclesiam contulit per mortẽ illius rectoris instituti,& sic vacauit dicta ecclesiã, & collata ꝑ ipsum vicariũ,

perdidit

perdidit illam quasi possessionem iuris p̄sentandi ille Stephanus, seu ille de Torellis donatari⁹. & sic de facili res est deducta ad suam nām.c.ab exordio.35. di.l.si vnus.§.pactus ne peteret.ver. ꝙ in specie.ff.de pactis.cū si. ergo sequitur, ꝙ collatio facta per dn̄m Vicariū priuauit illū donatariū quasi possessione iuris p̄ntandi, & per ɔ̄ns valuit & tenuit collatio facta
4 per dn̄m legatū huic Iuliano clerico. Nec † apparet de ɔ̄dictione, aut de protestatione iuris patronatus facta p illū Stephanū, seu per illū donatariū de Torellis, seu per alium noīe ipsorū: vnde præsumendū est, ꝙ nullū ius habuerit ī d. ecclesia: q̄a allegassent, vel p̄ntassent, vel protestati fuissent de iure eis cōpetenti in d. eccle. ar. l. cum de indebito. ff. de proba. c. super hoc. de renun. cū si. ideo vr̄, ꝙ ceciderint ab ipsa quasi possessione. Itē & ꝙ nullū ius patronatus in ea eis cōpetat, & sic cū infra illud tp̄s fuerit celebrata collatio dictæ ecclesiæ, ex toto ceciderunt ab illa quasi possessione, & indubitanter illa gl. & doctrina præfata imponit finē & quietē huic certamini. Et si dicatur, ꝙ vicarius illā contulit ex potestate Apostolica, qua fungebat̄ in beneficijs deuolutis: q̄a istud non est verū, nec cōsonū iuri, aut veritati. Primo q̄a non apparet, ꝙ ille de Saxadello fuerit patronus dictæ ecclesiæ. ergo est de iure ipsius epi, & ad ip̄m spectat collatio de iure cōi: vt in d.c. oēs Basilicæ. Facit etiā, quod voluit Archi. in c.j. de iure patro. lib.6. vbi dixit, ꝙ licet quis probet cōtinuā possessionē 40. annorū, vel vltra, & suorū antiquorū, & suam tn̄ nō est sufficiēs probatio iuris patronatus, qui certis modis dūtaxat acquirit̄: vt not. in rub. de iure patro. ista, inquit, sunt diuersa, q̄a esse patronū, respicit petitoriū: esse in possessione patronatus respicit possessorium, posito vno, nō per id sequitur aliud, ista nihil habēt cōe, nec sunt simul commiscenda. l. naturaliter. §. nihil cōe. l. permisceri. ff. de acquirē. poss. Subdit ēt, ꝙ licet possessio nō faciat quem patronū, ꝓdest tn̄ quo ad actū p̄ntationis. c. q̄relā. de ele. & facit, q̄d no. Archi. præfatus in c. si plures. super gl. 16. q. 7. & sequit̄ D. Dn̄icus. in d.c.j. & sic Archi. duo sentit, primū, ꝙ antiqua possessio iuris præsentandi. 40. & 50. annorū, & ēt prædecessorum, nō facit quem patronū, ex quo certis modis acquiritur ius patronatus, & non
5 sola possessione: secūdum est, † quod sentit, ꝙ tūc ꝓdest illa possessio quo ad præsentandum, qn̄ est antiqua & continuata: secus vero si non est contiuuata. Præterea facit c. cum olim. de causa poss. & ꝓprie. in ver. sine reclamatione aliqua canonicorū, duobus archidiaconis continuè, qui ante ipsum extiterant, fuerat assignatus. vbi tex. pōderat, ꝙ dēnt interuenire duo actus cōferendi cum effectu inquantū dicit, assignatus, & ibi gl. quærit, qualiter potuit ille Arch. ex bino actu conseq ius, cū nec trinus actus tribuat, allega. d.c. cū ecclesia Sutrina. sed quadruplex actus necessarius videret̄. l. fi. C. de seruitu. respōdet ibi gl.
6 ꝙ hoc iō contigit, quia qui est in quieta † possessione eligendi, vel præsentandi, potest eligere & p̄sentare, & ille consequitur ius c. querelam. de elec. c. consultationis. de iure patronatus, qui enim est in quieta possessione pōt & debet vti iure suo, quousq; euincitur ab eo. c. 1. & 2. vt lite pen. & sic consequitur aliquis dominium ab eo, qui non est dn̄s: & sufficit electo, vel præsentato tantum in possessorio obtinere, idest ꝙ elector sit in quasi possessione eligēdi. ad hoc vt ɔfirmetur electio, vel p̄sentatio, per iura prædicta. ista sunt formalia verba illius glossę. & sentit ibi gl. ꝙ debēt esse duæ collationes, seu p̄ntationes, aut electiones, & tex. ibi dicit, ꝙ debēt esse cū effectu. idē illi, q̄bus fuit facta collatio, vel de quibus fuit facta p̄sentatio, nisi habuerint effectū & executionem, aliàs conferens, vel peræsentans diceretur labia mea possidere dūtaxat, & plus ēt probat ibi tex. & firmāt scribentes ibi. Et etiam dominus Abb. ꝙ collatio seu p̄sentatio, aut electio dēt esse īmediata, aliàs eīn act⁹ intermedius interrumperet possessionē & hoc formaliter probatur in illo tex. aperte in verbo. duobus Archidiaconis cōtinuè fuerat assignatus. & probat̄ in c. cum de beneficio. in verbo continuè. de præbē. libro sexto. & in dicto capit. cum ecclesia sutrina. in versi. electionibus trium episcoporum, qui ecclesiæ sutrinæ vltimo & immediate præfuerant, vbi ad hoc vt quis possit se adiuuare ex quasi possessione iuris eligendi, oportet, quòd possessio sua nō fuerit interrupta, imo ꝙ fuerit continuata: & ibi dicit gl. ꝙ licet fuisset in possessione, hoc sibi nō profuisset, & si nō continuassent tempora, non præscripsissent. Sed in casu nostro non fuerunt duæ præsentationes cum effectu executioni mandatę: sed dūtaxat vnica fuit præsentatio: secūda vero p̄sentatio fuit sine effectu, quia non fuit executioni mandata; & sic restat vnica præsentatio cum effectu. ergo non fuit sufficiens illa sola præsentatio, secundum glo. ordina. in dicto capi. cum olim. Et procederet hoc in casu nostro, si ista collatio facta per dominum vicarium non emanasset: tunc esset disputādum de veritate illius gl. videlicet, si vnica vice præsentasent illi asserti patroni dūtaxat: & secūda vice Episcopus contulisset: q̄a
7 tunc illa † vnica præsentatio non constitueret illum asserentem se patronum in quasi possessione iuris præsentandi: quia ad hoc, vt diceretur in quasi possessione iuris præsentandi, oporteret, quod saltem bis, aut ter præsentasset, vt dixit textus in dicto capitulo cum ecclesia. & in dicto capitulo cum olim. & glos. ibi. Vnde extendit illum text. ad ius eligendi & præsentandi. Et multo magis in casu nostro non ꝓcedit ista quasi possessio ex eo, quia semel duntaxat præsentauit cum effectu, & secunda vice præsentauit sine effectu, quia non apparet, ꝙ illa sua præsentatio fuerit admissa, & postea tamen vacauit, & dominus Vicarius contulit. & sic illa sua quasi possessio fuit interrupta ex duplici capite, primo quia secunda sua præsentatio non fuit admissa, & sic ex illo tēpore fuit sibi interrupta illa quasi possessio, secundo, quia postea D. Vicarius illam ecclesiam cōtulit, & sic ex toto fuit īterrupta illa quasi possessio. & tertio dominus legatus illam contulit, & sic pęnitus & funditus illa quasi possessio fuit interrupta. Et si dicatur, ꝙ Do. Vicarius illam contulit ex potestate extraordinaria, & priuilegiatiua, & non ex capite ordinario. Ad hoc respōdeo, negando assumptum, quia imo cōtulit ex capite ordinario, quia illud expressit in sua collatione, & licet dixerit tā ex potestate collata auctoritate Apostolica, quàm auctoritate ordinaria, illud dixerit ad maiorem firmitatē collationis,
8 & præsumendum est, ꝙ † iure ordinario & non priuilegiatiuo illam cōtulerit, argumento l. in testamē to. C. de testa. mili. c. innotuit. de elect. & quod habetur in l. non puto. ff. de iure fisc. & sic videtur potius contulisse iure communi, quàm iure speciali & priuilegatiuo, & ideo dicebat Baldus in l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. j. & in l. non codicillum. C. de testa. & refert & sequit̄ Ludouicus Roma. in d. l. in testamento. ꝙ si quis poterat procedere vt arbiter, & etiam vt arbitrator, & in laudo expressit vtranque viam, quòd videtur elegisse viam arbitratoris, quia est via ęquior, & humanior. licet aliter dixerit Specula. in titu. de arbit. §. sequitur. ver. sed pone, quòd sicut quotidie. & ita dicit in contingentia facti obtinuisse Lu. Ro. in d. l. in testamento. Et idem Bald. in c. fi. de re iudi. dixit, ꝙ si iudex habet iurisdictionem ordinariam, & delegatā, videtur elegisse ordinariam & non delegatam. allegat, q̄d hr̄ in c. cum ex officij.

de præscript.& ĩ d.l.in testamento.Et sic apparet sole clarius,ꝙ dominus Vicarius elegerit viam conferendi ex capite ordinario. Quinimo diligenter animaduertat dominus iudicans: quia illa tutrix,seu ille infans Stephanus non fuit in quasi possessione:& quia illa institutio facta per Vicarium ad pͤsentationem factam nomine illius Stephani non habuit sua
9 solennia: non †enim fuit facta illa præsentatio.infra quatuor menses: vt ex dispositione iuris fieri debet, vt in capitu.j.de iurepatrona.lib.6. vnde licet presentauerit:tamẽ illa præsentatio non fuit solenis: quia non in tempore canonico facta,& sic non constituit talis præsentatio illum Stephanum in quasi possessione iuris præsentandi.Præterea, & ad hoc accurate
10 considerent D.iudicans:quia † præsentatio est fructus iuris præsentandi.capit.consultationibus. de iure patro.ita electio est fructus iuris eligendi,& collatio iuris conferendi: vt in d.cap.cum olim.& in d.ca. cum ecclesia sutrina.& in ca.querelam.de electio.& facit,quod not.glo.in ca.cum olim.de maio.& obe. vnde iste fructus sequit̃ ipsum possessorem :& eo ipso,quòd quis est in quasi possessione iuris præsentãdi,habet fructus ipsius iuris,qui sunt ipsa præsentatio:vnde dixit text.valde solennis in d.capitu. consultationibus.quòd ad validitatem præsentationis sufficit præsentantem esse in quasi possessione iuris presentandi tempore actus præsentationis:licet in veritate nõ habeat proprietatem iuris patronatus, & sic presentationis:cũ actus vt fruct⁹ ad quasi possessionem iuris præsentandi,sequitur possessorem,& non ꝓprietariũ.;& ad hoc quotidie allegatur ille tex.ſm dominum Anto.ibi.ergo in casu nostro apparet clarissimè,ꝙ iste præsentans nõ habet,seu habebat quasi possessionem iuris præsentãdi tp̃e, quo fecit istam præsentationem contra ipsum Iulianũ clericum.ergo sequitur,quòd sua presentatio fuit nulla:qa non possidens non ꝑpotest percipere fructus. Vnde dicit ibi dominus Ant. cautum debere esse aduocatum:
11 si vult † concludere præsentationem esse validam: quia non sufficit concludere,ꝙ talis credebat̃, habebat̃,& reputabat̃ vt patronus : nisi cũ hoc cõcludat, ꝙ erat ĩ quasi possessione iuris patronatus.facit, qđ habetur in c.nihil.de elect.Et sic cum in casu nostro iste nõ fuerit tp̃e præsentationis huius in quasi possessione iuris præsentãdi,sequitur necessario,ꝙ præsentatio illa est nullius momenti & effectus. Præterea est considerandum satis appensatè:ponamus, ꝙ iste præsentans fuerit in quasi possessione iuris præsentandi tempore,quo fecit hanc pͤsentationẽ cõtra istum Iulianum:licet in veritate non fuerit in quasi possessione iuris præsentãdi:nihilominus adhuc iste
12 Iulianus est in casu victorie.Vnde cũ † quæritur, an presentatus ab existente in quasi possessione debeat finaliter remanere in præsentatione cum effectu in omnem euentum litis,capiendi sunt tres casus.Primus est,quando pͤsentatio est facta a bone fidei possessore,qui semper durauit bonefidei vsque ad præsentationis actũ.Secundus est, quando a malæ fidei possessore, de quo ꝯstat. Tertius casus est, quando a bonæ fidei possessore,de quo constat,sed mota est q̃stio.Et põt poni quartus casus, qñ præsentatio est facta ab eo,de quo dubitatur,an sit bonæ fidei,vel malæ.Primo casu plenæ sunt glossæ,plenæ sunt sapientum voces, plena est antiquorum & modernorum prudentia, ꝙ præsentatio tenet,& quicq̃d veniat de q̃stione iurispatronatus institutus nõ remouebitur, Ratio : quia ad instar materialis rei, & corporalis sicut fructus in illa sequitur possessorem bonæ fidei, qui facit fructus suos.ita ad hãc similitudinem actus pͤsentandi se hẽt,quemadmodũ fructus ad iuspatronatus: iõ seq̃t possessorẽ in hoc iure incorporali, vt valida sit præsentatio,casus est formalis in d. capitu. consultationibus. & idem dicimus in iure eligendi: vt in ca.querelam. de elect. & ibi etiam secũdũ aliũ intellectum probatur idem in iure præsentandi : vt in d.cap.cum ecclesia.& in d.cap.cum olim. Et sic secundum istum casum duo sunt necessaria,videlicet, quòd fuerit in bona fide,& quòd fuerit in quasi possessione tempore factę præsentationis,& in casu nostro non fuit iste præsentans in quasi possessione iuris præsentandi:vt est superius ostensum : nec etiam
13 fuit in bona fide:vt infra ostendam.† Secundo casu dicit Innocen.in d.cap.consultationibus. quem ibi sequitur dominus Antoni. & alij scribentes, ꝙ talis præsentatio non valet : quia sicut malæ fidei possessor rei corporalis non facit fructus suos:vt l. fructus.& l.ex diuerso.ff.de rei vẽ. ita nec in iure incorporali facit actum validum quasi possessor malę fidei,cum talis actus fructus censeatur & idem ibi dicit in misso ĩ possessionem auctoritate iudicis iuris ordine nõ seruato:vt in l.meminerint.C.vñ vi.& in l.fi.C. si per vim vel alio mõ:qa nõ est bonæ fidei,licet aliq̃ dicãt hoc esse verũ in misso in possessionẽ sine iudicis auctoritate.secus si auctoritate iudicis:qa tunc fructus suos propter auctoritatẽ iudicis, & cõsequẽs validè præsentabit:quia gesta tuebit̃ ptor.ca.nihil.de elect. l.j.§.idem Pomponius.ff.quod fal.tuto.aut.hoc vltimum non placet Inno.& dicit, aliud in patrono, vt ibi latè per Inno.D.Anto.& alij,quos queso placeat videri, per dominum iudicantem. Tertio casu qñ est bonæ fidei,& ei mota est quæstio añ pͤsentationis actũ:iste casus videtur decidi ex notatis in capitu. ex literis.de iure patro.& quidem Inno.in d.c.consultationibus.primo dicit,ꝙ sibi vr̃, ꝙ possit præsentare & validè:quia remanet possessor:vt in c.j.& c. laudabilẽ.vt lite pẽ.& remanet bonæ fidei quoad fructus & vsucapionẽ.l.si post acceptũ.ff.de rei ven. itẽ licet sit mota sibi quęstio,si non intelligi se hẽre iustã causam in litigãdo,non est malæ fidei,ideo dẽt præsentatus ab isto institui,postea ibi idẽ Inno.recedit ab ista
14 opinione,& tenet ꝯriũ,ꝙ imo†est malæ fidei post litẽ conte.& interrũpitur pͤscriptio.l.certũ.C.de rei vẽ. l.nemo.C.de acquir.pos.Et sic sentit Inn.ĩ isto tertio casu,ꝙ posito, ꝙ præsentans sit in quasi possessione, si mota est sibi quæstio iurispatronatus,tanq̃ malę fidei possessor pͤsentatus ab eo non dẽt ĩstitui & cõfirmari.Mõ in casu nr̃o concurrunt duo fortiora, quæ claudunt ex toto apparentiora in contrarium: quia iste pͤsentans non est in quasi possessione iuris pͤsentandi:vt est dictũ, & est iã facta collatio per dñm legatũ & sortita omnẽ suũ debitũ effectũ, & executionẽ:& sic pͤsentatio facta p eũ est nullius effect⁹. Quarto casu si pͤsentatio sit facta ab eo,de quo dubitatur: an sit bonæ fidei an male, & tunc Dñi de Rota ꝯcludũt decisione 261. ꝙ si facta est pͤsenatio a possessore,& non ꝯstat,ꝙ sit malæ fidei, sed est in casu dubij: tũc si ius cõe nõ resistit illi possessori, tũc pͤsumit̃ bonæ fidei possessor,ar.c.j.de scruti. cũ si. iõ tũc ĩ dubio valet pñtatio , & q̃cq̃d inde postea sequeret̃ : si autẽ possessori resisteret i⁹ cõe,puta qa extrinsec⁹ a caplo vellet ĩteresse electioni:tũc sentit Inn.ĩ c. j. de in ĩtegi. resti.ꝙ sola possessio nõ sufficit,vñ ĩ dubio pͤsumeret̃ malæ fidei,& sic nõ teneret pñtatio: nisi a i̕r iustificaret̃ ex iustitia tituli:vel probabilibus,ꝓbationib⁹.l.cũ igit̃.§.j.l.liberis.§.fi.ff. de lib. cau.vl̃ nisi illa possessio iustificaretur ꝑp longinquitatẽ, vel antiquitatẽ possessionis. possessio enim ꝯ ius cõmũne non presumitur iusta,nisi aliquali titulo iuuet̃, vel ex aliqua causa tenẽdi,aut ex longinquitate possessionis : qñ autẽ possessio dicatur antiqua,nõ potest dari vera doctrina.ideo relinquit Inno.in d.ca. 2.arbitrio iudicis, & not.Archid.in c.j.de præscript.lib.6. & facit,qđ not.

in

in c.bonæ.el 2.de postu.præla.& pp hoc dicũt domini de Rota ĩ præal.cõclusione, & est dictum Archa. in capitu.cum quid de præbẽ.lib.6. inuasorem pacificè possidentem posse præsentare,dum tamen toleretur,& non constet de iniusta causa possessionis, al le.23.q.in summa.& de elec.c.nihil in vltima gl. per Inno.& pro hoc isto quinto casu concludit Inno.ꝙ
15 si † concurrunt duę electiones, vel præsentationes, quarum vna sit facta a malę fidei possessore, & altera sit facta a bonę fidei possessore, preualet illa, quæ est facta a bonę fidei possessore. ad hoc facit, quod notat.in capit.cum Bertoldus. de re iudicata. & per hoc dixi alibi,quòd,si concurrunt dominus iuris patronatus,& possessor ad faciendam pręsentationem quòd præualet præsentatio possessoris, dum tamen sit bonæ fidei: sed si concurrant duæ p̄sentationes, quarum vna est facta a proprietario,alia a possessore malę fidei,præualet facta a ꝓprietario:ista dicta ponit Innocen.in ca.cumana ecclesia.de electio.& ista dicta vt pulchra sequitur solennis doctor Do.Anto. in dicto.ca.consultationibus.& etiam ibi dixit Inno. ꝙ quando iudex ordinatè misit aliquem ĩ possessionem iurispatronatus, & ipse immissus erat malæ fidei,ꝙ præsentatus ab eo non debet institui:quia ille talis immissus remanet malæ fidei possessor,& aliud est in patrono,aliud in p̄lato : q̃a patronus in p̄sentãdo non innititur auctoritati superioris: nec publico officio.Vnde licet pro isto sententietur, ꝙ sit patronus,semp tamẽ remanet malæ fidei:& ideo fructus non facit suos,argumento.l.Iulianus.ff.de condi. indebi. p̄latus vero nititur ex ꝯfirmatione superioris: vt patet ex not.in d.c.nihil. quæ dicta sequitur subtilis doctor domi.Pe.de Anch.in d.ca.ꝯsultationibus. dicens esse bene memoriæ commendanda, ꝙ auctoritate & sententia iudicis non purgatur mala fides illius,pro quo talis sentẽtia lata est,vel auctoritas interposita.concordat de mat.contracto contra interdi.eccle.capi.fi.§.pari mõ.Et si quispiam dicat,in cõtrarium facit tex.in l.generaliter.ff.de noxali.Respõdeo,ibi loquitur in rebus prophanis:hic in spiritualibus,vel quasi. Et facit ad prædicta elegans dictum Barto.in l.fi.C.vnde vi.vbi valde singulariter dixit,ꝙ
16 illa lex præsumit † ingredientem possessionem vacãtem esse malæ fidei,& tollitur talis præsumptio spatio 30.annorum : & sic purgatur vitium malæ fidei spatio triginta annorum.& ita Bartol.ibi dicit se intelligere illam l. & loquitur Bartol. in re prophana, & in re,cuius possessioni non resistit ius commune. Licet dñs & ꝯsiculus me⁹ Abb.ĩ d.c. ꝯsultationibus. & in dicto.c.2.de in integrum restituti.& in c. si diligenti.de præscrip.ꝓ dicto Inno.in d.ca.2. allegat dictum Barto.& d.l.fi.reuera ille tex.loquitur in rebus prophanis, & in rebus, quarum possessori non resistebat ius commune:& ẽt loquitur in mala fide præsumpta:secus esset,vbi mala fides esset manifesta & aperta.Modo ad propositum huius ꝯsultationis adducendo omnia ista relata superius : aut nos loquimur quo ad illum Stephanum assertum patronum, & donatorem:aut loquimur quo ad istos donatarios, quantum ad illum Stephanum indubitãter videtur dicendum,ꝙ erat ĩ mala fide,non dico præsumpta,
17 sed aperta & manifesta:qđ sic ostendo.possessor † sine titulo præsumitur malæ fidei, maximè ĩ rebus spiritualibus,vel quasi.hoc decidit Bar.in d.l.fi.C. vnde vi.& in l.Celsus.ff.de vsuca.vbi dicit, ꝙ bona fides p̄sumitur, si præcedat titulus verus, vel putatiuus. & Archi.in cap.j. de præscrip.lib.6.dixit,ꝙ præsumitur bona fides si ostendatur titulus. Modo in proposito nostro ille Stephanus nullũ titulũ habebat in isto iure patronatus,quia non constructione, non fundatione,non donatione, quibus titulis acquirit ius patronatus,vt superuis dixi,non donatione,nõ successione:iuxta no.in c.si plures, de iure patronatus. & in c.j.e.tit.li.6.ergo fuit in mala fide.ergo sequr, ꝙ p illam præsentationem vnica nõ acquisiuit aliquod ius,nec in possessione: nec in iure patronatus quia erat malæ fidei possessor : & maximè:quia illa præsentatio nõ fuit sortita effectũ.fuit ergo interrũpta sibi illa possessio:& sic illi suæ possessioni resistebat ius cõmune : quia laicus habebat patronatum in ecclesia sine aliquo titulo : nec illa sua possessio fuit antiqua . quia iam illa mulier asserens se tutricem,constituit illum procuratorem ad præsentandum 1402. & ille Stephanus 14012. donauit illud ius patronatus assertum : licet in veritate nullũ haberet : & sic illa sua possessio non potuit iustificari ex antiquitate temporis: vt voluit Innocen.in c.j.& 2.& Domini de Ro.in præalleg.decisiõ.Et maximè, q̃a Inn.ibi voluit, qñ talis possessio nõ erat apertè ꝯ ius commune resistens,vt in casu nostro,tunc poterat illa possessio iustificari ex lõginqtate & antiquitate temporis , sed in casu nostro nec concurrit antiquitas temporis, nec concurrit adminiculum iuris communis,imo concurrit resistentia iuris communis.Et iam Bar.in d l.fi.C.vnde vi.voluit,ꝙ reqritur spatium 30.annorum ad tollendã præsumptionem malæ fidei ,& loquitur in præsumpta mala fide, & loquitur in rebus prophanis, quãto fortius in casu nostro, cũ sumus in rebus quasi spiritualibus, & in aperta mala fide. Et si quispiam dixerit,amice, caueas,ne incidas in syllam,fides cõsistit in animo, quomodo potest esse aperta.& manifesta, cum animus sit cognit⁹ soli Deo.iuxta illud Apocalipsis.ego sum scrutans renes & corda.no. in c. statutum.§.assessorem.de rescrip.li.6. cũ si. Ad hoc respondeo allegando doctrinam Bar. in l.quod Nerua.ff.deposi. vbi dixit,ꝙ licet dolus consistat in animo,vt l.j.§.dolum.ff.de dolo.& allego meliorẽ tex.de iure in l.fin.
18 C.de litig.in ver.absconditam, nihilominus† dr̃ dolus manifestus,quãdo sunt indicia manifesta,vt no. glos.in l.dolum.C.de dolo. & notant moderni in c. j.de commo.& do.Pe.in c.fi.deposi.& Sal.in l nulla. C.de pig.acti.& Bal.in l.pignus.eo.ti.Ita dicamus in proposito, cum mala fides in casu nostro quo ad illum Stephanum probetur per indicia manifesta,ergo dr̃ esse in mala fide manifesta, q̃a contra dispositionem iuris communis ille Stephanus quasi possidebat ius patronatus,seu ius præsentandi contra dispositionem iuris communis.quia non ex dotatione,aut constructione,& similibus, vt superius dixi, ergo contra dispositionem iuris tenebat illam quasi possessionem iuris patronatus, & per consequens erat in mala fide.l.quemadmodum.vbi gl.& Bal.C. de agri.& censi.lib.11. c.qui contra iura. de reg.iur. lib.6.not.per scribentes in c.si quis bonorum.de rebus ecclesię non alie.Et sic dictus Stephanus erat in mala fide, & per consequens nõ potuit præsentare. & sic nõ potuĩt percipere fructus ipsius iuris præsentãdi,vt ex supradictis apparet. Et istud sufficiat quo ad ipsum Stephanum , & maximè quia secũda vice præsentauit, & pręsentatio sua non fuit admissa , & sic nullum ius dictus Stephanus habuit. Si verò loquimur quo ad ipsum donatarium de Torrellis. ẽt multo minus,& ad hoc diligenter consideret Do.iudicans,quia ille Stephanus fuit in mala fide, & possessio sua cõtra iuris cõis dispositionem fuit introducta,& quia non fuit sufficiens vnica præsentatio,
19 vt in d.c.cũ olim.vnde † nihil trãstulit in donatariũ, nisi illud ius,quod in eo erat,vt in d.c.Dalbertum.1. q.7.& c.quod autem.de iure patrona. cũ si. vnde cũ ille Stephanus non hẽbat possessionẽ iuris p̄sentandi,vt est dictũ,& q̃a fuerat sibi interrupta,ergo in il-

lum donatarium non potuit transferre illud, quod non habebat. & per consequens sequitur, ꝙ ab illo Stephano ille donatarius non est consequutus possessionem: & per consequens sequitur necessario, ꝙ non potuit præsentare in præiudicium istius clerici Iuliani rectoris dictæ ecclię. Nec iste donatarius cōsequutus est illam quasi possessionem iuris præsentandi a se ipso, quòd apparet: quia donatio sua fuit facta 1412. & dic. vicarius contulit illā ecclesiā 1440. & sic ipse donatarius nunquam præsentauit, & sic nunquam habuit quasi possessionem. vnde non habuit ab illo Stephano: q̃a illi iam fuerat interrupta possessio, nec habuit a se: quia nunquam præsentauit, imo ordinarius est in quasi possessione ꝯferēdi & sua possessio est cōformis iuri communi: quia de iure communi omnes Basilicæ spectant ad collationem ordinarij: vt in d. capitul. omnes basilicæ. & collatio cōputatur īter fructus episcopales, vt dixit glo. sing. in d. capit. cum olim. de maior. & obe. & sic cū ille Stephanus nullam habebat quasi possessionem iuris præsentandi tempore donationis: ergo nullam transtulit. l. interdum. ff. de acquirē. pos. & posito, nō tamen concesso, ꝙ habuisset tunc quasi possessionē iuris præsentandi: nihilominus non apparet, ꝙ per ipsum donatarium fuerit apprehēsa: iō nec ꝯtinuatur, nec trāsiuit in donatarium sine actuali apprehēsione: vt no. in l. cum heredes. ff. de acqui. pos. l. ī suis. ff. de libe. & posthu. l. de eo. §. fi. ff. ad exib. l. j. §. Scęuola. ff. si quis te. liber. cum si. Nescio videre, ex quo capite possit p̄rendere iste donatarius hēre quasi possessionem iuris præsentandi, cum post iā factā donationem D. Vicarius contulerit illam ecclesiam vacātem nec apparet de protestatione aliqua facta ꝑ ipsum donatarium: quo ergo colore audet dicere ecc̃iam illā esse suā, & ad eū spectare iure patronatus. Et si dicatur, ꝙ auctoritas dñi Dominici tunc vicarij episcopi Bononiensis interuenit, quādo ille Stephanus donauit dictum ius patronatus: quia istud nihil est, vt per hoc possim⁹ dicere: ergo ille Stephanus erat patronus: quia illa auctoritas nō fuit interposita ad hoc, vt ille Stephanus per illum cēseretur patronus: sed emanauit ad illum finem, videlicet, vt illa donatio teneret eo casu, quo ille Stephanus haberet ius patronatus, vł quasi possessionē iuris patronatus: & sic

20 † res inducta ad vnum effectum non debet aliū operari. l. legata inutiliter. ff. de leg. j. cū si. & sic illa auctoritas non operał aliud, nisi eo casu, quo constaret, ꝙ ille Stephanus haberet ius patronatus in dicta ecclesia, ꝙ tunc talis donatio valeret & teneret, & per interuētum auctoritatis Vicarij episcopi: iuxta no. in d. c. j. de iure patro. lib. 6. Et etiam appensate ponderet D. iudicans, quia posito, non tamē cōcesso, quòd ille Stephanus habuisset ius patronatus, & sic proprietatem: nihilominus q̃a ordinarius reperitur habere possessionē, collatio facta ab eo ꝑualet p̄sentationi factę ꝑ ipsum assertum patronū: ac per cōsequens præualet collatio facta per dominum legatum. per d. c. ꝯsultationibus. Et sic multifariè, multisq; modis apparet, ꝙ dictus Stephanus, nec habuit propriotatem dicti iuris patronatus, nec etiam quasi possessionem iuris præsentandi, tempore donationis factæ per eum illi de Torellis: & quia etiam fuit in mala fide, nec fuit trāslata illa quasi possessio in illum donatarium, imo reperitur penes ordinarium, & per cōsequens collatio facta ab eo valet, & tenet: & multo fortius, quia facta fuit per d. legatū de latere propter prerogatiuam suam legatorum de latere: vt no. in ca. j. de officio leg. libr. 6. Et ēt est considerādū, quòd licet secundum veram

21 † opinionem, & cōmunem legatus de latere nō possit ꝯferre ecclesiam spectantē ad patronū laicum, vt latissimè refert Do. Lapus in suis allegationibus allegatione 96. & ꝑ scribētes in c. cū dilectus. de iure pat. & ꝑ gl. in cle. ꝑ literas. de pręben. tamē ego puto illud esse verum, quādo cōstat, & certum est, ꝙ illud ius patronatuss spectat ad laicum patronum: sed quando est quęstio, & non est certum, ꝙ ius illud spectet ad laicum: tūc credo, ꝙ legatus de latere possit illud conferre, argumēto eius, quod habetur in leg. si quis ex aliena. ff. de iudi. & maximè, quia eps erat in quasi possessione iuris conferendi, & habebat illa quasi possessio ius cōmune conforme, vt superius fuit dictum, & per consequens collatio facta d. Iuliano clerico, vt valida, & firma non est retractāda per præsentationem præfatam. ¶ Restat tollere, ea quæ in contrarium superius adduxi, primo cum opponebatur de capitu. cum ecclesia sutrina. cum dicit, quòd vnicus actus sufficiebat ad probādam quasi possessionem. Primo ille text. loquitur de tribus vicibus, & text. in capitul. cum olim. eod. titu. loquitur de duabus vicibus præsentandi, & eligendi, vt voluit ibi gl. cum effectu, ita ꝙ ille duæ vices sint executioni demandatæ, & istud non fuit in casu nostro. Nec obst. cum dicitur, quòd doctores dicunt, quòd in casu dicto c. cum ecclesia. variatur ꝯtingentia facti, quia sufficiebat vnus actus eligendi, quia ad hoc respondeo, quòd imo fuit ne-

22 cessarius † duplex actus geminatus, actus eligēdi, & præsentandi, vt probat text. d. ca. cum olim. & hoc tenet ibi glo. & etiam quia, posito non tamen concesso, ꝙ vnicus actus fuisset sufficiēs, tñ non debuit esse īterruptus, sed debuit esse ꝯtinuatus, puta si in 40 annis duntaxat fuisset necessaria electio, vel p̄sentatio, q̃a semel tantum vacauisset ecclesia, sed in casu nostro fuit interrupta illa quasi possessio, q̃a vacauit ecclesia, & dominus Vicarius illā ꝯtulit. ergo nō prodest illa quasi possessio. & iō tex. in d. c. cū ecclesia, dicit, vltimo, quasi velit, ꝙ vsque ad vltimum p̄latū illi clerici dederunt vocē in electione episcopi. & sic tex. ille formaliter decidit in fauorem istius Iuliani clerici, & iam superius deduxi, & ita intelligit dictū Bart. in d. l. j. §. hoc interdicto. ff. de iti. actuq; priua. & cum dr̃, ꝙ ille text. etiam militat in iure præsentandi. ego fateor, & allego glos. in terminis. d. c. cum olim. & facit, qđ no. Lapus ī alleg. 8. vbi disputat si. c. fi. de elec. li. 6. habebat locum in præsentatione, vt voluit glos. ibi. & in allegatione 78. vbi disputat, si. c. auaritię. habet locum ī præsentatione, & ibi pulchrè loqt̃, & sic sequitur, ꝙ sicut actus debet esse cōtinuatus ad manutenendam quasi possessionem iuris eligendi, ita debet esse continuatus ad manutenendā quasi possessionem iuris præsentandi. Nec ob. cum dr̃, ꝙ præsentatio facta per laicū ad ecclesiam de rectore non consueuit fieri de gratia, quia ad hoc considero, illud esse verum, qñ infra tempus quatuor mensium fit illa præsentatio, quia tunc fieri videtur ex debito, sed quando fit vltra spatium quatuor mēsium, vt in casu nr̃o, quia facta fuit infra semestre tēpus certum est, ꝙ de grã fuit facta, & non ex debito iuris, vt not. in d. c. j. de iure pa. li. 6. ergo sequit̃, ꝙ debuit ille actus fieri tot vicibus, quot ponit Inn. Bar. & Bal. & doctores in locis superius allegatis. & secūdum hoc est dare nouum intellectum ad illam glos. ca. cum olim. inquantum intelligit illum text. in præsentatione. & etiam tex. in d. c. cum ecclesia. vt quando talis p̄sentatio fit vltra debitum tempus, quia fit de grã, tūc requiritur actuum multiplicatio, ꝙ est valde notādū, & omni memoratu dignū, in ista cōsultatione. Nec ob. cum dicitur, ꝙ per exercitium istius iuris acquisiuit quasi possessionem totius iuris præsentādi, quia contrarium tenet Archi. in d. c. j. de iure pa. li. 6. & ēt facit, qđ no. Bar. in d. l. j. §. hoc īterdicto. ff. de iti. actuque priua. & qđ habet̃ in c. olim. & in ca. auditis. de

præscrip.

præscrip. Nec ob. cum dicitur, ꝙ præscripsit, qa vltra spatium 40. annorũ possedit, iuxta no. in c. de quarta. de pscrip. qa ad hoc rñdeo, ꝙ imo nõ præscripsit: qa fuit in mala fide ille Stephanus, vt superius est dictum. ergo non potuit pscribere. c. si. de pscr. c. malæ fidei possessor. de reg. iur. lib. 6. cũ si. itẽ qa non possedit p quadraginta annos: qa † hoc nõ est pbatũ. ergo ñ sufficit dicere. l. ait ptor. §. docere. ff. vi bo. rap. l. doce. C. de rei vend. c. a nobis. de deci. cũ si. itẽ quia sua possessio fuit interrupta, vt superius est dictũ: ergo non potuit præscribere: qa præscriptio presupponit possessionem: q ergo non possedit, non pscripsit, vt c. sine possessione. de reg. iur. li. 6. c. cãm q. de pscri. cũ si. Nec ẽ verũ, cũ dr̃, ꝙ isti successores, seu hñtes cãm a dicto Stephano quasi possideant ius pñtãdi: quia non est verũ, imo fuit interrupta possessio eis, si quã habuissent per collationẽ factã per dñm vicariũ: sed in veritate nullã quasi possessionẽ iuris pñtandi habuerunt: vt superius fuit oñsum. Nec ob. cum dr̃. ꝙ cõcurrit prima præsentatio facta noĩe illius Stephani: qa satis est rñsum superius. Nec ob. cũ dr̃, ꝙ concurrit secũda pñtatio facta per ipsum Stephanum: qa illa non habuit effectũ. non enim fuit confirmata, vt requirebat̃, vt d. c. cũ olim. Nec obst. auctoritas vicarij adhibita in dicta donatione, qa illa auctoritas non pstitit nouũ ius aut nouũ robur. Nec ob. cũ dr̃, ꝙ multa ꝯcurrunt ad probandũ ius, & quasi possessionẽ istius asserẽtis se patronũ: qa illa multa sunt nihil, qa non apparet, aliquo mõ de titulo nec possessio illa fuit continuata. imo fuit interrupta, vt superi⁹ est dictũ. Nec illa tot ꝯcurrũt ad vnũ finẽ, imo ꝯcurrunt ad diuersos fines, nã illa pstatio auctoritatis nõ ꝯcurrit ad finẽ, ꝙ ille Stephanus erat pronus, qa imo illa scđa pñtatio non sequuto effectu oñdit & declarat nõ habuisse illũ Stephanũ ius pronatus, aut possessionẽ pñtandi in d. ecclesia. Nec ob. cũ dr̃ de longa patientia epi, qa hic nõ interuenit lõga patientia epi, imo vicarius illã ecclesiã contulit: ut est superius dictum, & non interuenit lõga patiẽtia: nã vt superius dictũ fuit, auctoritas iudicis, vel sñia non purgat malã & deprauatã fidẽ possessoris. Nec obst. cũ dr̃, ꝙ legatus de latere non põt conferre ecclesiã spectantẽ ad ius pronatus laici: qa illud pcedit, qñ est clarũ, ꝙ laicus est patronus, sed qñ est dubium, & ordinarius est in quasi possessione iuris conferendi, est secus, vt superius dictum fuit.

23

EPITOME.

¶ Auus cum testamento nepotem impuberẽ hæredem instituisset, vt si sine liberis decederet, hæreditatem restitueret, &c. & illius impuberis sorori mille libras dotis cã, & alteri ẽt cuidam dotem legasset de bonis suis soluendis. Tutor impuberis hęredis sorori mille libras dotis causa soluit. Illa vero mortuo pupillo legatum nihilominus a substitutis petiit, quasi vero illæ mille libræ sibi non velut legatæ solutæ essent, nec de bonis testatoris, sed ipsius hæredis defuncti. Sed certè dubiũ non est, siue ipse hæres maior factus soluisset, siue, vt proponitur, tutor ipse soluerit, videri velut legati noĩe solutas, ac de bonis hæreditariis testõris, prẹsertim hoc casu, quo pupillus nihil haberet aliud, vnde solueret. Petebat prætere a soror illa legitimam hæredis defuncti in bonis aui hæreditariis: sed in hanc imputantur legata ab eo relicta. Rursum quartam trebellianicam detrahere volebat, sed cũ is hæres institutus non fuerit de liberis primi gradus, sed nepos non potuit. Imputat etenim nepos fructus perceptos, quosq; percipere potuit in trebellianicam.

SUMMARIUM.

Hæres legatario soluens de bonis testatoris soluere præsumitur, præsertim cum testator de bonis suis soluendũ dixerit. nu. 1. 2. & nu. 10.

Tutor præsumitur id facere, quod dominus fecisset. nu. 8.

Donatio nedum in pupillo, sed etiam in minore reprobatur, quæ tutori etiam interdicta est. nu. 12.

Hæredis si nulla sint alia bona, quam hæreditaria, necessario fatendum est, legata, quæ soluta sunt, ex bonis hæreditatis soluta esse. nu. 24. & 15.

Nepotis hæredis instituti, & vt si sine liberis decesserit hæreditatẽ restituat, legata legitimã eius minuerent. nu. 16. & 17.

Nepos hæres institutus, & de restituendo rogatus, fructus, quos perceperit, quosque percipere potuit, sibi in trebellianicam imputat. nu. 17.

CONSILIVM LXX.

strumento debiti, etiam præstito iuramento de suspicione & fuga, consueuerunt concedere familiam, & facere capi talem debitorem, & male faciunt, nam debet eis constare, ꝙ tēpore debiti contracti ille erat idoneus, & soluendo: & sibi calamitas superuenit insignis, aut inopia magna: vt clare patet in illo tex. si enim eius conditio non est mutata, imputet sibi, qui cum tali ɔ̄xit, & eius fidem fuit sequutus, vt ibi, & si modica paupertas, aut calamitas superuenit, similiter non sufficit eodem modo, si post calamitatem superueniētem diu tacuit. l. si creditores. ff. de priui. credi. sit ergo cautus aduocatus capti in obijciēdo hoc, & obtinebit, & sit etiam cautus aduocatus creditoris in faciendo fidē de debito per testes, vel instrumenta & in narrando, ꝙ tempore debiti contracti ille erat idoneus, & soluendo, & ꝙ ad notitiā sui ex post facto ꝑuenit, ꝙ eidē debitori magna paupertas, aut īsignis calamitas superuenit, & sup his duo testes inducat: & nihilominus delato iuramento, ꝙ habet cum pro fugitiuo & suspecto: tunc secure iudex concedet licētiam capiēdi, quousq; satis deberit. & ita dicit se infinitis vicibus practicasse. Et sic ɔcludit ibi Angel. ¦†
27 ꝙ quoties insignis calamitas, aut magna paupertas superuenit post ɔ̄ctum debitum, potest capi debitor. & in l. Aristo. §. j. ff. de iure delibe. dixit idem Ange. ꝙ nisi causa suspecionis de nouo emergat, nō habet locū beneficiū dictæ capturæ. sit ergo cautus, dicit, petens dictam capturā, ꝙ alleget causam suspicionis de nouo emersisse post ɔ̄ctum debitum. facit, quod voluit idē Ang. in l. j. ff. si cui plus, ꝗ ꝑ l. falci. & in repetitione l. nemo carcerē. C. de exacto. tri. li. 10. Facit, qđ no. idem Ange. in l. dāni. §. de illo. ff. de dam. infec. vbi dixit, ꝙ nisi creditor probet, ꝙ suspicio emerserit post ɔ̄ctum debitum, non poterit facere capi debitorem, & refert se fecisse relaxari quendam Florētiæ. facit. c. queadmodū. de iureiur. vbi turpitudo. subsequēs, & non præcedens pōt ɔ̄ cōtrahentem allegari, per quē text. dicit ibi do. Pe. de Ancha. ꝙ ɔ̄ debitorem suspectū non pōt allegari paupertas præcedens. d. l. si creditores. & ibi Bar. l. fi. C. de sponsal. no. in c. præterea. de testi. cogen. & in c. fi. de collu. deteg. & in l. si ꝓ ea, C. māda. & ibi dicit Bal. ꝙ suspicio debet oriri de nouo. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisda. cog. & per hoc dicit intelligi statutum, permittens iurari de suspecto. facit qđ no. gl. in l. si ꝓ ea. & in l. æde. C. loca. & tex. in d. §. de illo. facit, quod not. Bal. Ange. & Ioā. de Imol. in l. 2. ff. solu. matri. & ibi refert Io. de Imo. ꝙ suspicio debet superuenire post ɔ̄ctum, per d. l. si creditores, alias si simpliciter fuerit allegata suspicio, captura nō erit iusta: & alleg. quod notat Ange. in d. l. nemo carcerem. facit, quod not. do. Pe. de Anchar. consilio 81. & facit, quod no. D. Paul. de Cast. ɔsi. 37. alias. 38. Modo apparet ex supradictis, quòd si potest doceri, quòd Do. Petrus post cōtractus prædictos sit effectus deterioris conditionis, & est effectus pauper: & facultates suæ sunt prolapsæ non modicam, sed est notabilis paupertas, vr̄ ꝙ ex dispositionem iuris cōmunis possit compelli satisdare, vt in iuribus superius allegatis. ¦Et si dicatur, ꝙ pactum interuenit, ꝙ non possit capi dictus Petrus, nec cogi, aut compelli ad sa-
28 tisdādū. Ad hoc respōdeo, ꝙ tale† pactū intelligitur rebus sic stātibus. i. illo debitore perseuerāte in eodē statu: sed si in eodē statu nō perseuerauit: qa est effectus deterioris cōditionis, & est effectus nō soluēdo: tunc illud pactū nō habet locū, nec tenetur creditor ad obseruantiā illius pacti, de hoc est optimus tex. in c. quemadmodū. de iureiuran. Et ibi dixit do. Pe. feci pacem cū inimico, & iuraui eum non offendere, postea efficitur rebellis ciuitatis, ita ꝙ impune offendi potest ex dispositione statuti, ꝙ nihilominus potero eum offendere non obstante pacto illo cū iuramento. voluit Bar. in l. cum seruus. ff. de verbo. ob. Ang. in l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pac. Dicit etiam ibi D. Pet. constituit procuratorem generalem ad negotia, qui tunc temporis erat bonæ vitæ & conditionis, & postea est effectus baratator, ꝙ videtur tacite reuocatum mandatū, & debitores scientes eius conditionem in deterius mutatam non liberantur sibi soluendo. l. si cum Cornelius. ff. de solu. c. nulli. de elect. lib. 6. regulariter enim receditur ab eo, ¦qđ est firmatū ex causa superueniente, si tendat ad noxam. c. suggestum. de deci. c. penul. de cleri. non resid. l. ex facto. ff. de vulga. & pupil. l. si vnquam. C. de reuo. donatio. facit. l. cum quis. ff. de solu. vbi in dispositione, seu in contractu subintelligitur cōditio talis, si res maneat in eodem statu. facit, quod habetur in l. Paulo Callimacho. de leg. 3. Et dixit D. Ioan. de Imol. in d. l. cum qs. ꝙ si procurator est effectus vilis & ribaldus, videtur reuocatum mandatum: facit l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. & l. si quis hæredem. C. de instit. & subst. Et ibi dixit Bald. & Ange. maritus legauit centum vxori, si assumpserit habitū beati Francisci: ista mulier accepit illū habitum, sed postea illum dimisit, & transiuit ad secunda vota, ꝙ tunc videtur reuocatum legatum, quia conditio sua est mutata, & nō perseuerauit in eodem statu. facit, quod not. idē Ange. in cōsilio 33. incipit, in proposita quæstione vidēdum. vbi consuluit in eo, quod dixit Bald. in d. l. si qs hæredem. Facit etiam, quod voluit D. meus Ioan. de Imo. in d. l. cum quis. de eo qui est effectus monacus: quia videtur reuocatum mandatum: quia est effectus deterioris conditionis quo ad illum actum, licet quo ad salutem animæ dicatur effectus melioris conditionis: & sic clarissima est conclusio introducta, ꝙ vbicuq; ɔditio personæ est mutata in deterius, est ēt mutata dispositio mandati. Cū ergo in ꝓposito nr̄o conditio istius Petri est mutata in deterius, sequitur necessario, ꝙ mutata erit illa dispositio pacti, & per ɔ̄ns dictus comes nō tenebitur seruare illud pactum de non capiendo ipsum Petrum, seu de non compellendo ipsum ad dandum fideiussores dicto pacto nō obstante, si ita est, ꝙ ille Petrus sit effectus deterioris
29 cōdōnis: debet tn̄ illa † deterioratio esse magna, vel non parua, & quando dicatur magna, vel insignis, aut parua, credo, ꝙ stabitur arbitrio iudicis, ex quo non est a iure declaratum. & ad hoc alleg. simile, qđ dixit Bartol. in l. si constante. ff. solu. matr. vbi dixit, ꝙ statur arbitrio iudicis, quis dicatur bonus, & quis dicatur pauper, & quando vir dicatur vergere ad inopiam, quod apprime decidit nr̄m casum. ideo dixit gloss. in auth. quod locum. C. de collat. ꝙ relinquitur arbitrio iudicis, quæ dos dicatur magna. vel parua, & qđ no. in auth. nisi breuiores. C. de sen. ex breui. Pulchre dixit Io. Andr. in ca. qm̄ frequenter: vt lite non cōte. quòd statur arbitrio iudicis quis dicatur senex, & in c. cū oportet. de accu. dixit ꝙ statur arbitrio iudicis, qs dicatur inimicus, & in c. significantibus. de offi. dele. vbi dixit, ꝙ statur arbitrio iudicis, quæ persona dicatur mirabilis, & gl. in c. sedes, de rescr. dixit, ꝙ statur in arbitrio iudicis, quis dicatur dignior. facit glo. in c. fi. de re iudi. lib. 6. vbi statur arbitrio iudicis, quę causa dicatur parua, vel magna, & in ca. de appellationibus, de appella. & dixit Bar. in auth. minoris. C. qui dar. tu. pos. ꝙ statur arbitrio iudicis, qn̄ dicat̄ paruum, vel magnum, & sic iudex arbitrabitur isto casu, qn̄ dicatur iste effectus deterioris conditionis, & ita declaro dictum Ang. preallegatum. Et ex supradictis concludo, dictū instrumentum quittationis, &c. non tenuisse, nec obligasse ipsum minorem quo ad præiudicium ipsius minoris, nec iurm̄ in eo interpositum obligasse: ita etiam, nec tenuisse instrumētum cessionis, nec iurm̄ obligasse ipsum minorem in pręiudicium

iudicium ipsius minoris: sed tenuisse ī præiudicium ipsius Petri, & etiam concludo, nec tenuisse instrumentum ratificationis, nec confirmasse dicta instrumenta quittationis & concessionis, nec ipsum comitem teneri ad obseruātiam eorum, nec ad obseruantiam iuramenti, & partes domini iudicantis esse in declarādo prædicta instrumenta, & pacta in eis inserta non tenere, sed nulla & vacua esse. Et ita ꝯcludo.

EPITOME.

¶ Testator iure institutionis reliquit filiabus dotes eis datas pro omni legitima portione, &c. & in casu viduitatis permisit eas in domum suam redire posse & ibi morari. vxorē vero instituit hæredē vniuersalem quo ad vsumfructum tantum oīum bonorum suorū, cui dictas filias vniuersales hæredes substituit, quo ad vsumfructum tantum, & dumtaxat dictę domus, & ipsis omnibus vita functis substituit pauperes Christi & Iesuatos in proprietate. In proprietate vero, de qua contentio suborta & mota est, neminem illarum instituit, sed certè cum filias dotibus omnino contentas esse voluerit, vxori ea accrescit, nec si filiabus quicquam accresceret earum liberi, si quos susceperint, hoc casu ius aliquod obtinent, sed & illa filiarum substitutio inutilis videtur, quia perplexa est & contraria. Cæterum cuicunque illa accreuerit, veluti ex fideicommisso pauperibus restitui statim debet etiam illis viuētibus: cum hæc manifesta sit testatoris voluntas, vt illi sint interim proprietarii hæredes.

SVMMARIVM.

Hæredi particulari, quem testator contentum esse iussit, & plus petere non posse, ius accrescendi nullū competit. nu. 3. & 14.
Testator ius accrescendi prohibere potest. nu. 4.
Institutus in fundo tantum, nihilominus habet ius accrescendi. numero 7.
Filius instituendus est honoris, nō iuris accrescendi causa. nu. 9.
Pia causa liberis prefertur, vbi testatorem hoc animo fuisse perspicuum est. nu. 10. & 16.
Verbum posset, futura comprehendit. nu. 11.
Filias in dotibus institutas, & si nihil vltra datum sit, sufficit. numero 12.
Nepotibus nullus est locus, vbi testator filium iussit relicto esse contentum, & in residuo alium instituit, vel ad alium perueniri voluerit. nu. 15.
Perplexitas & contrarietas vitiat, & inutile facit. nu. 17.
Clausula, ipsis vero omnibus deducentibus, &c. an requirat omnium mortem, vbi mens testatoris alia est. nu. 18. & 19.

CONSILIVM LXXII.

EGO Nō reperio istam quæstionem in terminis nostris apud aliquē scribentem, nec tactam, nec visam, nec consideratam. Deus clementissimus labia mea aperiat, quia res sua agitur est, enim causa fidelissimorum seruorum suę diuinę maiestatis, qui Iesuati deuotissimo nomini dicti sunt & pauperum Christi fideliū: nam in dicto testamento dicitur, quòd pater iure institutionis reliqt suis filiabus dotes eis datas pro omni legitima, & portione sibi debita iure naturæ, & q̄ petere possent in bonis & hæreditate dicti testatoris, ex causa prædicta, vel alia quacunq; ratione, vel causa: & etiam reliquit ipsis filiabus in casu suæ viduitatis, quòd possent se reducere ad domum ipsius testatoris, & ibi morari, & certa alia illo casu eis reliquit. Postea in omnibus alijs suis bonis instituit sibi heredem, quoad vsumfructum tantum omnium & quoruncunq; bonorum suorum eius vxorem, post mortem vero dictæ eius vxoris vsufructuariæ, eidem substituit, & instituit hæredes vniuersales p̄dictas filias suas, quoad vsumfructum tantum solummodo, & dumtaxat suprascriptæ domus: ipsis vero omnibus vxore, & filiabus prædictis decedētibus voluit vsumfructum oīum bonorum dictæ suæ hæreditatis consolidari cū proprietate & vsufructu, & in proprietate instituit & substituit vt̄es paupes Iesuatos, & pauperes Christi. Ista sunt verba posita in dicto testō, ex quibus verbis oritur dubitatio non mediocris: quia in proprietate neminem instituit in vita suæ vxoris, & filiarum, an illa proprietas accrescat filiabus, an vero accrescat vxori, an accrescat simul tam vxori, quam filiabus, & an videantur rogatæ restituere ipsis pauperibus, & Iesuatis ipsam proprietatem, & an possint illā retinere pro se, adeo ꝙ ipsis filiabus decedentibus cum liberis ipsi liberi tacito iudicio aui videantur vocati, & per consequens excludant ipsos pauperes, & an requiratur cōcursus omnium, quòd moriatur primo tam vxor, quàm decem filiæ, & postea oībus ipsis decedentibus veniant ipsi pauperes. Hæc sunt, quæ iudicio meo possunt elici ex dicto testamento, & verbis in eo appositis, & rusticitas notarij fuit, quæ hanc dubitationem, & quasi perplexitatem posuit, quia iā mens ipsius defuncti apparet manifestissima volētis ipsas filias nihil aliud habere, nisi dotes suas & habitationem domus, & vsumfructum illius domus, & ipsam vxorem solū ꝯsequi vsumfructum oīum bonorū suorū, & mortua vxore vsumfructum cum proprietate venire ad ipsos pauperes: & mortuis filiabus vsumfructum domus prædictæ cū proprietate venire ad ipsos pauperes, & ista fuit mens indubitata & manifesta ipsius defuncti, & iam ex verbis scriptis per notarium in dicto testamento apparet satis de errore ceco, & modica animaduersione, & rusticitate: vt ita dixerim, supina ipsius notarij, quam iustus & discretus iudex modis omnibus deberet reijcere, & pedibus terere, & mentem & volūtatem ipsius defuncti seruare, quam sancti patres modis omnibus seruare constituerunt, vt in capitu. vltima voluntas. 13. quæstio. secunda. Sed labor erit nunc in demonstrādo iustitiam istorum pauperum, nec videtur mihi esse necessarium, insistere circa illud, circa quod laborant doctores in l. extraneum. C. de hæredi. institu. & in l. filius a patre. ff. de liberis, & posthu. & in cap. fi. de pig. per Petrum de Anch. & in l. hæreditas. ff. de hæredi. institu. quando relinquitur vsusfructus omnium bonorum, quia in casu nostro nō legauit, sed hæredem vniuersalem instituit. ideo insistēdum circa institutionem factam de vsufructu omnium bonorum. Et ꝙ nullo modo ista proprietas accrescat filiabus sic demonstro. filius institutus
1 in legitima non dicitur institutus† in quota hereditatis, hoc tenet supremus doctor Barto. reprehendens Marti. de Silli. in l. quoties. C. de hære. insti. quia legitima est tertia eius, quod quis esset habiturus ab intestato deducto ęre alieno. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inofficio. testa. ergo necessario sequitur, ꝙ ista legitima non est hæreditatis, quia non continet debita & credita, sicut dicimus in eo, cui legatur quota bonorū. l. non amplius. §. fi. ff. de leg. j. l. si qs seruus. §. fi. ff. de leg. 2. cū l. seq. & idem voluit idem Bar. in l. ex facto. ff. de hær. insti. & licet Bar. in d. l. ex facto. faciat drīam inter filium institutum in legitima, & institutū exneū in re certa, & dicat, ꝙ institutus in legitima est hæres quoad cōmoda, sed nō quoad incōmoda: iō mouere poterit actiones ꝯ debitores pro rata, sed nec poterit conueniri a creditoribus hæreditarijs,

& sic quoad actiones actiuè habebitur loco hæredis non passiuè, & p hoc differt s'm eum ab extraneo instituto in re certa, alio vniuersaliter instituto, quia extraneus quoad actiones actiuè & passiuè habet loco legatarij: secus in filio instituto in legitima, tñ idẽ Bal. in d.l. quoties. dicit, ꝙ licet filius institutus in legitima, vel certa re, non dicatur habere quotam hæreditatis: sed quotam bonorum: tñ habet maius supplementum cum institutione vniuersali, q̃ institutio extranei facta in certa re: & ideo facilius habet ius accrescendi: quia in habentibus symbolum facilior est trãsitus, vt voluit Aristoteles, & probatur l. in rem. §. item quæcunq;. ff. de rei ven. & sic Bal. aperto ore tenet, ꝙ non est quota hæreditatis institutio in legitima, & etiam malè loquitur, cum facit differentiam inter filium institutum in legitima, & inter extraneũ institutum in re certa, hærede vniuersali repudiante quoad ius accrescendi: quia cõis opi. est in ꝯrium: ita dicit Io. de Imol. in d.l. ex facto. & etiam Bal. reprehẽdit per Ioã de Imo. in repetitione. l. j. §. si ex fundo. ff. de hæredi. insti. & etiã in lectura illius. §. remittit ad dicta per se in d.l. ex facto. & quoad hoc Saly. sequitur opi. Bar. in d.l. quoties. & sic apparet prima ꝯsideratio & vera, ꝙ istę filiæ non fuerũt institutæ in quota hæreditatis: sed in quota bonorũ. Scdo ꝯsidero, ꝙ testator iste dixit, & hoc pro oĩ legitima portione eis debita iure naturæ, & quæ petere possent in bonis & hæreditate dicti testatoris ex causa prædicta, vel alia

2 † quacũq; ratione, vel causa, quo casu illa verba ampliant dispositionem ad maiora expressis: vt est gl. in cle. j. de re iudi. & in cle. ne Romani. de elec. & in cle. j. in versi. quibuscũq; de iudicijs. vnde testator voluit, ꝙ nihil. aliđ possent ꝯseq in hæreditate & bonis suis. Et etiam hoc apparet expressus: qa qñ eas substituit vxori morienti solũ & dũtaxat eas substituit in vsufructu domus habitationis ipsius defuncti, quo casu volũtas defuncti fuit, ꝙ nullo modo possent aliud habere in hæreditate sua: vt tenere videtur Io. de Imo. in d.l. 1. §. si ex fundo. in repetitionẽ palle. nam dicit, ꝙ si qs dicit coram septẽ testibus, relinquo Titio certã partẽ bonorũ meorũ alio vniuersaliter nõ instituto, ꝙ nõ trahet ad institutionẽ, qa mente testãtis fuit, ꝙ ille haberet solã quantã bonorũ sibi relictã & non aliã, argumẽto. l. maritus. C. de procur. cũ si. & hoc sonant verba. ideo debemus capere intellectũ, p quem saluetur mens testantis & significatũ verborũ, argumẽto. l. ab omnibus. ff. de le. j. & l. in his. & in l. ꝯditionibus primũ locũ. ff. de ꝯdi. & demõ. cũ si. Et sic ꝯcludit, ꝙ vbi mẽs defuncti est, ꝙ qs solũ habeat illud, qđ testator sibi reliquit, tũc nullo modo debemus excedere mentẽ ipsius testantis. Et sic clarissima cõclusio est, ꝙ ipsæ filiæ debent esse ꝯtentæ relictis sibi per testatorẽ, si tñ ascendũt ad legitimã portionem: tũc ar-

3 guo sic, vbicũq; testator disponit† hæredẽ particularẽ esse ꝯtentum, & plus petere nõ posse de bonis suis nunq̃ suæ portioni relictæ põt alia portio accrescere ex quo apparet de manifestissima voluntate ipsius. iste est tex. formalis & melior de iure in l. quoties. §. si duo. ff. de hæredi. insti. hoc tenuit ibi Bartol. & sunt formalia verba illius text. hæc. s. si duo hæredes sunt instituti, vnus ex parte tertia fundi Corneliani, alter ex besse eiusdẽ fundi. Celsus expeditissimã Sabini sñia sequitur, vt detracta fundi mentione quasi sine patribus hæredes scripti hæreditate potirentur, si modo voluntas patrisfamilias manifestissimè non refragatur: vbicũq; voluntas testatoris manifestissime refragatur: tũc non potest venire institutus per ius accrescẽdi, sequitur istũ intellectũ ad illã. l. Bar. ibi, & Ang. & etiã Bal. licet idem Bal. alibi variauerit. Et est subtiliter ponderandũ: quia in casu nr̃o habet minorem dubitationẽ: qa ibi ꝓhibuit ambos hæredes institutos plus petere, & sic prohibuit ius accrescẽdi omnibus institutis, quo casu est dubiũ, vtrum talis prohibitio tenuerit, & quidem quod Bar. tenuit ibi, Dy. ꝯ, & finaliter sunt opiniones: vt euitetur causa intestati, voluit Dy. testatorem nõ posse prohibere ius accrescendi, sed in istud inconueniens, ne decedat intestatus iste testator, non potest cadere in casu nostro, qa illæ filiæ dumtaxat fuerunt iussæ stare contentæ relicto in testamento prædicto pro omni legitima portione, vel alia quacunque, &c. sed ipsa vxor non fuit prohibita venire per ius accrescendi. Et si dicatur, ꝙ imo dicta vxor fuit prohibita venire per ius accrescẽdi: ex eo quia fuit instituta in vsufructu omnium bonorum tantum. Ad hoc respondeo, & apparebit veritas, vnde non potest in casu isto cadere illud inconueniens, quòd iste testator decedat intestatus, vt voluit Dynus, & bene facit glossa in lege dominus. ff. de

4 vsufructu. quæ vult, quòd in legatis † potest testator prohibere ius accrescendi: quia cessat inconueniẽs, vt quis decedat intestatus. ergo sequitur, ꝙ ex hoc capite, cum istę filiæ videantur prohibitæ per ipsum testatorem aliud habere de bonis suis: sequitur, ꝙ nullo modo possunt venire per ius accrescẽdi ad ipsam proprietatem. Et ibi voluit Barto. ꝙ filius, vel alius in

5 stitutus† in re certa, vel in legitima: & ꝓhibitus plus non petere, nullo modo venit ad ius accrescendi, & maxime in casu isto, quia testator ꝓprie nõ instituerat ipsas filias in quota bonorum, sed potius in re certa, quia dixerat, quòd dotes eis datas relinquebat iure institutionis, nec dixit testator, ꝙ instituebat eas hæredes. Tertio facit, & ac hoc animaduertat domi-

6 nus iudicans, quia † qualis sit institutio comprehenditur ex verbis ipsius testatoris. vnde dixit Bald. in d.l. quoties. §. si duo, quòd eo ipso quòd testator dixit, instituo Titium hæredem, secundum proprium significatum verbum, hæres, denotat ipsam hæreditatẽ, & sic vniuersaliter, & sic non coarctatur, nec restringitur per adiectionem certæ rei. modo in casu isto testator expresse dicit: quòd instituebat sibi hæredem suam vniuersalem vxorem in vsufructu bonorum omnium quoruncunque, & sic testator fecit eã hæredem vniuersalem. ergo ita est, quòd erit hæres vniuersalis. nam ad illũ casum adaptatur dispositio defuncti, ad quem adaptantur verba ipsius dispositionis. l. 4. §. toties. ff. de damno infe. l. j. §. loquitur. ff. de magi. conue. capitul. indemnitatibus. §. sed cum eas, de ele. libro 6. cum simi. sed verba ipsius institutionis expresse sonant in vniuersalem institutionem. ergo sequitur, quòd ex expressa mẽte ipsius testatoris ista vxor est vocata ad vniuersa bona, & sic ad ius accrescendi ipsius proprietatis vniuersorum bonorum. Et si dicatur, amice, testator apposuit dictionem taxatiuam, quia dixit, in vsufructu tantum. ergo sequitur, quòd prohibuit ius accrescendi, per not. in l. Lucius, §. qui habeat. ff. ad Trebel. Ad hoc respondeo, & allego in terminis decisionem Angelis in d. §. si duo. vbi

7 dicit, quòd † non intelligitur esse prohibitum ius accrescendi, si testator dixerit, instituo Titium in fundo tantum, quia secundum eum videtur referre se ad præsens tempus, allegat. l. si ita. ff. de auro & argẽto leg. & ad no. in l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de verbo. oblig. ex quo nihil dixit, de potentia petendi in futurum ius accrescẽdi, & sic erit sensus secundum eum, instituo Titium in fundo tantũ, hoc est, ad præsens aliud sibi non assigno, & etiam istud dictum Ange. referri & sequitur Ioan. de Imol. in dicto §. si duo. & etiam lectura dicti §. si ex fundo. & etiam in repetitione illius. §. Et ista doctrina decidit præsentem consultationẽ, licet enim testator iste dixerit, instituo vxorem meam hæredem vniuersalem in vsufructu omnium bonorũ meorum tantũ, non propter hoc pro-

hibuit ius accreſcendi, quia vr̃ ſe retuliſſe ad præſens tempus tantum: non autem ad futurũ. ergo ſequit̃, ꝙ cum teſtator iſtam inſtituerit hæredem vniuerſalem in vſufructu, nec per dictionem, tantũ, videtur eã excluſiſſe a iure accreſcendi: ergo ſequitur neceſſariò, ꝙ iſta proprietas accreſcit ipſi vxori dumtaxat, & per hoc tollitur illud, quod dixit Ioannes de Imo. in l. hereditas. in finalibus verbis. ff. de heredibus inſtituendis. vbi refert doctrinam Bald. in l. id quod pauperibus. C. de epiſcopis & clericis. vbi dixit, ꝙ ſi vxor inſtituitur heres in vſufructu omnium bonorum, & poſt eius mortem inſtituitur alius, ꝙ cum non habet coheredem in vita, ipſa habebit totum: & ſic poterit adire per dictum §. ſi ex fundo. & iſtud idẽ ſequit̃ Angelus in l. filius a patre. ff. de liber. & poſthumis. & ſubdit ibi Ioannes de Imola, ꝙ iſtud dictum Baldi & Angeli eſt contra mentem teſtantis, ꝙ vxor haberet totum, & ſic plenam proprietatem cum vſufructu in vita: ſed in caſu noſtro iſtud non eſt contra voluntatẽ teſtãtis, imo eſt cõforme voluntati ipſius teſtantis: quia non prohibuit ius accreſcẽdi futurum per illa verba: & per conſequens iſta pro prietas debet accreſcere vxori, & non ipſis filiabus iam prohibitis in iſto iure accreſcendi. Vnde Ange-

8 lus in dicta l. filius a patre. dixit, ꝙ † ſi vxor ĩſtituit̃ in vſufructu ad vitam, & poſt eius mortem iſtituitur alius vniuerſaliter heres, ꝙ interim vxor trahit ad ſe vniuerſum patrimonium, ſicut ſi nullum coheredẽ haberet, & habebit plenam proprietatem, & poſt mortẽ ſuã deuoluet inſtitutio in cauſam fideicõmiſſi. facit l. miles ita hæredem. ff. de teſtamen. milita. & ſic ſecũdum iſtam opinionẽ Ang. & Bal. iſta proprietas accreſcet vxori, & poſt mortem ſuam venient pauperes per vim fideicommiſſi, cum nõ fuerit prohibita venire per ius accreſcendi, vt eſt dictum. Et etiam minus, & nullam habet dubitationem, ſi teſtator in ipſo teſtamento diſpoſuerit, ꝙ ipſa vxor ſua in caſu neceſſitatis poſſet apponere manus ad proprietatem, & alienare pro ſuis neceſſitatibus: quia clariſſimũ eſſet, ꝙ ad iſtã proprietatẽ veniret dicta vxor hæres fructuaria, & illæ filiæ nihil haberẽt de iſta proprietate, & poſito ꝙ non eſſet dicta verba in dicto teſtamento, in caſu neceſſitatis poſſet apponere manus ad proprietatem & vendere, nihilominus nõ eſſet excluſa a iure accreſcẽdi in dicta ꝓprietate. Quartò non obſtat ſi forte quiſpiam dixerit, ꝙ quando eſt vxor inſtituta in vſufructu omnium bonorũ, tunc videtur inſtituta in re certa: iſtud firmat Ioannes de Imola in d. l. filius a patre. vbi dicit, quòd quãdo fuit inſtituta in vſufructu omniũ bonorũ, ꝙ vr̃ inſtituta in re certa, & ꝓpria auctoritate poterit apprehendere rem in qua eſt inſtituta quaſi videatur ſibi data licentia, ex quo per verbum inſtituo eſt inuitata, allegat q̃d no. in l. Titia cum teſtamento. §. j. ff. de le. 2. & quod dicitur in l. ex facto. preal. Si ergo cenſetur inſtituta in re certa, & filiæ fuerunt inſtitutę in legitima, & ſic in quota. ergo ſequitur, ꝙ magis debet accreſcere filiabus quàm vxori, quia portio accreſcit portioni, vt l. ſi totam. ff. de acqui. hære. ergo maiorẽ cõformitatẽ hẽt iſtud ius accreſcẽdi ipſis filiab⁹, q̃ vxori, cũ ĩſtitutio earũ ſit quota, & ĩſtitutio vxoris ſit in re certa, & q̃a ſunt filię, q̃b⁹ debẽt legitima titulo inſtitutionis, ſed ẽt pp ius accreſcendi, & ẽt q̃a filiæ, & voto patris cõgruit filio omnia parari. l. ſcripto. ff. vnde liber. l. nihil. §. facilio. ff. de bo. liber. & ẽt q̃a illam ſuam legitimam habẽt cum proprietate & vſufructu, ſequitur, ꝙ maiorem efficaciã habet ius accreſcendi in ipſis filiabus, quàm in ipſa vxor. Ad hoc reſpondeo, & primò conſidero, ꝙ illa nõ eſt vera doctrina, ꝙ iſta vxor ſit heres in re certa. primo, quia Io. de Imo. non loquit̃ in caſu noſtro, in quo teſtator inſtituit vxorẽ hr̃dẽ vniuerſalẽ. & ſic nõ fuit hæres in re certa. non enim dicit Io. de Imol. ibi quando teſtator dixit, inſtituo vxorem meam mihi hæredem vniuerſalem, ſed dumtaxat dixit, inſtituo hæredem vxorem meam in vſufructu omnium bonorum, & ſic in diuerſo loquitur caſu. Item dictum Io. de Imo. videtur contra doctrinam Bar. in l. fi. ff. de vſufructu lega. vbi tenuit, ꝙ ille, cui legatur vſusfructus bonorum, tenetur ad onera legatorum, quod dictum Bar. qualiter procedat, nunc non examino: q̃to magis in caſu nr̃o, cum iſta vxor fuerit inſtituta hæres vniuerſalis in vſufructu omium bonorũ tantum, non dicetur hæres in re certa: quia videtur teneri ad onera legatorum, quod repugnat hæredi ſcripto, ſeu inſtituto in re certa, & ſic nõ videtur verum in caſu noſtro, ꝙ dicat̃ iſta vxor inſtituta in re certa, vt dixit Io. de Imo. & eo maximè quia non fuit datus cohæres vniuerſalis. Vñ realis doctor dñs Paulus de Ca. conſilio 385. quod incipit, in cauſa, quæ vertitur Bononiæ. verſi. ſed hic aduertendum, vbi teſtator inſtituit vxorem in vſufructu omnium bonorum tantum, & alium inſtituit hæredem vniuerſalem in proprietate, dicit ipſe, ꝙ illa vxor non fuit hæres vniuerſalis, ſed particularis in certa quantitate. ſ. in vſufructu tantum: alius vero fuit vniuerſalis. Et ſubdit q̃uo hoc eſt, ꝙ ille alius ſit vniuerſalis hæres, imo particularis: q̃a fuit inſtitutus in re certa, ſcilicet in proprietate. ipſe vero reſpondet ibi, ꝙ imo eſt vniuerſalis hæres, & mouetur: q̃a ſic voluit teſtator, ꝙ dicit apparere ex verbis ſuis: q̃a ĩ inſtitutione illius alterius, dixit hæredẽ vniuerſalẽ reſtituo in ꝓprietate, quo caſu dicit̃ hæres vniuerſalis. Cũ ergo in caſu iſto teſtator dixit, ꝙ inſtituebat hæredẽ vniuerſalẽ ſuã vxorẽ in vſufructu: licet appoſuerit dictionẽ taxatiuã: nihilominus erit hæres vniuerſalis, ex quo nõ eſt datus cohæres vniuerſalis, & ꝑ ꝯñs ꝯgruentius dicere dẽmus, iſtã ꝓprietatẽ accreſcere debere huic vxori, & nõ filiabus: cũ teſtator voluerit eã eẽ heredẽ vniuerſalẽ: & illa dictio tm̃, nõ excludit ius accreſcẽdi, vt voluit Ange. & ſupius dictũ fuit: & inſtitutio filiarũ nõ fuit facta in quota hæreditatis: & iſta vxor habet quotam hr̃ditatis, vt dictũ eſt: ergo ſeq̃t neceſſario, iſta ꝓprietas accreſcit ſibi potuit, q̃ dictis filiabus. Nec ob. ꝙ filius

9 † debet habere iure inſtitutionis pp ius accreſcẽdi, q̃a ad hoc reſpõdeo, principalis & fundamentalis cã, vt filius habeat iure inſtitutionis, non eſt propter ius accreſcẽdi, ſed eſt pp honorem principaliter, qui honorabilior eſt titulus ĩſtitutionis, q̃ titulus legati: licet in ꝯſequentiam ſit vtilior propter ius acreſcẽdi, ita no. in iuribus in contrarium allegatis. & procedit illud, quando ſubiectum eſt habile ad ſuſcipiendum illud ius accreſcendi, nam actus actiuorũ ſunt in patiente bene diſpoſito, vt dici philoſophus in ſecundo de anima, facit l. bonorũ. ff. qui admit. ſed in caſu noſtro inſtitutio iſtarũ filiarum nõ eſt habilis ad ſuſcipiendũ iſtud ius accreſcẽdi ex pluribus. Primo, q̃a teſtator eo ipſo, ꝙ illas inſtituit in ſuis dotibus, videt̃ eas excludere a petendo aliud, ar. l. cum prætor. ff. de iudic. c. nõne. de præſump. cum ſi. Scd̃o, q̃a dicit, ꝙ inſtituebat eas in dotibus ꝓ oĩ, q̃d petere poſſent, &c. vt dictũ eſt, & ſic videtur eas excludere a proprietate aliarum rerum. l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebel. Tertiò, quia eas excluſit, cũ in ſubſtitutione dixit, ꝙ eas ſubſtituebat vxori in vſufructu domus ſolũ, tm̃, & dumtaxat, quo caſu videtur eas excluſiſſe ab omni ꝓprietate, argumento. d. l. cum prætor. nã generatio vnius eſt excluſio alteris. l. quæſitum. §. idem reſpondit. ff. de fun. inſtr. ideo vr̃ dicendum, ꝙ oĩno excluſæ ſunt ab iſto iure accreſcẽdi. Quarto etiam vr̃ eas excludere, q̃a voluit, ꝙ vſusfructus conſolidaretur cũ proprietate, & tam in vſufructu, q̃ etiã in proprietate

te instituebat pauperes, quis hercle esset animi tam agrestis, aut quis tam iniustus rerum æstimator, nec (vt dixerim) suæ salutis immemor, qui arbitraretur, istas filias venire ad istam proprietatem cum præiudicio, & exclusione pauperũ Christi fidelium: & sic apparet, ꝙ portio ipsius vxoris est quota hæreditatis, quinimo est vniuersalis, & per consequens proprietas accrescet portioni hæreditariæ, & non portioni ipsarum filiarum, quæ non est quota hæreditatis, & licet illam habeant cum proprietate, propter legitimam eis debitam: nihilominus non propter hoc dicetur quota hereditatis, & sic non est subiectum habile ad recipiendum ius accrescendi. Et si iustus iudex bene considerabit, liquido intelliget, ꝙ ista fuit voluntas ipsius defuncti, ꝙ illæ filiæ starent contentæ dotibus sibi datis per ipsum testatorem, ꝙ patet: quia in casu viduitatis voluit, ꝙ possent receptari in domo habitãtibus ipsius testatoris, & eis reliquit supellectilia, & casu quo vxor decederet, substituit eas in vsufructu illius domus dumtaxat, & sic manifestè apparet de voluntate ipsius defuncti, quæ primis in rebus est attendenda, nam vbi manifestissimus est sensus testatoris, nusquam interpretatio verborum tantum valet, vt melior sensu existat, vt pulchrè dicit tex. in l. 3. C. de lib. præte. & sic nullo modo videt fore insistendum super illis doctrinis vulgaribus, quando legatur vsusfructus omnium bonorum, quas plenissime refert Ludo. Roma. in consilio incipiente, visis dubij propositis ac elegãtissimè consultis. Et sic concludo istam proprietatem accrescere huic vxori.

¶ Nunc est videndum posito, non tamẽ concesso, ꝙ ipsa proprietas accrescet ipsis filiabus, aut in totum, aut pro parte, & decederent cum liberis, an dicti liberi videãtur inuitati potius ad ipsam hereditatem primi testatoris, quàm ipsi pauperes, & dicti religiosi Iesuati, & sic isto casu vẽdicet sibi locum dispositio legis, cum acutissimi. C. de fideicommissis. legis, cum auus. ff. de conditionibus, & demonstrationibus, & causis & modicis eorum, quę in testamento scribuntur. & legis, generaliter. §. cum autem. C. de institutionibus & substitutionibus, seu restitutionibus sub cõditione factis. filij enim grauati restituere bona testatoris post mortem eorum, liberantur ab illo onere per susceptionem filiorum, seu liberorum, vt ibi dicitur, etiam si esset instituta pia causa. Ideo dixit Baldus in lege, iubemus. C. de testamẽtis, & quemadmodum testamenta ordinentur, quòd apud rationem naturalem, & apud ius canonicum fauorabilior est causa filiorum, quam causa ecclesiæ, vel pauperum, & idem voluit in l. & in epistola. C. de fideicommissis. & in l. in suis. in repetitione. ff. de liberis, & posthumis, & in repetitione. l. primæ. C. de sacrosanctis ecclesijs, & Moderni in capitul. final. de donationibus. gloss. in l. si quis ad declinandam. C. de episcop. & clericis. orphanotrophis, & xenodochijs, & ptochotrophijs & asceterijs, & monacis, & priuilegijs eorũ, &c. decimaseptima quæstione quarta. capi. quicunque, & ideo dixit Baldus post Ricardum Malumbram, ꝙ si pater post mortem filij iussit cõstrui capellam, vel monasterium, quòd filius filij excludit monasteriũ: quia potẽtior est causa naturalis, quàm fictio, vt l. filio quem pater. ff. de liberis & posthumis, hæredibus instituendis, vel exhæredandis, vel præteritis: quia ex fictione iuris monasterium habetur loco filij, vt in capitulo in præsentia, de probatio. licet domin. Petr. de Anchara. reliquerit cogitandum super isto dicto Bald. in dicto capitulo in præsentia. Sed in veritate in casu nostro ista sunt nullius momenti, & nullius veritatis. & ad hoc considero elegantissimum consilium domini Petri de Anchara. quod incipit. Prima facie videtur dicẽdum, quod in ordine est 43. vbi testator instituit filios, & post mortem vltimi filij legauit pro anima sua cuidã societati mille, ille vltimus decessit cum liberis, fuit dubitatũ, an illi liberi excluderent piam causam, & per consequens haberet locum dispositio dictæ l. cũ acutissimi, & videtur quòd sic: quia siue fideicommissum sit vniuersale, siue singulare, vel legatum relictum a filio post mortem suam expirat filio postea cum liberis decedente, allegat dictam l. cum auus. & dictam l. cum acutissimi. & dictam l. generaliter. ad fin. in quibus iuribus redditur ratio, quòd si testator de nepotibus cogitasset, alienam prolem non prætulisset suis nepotibus in legatis & fideicommissis. Postea idẽ dominus Petrus decidit contrarium, & mouetur ex hoc: quia præfatæ leges fundant se super præsumpta mente testatoris, ex quo apparet, quòd in casu, in quo posset præsumi de mente contraria testatoris, cessaret præsumptio illarum legum, & per consequens earum dispositio, allegat no. per Cy. in l. precibus. C. de impuberum & alijs substitutionibus. & in l. testamento. C. de testa. mili. hac ergo ratione pro fundamento pręsup
10 posita ex pluribus ibi præsumit.† mentem testatoris fuisse contrariam, videlicet, quòd veniat illa societas. Primo: quia illud relictum fuit factum pro anima, quæ est rebus omnibus præferenda. l. sancimus. C. de sacrosanctis ecclesijs. est enim tale relictum ad piam causam relictum pro anima: vt voluit glo. notabis & singula. in l. si quis Titio. de legatis secundo. quam summè no. Bal. in l. prima. eodem titulo. pro qua est textus in dicta authentico, de eccle. titu. §. sin autẽ. versiculo pijssimæ animæ. semper enim in dubijs quæstionibus sequenda est opinio, quæ pro anima facit. allegat. l. sunt personæ. ff. de religio. ad hoc ponderat text. in authentica, si qua mulier. C. de sacrosanctis ecclesijs. vbi lex fauorabilis prouidet piæ causæ & religioni, quàm filijs: cum ergo illa quingẽta fuerit relicta pro anima illius testatoris post mortem vltimi morientis, videntur deberi, quandocunque vltimus filius cum liberis decessit. Non obstat, si dicatur, fauorabilior est causa liberorum, quàm causa Dei in successione patris, vel aui, per illud consiliũ Augustini, qui vult Deum instituere, filium autem exhæredare, alium quærit pro consilio, quàm Augustinum, vt no. in dicta l. si quis ad declinandam, quia ipse respondet dicens se intelligere illud dictũ, prout iacet: videlicet, quando ex tali relicto sequeretur totalis priuatio: & exhæredatio filiorum: non autem quando partem relinquit filio, & aliud ecclesiæ, & etiam dicit, quòd si pater grauauit filium ipsum in vita ad soluendum illud relictum pro anima, verisimile est, quòd etiam nepotes venientes ex eo grauare voluerit, quia non est maior ratio exonerandi nepotes a relicto pro anima, quã ipsum filium superuiuentem, argument. l. dedit dotem. ff. de colla. bono. maximè vbi affectio aui ad nepotem respectu filij descẽdit, & sic consuluit ibi dominus Petrus, piam causam excludere ipsos nepotes. Modo in proposito nostro est accuratè ponderandum, ꝙ non solùm apparet de pręsumpta mente ipsius testatoris, quòd dictæ filiæ nihil aliud haberent, nisi illud, quod eis reliquit in testamento prædicto: sed etiam apparet de expressa & manifesta mente eius. dixit enim, quòd iure institutionis relinquebat filiabus dotes, quas eis dederat pro omni eo, quod petere possent ratione legitimæ portionis, vel alia quacunque causa, vel ratione, & geminauit illa verba in qualibet filia sua: & postea legauit eis in casu viduitatis habitationẽ domꝰ suæ, & supellectilia, & postea substituit eas in vsufructu illius domus dumtaxat. vnde ponderandum
11 est illud † verbum, posset, quia comprehendit futura, & decidit Bartolus in l. si ita. ff. de auro & argento

to legat. & in l. si ita quis. ff. de legatis secundo. & in l. prima. ff. de testamento. & in l. Gallus. in principio. ff. de liberis & posthumis, & sic testator expresse prohibuit illas filias non posse plus petere in hereditate & bonis ipsius testatoris: ergo sequitur, quòd prohibuit habere aliud in bonis ipsius testatoris. ergo multo magis videtur prohibuisse liberos ipsarum filiarum, & sic nepotes ipsos plus petere, & habere in bonis ipsius testatoris, vt fuit prefata doctrina domini Petri, quam probo per elegantem doctrinam Bartol. in lege, Lucius. ff. de hæredibus instituend. vbi dixit, quòd auus non præsumitur inuitasse nepotes, qui non erant adhuc in rerum natura. vnde non presumitur habuisse ad illos affectionem: ita in proposito, si maiorem affectionem præsumitur habere ad filios, quos habet præsentes, & tantum vult, quòd stent contenti eo, quod eis relinquit: ergo multo fortius videtur velle, quod stent contenti nepotes, qui adhuc non sunt in rerum natura: & est ratio inconuincibilis, & maximè, quia ita disposuit intuitu animæ suę, vocando pauperes Christi, & illos seruos deuotissimos Iesuatos. vnde scripsit vir patientissimus Iob in princi. pellem pro pelle & omnia, quæ habet homo, donat pro anima sua, vnde inconuincibiliter apparet, quòd ex præsumpta mente ipsius testatoris nepotes ex ipsis filiabus non possunt impedire ipsos pauperes a proprietate & vsufructu eis relictis ab ipso testatore. Et est accuratè considerandum, quòd ipsæ filiæ sunt fœminę, & transiuerant in alienas familias, & fuerant dotatæ, & testator reliquerat eis habitationem domus, & suppellectilia in casu viduitatis, & etiam mortua vxore vsufructuaria, vsumfructum dictæ domus, quo casu considerato, quòd erant fœminæ, & transiuerant in alienas familias, & dotatæ erant, & eis prouiderat in casu viduitatis, constat satis clarè, quòd mens sua fuerit, quòd aliud non haberent de bonis suis: considerato, quòd de residuo prouidebat pauperibus, & etiam considerata communi dispositione testãtium in loco, habentiũ dumtaxat filias fœminas dotatas, quia non aliter eis prouiderit, quàm fecerit iste testator in dicto suo testamẽto: & omnis iustus iudex ita arbitraretur. nam sermones nostri debent adaptari rebus sensatis & intellectu fruentibus, vt voluit Aristoteles: & est textus in l. si ita quis. in versicu. quod nemo sanus loqueretur. ff. de euictio. & Bald. in l. prima. C. de seruis fugitiuis, & sic oportet fateri necessario ipsos pauperes, & ipsos Iesuatos vocandos ad proprietatẽ, vsumfructum dictæ hereditatis. Et etiam est ponderandum in casu nostro: qa iam dictus testator dictis filiabus eius idoneè prouidit instituendo dotibus suis, & prouidendo in casu viduitatis, quo casu non habet locum dictum gloriosi Augustini. Et si dicatur, quòd istud testamẽtum non tenuit: quia pater non instituit filias

12 † in aliquo vltra dotes suas, quia glo. in l. 3. §. sed vtrũ. ff. de mino. loquitur de consilio, & non de necessitate: ideo non est curandum, quia verba inania essent aperire os super hoc, quia iam institutæ sunt in dotibus suis, & illud non est consilium legis quo casu esset sequendum: vt l. si pupillorum. §. si pupillus. ff. de rebus eorum. l. 3. C. de pig. l. si stipulatus. §. si lancem. ff. de soluti. quinimo etiam posset prætermitti: vt in dicta l. notat, sed in casu nostro habet minus dubiũ: ex eo quia est consilium glossæ & non legis. Et etiam est ponderandum, quia sunt instituti pauperes quo casu voluit Bartolus in l. prima. C. de sacrosan. ecclesiis, quòd testamentum non vitiatur, & illud dictum Bartoli sequutus fuit dominus Antonius consulendo, & etiam dominus Petrus in loco valde peregrino & incognito cõmuniter habetur, nec circa illud insisto, quis iustius dixerit ex quo Baldus ibi tenuit cõtra & alias contra Bartolum ꝯsuluit: sed in casu nostro haberet minus dubium, ex eo quia iam institutæ sunt, & posset dari noua cõsideratio ad Bartolum & Baldum eo casu, quo filiæ institutę in dotibus suis sunt, & in nullo alio vltra, & sic apparet istud testamentum valuisse, & per consequens, nec dictæ filiæ veniunt per ius accrescendi, vt dictum est, nec liberi eorum veniunt ad dictam proprietatem, posito non tamẽ concesso, quòd dictis filiabus accresceret dicta proprietas, aut in totum, aut pro dimidia, aut pro aliqua parte. Præterea est singulariter super isto passu considerandum, quod dixit domin. Petrus de Ancharano in capitulo primo, de testament. ad finem, testator dixit, relinquo dominę B. sorori meę decem solidos, & volo, quòd de bonis meis plus petere, vel habere non possit aliqua ratione. Item relinquo Titio decem solidos, & in ipsis ipsum hæredẽ instituo: in ipso autem testamento nullum heredem vniuersalem, vel alium particularem instituit: & quęrit, an ille, qui est prohibitus plus petere, possit venire per ius accrescendi: & refert Federicum de Senis consulentem in ista quæstione, & dicentem hoc modo, ꝙ

13 † in casibus, in quibus ius diuinum non contradicit canoni, canon seruari debet, quia præsumẽdum est, ꝙ Papa condendo canonem sanctè agat, & eius constitutionibus est parendum, & eius auctoritas etiam præferenda est, expositoribus sacræ scripturæ. 20. distinctione. §. primo. 24. quæstio. prima. cap. quoniam vetus. 25. quæstio. prima. c. sunt quidam. dicit etiam, ꝙ leges imperiales non contrarias sacris canonibus Romana ecclesia recipit & confirmat, vt patet 10. distin. cap. de capitulis. dicens eas leges per ora principium diuinitus promulgatas. 10. quęst. 3. c. fi. dicit, ꝙ Romanorum Pontificum, regum, & imperatorum legibus statutum est, quòd hęc sit domus tua, hęc sit villa tua. Item rerum dominia, & modi acquirendi dominia introducti sunt a iure gentium, & constitutione humana, vt dicit beatus Augustinus, cuius verba habentur. 8. quęst. cap. quo iure modus autem acquirendi inter cæteros est per hæredis institutionem & legata, & ideo cũ tractemus de modo acquisitionis introducto a iure humanæ, quod statuit institutum in fundo, cohęrede non dato, haberi pro vniuersali hærede, vt dicta l. prima. §. si ex fundo, ideo dicit concludendum esse, ꝙ institutus in fundo non dato cohærede vniuersali potest salua conscientia venire per ius accrescendi ad totam hæreditatem, nec peccat cum iure disponente hoc faciat 24. quæstione 4. non peccat: sed ille, qui est prohibitus plus non petere, sine peccato non posset petere vltra, quàm testator iusserit. ita ꝯsuluit prefatus. Federicus, & cum eo consuluit, quidam magister sacræ paginæ frater Petrus iuris vtriusque doctor Hyerosolimitanus Patriarcha, cum ista limitatione etiam, quòd institutus in fundo non posset sine peccato habere totum, si testator circunuentus, vel subductus fuisset: quia persuasum fuit sibi: quia ex tali institutione ille non posset plus petere, vel habere, & sic falsò seductus credidit: & ita etiam confirmauit dominus Abbas de Puteo bonello decretorum doctor, ita consuluit Federicus consilio cẽtesimo vigesimo sexto. ista sunt verba formalia domini Petri in dicto capitu. primo. & sic cõcludit dominus Petrus post illos patres duo,

14 videlicet, quòd iustus esse contentus † relictis sibi a testatore, & prohibitus plus petere, non potest salua conscientia vrnire per ius accrescendi: concludit ẽt, quòd si testator subductus credens, quòd institutus in fundo non posset totum acquirere per ius accrescendi, quòd nihilominus non poterit salua consciẽtia & sine peccato venire ad totam hæreditatem defuncti: & ita ibi concludit. Cum ergo in proposito

nostro

nr̃o iste testator instituit ipsas suas filias in dotibus sibi datis pro omni eo, quod possent petere, vel habere ratione legitimæ, vel alia quacunque ratione, & causa: vel postea legauit habitationem domus, &c. & sic prohibuit eis ius accrescendi, videtur, quòd nõ solum ex dispositione iuris ciuilis sunt exclusæ, sed ẽt quòd voluntas testatoris fuit, quòd aliud non haberent: sequitur, quòd salua cõscientia & sine peccato non possent illud consequi cum præiudicio pauperũ, ergo sequitur, ꝙ ex omni dispositione iuri humani, & iuris polis istæ filiæ non possunt per ius accrescendi consequi istam proprietatem, & per ꝯñs multo minus liberi ex eis nasciturí, & ista est veritas. Nec
15 obst. dicta l. cum acutissimi. & similes: quia † non loquuntur, quando testator instituit, vel legauit, & voluit, ꝙ starent cõtentæ illo relicto, & in residuo aliũ instituit, seu voluit ad alium peruenire: vt fuit in casu nostro. solum enim dicunt illa iura, quando instituit simpliciter, vel legauit simpliciter post mortem filij instituti, eadem ratione vocauit illum post nepotes nascituros ex illo instituto: ergo si prætulit pauperes filiabus. ergo multo magis illos prætulit nepotibus. Nec obstat, cum dicitur, ꝙ Barto. & Angelus alij
16 dicũt † quòd fauorabilior est causa filiorum, quam pauperem: quia illud est verum in dubio: sed quando sumus in casu certo stabimus certo. l. si certis annis. C. de pactis. l. certa forma. C. de iure fis. libro 11. quia iste testator exclusit ipsas filias a iure accrescendi, vt est dictum: ergo multo magis exclusit libros illarum. item quia ad illam auctoritatem Augustini. supra fuit responsum, & etiam Bal. in dicta l. & in epistola, & in dicta l. iubemus. & in locis superius allegatis, non loquitur in casu nostro: sed loquitur, quando instituitur filius nutu hæres: quia non valet talis institutio secundum eum, ita non valebit institutio facta de ecclesia nutu: quia fauorabilior est causa filiorum, quã causa pia. ita loquitur ibi Baldus, quod dicere est valde alienum a casu nostro: quia iam testator prouidit illis suis filiabus, vt superius est dictũ. Nec obstat, cum dixit Baldus in dicta l. cũ acutissimi. quòd dispositio illius legis, excludit pauperes, quia illud est dubium, vtrum ipse dicat verum in illo dicto, nec nunc examino, sed in casu nostro est alienũ, quia testator in casu nostro voluit illas filias esse contentas illo relicto, & tacite & etiam expresse exclusit eas, & inclusit pauperes, ergo multo magis exclusit liberos illarum. vnde dictum Baldi haberet locum, si testator disposuisse, quòd dicta proprietas veniret ad ipsas filias cum vsufructu, & post mortem earum veniret ad pauperes, & isto casu loquitur Bald. sed iste non est casus noster. Et si dominus iudicans consideret veritatem & mentem ipsius testatoris, vt ex verbis testamenti colligi potest, ipse instituit pauperes in proprietates, & post mortem illius vxoris voluit cõsolidari vsumfructum cum proprietate, & venire ad pauperes. Sed error, aut cæcitas ipsius notorij scripsit ita bestialiter ipsum testamentum, nec deberet nocere testatori, & volũtati eius, & ipsis pauperibus, & illis religiosis fratribus, nec oporteret intrare illã materiam iuris accrescendi, quia iste testator voluit, quòd filiæ essent contentæ relicto eis, & illa vxor esset hæres in vsufructu omnium bonorum tantum, & dicti pauperes essent hæredes in proprietate, & ista est purissima mens ipsius defuncti. Et etiam est ponderandum, quod iste testator bis fecit illam prohibitionem filiabus, primo in institutione, secundo in substitutione dum dixit, quod eas substituebat in vsufructu vnius domus solum, & dumtaxat, & in hoc ista substitutio est ꝑplexa & contraria, & est restringẽda, q̃a testator dicit, instituit & substituit eas hæredes vniuersales solùm, tantum & duntaxat in vsufructu dictæ domus: hic non potest cadere vniuersalitas aliqua: quia substitutio est in re certa, & per dictionẽ taxatiuã triplicatam, quo casu operatur illa triplicatio, & excludit omnem vim & potestatem iuris accrescendi, iuxta notata in l. prima. C. de plus peti. l. antiquæ. & l. si mulier. C. ad Velleianum. l. finali. C. ad l. Falcidiam. l. cum simus. C. de agri. & censi. libro
17 11. cum similibus. & sic † perplexitas & contrarietas est in ista substitutione: ideo videtur, ꝙ non valeat. l. vbi repugnantia. ff. de regulis iuris, cum simi. & non potest cadere illa coniectura, quæ cadebat in vxore instituta in vsufructu omnium bonorum duntaxat, & quia in ista substitutione testator substituit & instituit pauperes illos Iesuatos: & sic trahetur ad vniuersum, & nec potest dici, ꝙ illa substitutio in vsufructu tantum trahatur ad vniuersum: quia iam facta est institutio & substitutio de pauperibus, & iã testator prohibuit bis illud ius accrescendi: vt superius est dictũ: & sic videtur, ꝙ mortua vxore pauperes debent venire ad proprietatem cum vsufructu totius hæreditatis, & etiam illius domus, ex quo substitutio illa de filiabus in vsufructu tantum illius domus, tanquam perplexa non tenuit, vel saltem dicti pauperes debebunt habere plenam proprietatem cum vsufructu reseruato vsufructu illius domus illis filiabus tantum. Præterea facit, quod voluit Salycetus in l. quoties. C. de hæredibus instituen. vbi dicit, quod prohibitio iuris accrescendi respicit alium & eius fauorem: licet non valeat: nihilominus institutus, cui totũ accrescet, tenetur restituere illi quẽ testator ipse voluit: vt ibi latè per eum, & satis videtur concordare cum dicto domini Petri & Federici, qui voluerunt, ꝙ salua conscientia & sine peccato non possit illud retinere. Cum ergo in casu isto præfatus testator disposuit, ꝙ illæ filiæ non possent plus petere, & duntaxat eas substituit in vsufructu illius domus tantum: & illam vxorem suam instituit in vsufructu omnium bonorum tantum. hoc totum fecit respectu & fauore pauperum, ad quos voluit bona sua peruenire, sequitur, ꝙ siue accrescat illis filiabus, siue accrescat illi vxori dicta ꝓprietas, ꝙ teneatur eam restituere ipsis pauperibus, etiam in vita earum: sed in veritate tot inuolutiones & dubia non sunt necessaria: quia mens defuncti fuit illa, ꝙ interim pauperes essent hęredes proprietarij, & dicta vxor hęres vsufructuaria, & ad istam voluntatẽ conseruandam debet iudex laborare, & ita iudicare. c. cũ voluntate. de sententia excomunicationis. l. 3. C. de liberis pręteritis. ca. secundo requiris. de appellationibus. c. final. de prębendis. l. cum mulier. ff. solu. matrimonio l. in conditionibus primum locum. ff. de conditionibus & demonstra. ¶ Restat nunc videre, quia testator dixit, ipsis vero omnibus, videlicet vxore & filiabus prædictis decedentibus, voluit, & mãdauit vsumfructum omnium bonorum consolidari cum proprietate, & in vsufructu & proprietate instituit & substituit pauperes, &c. vtrum ex dictis verbis mortua dicta vxore vsufructuaria veniant dicti pauperes ad proprietatem & vsufructum, prætер quam ad vsumfructũ illius domus, an vero sit necesse, ꝙ cõcurrat mors omniũ, videlicet vxoris & filiarum, & post mortem omnium veniant dicti pauperes, & an etiam tunc vendicet sibi locum dispositio dictæ legis cum acutissimi. eo casu, quo requireret concursus mortis omnium prędictorũ. Et circa hoc
18 faciunt dubiũ illa verba, ipsis † omnib⁹ decedẽtib⁹, per id quod notat Bartolus in l. quidam testamẽto, ff. de vulgari & pupillari. vbi testator duobus filijs institutis dixit, & si sine liberis decesserint, tota hæreditas mea perueniat ad talem, quod nõ veniet substitutus vno ex illis moriente, per ill textum, & Bal. in

in l. penultima. C. de institutionibus & substitutionibus. dixit, ꝙ possumus esse certi de voluntate testatoris per ipsius declarationem, vt l. cum proponebatur, de legat. secundo, & per iuris interpretationem: vt l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. vel si testator dixit. si hæredes mei decesserint sine filijs, substituo talem in omnibus bonis meis, necesse est, quòd veniat euentus conditionis in persona omnium, allegat Bartolum in dicta lege, quidam testamento. facit, quod notat Ang. & moderni in d. §. cum ita. ergo sequitur, ꝙ ad hoc vt pauperes inuitentur ad istam hæreditatem, requiritur, quòd concurrat mors omnium tam vxoris, quàm filiarum. Sed istis non obstãtibus contrarium puto esse verius de iure, videlicet, ꝙ mortua vxore pauperes admittantur. Et circa hoc
29 est considerandum, quòd † an requiratur mors omnium, antequam substitutus admittatur pendet ex præsumpta voluntate ipsius testatoris. Vnde Baldus in lege, generaliter. C. de institutionibus & substitutionibus. quærit, quomodo sciam, si mens testatoris fuerit, quòd concurrat mors omnium, & non vnius solius, & dicit, si est apposita illa conditio, si sine liberis decesserint. tunc enim non verificatur ex aliquo, sed ex vniuerso, & istud est propter fauorem ipsorũ liberorum, quem testator præsumitur considerasse. Et ibi Bart. etiam dixit valde singulariter, ꝙ si testator dixit, si nauis ex Asia venerit, aut Titius consul factus fuerit, aut imperator veniet in Italiã, talem substituo: tunc si inter istas conditiones alternatiuas est illa, si decesserint sine liberis, tunc semper disiunctiua assumitur pro coniuncta, & requiritur concursus omnium, & ita etiam loquitur Bar. in d. l. quidam testamento. vbi dixit, quòd fuit apposita conditio, si sine liberis decesserint, duobus filijs institutis, & sic Bartolus, Bald. & communiter omnes fundant se in præsumpta mẽte testantis, quam etiam præsumunt ex illa clausula, si sine liberis decesserint. Modo ĩ proposito nostro cessat omnis præsumptio, quòd pater voluerit istas filias habere istam proprietatem, vt ex superius dictis apparet manifestissimè, ad quid ergo requiritur ille concursus mortis vxoris, & filiarum: quia si ad illam proprietatem non vocatur, nec succedunt, vt est dictum, fatuum erit dicere, ꝙ requiratur mors omnium, antequam pauperes admittantur: quia non veniunt ex præsumpta mente testantis ad istam proprietatem dictæ filiæ: imo voluntas defuncti est manifesta in contrarium. Item quia ad proprietatem nullo modo admittuntur, ad quid ergo debent impedire ipsos pauperes contra mentem ipsius defuncti. Præterea facit, quod voluit Dyn. in l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebelli. vbi dixit, quòd si duo obtulerunt se monasterio: vt monasterium habeat bona sua post mortem eorum, quòd si vnus decessit statim, acquirit monasterium bona illius, nec requiritur mors omnium, sequitur ibi Bartolus, & idem tenet Cynus, & Baldus in dicta lege penultima. C. de institutionibus, & moderni in lege fin. §. pen. de leg. secundo, & in dicto §. cum ita. vbi per Ioannem de Imola, vnde sufficit mors vxoris, vt pauperes admittantur, & vt admittantur ad vsumfructum illius domus, sufficit mors ipsarum filiarum, & sic sequitur, quòd non requiritur mors omnium. Præterea facit textus in l. fin. §. filiam. ff. de legat. 2. vbi si testator voluit ad substitutũ venire vniuersum patrimonium suum, & fuit facta substitutio pluribus, quòd nihilominus non expectatur mors omnium, sed inuitatur substitutus ad partem alterius decedentis, sed ita est in casu nostro, quia voluit omnium bonorum suorum vsumfructum consolidari cum proprietate: ergo sufficit mors illius vxoris dumtaxat. Præterea facit, expressum silere tacitum, lege finali. C. de pactis. conuen. sed ratio, quare mouetur doctores superius allegati dicere, ꝙ requiritur concursus mortis omnium est, quia videntur inuicem inuitati ad partem alterius, argumento dictæ legis cum acutissimi, sed in casu nostro, testator primo instituit filias in dotibus pro omni eo, ꝙ petere possent: quæ verba comprehendunt etiam tempus futurum, & postea substituit eas in vsufructu vnius domus dumtaxat, solummodo, & tantum: ergo exclusit eas, vt succedant in portione vxoris, quia inclusio vnius est exclusio alterius: ergo sequitur, quòd cessat cõcursus mortis omniũ, quia nihil operaretur & sic stamus in dicto Dyn. in d. §. Caio. & Cy. in d. l. pen. Preterea facit, quod dixit Ang. in d. §. cum ita, quòd vbicunque superest aliquis de institutis, quem verisimile est testatorem voluisse præferri substituto: tunc excluditur substitutus, sed in casu nostro istæ filiæ substitutæ & institutæ in vsufructu vnius domus ex presumpta voluntate defuncti non excludunt istos pauperes a reliquo patrimonio defuncti, ergo sequitur, ꝙ nullo modo requiritur concursus ille, & sic cum ille testator substituerit illas filias illi vxori in vsufructu illius domus dumtaxat, ergo in reliquo eas exclusit, vt est dictum, & sic sufficit mors illius vxoris dumtaxat ad reliquũ patrimonium. Præterea facit etiam, quia vbicunq; pluralitas respicit plures terminos singulares ad inducendum diuersum effectum, tunc nũquam requiritur concursus omnium, per not. in d. §. filiam, & in iuribus superius alleg. sed in casu nostro ista pluralitas, videlicet prædictis omnibus decedentibus, respicit singulares terminos, videlicet ipsam vxorẽ, & ipsas filias ad diuersum effectum: qa quo ad ipsas filias respicit vsumfructum vnius domus tantum: quo ad ipsam vxorem respicit vsumfructum omnium aliorum bonorum, ergo resoluentur in singularitates, & illa verba operantur, ꝙ mortua vxore, illę filiæ succedunt in vsufructu illius domus tantum eo casu, quo talis substitutio teneat: tamẽ in casu nostro videtur, ꝙ non teneat: vt est dictum, & dicti pauperes succedunt in reliquo patrimonio dictæ hæreditatis, & postea mortuis filiabus pauperes succedent, in illa domo, proprietate & vsufructu. Et etiam facit, quia testator substituit adinuicem illas filias suas in vsufructu dictæ domus, & vr̃ eas exclusisse a reliquo, & per consequens cessat præsumptio dictæ legis, cum acutissimi, & ex supradictis apparet responsio ad ꝯ̃ria superius formata, q̃ fundant se super presumpta mente testatoris, apponendo illa verba, si sine liberis decesserint. Et sic partes domini iudicis erunt in fauorem pauperum, & qui habet aures audiendi audiat: vt dixit gloriosus Ioannes in Apocalypsi, causa pauperum est fouenda d. l. id quod pauperibus. C. de episco. & cler. 12. quæst. 2. cap. religiosam. 14. quæst. 2. c. super prudentiam. & cap. fi. de testa. pauperes enim semper vobiscum habebitis, iuxta illud Dominicũ. Ex quibus omnibus ita concludo.

EPITOME.

¶ Rustici adeo ignari, vt, credo in Deum, nesciret, testamento comprehensum est, vt nisi secundo testamento, si quod faceret, Pater noster, Aue Maria, & Credo in Deum, integrè adiecisset, illud non valeret istis tamẽ prætermissis secundum testamentum fecit, addiditque hoc præualere velle omnibus aliis testamentis, & vltimis voluntatibus, & ex eo legata quædam hæres soluit. Certum itaq; est secũdum & vltimum testamẽtum valuisse: & hæredem, quia ex eo hæreditatem adiuit, ad reliqua legata teneri.

SUMMARIUM.

Mutandi testamentum facultatem adimere sibi nemo potest.nume.1.11.& 12.

Expressio fit tribus modis, & sufficit generalis reuocatio in derogatorijs.nu.5.6.7.8.& 9.

Clausula omnis, per quam libera testandi facultas tollitur, nulla est, nume.11.

Hæres ex eo testamento hæreditatem adit, ex quo legata soluit. numero 12.

CONSILIVM LXXIII.

PRæsens consultatio subtiliter, & elegãter examinata extitit per insignes, & celeberrimos legũ patres, vt nihil vlterius dici possit. Et dubitationem non mediocrẽ facit dicta lex, si quis in principio testamenti de leg.3.in versi.si prioris voluntatis specialiter dixerit pœnituisse. vbi quoties testator reuocat primum testamentum, specialiter debet facere mentionẽ de primo, ergo oportet, ꝙ faciat etiam specialem mentionem de clausula derogatoria, arg. eius, quod scripsit Bar.in l.fi.§.omnem.C.de admi.tu.per illũ text. in ver.specialiter, vbi dicit esse singularem casum, in quo multæ tutelæ cassantur: quia qñ tutores creantur, debent specialiter promittere defensionem, & ꝙ vtilia agent, & inutilia prætermittent, alioquin tutela non tenet, qñ hoc non reperitur specialiter expressum, facit l.si quando.§.generaliter in ver.specialiter.C.de inoffi.te.& quod ibi not.Bal.& Sal.& tex.in l.fin.C.de indi.vidui. vbi est melior text.de iure, ꝙ ad hoc vt secũda lex reuocet & corrigat primam debet fieri specialiter mentio de illa, aliter non corrigitur: & glo.in cle.j.de iudi.in ver.specialiter, quæ dicit, ꝙ qñ aliquid debet fieri specialiter, non sufficit fieri generalibus verbis, & quod habetur in auth.de nup.§. solutæ, sed in casu nostro iste testator solum dixit: & hoc voluit esse testamentum, seu vltima voluntas, & voluit omnibus alijs eius testamentis, seu vltimis volũtatibus retrofactis præualere, & in primo testamento emanauerũt clausulæ derogatoriæ alterius voluntatis: ita vt in puncto dr: ergo sequitur, ꝙ ista generalis, & informis reuocatio non fuit potens ad tollendum istud primum testm̃.¶Sed istis non obstãtibus, ꝯrium puto esse verius de iure ĩ casu nostro: licet de ista quæstione sint variæ doctorum opiniones, & est multum dubia, quia clarissimi doctores tenent aliqui vnam opinionem, & aliqui aliam, & pro opinione, ꝙ fuerit sufficiens ista clausula reuocatoria, & ꝙ secundum testamentum tenuerit in casu istius consultationis, ostẽdo euidentissimis rationibus. Et præsuppono, ꝙ aduersarius respondens ad positiones, dum fieret positio, ꝙ dictus Franciscus erat persona ruralis, rudis, grossa & ignara literarum, & nesciebat Credo in Deum extensum, pars aduersa hoc est confessa, ꝙ erat persona ruralis, grossa, rudis literarum, ignara, nec sciebat dicere ꝑ extensum Credo in Deũ. quo casu est longe mirandum, ꝙ iste rusticus apposuerit rem sibi impossibilem, ꝙ in secũdo testamento apponeretur vltra Pater noster, & Aue Maria, Credo in Deum, cum ipso hoc nesciret. vnde videretur sibi imponere iugum, & viam, vt non possit mutare testamentum, quod pactum, & quæ via est improbata ab omni iuris dispositione. est enim ambulatoria vsque ad mortem vltima voluntas, lege quarta.ff.de adimendis, vel transferẽdis legatis, vel fideicommissis. canone vltima voluntas.14.q.2.l.j.C.de sacrosanctis ecclesijs: vnde cum testamenti factio sit publici iuris, vt lege, testamenti factio.ff.de testamentis. ergo

1 † non potuit sibi auferre liberam voluntatẽ testãdi, & mutandi primam voluntatem iste testator, apponendo clausulam in primo testamento: quam in secundo erat sibi impossibile tollere, vnde cũ doctores aliq̃ voluerũt, ꝙ deberet fieri mẽtio specifica de clausula derogatoria posita in primo testamẽto, loquuntur de ea clausula, quam testator facile poterat specificare in secundo testamento: sed in casu isto impossibile erat isti testatori in secundo testamẽto apponere, credo ꝑ extẽsum, ad reuocandũ primũ testamentum, cum ignoraret illud, sequitur necessario, quòd appositio talis clausulæ nullo modo derogat huic secundo testamento, & per consequens legata relicta huic dominæ Catharinæ in isto scdo testamẽto debẽtur. Facit etiam ad hoc, quod pulchrè scripsit gl. quæ reputatur singularis in l.cum allegas.C.de vsur.quæ

2 vult, ꝙ† vbicunque ponuntur in contractu pacta insolita: vt ibi glos.loquitur, est præsumptio iuris & de iure, quòd ille contractus sit vsurarius, adeo ꝙ non potest probari contrariũ, considerata qualitate personæ. Et Baldus in lege tertia.C.plus valere quod agitur.dixit, quòd vbicunq; in contractu apponuntur illa verba, non per simulationem, nec per fraudem, sed vero, ex eo quia sunt pacta, & verba insolita, est præsumptio fraudis, & contractus præsumitur simulatus, & fictitius, allegat glossam in lege, si quis sub conditione, quæ est lex sexta.ff.de conditionibus institutionum, & de isto dicto facit festum Ioannes de Imola in capitul.ad nostram, de emptione & venditione, & moderni in ca.illo vos, de pignoribus. Cum ergo in proposito sit clausula insolita, ꝙ rusticus, & literarum, & ignorans credo per extensum, apponat illa verba, credo, &c. cum illud ignoret, videtur necessario dicendum, ꝙ illud fuerit appositum ad illaqueãdum & ligandum illum rudem, & grossum hominem, & ad eum priuandum potestate condendi vltimã voluntatem, quam Deus, & sancti patres omnino seruari voluerunt: vt dixit text.in d. capitu. vltima voluntas. Et clarissimè apparet de dolo & fraude hæredis eo ipso, quòd illa clausula ita dura & amara & impossibilis ad reuocãdum fuit apposita, quia

3 dolus præsumitur † ex coniecturis: vt dixit glossa in lege, dolum.C.de dolo.& capitu.secundo, de renunciationibus, libro sexto. tex.in lege, post cõtractum. ff.de donat.lege, Iulianus.ff.qui & a qui.cum simili. Et sic ex isto capite, ista domina Catharina est in casu victoriæ. Et ideo dicebat Bartolus in dicta lege, si quis in principio testamenti, quòd vbicunque testator dixit, volo me non posse pœnitere: tunc opinio Iacobi de Aretio est vera secundum eum per rationem allegatam per ipsum Iacob.de Are.ex eo, quia videtur se reddere intestabilem. Secundo, quòd debeantur legata ex isto secundo testamento dico fore tex.formalem in l.diui.§.licet.ff.de iur.codicil. in versicu.paterfamilias adiecit in confirmatione codicillorum: vt non alias valere velit, quam sua manu signatos, vel subscriptos: tamen valent facti ab eo codicilli: licet neque ab eo signati, neq; manu eius scripti fuerint. nam ea, quæ postea geruntur, prioribus derogant, vbi videtur casus rotũdus pro ista quæstio-

4 ne, & ibi textus reddit rationem: quia nouissima† derogant prioribus: sufficit ergo, quòd sit vltima dispositio: vt deroget priori, & per illum textum ita decidit Iacobus de Belu.in authentico de testa.imperfe. in 19.quæstio. vbi dicit, quòd si testator potest suam voluntatem mutare, & per posteriorem volũtatem ab ea prima recedere: licet simpliciter, & tacitè, & quocunque modo: vt in d.§.licet.& in l.fin.in princ. ff.de legatis secundo. ergo nulla debet esse dubitatio ex quo est casus legis.l.non aliter.ff.de legatis tertio.

5 Tertio facit † expressio dicitur fieri tribus modis. ita dixit

dixit Bartolus in lege prima.ff.de vulgari,& pupillari.licet ergo dicta l.si quis in principio testam.dixerit quòd debet fieri expressa mentio: tamen satis dicitur expressa,si fiat mentio generalis: quia, vt ibi dixit Bartolus,dicitur expressa generaliter, specialiter, & singulariter.vnde sequitur,quòd sufficiat reuocatio gñalis:quia illa expressa dicit, quia tm̄ valet generalis quo ad omnia, quãtum specialis quo ad quędã, cum in genere videatur omnes species specificè nominantæ. l. omnes. C. de præscriptio.30.annorum. Vnde Paulus de Liazar.in clemen.prima,de sepultris.dicit,ꝙ in priuilegijs,contractibus, & alijs
6 † quibuscũque sufficit generalis reuocatio, secus dicit in testamentis secundùm quosdam,ipse vero dicit ibi, idem esse in testamentis,quòd in contractibus,& priuilegijs, ne aliter dicendo, princeps, vel testator remaneat illaqueatus, qui forte de primis verbis, seu tenore nõ recordatur, & sic auferretur sibi potestas reuocandi per indirectum,quod non est dicendum, & sic tenet in terminis Paulus de Liazarijs quæstionem istam,quòd valeat testamentum secundum:licet clausula reuocatoria fuerit generalis.Vnde in ꝓposito nostro satis fuit expressa, ex quo fuit generalis. Quarto facit, quod voluit Ioannes de Fantucijs in c.j.de constitutionibus, lib.6.vbi dicit posse sustineri opinionem Ioannis Andreæ, quia satis videtur verisimile, testatorem recordari sui testamenti primo facti, cum ab eius proprio facto dependeat,argumen.c.ab excommunicato,de rescriptis l.fina.ff.pro suo.& sic faciendo secundum testamentum,videtur reuocare primum,& apparebit responsio. Io.Andr. in d.c.j.ad d.l.si quis in principio testamenti,& istud voluit Barto.in d.l.si quis in principio testamenti,in versicu.venio ad secundum testamentum.in versic. quæro quid si testator.vbi dicit sufficere dicere, si in vltimo testamento dicat,cassans oẽ aliud testamentum,quod fecisset,etiam si essent verba derogatoria sub quacunq; conceptione verborum,licet non fiat singularis mentio verborum, & ita etiam consuluit Federic.de Senis consilio 47.Quinimo dicit ibi Bar.
7 ꝙ quando præcessit † vnicum testamentum tantum, prout est in casu nostro, sufficit generalis reuocatio prioris testamenti, etiã non facta mentione de clausula derogatoria posita in primo testamento, ex quo non potest referri nisi ad primum per l.secunda. ff. de liberis & posthum.l.fundus,qui locatus.ff.de fundo instru.& sic Bartol.formaliter decidit istam quęstionem in fauorem secundi testamenti. Præterea facit,quod voluit Bald.in authen.hoc inter liberos.C. de testament.vbi dicit, quid si in primo testamento pater sua manu scripsit,se nolle valere aliquod aliud testamentum,nisi ibi esset formaliter descriptum totum, Pater noster.postea in secundo testamento apposuit clausulas generales reuocatorias, an primũ sit sublatum per secundum? & decidit,ꝙ sic, si præcessit vnicum testamẽtum.satis enim est clara intentio ex natura relationis suæ, cum non possit referri nisi ad vnum testamentum præcedens, si vero præcesserunt multa testamenta,tunc refert quosdam dicere non valere talem reuocationem, quia non est, certa.ipse vero dicit contrarium esse verius, quia nũquam præcessit nisi vnicum antecedens,alia.n.sunt abolita,& mentem testatoris non habent.cum ergo relatio fiat ad proxima, necesse est intelligere de eo testamento, quod immediate præcessit, nec potest testator sibi dare formam auctoritatis, sed voluntatis: & ideo ꝯria voluntate potest recedere: & istam dicit fore finalem considerationem Iacob.de Belui. & Cyn.& in l.humanum.C.de leg.dixit pone, quòd imo in primo testamento testator dixit, quòd volebat illud testamentum valere,& non aliquod aliud, quod faceret postea,nisi ibi esset descriptũ, Aue Maria, de verbo ad verbum, hoc forte fecit timens, ne compelleretur ad testandum a consanguineis, postea pœnitentia ductus dixit, se pœnitere primi testamenti,tamen ibi de primis verbis nullam fecit mentionem:nec ponit Aue Maria in secundo testamento,& decidit,scd̃m testm̃ non valere,& si aliter diceremus,sequeretur absurdum, ꝙ si illorum verborũ non recordaretur,ꝙ non posset facere testamẽtum, vel ipsum mutare,quod est falsum. Et subdit,ꝙ si dicat non obstante aliquo alio testamẽto, quanquam non dicat non obstante tali testamento facto manu talis notarij,quod primum testamentum est reuocatum,quia nõ requiruntur verba omnino specialia: dummodo constet de mente,& hoc dicit tenere Io. Andr.in d.cap.j.de constitutionibus libr.6.in nouel. Secus dicit ibi Bal.si notarius dixisset,& hoc testamẽtũ valere voluit,aliquo alio non obstante:tunc non sufficeret illa verba: nam si lex requirit,quid specialiter,non ergo requirit,quid indiuidualiter, nec sufficit,ꝙ omnino generaliter,tamen sufficit,ꝙ in specie subalterna, puta non obstante aliquo alio testamento,& hoc dicit se probare: q̃a illa verba non possent adaptari, nisi ad vnam speciem testamenti, ad testamentum immediate præcedens. vnde habentur loco verborum singularium.l.j.& 2.ff.de libe.& posth. & addit,quod not. Archi.in c.j.de constitutionibus, li.6. Et sic Bald.duo sentit ibi,ꝙ si verba derogatoria
8 † apposita in primo testamento essent talia, de quibus testator non recordaretur,tunc secundum testamentum reuocaret primũ,licet non esset facta mentio de illis verbis derogatorijs positis in primo testamento.Cum ergo in casu nostro illa verba, Credo in Deum,erant talia,de quibus testator non poterat recordari,quia illa nesciebat.non enim poterant cadere in memoriam: quia nihil est in intellectu, & per ꝯñs in memoria, nisi prius fuerit in sensu.non enim poterat conseruare memoria sibi incognitũ & ignoratum.ergo eoipso,ꝙ apponit illa verba sibi incognita,& quæ non potuisset recordari, videtur, ꝙ nihil operantur,quia deducerent eum ad statum intestabilem, ergo sequitur, ꝙ potuit facere secundum testamentum sine illis verbis appositis in primo, & sic Bal.formaliter decidit casum nostrum. Sentit etiam Bald.ꝙ sufficiunt verba sub specie subalterna: quia tunc satis dicuntur specialia, quando fiunt sub specie subalterna: sed ita fuit in casu nostro: quia dicitur in ipso testamento,ꝙ istud vltimum suum testamentum voluit præualere omnibus alijs testamentis,& alijs vltimis voluntatibus:ergo sequitur,quòd valuit & tenuit istud secundum testamentum. Et ad hoc allego elegans dictum Bar.in l.j.in finalibus verbis.ff.si quis in ius vo.vbi dicit,quòd si quis renuntiatet omni priuilegio fori,licet non exprimeret de illo priuilegio fori,quod habent scholares, dicit, quòd sufficeret.nam ibi dicitur specialiter,non dicitur singulariter. nam sufficit,quòd species priuilegij exprimatur secundum suam speciem,non autem secundum suam singularitatẽ, allegat l.finalem.C.quod cum eo. & quod habetur in lege, generaliter.C. de non numera.pecu.& ita dicit debere intelligi, quod habetur in corpore, de hæredi.& falcid.§.pen.quod dicit esse menti tenendum,& cum illo dicto Bartol. transiuit ibi Baldus, & etiam idem Baldus in commento legis, edita.C.de eden.in versic.modo videamus.vbi dicit, ꝙ quædam requirunt specialitatem, quædam requirunt indiuidualitatem, & tunc requirunt certificationem specialissimam, & indiuidualem,& ista verè & medullitus declarant intellectum verissimum illius legis,si quis in principio testĩ.dum dicit specialiter,quia sufficit,ꝙ fiat mẽtio per speciẽ:

puta

9 puta† dicendo illud testamentum præualere omnibus alijs suis testamentis & vltimis voluntatibus: & ista apponūt gladium ad radicem huius quæstionis, & etiam allegat dictum Bar. in l. filiusfa. ff. de donat. vbi dicit, quòd dicitur fieri nominatim, quod fit verbis generalibus: vt l. Titius. in principio. ff. de libe. & posth. ergo magis sufficit fieri verbis generalissimis. Et in dicta lege, Titius. dixit Bartolus, quòd satis dicitur nominatim facere ille, qui nominat speciem, & quod idem Bartolus notat in lege, si quis mihi bona §. iussum. ff. de acquirenda hęreditate, & facit, quod in simili notat idem Bartolus in extrauagā. ad reprimendam. in versi. non obstantibus. & quod habetur in l. finali. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam, facit dicta lex, omnes. C. de præscriptio. 30. annorum. Præterea facit, quod notat Angelus in lege, sicut certi. & in lege, si uel in utero. C. de testamēto militari, & in lege, qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerborum obligationibus, & in l. tres fratres. ff. de pactis & in lege manifestissimi. C. de fur. ubi dicit, ꝙ quotiescūq; est dare scientiam in genere, & ignorantiam in spē: tunc lex loquens de ignorante in genere, non habet locum in ignorante in specie, & sciente in genere, & de hoc est textus singularis & melior de corpore iuris in lege, qui iure. ff. de testamento milita. & ibi notat Baldus & Angelus. Modo in ꝓposito nostro iste testator habebat notitiam in genere, ꝙ fecerat aliud testamentum, posito non tamen concesso, quòd ha buisset ignorantiam in specie de illo primo testamē to: tamen sciebat fecisse aliud testamentum: si ergo in secundo testamento dixit, quod uolebat illud ꝓualere omnibus alijs suis testamentis, uidetur, quod comprehendat, & reuocet testamentum, quod in specie ignorabat: ex quo in genere sciebat se fecisse aliud testamentum, & istud in ista consultatione est subtile. Cum ergo in proposito nostro iste testator habuerit non solum notitiam in genere: sed etiam in specie de illo testamento. ergo sequitur, quod indubitanter primum testamentum est reuocatum. & per consequens ex isto secundo testamento debentur legata illi dominæ Catharinæ. Præterea facit, & ad hoc accurate animaduertat dominus iudicans,

10 uerba † derogatoria in contractu operantur idem, quod operantur in ultima uoluntate. gl. est singula. in lege, pacta nouissima. C. de pac. & idem operātur in vltima voluntate, quod operantur in legibus, gl. est in capitulo primo, de constitutionibus, libro sexto, sed certum est, quòd in contractibus & in legibus sufficit reuocatio generalis: licet non generalissima, vt voluit Paulus, & superius est dictū: ergo idem erit in vltima voluntate, & quam partem tenuit Angel. in dicta authentica, hoc inter liberos. Glo. in lege, si tibi, & mihi. §. in legatis. de lega. 1. ponit duas opiniones. Prima est, ꝙ simpliciter dicat, me pęnitet prioris voluntatis, secunda est, quod exprimat qualitatem prioris testamenti. cum prima opinione transit Accursius in dicta l. diui. §. licet, de iure codicillorum a prima & secunda glos. in dicta lege, si quis in principio testamenti. dicit gl. sufficere, si dicat, secundum valere, sed in tertia gl. dicit, quòd debet fieri mentio specialis, & per iura superius allegata apparet, quod satis dicitur mentio specialis, quando est facta in specie: licet non fiat in indiuiduo. Præterea facit, quod voluit Baldus in lege tutor. ff. de testamentaria tutela. vbi respondet ad dictam legem. diui. §. licet, quòd

11 † omnis clausula, per quam aufertur libera potestas testandi, est nulla: sed in casu nostro considerata ruditate, & ignorantia istius testatoris, illa clausula, ꝙ per extensum ponatur in dicto secundo testamēto, Credo in Deum, reddit ipsum intestabilem, vt est dictum: ergo sequitur, quòd istud secūdum testamentum præualebit primo, & optimè facit, quod notat idem Baldus in lege final. in princip ff. de legatis secundo. Et cum fuisset hic de facto Bononię quæstio, vidi iudicari pro secūdo testamento, quia in primo testamento erat clausula, quòd non intendebat primum testamētū reuocare per secundum, vel quodcunque aliud nisi in secundo testamēto, apponeretur, Aue Maria, per extensum, & postea fecit secundum testamētum, quod voluit præualere omnibus alijs suis testamentis retro per eum factis, & fuit longe dubitatum, si primum testamētum erat sufficienter reuocatum per secundum testamentum illo modo factum: & fuit sententiatum, & determinatum, quòd sic. Ita & multo fortius idē erit in casu nostro: quia testator iste erat ruralis, grossus, & literarū ignarus, nec sciebat, credo, per extensum, & sic non poterat per extensum illud apponere in secundo testamē to, & sic videbatur se ponere in statu, in quo erat intestabilis, & sic clarissima, & verissima elicitur conclusio, quòd secundum testamentum præualet primo, & habet æquitatē, & ius commune pro se, quia vltima voluntas est ambulatoria vsque ad mortem, vt dictum est, & vltimæ voluntati est standum: ergo. Tum etiam, quia ista videtur esse opin. communis, quam sequūtur tot illustres doctores & eam tenuit Iacobus de Beluisu. & Iacobus Aretinus, & eam sequutus est Cyn. in dicta lege sancimus, & eam sequutus est ibi Baldus in dicta authentica, hoc inter liberos, & in dicta lege, humanum, & in dicto capitulo primo, de constitutionibus. libro sexto, & Angelus in dicta authentica, hoc inter liberos. & Ioannes Andre. in dicto capitulo primo. cuius auctoritas fuit maxima, & est, & dixit Baldus in capitulo cum olim, de re iudi. ꝙ in consulendo non intendebat recedere a fundamento iuris quod fundamentum dixit esset Ioannes Andre. & Angelus in commento legis, si certis annis, dicebat Ioannem And. fuisse speculum & etiam istam opinionem sequitur Paulus summus canonista in dicta clementina prima, de sepultur. & etiam maximus practicus, & theoricus Ioannes de Fantucijs in dicto capitulo primo, de constitutionibus, libro sexto, & iudicando ita seruatur, & etiam istud voluit Bartol. vt superius induxi in dicta lege, si quis in principio testamenti, & istud etiā voluit glo. in dicto §. licet. Quis erit ergo ita amens, quòd contra istos patres vellet iudicare & maximè in casu nostro, in quo rusticus, & ignarus literarum dolo hęredis fuit inductus, ad apponendum verba, quæ ipse ignorabat, & isto casu non loquitur Dyn. nec Bartolus, nec Petrus de Ancharano, nec dominus Cardinalis in dicta clementina prima, de sepult. Præterea est summe aduertendum, quia hæres prædictus sol-

12 uit† vigore legati relicti in isto testamento vltimo libras 10. bo. relictas ecclesiæ sancti Martini, & aduersarius confitetur illas 10. libras fuisse solutas dictę ecclesiæ, sed dicit se credere, ꝙ vigore testī primi: sed istud est falsum, quia solum relictæ fuerunt in isto secundo testamento Item soluit etiam dictus hæres, seu consignauit vnam petiam terrę, ecclesiæ Sancti Iacob. q̄ relicta fuit per ipsum testatorē in isto scđō testamento, ex quo apparet liquidissimè, ꝙ adiuit ex isto secundo testamento: quia eo ipso ꝙ soluit legata relicta in isto secundo testamento, videtur adiuisse ex illo secundo testamento. lege, pro hærede, in prin. l. gerit. ff. de acquirenda hæreditate. l. j. & secunda. C. de repudianda, vel abstinenda hereditate. si ergo adiuit ex isto secundo testamento, tenetur adimplere legata, & relicta facta in isto secundo testamento. hoc probo per tex. in authētica, sed cū testator. C. ad legē Falcidiā. vbi si hæres incipit soluere aliquod legatum, & non deduxit falcidiā, si postea petantur

alia

alia legata, ipse non potest dicere, ꝙ hæreditas nõ est sufficiens ad falcidiam: ideo vult detrahere: quia potest sibi replicari & dici, amice, tu semel approbasti patrimonium defuncti, quia illi legatario integre soluisti: & sic tenetur soluere alijs legatarijs: ita in casu nostro. Et si dicatur, amice, illa authentica loquitur eo casu, quo testamentum erat solenne, & valebat, sed istud erat validum: ideo gloss. elegans in l. non dubium. C. de testa. dicit, quòd ex testamento non solẽni agnoscẽdo vnum legatum, hæres nõ propter hoc tenetur ad alia legata. Ad hoc respondeo dupliciter. primo negando assumptum, quòd istud testamentũ sit inualidum: imo est solenne & validum, vt superius est dictum. Secundo respondeo & aliter hoc modo, vbicunque testamentum est inualidum fauore hæredis, tunc approbatione hæredis reconualescit. l. filio præterito. & ibi Bar. ff. de iniusto testa. l. posthumo. per Bar. ff. de contra tabu. sed in casu nostro, posito non tamen concesso, quòd istud esset inualidum, illud esset propter fauorem hæredis, quia fauore hæredis instituit fuerunt appositæ dictæ clausulæ derogatoriæ in primo testamento, vt apparet ad sensum. Modo in proposito, eo ipso quòd agnouit vnum legatum, approbat illud testamentum quo ad alia omnia. ista est glos. multum singula. in d. l. non dubium. coniuncta d. authẽ. sed cum testator. hoc etiã expresse dixit supremus doctor Bart. in d. l. non dubium. ita declarans & intelligens illam gloss. ergo sequitur, ꝙ eo ipso, quòd agnouit illa duo legata in isto secundo testamento, videtur agnouisse volũtatem defuncti in omnibus alijs relictis, & ista est pura veritas, & eo maxime, si ista legataria erat plurimum dilecta ipsi testatori, per tex. & gloss. in l. in testamento. ff. de fide. liber. & per glo. in l. si iure. C. de testa. manu. & qđ ibi no. Bald. Præterea etiam facit, quia in isto † secũdo testamẽto est apposita clausula codicillaris, si nõ valet iure testamenti, &c. quo casu Bart. videtur formaliter decidere istam quæstionẽ in l. j. ff. de iure codicil. in princi. vbi dicit, quòd si præcessit aliquod testamentum, quod non est reuocatum per istud secũdum testamentum, quod valet iure codicillorum, illi hæredes succedentes ex primo videñt rogati adimplere disposita in isto scđo testamento. quicũq; enim aliquo modo sit hæres, vr̃ rogatus per l. si quis cũ nullũ. ff. de iure codi. præterq̃ si esset hæres ex testamento postea facto, vt ibi per Barto. & sic Bar. formaliter decidit istã quęstionem, ergo sequitur, posito non tñ cõcesso, ꝙ istud secundũ testamentũ non reuocasset primum, nihilominus hæres scriptus in primo testamento vr̃ rogatus adimplere disposita in isto scđo testamento, ergo sequitur, ꝙ quocũq; se vertat iste hæres scriptus, incidit in sylla, qa oĩnõ tenetur adimplere contenta in isto scđo testamento, & per ꝯñs ad legata relicta in isto scđo testamẽto huic dominæ Catharinæ, & sic multifarie, multisq; modis probatum sole clarius est, istam dominam Catharinam debere consequi legata sibi relicta in isto scđo testamento. Nec obstant allegata superius, quia nec pungũt, nec stringunt. Ad l. si quis in principio testamenti. apparet optima responsio per Io. And. in d. c. j. & iam dominus Salustius in suo reddito ꝯsilio illã refert. Nec ob. cũ dixit ille tex. specialiter, qa satis fuit facta mentio specialis, ex quo fuit deuentum ad speciem, licet non indiuiduum, vt superius dixi, & iam ex superius dictis apparet responsio ad in contrarium allegata. Et ex superius dictis concludo in fauorem dictæ dominæ Catharinæ, ideo partes domini iudicis erunt in compellendo ipsum hæredem ad satisfaciendum de dotibus, & legatis relictis per ipsum testatorem huic dominæ Catharinæ in dicto secundo testamento. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Cum liberationes intercessissent vtiles omniũ debitorum, conuentiones & transactiones per procuratorem creditorum assertorum, deinde secutas per testatoris cõmissarios, etiam illarũ nescios & eosdẽ assertos creditores, nullius momenti fuisse cõstat. Earũ quoque liberationum imbreuiaturam publicam vtilem fuisse, & probare. Et eiusdẽ extensionem, secundum liberationum naturam & consuetudinem notarii defuncti factam, legitimam fuisse.

SVMMARIVM.

Transactio, post sententiam a qua non est appellatum, vel laudum, vel arbitramentum nullius est momenti. nu. 1.

Conuentio nulla est errantis & ignorantis. nu. 4. & 5.

Transactio mala fide inita, nouis repertis instrumentis rescinditur: secus si bona fide. nu. 6. & 7.

Procurator certis casibus transigere potest, & debitorem liberare. nu. 8.

Mandatum de soluendo debito simpliciter, de debito, quod exigi potest, intelligitur. nu. 9.

Commissarij ad restituendum dati non habent potestatem confitendi. nu. 11.

Imbreuiatura publica facit fidem, & pro perfecta habetur quò ad solennitates, sed quò ad renuntiationes, & similia recipit interpretationem iuris, & consuetudinis notarij. nu. 12.

Imbreuiaturę extensio quando & quomodo fieri debeat. nu. 13.

CONSILIVM LXXIIII.

In proposita Facti quæstione videtur, ꝙ causa pauperum apertam foueat iustitiam: & videtur, ꝙ quittatio & absolutio facta per illum Corradũ de Pogijs nomine illorũ spectabiliũ creditorum præualeat alijs transactionibus, seu compositionibus postea factis, & sic super vento laborat iste ser Antonius de Boronibus ꝓcurator assertorũ creditorũ, ꝙ sic ostẽdo. nã in dicta absolutione & liberatione dicitur, ꝙ d. Corradus procurator ipsorũ creditorum: vt constat publico instrumẽto, scripto & rogato per Geraldum de Bosono notarium Mediolanẽsem sub die 10. mẽsis Martij, ꝑ vna declaratione seu sentẽtia lata ꝑ quodã venerabilẽ virũ fratrem Nicolaum de Bononia ordinis Prędicatorum confessus est habuisse & recepisse libras quingentas imperialium, quas habuit ex causa prædicta. vnde prædictus Corradus fecit. & facit prædictis dominis cõmissarijs ibi pręsentibus, &c. finẽ, refutationẽ, qttationem, transactionem, absolutionem, liberationem, & pactum liberatorium de non petendo in ꝑpetuum aliquid de prædictis libris quingẽtis, & generaliter de oĩbus & singulis pecuniæ quantitatibus, & rebus, & quibus ipsi domini fidecommissarij eisdẽ creditoribus tenebãtur, & obligati erãt, aut teneri & obligati esse poterant, vel dicerentur, seu dici possent ab hinc retro vsq; in præsentẽ diẽ. Aut dicimus illã fuisse sentẽtiã, seu declarationẽ factam per illũ fratrẽ Nicolaũ de Bononia: aut laudũ, seu arbitramentũ, aut dicimus ipsam esse trãsactionem sup pecunijs, aut bonis de debitis p̃fatis creditorib⁹ in hęreditate illius quondam Christophori. Si dici-
1 mus ipsam esse sententiam † seu laudum, aut arbitramẽtũ, quodcunq; de istis capiamus, certum est, ꝙ dicta secũda transactio fuit nullius momẽti. hoc dixit text. in l. post rem. ff. de transa. l. eleganter. § si post

post rem iudicatam. in ver. transactionem nullius momenti.ff.de condi.inde.& qđ no.Bar.in l.post rē. ff.de transac. vbi habet, ꝙ quãdo petit̄ executio alicuius sententię, pars, contra quam petitur, non potest petere illam causam committi in arbitratores ex forma statuti loquentis, ꝙ quoties compromittatur, etiam cum non sit quęstio: quia iam decisum est, cū arbitramētū sit trāsactio: vt ī auth.vt nulli iudi.§.si verò contingit.Inn.in c.quintauallis. de iureiur. etiam idem dicit esse, quando petitur executio instrumenti confessionati, qđ videlicet iudicati, seu sententię obtinet, quòd nō possit peti compromissum, sicut de re iudicata.facit, quod voluit idē Bar. in d.l.eleganter. §.si post. & ibi An.vbi refert se consuluisse de facto.facit l.cum hi. §. si cū lis. ff.de transac. & ibi Bar. dixit illum tex. facere ad multa.nam tutores & similes administratores possunt transigere super re dubia, vt no.in l. imperatores.ff.de pac. quòd intelligitur, nisi lis fingatur, quia tunc non potest transigi. facit, quod no.Inno. in c.grauis. de deposita.& Ange.in consilio incipiente, in splēdissima ciuitate Florentię. & quod not.do.Pe.de Ancha.cōsilio 111. & Ioānes de Imo. dñs Cardinalis Florentinus, & dñs Abb.consiculus in c.interposita.de arb. Bal.in l.j. C.quando prouo.non est neces. & in l.si diuersas.C.de transac. Et ideo dixit idem Bal.& ibi Raphael Fulgosius in l.2. C.de leg. statuto cauetur, ꝙ causę vertentes inter consanguineos compromittātur, ꝙ intelligit̄ de causa dubitabili, secus si erat liqda & clara: quia tunc non habet locum istud statutum, & in l.ancillę.C.de fur.& Bart.in prima cōstit. C.cum ergo in proposito nostro dicatur in dicto instrumento, pro vna declaratione, seu sentētia, si fuit
2 declaratio: ergo† sequitur, quòd nulla erat dubitatio: postquam emanauerat declaratio. nam transactio fit super dubio, vt in iuribus præallegatis: sed hic facta erat declaratio, ergo impossibile erat, ꝙ posset fieri transactio, quia deficiat substantiale ipsius transactionis, quod quidem substantiale consistit super dubio. vnde infertur necessario, quòd vbi non cadit dubitatio, nō cadit transactio.actus enim actiuorum sunt in patiente disposito: vt dixit Aristoteles in primo de anima. idem erit si dicamus, ꝙ fuit sententia, quia post sententiam, a qua non est appellatum, nō potest transigi: vt in dicta lege, post rem, cum si.Et si dicatur, ista non fuit sentētia: quia ille magister sacræ paginæ erat homo priuatus: & nullatenus habebat iurisdictionem: ergo nō potuit ferre sententiam: quia iurisdictio est iure publico introducta, vt l.j.ff.de iuris.om.iu. vnde non confert pacto priuatorū. l. priuatorum. C. de iurisdictione omnium iudicum. ergo non fuit sententia. Ad hoc
3 respondeo, quòd etiam† appellatione sententię, venit sententia arbitri, vt est textus in capitulo primo, in verbo & omnium sequatur sententiam.& in capitul.dilecti.in ver.sententiam.& in capitu. cum dilectus.in ver.iudicare.& in capitu.ex parte.in ver.sententiam, de arbi.& in lege, diem proferre. §.stari. in ver.sententię arbitri. ff. de arbi.& in l. si dictum.§.si cōpromisero. in versi.sententiæ. ff.de euictionibus. & in lege, quid ergo.§. ex compromisso.ff.de his qui no. infam.& sic cum ista fuerit declaratio, aut sententia, sequitur necessariò, quòd secunda cōuētio, seu transactio facta cū ipsis creditoribus de soluendo p ipsos fideicōmissarios annuatim florenos aureos quinquaginta, non tenuit, nec valuit: quia non potuit fundari super incerto & dubio, qđ est substātiale ipsius transactionis.& per consequens non valuit.facit gloss.in lege, admonendi. ff. de iureiurando.in gloss.secunda, quæ voluit ex mente Barto.ibi, quòd per noua instrumenta de partium voluntate confecta non potest ab ipsa sententia recedi.& allegat.ibi Bart.solennem.glo.in d.l.si diuersa.C. de trāsa.& in l.2.C.quādo prouo.nō est necess.& licet Bal. in dic.l.admonendi.impugnet illam glos.per d.l.eleganter.§.si post.& l.si ꝯuenerit.ff.de re iudi.quæ iura nihil faciunt: quia aliud est diligenter considerādū: quia aut per instrumenta post sentētiam a partibus confecta confirmatur illud idem, quod iam per sentētiam fuit iudicatum: & hoc per modum nouationis: & tunc licitè partes possunt recedere a sentētia. l. 4.§.si ex cōuentione.ff.de re iudi.l.si minor 25. annis, cui fideicómissum, ff.de mino.l.si causam iudicati non nouasti.C.de excep.rei iudic. & iste non est casus noster, quia isti creditores asserti post illam declarationem, seu sententiam illius magistri sacræ paginę, quam iam procurator dictorum creditorum mandauit executioni, & confirmauit & ratificauit, & pecuniam accepit: vt apparet ex instrumento absolutionis, & etiam inferius ostendetur: nec illud isti creditores & commissarij ratificauerunt, aut confirmauerunt, nec nouauerunt: sequitur, ꝙ ista secūda transactio & conuentio fuit nulla, per illud instrumētum nouiter confectum post illam liquidationē absolutionem & liberationem, aut partes volunt recedere a sententia per instrumenta nouiter cōfecta per modum transactionis: & tunc non possunt, nec valet tali casu transactio.l.j.ff.de transac.l.2. C.eo.& probatur in dicta l.post rem.& in dicta lege, eleganter.& idem est dicendum, si vellent recedere a sentētia iam lata per viam compromissi, vt est casus in d. cap.exposita.de arb.& no.in locis superius alle.Modo in casu nostro, cum iste partes post iam latā sentētiam, seu declarationem, iam executioni mādatam, & satisfactionem dictæ quantitatis non potuerūt recedere per viam transactionis, aut conuentionis, recedēdo ab ipsa sentētia, vt diximus: vtrū partes possint per instrumenta de nouo cōfecta recedere ab ipsa sententia iam facta, eidem renuntiando: & tunc clarum est, ꝙ possunt renūtiare sniæ iam latæ: quia possum renūtiare iuri mihi quæsito ex snīa, vt est gl. ordi.in l.si duobus.ff.de excep.rei iudi.& iste non est casus noster, quia iam isti commissarij in hac secunda transactione non renunciarunt illi liquidationi, & sententię latæ per illum magistrum sacræ paginę, nec etiam renuntiarunt liberationi & absolutioni factæ dictis cōmissarijs per illum Corradū ꝓcuratorē ipsorum creditorum, vt apparet ex ista secūda & vltima conuentione, & trāsactione facta inter ipsos commissarios, & ipsum creditorem. Et ꝙ potissimū est in casu nostro, quia isti cōmissarij, q interfuerunt in ista conuētione, & transactione facta postea cum
4 istis † creditoribus, ignorarūt illam primam absolutionem, & liberationem factam per illum Corradū procuratorem de dicto debito, si debitum dici poterat, ergo sequitur, ꝙ talis conuentio nō potuit tollere illam liberationem, q̄ ipsi commissarii ignorabāt. vnde nulla conuentio comprehendit, aut se extēdit ad ignorata.l.fi.C.de condi.inde.l.fi.§. idem quæsiit. ff.eo.l.si per errorē.ff. de iurisd.om.iudi.l.error.C.de iur.& facti igno.vnde videt̄, ꝙ per errorem, seu per ignorātiam isti commissarii fecerint istam secūdam, seu vltimam conuentionem, de soluēdo annuatim quinquaginta florenos aureos, & per consequēs nō obstat eis, quin possint venire contra. vnde est casus valde singularis in d.l.fi. §.idem q̄siit.ff.de cōdi.inde. ꝙ quando quis per errorem, seu ignorantiam inducitur ad aliquem actum: licet promittat non cōtrauenire, nō facit sibi præiudicium, vt ibi est casus singu. & not. vnde si quis per ignorantiam soluit indebitū, & promittit nullam controuersiam mouere, & sic nō cōtrauenire, non præiudicat sibi, quominus pos-

sit solutum repetere per cõditionem indebiti. ratio est secundum dominum Bart.ibi: quia ex eodem errore, quo inducitur ad soluendum indebitum, eodẽ errore inducitur ad faciẽdum dictam promissionẽ: & ideo non debet præiudicare, arg.l.doli mali exceptio.§.diuersum.ff.đ noua.l.si mulier.C. ad Velleia. facit, quod no.Bart.in l. qui Romæ.§.duo fratres.ff. de verb.ob.& etiam plus dixit Bar.in d.§. idem quæsijt, quòd etiam si renuntiaret condictioni indebiti, vel sine causa, & omni alteri auxilio, quòd non præiudicabit sibi talis renuntiatio, per rationem prædictam, nisi in ipso instrumento apponerentur ista verba, sciens se ad prædicta non teneri. facit, quod ipse no.in l.si dari.ff.de ver.ob.& in l. Theopompus.ff.de do.præle.& Bald.in l.mater. C.de rei vendi.& in l.2. C.de rescin.vẽdi.& in l.j.C.de confes.sed in proposito nostro ponitur totum contrarium: quia in dicto vltimo instrumento conuentionis, & transactionis dicunt illi cõmissarij, & asserũt illũ creditorẽ dẽre habere a dicta hæreditate illius domini de Valerijs.& sic apparet eorũ ignorãtia manifesta & expressa: qa veritas aliter se habet, vt apparet ex illo instrumẽto nouiter reperto, in quo interuenerunt commissarij isti, videlicet frater Blãcus de Parma Prior ordinis Carmelitarũ, frater Baldesar de Angelo frater Marcus de Ferraria; Rolãdinus de Cõstulis Andreas de Valerijs. Sed in secunda conuentione interuenerũt isti cõmissarij, videlicet magister Ioã. de Tiuoli: frater Iacominus de Cremona: frater Antonius de Bononia: frater Blancus de Parma: & comes Christophorus de Valerijs: Ioãnes de Burzijs: & in tertia cõpositione, seu secũda facta, 1448. etiam interuenerũt alij commissarii ab illis primis, qui interuenerũt in illo primo instrumento absolutionis & liberationis factę per illum Corradum procuratorẽ, & sic clarissime & ad oculum apparet, ꝙ isti commissarii ignorarunt compositionem, finem, & absolutionem factã ꝑ illũ Corradũ: qa ĩ facto alieno est regula, ꝙ ꝓsumitur ignorantia.l.fi.ff.ꝓ suo.c.ab excõmunicato, de rescri.cũ si.vñ eo ipso, ꝙ non ꝓbat, ꝙ sciuerint illã primam liberationem, præsumitur, ꝙ ignorauerint, ex quo ius præsumit ignorantiam in facto alterius: vt dixit gl.no.in l.j.C.de testa.mili.l. super seruis.C.qui mili.non pos.li.12.l.si creditor. in gl. C.de pig.acti.l. in testõ.C.de testa.mili.& etiam glos. in c.proposuisti.82.dist. c.super eo.de testi.cogen.c.sicut.el 2.de iureiu.c.pe.de exce.c.3. de præscri.Saly.in l. si falsos.C. de fal.Ita dicamus in proposito, cum isti commissarij fuerint alij ab alijs primis, ergo ignorauerunt illã primam absolutionem, & per consequens per errorem & ignorantiam fecerunt postea istas duas ꝯuẽtiones cum istis creditoribus, & ꝑ ꝯñs oẽs clausulę ĩ ea appositę, & omnes assertiones, & omnes renuntiationes per errorem emanauerũt, & per ꝯñs sunt nullę, & nullius effectus, & laborant eodẽ morbo, & eodẽ vitio, quo laborat ipsa ꝯuẽtio, & ipsũ principale. Facit siĺe, qđ dixit gl.fin. ĩ l.si patronus.§.patronũ.ff.

¶Statuto Ferrariensi cauetur,vt agnati præfertur omnibus cognatis transuersalibus. vnde inter agnatum & cognatum nata est cõtrouersia. Sed cũ hic cognatus proximior esset,& forensis,nec statuto subditus.Statutum vero correctorium iuris communis,& in personam etiam conceptum, eo teneri non potuit,& in causa superior fuit.

SVMMARIVM.

Proximior in gradu cognatus , vel agnatus ab intestato in re cõmuni præfertur.nu.1.

Statutum corrigens ius commune restringendum est, & reducẽdum est ad ius commune,quantum fieri potest.nu.2.

Statuta generalia non subditos non comprehendunt.nu.3.

Exclusio ab hæreditate exhæredatio quædam est, quæ non valet, nisi nominatim fiat.nu.4.

Constitutio sicut non ligat forensem in eius damnum : ita nec in fauorem & commodum eius. nu. 5.

Statutum personam concernens ad forensem non extenditur,nu. 6.& 10.

Exclusio alicuius a iure suo,seu ab actione pęna est.nu.7.

Causæ efficientis limitata potentia,limitat effectum.nu.8.

Statuti verba non adaptantur ad ea,quæ impossibilia sunt statuentibus.nu.9.

Statutum in dubio contra statuentes interpretari debet.nu. 11.

CONSILIVM LXXVI.

Videtur, Quòd in præsenti successione debeat attendi statutum Ferrariense in bonis sitis Ferrariæ,& non ius cõe,& per consequens agnatus,licet remotior, excludet illum cognatum licet proximiorem:quod sic ostendo. Ad casum,ad quem adaptantur verba statuti,adaptatur ipsum statutum.l.j. ff.de

mag.

mag.conue.l.4.§.toties.ff.de dam. infec. & quod ibi pulchre dixit Barto.& idem Bar.in l.ita autem. ff.de adminis. tu. & in l.quod constitutum.ff.de testa.mili. & in l.debitor.§.verisimile.ĩ aliquibus lecturis. ff.de contrah.emp.tex.in l.hos accusare.§.omnibus.ff.de accu.& in c.indemnitatibus.§.sed cum eas.de elect. lib.6.& quod ibi not.Dominicus, & sic istud assumptum est verissimum:sed verba istius statuti adaptãtur ad istum Iordanum cognatum: dicitur enim in dicto statuto.& ipsi etiam agnati preferantur omnibus transuersalibus cognatis:quia iam est Iordanus cognatus,& etiã adaptantur ad ipsum Floriũ agnatum.ergo sequitur, ꝙ adaptabitur eius dispositio.Et si quispiam opponat,amice,istud est verum data potentia ipsius statuti, si cognatus ille est subditus statuenti:tunc enim fateor de plano,ꝙ ad id, ad quod adaptantur verba,adaptatur dispositio, sed in casu nostro non est dare iurisdictionẽ,& per consequens potestatem statuendi ipsis statuentibus supra illum Iordanum,ergo sequitur,ꝙ tale statutum non comprehendit illum Iordanum cognatum. Ad hoc rñdetur, ꝙ hic agitur de bonis positis in territorio statuentis,& sic de rebus subiectis iurisdictioni suæ.ergo respectu illarum potuit statutum ligare ipsum forensem nõ subditum, quod apparet, ex statutum potest excludere forensem ab acquisitione rerũ positarum in territorio ipsorum statuentiũ.l. 2. C. q̃ res expor.nõ debent.l.mercatores. C.de cõmer.& mercato.vbi Impera.prohibet Persis, qui tunc non erãt subiecti imperio,ꝙ non possent commercium facere in locis imperii,& qđ no.ĩ l.fi.C.de fund. limi.lib. 11.& in l.fi.C.de fund.rei priua.e.lib.l.fundos. C.de fun.patri.eo.lib.l.fin.C.de exacto.tribu.lib.10. & l.1. C.nõ lice.habita.metro.libr.11.gl.in l.dudum.C.de ꝯhẽ.empt.cum ergo concurrat potestas statuentiũ: & etiam concurrat voluntas ipsorum: quia dicunt, ꝙ agnati præferantur cognatis,sequitur necessario, ꝙ tale statutum cõprehẽdit ipsum Iordanum licet forensem,ex quo bona, a quibus eũ excludit in territorio ipsius statuẽtis & ad hoc formaliter, & in indiuiduo allego doctrinam Bal.in quodam suo consilio incipiente, in noĩe dñi, punctus talis est. refert illud consilium & sequitur solennis doctor D. Petr. de Ancha.in commento,c.canonum.de constitu.in 12.q.principali. in versiculo. Quæro iuxta prædicta. vbi ipse quærit de qõne tali, cauetur statuto Tuderti,ꝙ mater non succedat filiis, nisi in octaua parte: modo mulier de Vrbeueteri nupta Tuderti procreauit filium,& remansit vidua, & rediẽs ad Vrbẽuueterẽ,ibi nupta:deinde ille fili⁹ decessit:q̃rit,an illa mater succedat in toto,secundum dispositionẽ iuris cõmunis:an vero succedat in octaua parte: & sic secũdum dispositionem iuris municipii,& per cõsequẽs statutum comprehendat matrẽ forensem? concludit quòd sic: qa in successionibus seruandæ sunt leges loci,vbi bona sita sunt,all.no.ĩ l cũctos populos. C.de sum.tri.& no.ibi per Bar.& Bal.& no.per se in dicta 12.q.versi.sed tunc remanet forte dubiũ.& dãnat ibi do.Pet.doctrinã Bar.in d.l.cunctos populos, & dicit,ꝙ communis opi.se habet, quod attẽdatur locus rerum in successione intestati. & ideo mater non succedet,nisi in octaua parte,quasi alienatione tacitè prohibita in matrem,nisi in octaua parte.arg. l.codicillis.§.pe.ff.de le.2.referens ita cõsuluisse Bal. in contingentia facti. Et est bene ponderãdum hoc dictum.Primo:quia dicit esse commune, quo casu est sequendum iudicando & consulendo:vt l.j.de senato.l.athletas.ff.de his qui no.infa.l.ita vulneratus. ff.ad l.Aquil.c.in canonicis. 19. di.ca.de quibus.20. dist.§.quidam,de pen.dis.j. Inn.c.ne innitaris prudẽtię.de constit.cum si.Secundò; quia ponunt exẽplũ in matre:vt tale statutũ excludat matrem a luctuosa hæreditate filij sui,quod est grauius. iuxta no.per omnes in l.precibus.C.de impuber. vnde multo fortius tale statutũ excludet istum Iordanũ cognatũ, licet forẽsem.& in veritate reddit ista doctrina ꝯsultationẽ istam valde dubiã,si vera est. Est præterea solenni aĩaduersione pensandũ: qa in casu nostro iste agnatus volẽs gaudere & frui dispositione istius statuti Ferrariensis, quo casu succedit elegãs doctrina Baldus in consilio suo incipiente, Martinus Ioannis de Florentia.vbi ꝯsuluit,quòd eo ipso,quòd statutũ exprimit agnatos masculos,intentio sua est prouidere illis agnatis masculis exclusis fœminis, vel alijs ex fœmina prouenientibus: & hæc mens statuentium sumitur coniecturatiuè,ex causa & ratione, quæ verisimiliter mouit statuentes,ratione cuiusdam compensationis præsumptæ ex quadã consuetudine cõmuni modernorum temporum, ex qua consuetudine probabiliter sumitur couiectura mentis:& ratio statuentibus.l.si seruus plurium.§.fi.de leg.j.Cõsuetudo enim moderna est, vt superius agnationis succedant oneribus defunctorum,quantum ad propulsationem iniuriarum actiuè & passiuè: & ad multa similia incommoda.est ergo æquum, vbi collocẽtũ cõmmoda prouenientia ex agnatione.l.j.§.fin.ff.de aqua plu.ar. secundo ratione cuidam publicæ vtilitatis, quæ tribuit facultates suas, vt familiaris salua sit dignitas,quæ absque diuitijs non cõseruatur.l.ab omnibus.circa principium.ff.de leg.1.l.1.§.si seruus. ff.de vẽ.inspici.iõ onera ipsius municipii spectant solum ad subditus ipsius municipii:iõ cõmoda prouenĩetia ab ipso municipio debent applicari ipsis subditis,ar.l.ſm nãm.ff.de reg.iur.l. fi.§.pe. C.de furtis. ergo in casu nostro cum iste agnatus sit ferrariensis. ergo vigore istius statuti excludet forensem cognatũ:& ista est ratio coniecturatiuè mouens ipsos præfati statuti latores. non enim statuta ciuitatis debẽt visa peregrina consideratione violari.19.di.c. quæ ꝯ morem.12.di.c.illa,cum simi.& potissimè: quia pone,quòd iste cognatus esset Ferrariensis, certè excluderetur ab agnato Ferrariẽsi: ergo multo fortius excludetur cognatus forensis, ex quo statutum potest excludere cognatum forensem a successione intestati respectu bonorum positorum in territorio statuẽtis,vt est dictum.& verba ipsius statuti cõprehendũt ipsum Iordanum cognatũ.& etiam est mens & cõiectura ipsius statuti.Facit glo.quæ reputatur vnica,in l.tale pactũ.§.fi.ff.de pac.& in cle.1.de rescrip.& in c. 2.de confess.lib.6.& in cap.1.de rerum permuta.eo. lib.Præterea facit,ista defuncta transtulerat domicilium suum in ciuitate Ferrariensi, quia nuptui fuit tradita Ferrariæ. vr̃ ergo ex hoc,ꝙ in istis bonis Ferrariensis seruari dẽat ius municipii,vbi res sitæ sunt, arg.l.rescrip.§.fi.ff.de mu.& ho.& l.īcola.la 1.ad muni. Vñ Saly.in d.l.cunctos populos.ver.or attende.dicit,ꝙ inq̃tũ Bart.ibi distinguit, qñ verba statuti sunt concepta in personam,ipse dicit se aliter distinguere:& dicit,ꝙ qñ statutũ dirigit verba sua in personã, tunc aut ille transtulit domicilium suum ad locum statuti:& tunc in bonis ibi sitis seruetur statutum illius loci,quo casu videtur clare decidere istam quæstionem,ꝙ in bonis Ferratiensibus seruetur consuetudo,seu statutum Ferrariæ,ex quo ista mulier transtulerat domicilium Ferrariæ: quia consuetudo loci ligat forensem ibi domicilium habentem:quinimo videtur constituisse, velle viuere,& mori secundũ leges & consuetudines Ferrarienses. Et ista erãt, quæ iudicio meo faciebant dubiam istam consultationẽ:sed istis sublatis,& plenè,& canonicè discussis apparebit veritas ĩdubitata huius hæsitationis. ¶ Et licet ista sint satis colorata, tamẽ non attingunt casum

sum nostrum. Ideo illis non obstātibus contrarium puto esse verius de iure: videlicet, quòd statutum Ferrariæ non excludat ipsum Iordanum forensem, & per consequens quantum ad ipsum Iordanum attendetur ius commune, & nō ius Ferrariense: quod sic ostendo. Istud statutum Ferrariēse est correctorium iuris communis: quia excludit cognatum proximiorē, & includit agnatum remotiorem, quòd est secus de iure communi: vt lege auunculo. C. communia. de succes. in authentic. de hæredi. ab intestat. §. si vero neque fratres. & §. nullam.
1 vbi in successione † ab intestato præfertur ille, qui est proximior in gradu, siue sit cognatus, siue sit agnatus, & sic ipsum statutum tanquam sit correctorium iuris cōmunis est stricte intelligendum, & nullo modo extendēdum, & quantum fieri potest reduci ad terminos iuris communis. capitulo ex parte. & capitulo dilecto. de verbo. signi. capitulo causam quæ, de rescrip. capitulo cum dilectus. de consuetu. capi. j. de cog. feu. l. si serui vestri. C. de noxal. l. finali. §. in computatione. per gloss. C. de iure deliber. etiam per verba impropria est reducendum ad terminos iuris communis: vt est gloss. quæ reputatur singularis, in authen. ex testamento. C. de colla. pro quo est text. in dicto capitulo cum dilectus: & in dicto capitulo causam, quæ apparet ergo ex isto assumpto, quòd istud
2 statutum † tanquam sit correctorium iuris communis est restringendum & reducendum ad ius commune, inquantum fieri potest. vnde licet dicatur, quòd per subauditum sensum debet induci correctio iuris communis: vt est gloss. in capitulo cupientes. §. quòd si per viginti. de elec. libr. 6. tamen per subauditum sensum debemus correctionem excludere: quia istud statutum excludens cognatos proximiores & includens agnatos remotiores non est æquum: vt est tex. in lege maximum vitium, in versicu. quasi naturæ accusatores. & in vers. ex hac iniquitate. C. de liber. præteritis. quem text. soleo allegare pro dicto Barto. in dicta lege cunctos populos. vbi dicit, quòd statutum excludens fœminas est irrationabile, & non debet extendi extra territorium statuentis. & idem dixit Bald. in lege quicunque. C. de seruis fugi. & in lege quod vero. ff. de legi. Et in lege si defunctus. idem Bald. dixit, quòd licet dicatur, quòd tale statutum sit æquum: tamē abusiuè, per illum text. & impropriè dicitur æquū: æquitate impropria & abusiua: quia æquitas propriè est illa, quæ semper est vna & eadem: vt not. in l. secunda. C. de in ius voca. ergo eodem modo debet restringi, vt minus lædat ius commune, lege cum quidam. ff. de liber. & posth. & capitulo odia. de reg. iur. libro 6. cum similibus. Istis nunc præmissis, arguo sic formaliter: generalia ver-
3 ba statutorum † non comprehendunt eos, qui nō sunt suæ iurisdictionis, argumen. lege, qui tabernas. ff. de contrahen. empti. Ita dicit Bald. in lege finali. §. in computatione. C. de iure delib. in finalibus verbis. alle. not. p Bar. in lege si quis sub conditione. ff. de condi. instit. & originaliter hoc dixit Io. monac. in capitul. vt animarum. de constitu. libro 6. refert Domi. Anto. in capitulo ecclesia Sanctæ Mariæ. de constitu. & alle. optimum text. in capitulo a nobis, el primo, de sen. excommuni. vbi verba statuentis, vel sententiantis generalia non cōprehendunt non subditos. & ibi dominus & consiculus meus Abbas inducit illum text. ad statutum, quo disponitur, ꝙ immobilia non possint alienari in non subditum, quod non comprehendit clericos. & solēnis text. est, & ibi doctores in capitulo tua. de decimis. & Bald. in capitulo cū non ab homine. de iud. & in lege finali. C. de sacrosl. eccle. & D. Pet. de Ancha. in commento, capitulo ea quæ, in 26. quæstione. de reg. iur. libr. 6. Modo in casu nostro iste Iordanus est nō subditus iurisdictioni statuentium Ferrariæ: & istud statutum loquitur generaliter, quòd agnati excludant cognatos, sequitur necessario, quòd non includit istum Iordanum forensem cognatum. maxime: quia est cōtra ius cōmune & corrigit in cōmune; & non est æquum æquitate propriè dicta, vt est superius expressum. Ideo videtur, quòd debeat intelligi de cognatis subditis statuenti, & per hoc reducitur ad terminos iuris communis, non comprehendendo cognatos nō subditos, & satis operabitur ipsum statutum, si agnati remotiores excludāt proximiores cognatos subditos & Ferrarienses. Facit gloss. sing. in capitulo statutum. de præben. libro 6. quæ dicit, quòd extenditur lex, vel statutum, vt non corrigat ius commune: ergo multomagis restringi debet, vt non corrigatur: & per hoc tollitur illud consilium Bal. & dictum dñi Pet. de Ancha. in dicto capitulo canonū. in 12. q. quia statutum Tuderti loquebatur expresse de matre. dum dicebat, quòd mater non succedat, nisi in octaua parte. vnde tale statutum nō poterat verificari solū in matre Tudertina: quia si nō erat Tudertina. statutum nihil operatum fuisset. & ideo istud in casu nostro cessat: quia istud statutum Ferrariæ potest operari: licet non comprehendat Iordanum cognatum forensem: nec est eadem ratio, istud statutum excludit cognatum Ferrariensem: ergo excludit cognatū forēsem: quia statutum habet iurisdictionem supra subditum, & supra non subditum nullam habet iurisdictionem: & potestas statuendi originatur a potestate ius dicendi: vt est gloss. in lege j. ff. de iurisdictio. omn. iudi. Innocen. in capitulo cum accessissent. de constitu. Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Et est hoc indubitatum, ꝙ cum istud statutum sit correctorium iuris communis: & est irrationabile, nec est æquum propriè assumendo æquitatem, quod comprehendit forensem: & maxime: quia excludere quem ab hæreditate, quam sibi deferunt iura, est exhæredare quoddam: vt not. in lege, qui volebat. ff. de heredi. insti. quę exhæredatio non valet, nisi no-
4 minatim fiat. lege prima, cū si. ff. de libe. & posth. nec † statutum intelligitur priuare, nisi quem nominatim priuat & sic cum iste sit forēsis, debuit priuari, nisi nominatim exprimendo cognatos non subditos: & sic non debet extendi istud statutum loquens de cognatis ad non subditos. Secundo accedat elegans doctrina domini Gasparis de Calde. in consilijs suis, in tit. de constitu. cōsilio 17. incipit, statuto ciuitatis cauetur, quòd si quis decedat sine filijs masculis, fęmina dotetur, & ascendentes, vel descendentes, vel collaterales masculi succedant moritur vnus habens filiam, & collaterales, & bona in illa ciuitate, & in alijs ciuitatibus: quæritur, an fœmina vigore illius statuti excludatur a bonis defuncti vbique positis, & dicit, quòd hæc quæstio videtur decisa in simili per Iacob. de Aret. secundum quòd nota. Cyn. in lege prima, C. de sum. trinita. vbi dicit, pone, quòd quidam Lucanus habeat bona in Italia, vbi seruatur ius commune, & in Anglia, vbi est statutum, ꝙ primogenitus succedat, Lucanus iste decessit intestatus, relictis duobus filijs: dubitatur, an in bonis Italicis primogenitus excludat fratrē: & concludit, quòd consuetudo cuiuslibet loci in bonis situatis debet attendi: quia statutum non extendit vires suas extra territorium, argument. lege finali. ff. de iurisdictione omnium iudicum, & lege cum vnus. §. pe. ff. de bono. authentic. iudicum possit. Ista opinio non placuit Bart. qui distinguit hoc modo, aut verba statuti Angliani sunt scripta in rem, puta bona intestati deuoluantur ad primogenitum: tunc ipse sequitur opinionem Iacob. de Are. vt vtriusque loci consuetudo inspiciatur, & sic eo casu in bonis anglicanis primogenitus tantum succedat: quia cum statutum sit in rem scriptum, afficit res sui territorij, siue possideantur a ciue, siue forensi, argumen. dicta lege rescripto. §. finali. Aut verba statuti anglicani sunt scripta in personam: & tunc vt primogenitus defuncti intestati succedat in eis bonis: tunc quando non erat defunctus Anglicus, sed Italicus, licet haberet bona in Anglia, statutum illud Anglicum, nec ad eū, nec ad eius filios dirigitur, quia dispositio circa personam ad forenses non porrigitur. lege prima. in ... de tut.

de tut. & cur. datis ab his. secus dicit, si defunctus fuisset Anglicanus, qui bona habuisset in Anglia: & in Italia: quia tunc primogenitus, succederet in bonis Anglicanis, & Italicis pariter. Et hoc ideo, quia statutum Anglicanum nõ afficit bona Italica, quia extra territorium suum vires non porrigit. Item quia statutum est odiosum, & sic ad bona extra territorium sita non est trahendum.c. si sentent.de sent.excommunicatio.libro sexto. lege, ex ea.cum ibi not.ff.de postu.& hæc fuit distinctio Barto.quam multi valde corrumpunt.vnde in casu premisso attendēda sunt verba statuti, & de hoc etiam per Ioann.Andre.in additio.Speculat.de instrument.edit.§. compendiose.versiculo, quid si de consuetudine. Ista sunt formalia verba domin.Gasparis de Calderi.in præallegato consilio, & subdit ibi, de hoc melius dicam in titul.de test.consilio 33.videbimus, quid ibi sentiat, & sic tenet expresse dominus Gaspar in præallegato consilio distinctionem domini Bartol.in dicta lege, cunctos populos, an verba statuti sint concepta in rem, an in personam, & istud formaliter decidit Bald. in lectura dictæ lege, cunctos populos, versiculo, sed hic quæro de effectu. ibi tamen dicit, quòd contrarium est verum: quia statutum in persona non subdita nõ potest inducere veram inhabilitatem, & allegat Bartol.ibi, qui Bartol.allegauit doctrinam Speculato.in titul.de sentent.§.qualiter.versicu.item pone quidam.Bartol.no. in dicta l.cunctos populos.versicul.sed posset dubitari de tali quæstione, ibi: mihi autem videtur. vbi formaliter dicit illud, quod dicit domin.Gaspar de Calder. quòd si statutum concipit verba sua in rem, quia dicit, bona decedentium veniant in primo genitum: tunc de omnibus bonis iudicabo secundum consuetudinem loci, vbi bona sunt sita, quia ius afficit res ipsas siue possideantur a ciue, siue a forense.dicta lege, rescripto.§.finali, aut sunt concepta in personam: & tunc tale statutum ad eum, aut ad filios eius non porrigitur, & remittit ad dicta per se in dicta lege, cunctos populos.in tertia quæstione principali.ibi vero dicit idem Bartol.statutum disponit circa personam, puta, quòd filiusfamil. possit testari, an valeat testamentum forensis filijfamilias testantis ibi? & decidit, quòd non: quia statutum nõ potest, habilitare personam non subditam aliquid disponere, allegat.dicta lege prima, ad finem.ff.de tuto.& curato.da.ab his, & subdit, quòd si statutum dicit, quòd vir nõ possit instituere suam vxorem hæredem, quòd si forensis testabitur hic, non impedietur instituere vxorem heredem suam, & alleg.Specula. in dicto §.qualiter, & sic apparet firma doctrina Bartol. in dicta lege, cunctos populos, quòd quando verba sunt concepta in personam: non comprehenditur forensis, & est bene ponderandum, quia dominus Gaspar de Calderinis dicit, quòd multi valde corrumpunt illam doctrinam Barto.& sic reprehendit illos, & sic idem dom. Gaspar in consilijs suis, in titu.de testament.consilio 35. refert consilium domini Francisci de Ramponibus, qui fuit contemporaneus suus, super isto statuto Ferrariensi, qui consuluit sequendo illam distinctionem Bartol. an verba statuti: sint concepta in personam, ipse vero ponit ibi consilium suum, nec iudicio meo fuit consilium Ioannis de Calderinis, qui per multa tempora fuit ante dominum Franciscum de Ramponibus, & facit ibi differentiam considerando tres casus. Primus est, quando omnis hæreditas relicta, per defunctum extitisset Ferrariæ. Secundus casus est, quando tota esset extra Ferrariam. Tertius casus, quando partim in vno loco, partim in alio, qui casus potest contingere dupliciter, vel quia bona pariter sunt vtrobique, vel quia in altero locorum maior pars extitit. Primo casu dicit filiam ex toto excludēdam, si subiecta ex statuto Ferrariensi, tunc priuatio directa ad personam, non comprehendit non subditum, allegat lege, final.ff.de iurisdictione omnium iudicum, & dicta lege, prima.C.de summa trinitate. Et si opponatur, bona sunt posita in territorio Ferrariensi: vnde potest statutum excludere forēsem, & non subditum ab acquirendo dicta bona, per dicta lege, mercatores, & lege, certa forma.C.de iure fisc i.libro decimo. Ad hoc ipse respondet, faciendo aliam distinctionem: quia aut priuat a bonis, & tūc tale statutum comprehendit non subditum: quia tunc tale statutum considerauit solùm effectum acquisitionis, qui effectus oritur intra territorium statuentis: nam de illo effectu potuit statutum disponere, aut tale statutum priuat ab hæreditate, & tunc capiendo hæreditatem pro bonis: vt fecit glossa in lege tertia, in princip.ff.de bonorum possessionibus, & lege prima.§.final.ff.de re.diuisi.& tunc idem est, quia poterit statutum priuare non subditum. Si verò capimus hæreditatem pro quodam intellectuali, seu ꝑ quodam iure, quod appellatur successio in vniuersum ius, quod testator habuit.l.nihil aliud.ff. de verborum significatione.lege, hæreditas.ff.de regulis iur.mortuo enim testatore succedit ei, quoddam ius, quod vocatur hæreditas.lege, mortuo.ff.de fideiussor.lege, hæreditas. ff. de acquirendo rerum dominium, quod ius est illud, quod per aditionem acquirimus, quo quæsito repræsentamus personam defuncti, sicut ipsa hæreditas primitus repræsentabat ante aditionem, & tunc istud ius intellectuale representans defunctum non clauditur loco: ita, quòd de eo, etiam re existente intra territorium, non potest statutum disponere, nisi in præiudicium subditi, & hoc dicit patere ad sensum: quia persona non est subiecta, nec illud ius intellectuale, nisi aliud haberet consuetudo, quæ esset probanda.lege, Labeo.§.idem Tubero.ff. de supplen.leg.nam verba prolata per conditores legis, seu iurisperitos intelliguntur secundum interpretationem legalem, licet si proferantur ab idiotis, intelligantur secundùm, quòd idiotis congruit, quòd dicit patere ex coniunctione.lege, quid si nepotes.ff.de test.tut.& institut.de inutil. stipulatio.§.primo.bene facit glossa in lege, quoties.C.famil.ercisc und.& in lege, si dictum.in versiculo, non ita: vt vulgus opinatur.ff.de euictio.& quod not. Baldus in capitulo primo, de successio. feud. quod habetur in lege prima.C.de vsur.vnde hoc casu concludit, filiam non subiectam statuto Ferrariensi, aut exemptam a iurisdictione Ferrariensi non excludi a consequendo istud ius intellectuale, quod appellatur hæreditas, non circunscriptum, aut inclusum loco, nisi communis consuetudo loquendi aliud designaret, scilicet, quòd statutum exprimendo hæreditatem intelligeret, idest bona. Aut bona omnia sunt extra Ferrariam, vel maior pars, & statutum priuat ab hæreditate, non a bonis, & tunc dicit, quòd si statutum disponit in persona subiecta statuto priuanda: illo iure intellectuali, quod est hæreditas, nulla bona consequi poterit, nec intra, nec extra territorium situata, quia nulla bona capere potest, nisi vt hæres: vnde si priuatur potētia consequendi vniuersale, sub quo particularia continentur: priuatus est etiam potentia consequendi omnia particularia inclusa sub vniuersali: vt in lege, si quis cum totum: in princip.& in §.finali.de exceptio.rei iudic.aut statutum priuat successione defuncti ab intestato filias fœminas, & tunc dicit idem, quod supra, cum priuat ab hæreditate, & successione: ex quo hæreditas nihil aliud est, quàm successio quædam: vt dicta lege, hæreditas. sunt enim hæc synonyma hæreditas, & successio, & eadem in specie, substantia, & natura, cum de succedendo tractatur alicui per alium, vt hæredem: vnde debet esse idem in effectu, vt statutum in vno, intelligatur statutum in reliquo secundum Dyn. in capit. sine possessione, de regulis iuris, libro sexto, sed si filia non esset subiecta, vel quia forensis, vel posito, quòd esset oriunda Ferrariæ: tamen aliter esset exempta a iurisdictione Ferrariensi, tunc dicit eam tam ad bona sita Ferrariæ, quàm alibi admittendam per supradicta. & ita dicit se intelligere, quod not.

Iacob.

Iacob.Butrl.in dicta lege cunctos populos. & Ioannes Andreas in additio.Specula.in titulo, de instrumen.edit.§.compendiosè.versiculo, quòd si consuetudine alicuius loci. & ita residet tantus doctor. & sic videtur apponere gladium ad radicem in præsenti consultatione. Primo approbat doctrinam Bartol.in dicta lege prima, de summa trinitate, inquantum distinguit, an verba statuti sunt concepta in rē, aut in personam.secundo considerat, ꝙ non solum est ponderandum, an defunctus ab intestato fuerit forensis: sed etiam an exclusus ab hæreditate illius sit forensis, aut sit non subditus: quia si statutum excludit a successione, non comprehendit ipsum non subditum.& sic non includit ipsum forensem. Cum ergo in proposito nostro verba istius statuti sint cōcepta in personam, dum dicunt, agnati præferantur omnibus transuersalibus cognatis etiam masculis, & etiam priuat successione: quia illud statutum est positum in rubrica, de successio. ab intestato. & sic illud statutum excludit a successione, argumento, l. imperatores.ff.de in diem addict. Et etiam in nigro ipsius statuti dicitur, in succedendo sibi seruantur iura ciuilia, seu communia: ecce qualiter dictum statutum nullo modo excludit istum Iordanū cognatū non subditum. Tertio facit, quod voluit solēnis doct. Ludouic. Roma. consilio suo 221. incipiente, ista captura facta de Graciolo. in tertia ratione principali illius consilij, vbi dicit esse communem

5 opinionem, quòd sicut † constitutio non ligat forensem in eius damnum: ita nec eos comprehendit in his, quæ concernunt eius fauorem, nisi talia sint iurisdictionis voluntariæ, allegat Bartolum in dicta lege, cunctos populos. & dicit, quòd plenius, quàm alius hoc discussit Angelus in suo consilio incipiente, an dicta actio sine cessione quæratur. ad hoc allegans duo iura, in quibus est casus.capitulo, Ecclesia Sanctæ Mariæ.de constitutionibus, & dicta lege prima, in fine. ff. de tutoribus & curatorib.da. ab his.& sic firmat, quòd statutum populi sicut non præiudicat forensi: ita non prodest forensi. & dicit esse communem opinionem, & realis scientiæ doctor Domi. Paul. de Castr. in consilijs suis, consilio trecentesimo quadragesimosecundo, quod incipit, statutum supra relatum, consuluit, quòd forensis non debet gaudere commodo, & beneficio communitatis: quia nō patitur onera ipsius ciuitatis, alleg. in argumen.l.si vnus.§.si vnus.ff. pro socio.& l.fina. §.cum in secunda.C.de fur.in fin.a contrario sensu, & sic manifestissima est veritas in hac dubitatione, ꝙ istud statutum non nocet huic Iordano cognato non subdito. & ideo practicus doctor Albericus de Rosate in suo tractatu statutorum, in secunda parte quæstione 9.dicit, ꝙ sicut forensis non ligatur statutis certi loci, non gaudet commodo statutorum illius loci: quia cum non sentiat dānum, non debet sentire commodum statutum enim est propriū ius ciuitatis.ergo nō cōicat alienis.l.omnibus.ff.ad Trebellianum.ita ēt non debet præiudicare. & sic clarè sentit, ꝙ tale statutum nullo modo comprehendit forensem. Quarto facit, quod voluit dominus & cōsiculus meus Abbas in capitulo, quod clericis.de foro competenti.versiculo, ad prædicta faciunt not.ꝑ Bartolum in dicta l.cunctos populos. vbi dicit, ꝙ sta

6 tutum † concernens personam non extenditur ad forensem, etiam si habeat bona in loco statuti, si statutum per viam indirectam tangat bona.& alleg.iura, & dicta Bar.superius allegata. & inducit qōnem disputatam per dominum Lambertinum de Ramponibus, vbi quæsiuit, statuto Mutinēsi cauebatur, ꝙ si res aliqua mobilis, vel īmobilis possessa ab aliquo bona fide per aliquem euincatur, quòd possessor non teneatur rem euictam reddere: nisi possessori prius reddatur pretium, quo se emisse ostenderit. modo Bononiensis agit contra Mutinensem coram iudice Mutinensi: Mutinensis rem euictam nō vult reddere, nisi sibi restituatur pretium, iuxta formam dicti statuti, quæritur quid iuris? & quòd Bononiensis teneatur restituere pretium, arguit ex multis iuribus, ex quibus patet, ꝙ iura actori ex personis reorū informantur: vt l. prima.C. quando imperat.inter pu.& vidu.l.die sabbati.C. de iudę.l. nō debet.ff. de dolo. In contrariū arguit, & concludit, quòd Bononiensis non teneatur reddere pretium, nec statutū illud ligat Bononiensem, & mouetur ad hoc: qa nō potuit alienis ciuibus legem imponere, cum illud sit ius proprium illius ciuitatis: vt in lege, omnes populi.ff.de iusti.& iure. vnde non est alios porrigēdū. lege secunda.C.de legibus. nam quòd ratione loci, in quo agitur iustitia, variet, non videtur honestum. l.finali.C.de temp.restitu. in integr. & ita tenet præfatus doctor disputans, & eum sequitur dominus Abb.in dicto capitulo, quod clericis. & etiam refert & sequitur Do.Pet. in dicto capitu.canonum, in 12. quæstio.in versicul. accedat hic quæstio disputata. Et subdit ī pallegato loco dominus Abbas ad quotidianam & notabilem quæstionem, communiter vbi sunt iudęi vsurarij editur statutum, vt nō teneatur iudęus vsurarius restituere pignus ei, qui se probauit dominū rei pignoratę, nisi prius restituto debito, pro quo res fuit pignorata: accidit, ꝙ res clerici, vel laici forensis fuit pignorata, domino inscio: nunquid teneatur restituere debitum? & dicit, ꝙ per prędictam doctrinam Barto. & domini Lambertini de Ramponibus videtur dicendum ꝙ non: quia illud statutum non potuit fieri in præiudicium non subditi, & maximè clericorum: & sic ꝯcludit ibi dñs Abbas, ꝙ in præiudicium laici non subditi non potest statutum populi aliquid statuere, etiam ratione rei in loco sitę. & sic videtur formaliter decidere istam dubitationem.ergo.Facit etiam, quod not. idem dominus Abbas in repetitione, ca.ecclesia Sanctę Marię.de constit.in versiculo, item ꝙ si statutum cōcernit personam. vbi decidit, ꝙ quando verba statuti sunt concepta in personam non includunt clericū. & sic non includunt non subditum, allegat vulgatā disputationem Ioannis Calderini, vbi voluit, ꝙ si statutum laicorum non emittit probationem per testes, ꝙ non comprehendit non subditum, & sic non comprehendit clericum, allegat etiam no. per Cyn. in l.j.ad fin.C.quæ sit longa consue. & in eadem repetitione allegat doctrinā Bar.in dicta l. cunctos populos.inquātum distinguit, aut statutum concernit personam, & non ligat forēsem, secus si statutū cōcipit verba sua in rem. & allegat etiam illam disputationem domini Lambertini, & allegat Ioānem Andream in addit.Spec.in titulo, de emptio. & vendi. §.vltimo.in 2.q.sequētem illam disputationem do. Lambertini, & etiam ibi dominus Abb.refert illam quęstionem de iudęo vsurario, vt statutum loci non comprehendat forensem, aut non subditum, & subdit, ꝙ si furtiuè illa res fuerit contra domini volūtatem portata ad locum statuti prædicti, ꝙ nō obstat tale statutū domino illius rei nō subdito. facit ēt, qđ pulchrè voluit Cy.in l.2. C.de ꝯstitu.pecu. quem refert & sequitur D.Abb.ad finem præfatæ repetitionis, vbi dixit, ꝙ inter homines alicuius ꝓfessionis statutum ita eos ligat coram Potestate illius loci, sicut coram rectore illius professionis, quia non subditū ligare non potest. Facit, quod not.D. Dominicus post gloss.in ca. quæ contra morem. 8.di.inquantum

quis sortitur forum in loco, intantum subijcitur legibus & constitutionibus illius loci, & inquantum nõ sortitur forum, intantum non subijcitur legibus & constitutionibus illius loci. Cum ergo iste Iordanus non sit subditus Ferrariẽsis, imo est forensis. ergo nõ est ligatus statutis Ferrariensibus. Facit etiam. c. cum olim. de cleri. coniug. vbi consuetudo & ritus loci nõ videntur ligare certum genus personarum venientium ad locum, habentium diuersum ritum, nisi expresse aliud disponat, & sic videtur ibi casus, ꝙ si forenses veniunt vt certum genus personarum, quoad actus inter se gerendos non ligẽtur ritibus, & cõsuetudinibus loci, ad quem veniunt, nisi aliud disponatur expresse secundum D. Ant. ibi. Modo in proposito, si lex loci non ligat forenses, quando veniunt ad illum locum, vt certum genus, vt ibi est text. ita dicamus pariformiter, quando forensis non venit ad illũ locum, sed habitat extra illum locum, vt non ligetur statuto & consuetudine illius loci. Facit etiam, quod voluit D. Ioã. de Imo. in præal. capitu. quod clericis. vbi dicit se in contingentia facti consuluisse apud ciuitatem Lucanã, vbi statuto cauebatur, quòd agnati excluderent in successione defunctæ personę omnes alios cognatos, & quidam clericus erat cognatus, quòd tale statutum nõ excludit illum clericum agnatum: & mouetur ratione sæpius allegata: quia statutum non comprehendit forensem, seu nõ subditum. & sic videtur in terminis decidere præsentẽ hæsitationem. Facit etiam, quod not. Do. Per. in præall. c. canonum. in 12. q. vers. quæro vlterius circa ista statuta permissiua, an includãt forenses. & dicit, ꝙ persona vbique est vniformis, & quis non põt disponere nisi circa personam sibi subditam, & refert doctrinã Bar. superius allegatã, & illã sequitur, & alleg. Spe. in tit. præal. de sent. §. qualiter. & refert Bal. dicere, ꝙ statutum nõ potest habilitare, vel inhabilitare forensem habẽtem bona in loco statuti: quia bona veniunt accessoriè ad personã, vbicunq; sint: nec ratione bonorũ põt fundari iurisdõ & potestas statuẽdi in forensem, arg. eius. quod no. Inno. in c. pastoralis. de priuile. facit l. libertus. §. sola possel. ff. ad muni. & sic aperto ore ibi firmat D. Pe. ꝙ statutũ nullo mõ põt afficere personã forẽsis, aut nõ subditi, & sequit distinctionẽ Bart. in d. l. cunctos populos. Quintò facit, excludere † quẽ à iure suo, seu ab actione sua est
7 pœna: vt est text. melior de iure in l. si quis maior. C. de transac. no. repetentes. l. si insulam. ff. de ver. ob. & in l. & si post tres. ff. si quis cautio. & idem dicimus, ꝙ priuare quem officio, est pœna: vt est text. melior de iure in l. testamento Centurio. & ibi Ange. ff. de manu. testamen. sed regulã habemus, ꝙ bona decedentium sunt ipsorum coniunctorum: vt est tex. in l. constat. in ver. superstitibus consanguineis, virum extraneum esse à bonis intestatæ vxoris, cum prudentum omnia responsa, & lex ipsius naturæ, successores eos facit. C. quorum bonorum. & facit l. j. C. de impone. lucra. describ. lib. 10. ergo sequitur, ꝙ hereditas istius defunctæ personæ, est debita dicto Iordano cognato proximiori, & per cõsequens sequitur, ꝙ priuare eũ à successione ipsius defunctę personæ non est aliud, nisi sibi pœnam imponere: est ergo quoad eum penale ipsum statutum Ferrariense, ex quo priuat eũ iure sibi debito: & tunc nescio videre quomodo poterit statutum Ferrariense imponere pœnam dicto Iordano cognato forensi & non subdito, sine culpa & delicto suo: contra l. sancimus. C. de pœn. 1. q. 4. §. item peccato simili. Vnde ex quo culpa caret, & non est subditus potestati statuẽtis, nõ video rõnẽ, quare ipsum statutũ videatur cõprehendere ipsum Iordanum forensem nõ delinquentẽ rõne delicti cõmissi in loco: forensis enim efficitur de foro eius, cuius est territorium delicti. c. j. de rapto. 2. q. 1. c. si peccauerit. 6. q. 3. capitul. placuit. C. vbi sena. vel clar. l. j. & authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oportet. & capitul. fin. de foro compe. cum ergo iste non deliquit in territorio Ferrariensi: ergo sequitur, ꝙ non potest priuari iure sibi a iure ciuili debito. Et sic bene considerentur superius dicta: quia demonstrant euidentissimè, ꝙ mens & voluntas ipsius statuti non fuit velle ligare forenses, & non subditos, & possent compelli statuentes declarare, ꝙ in dicto statuto nõ fuit mens eorum comprehendere nõ subditos. & allego notabile dictum Io. An. in capitu. eos. de immu. eccl. libro 6. vbi dicit, ꝙ si statutum laici est generale, & posset esse dubitatio, quòd cõprehendat clericos, quòd potest iudex ecclesiasticus compellere laicum statuentem, vt declaret statutum ipsum nõ comprehẽdere clericos, ne forte de facto clerici impetantur respectu illius statuti: ita videtur dicendum in proposito nostro. & facit ratio, quia non videtur mens statuentis in suo statuto generali velle comprehendere eos, quos de iure comprehendere non potest, vt voluit Ioannes Mo. in dicto capitulo, vt animarum. & Ioannes Andreas in dicto capitulo, eos. Sexto facit,
8 virtus † & potentia causæ efficientis inspicienda est, nec potest causa finita producere effectum infinitũ, sed sicut limitatur potentia causæ, sic limitatur effectus. l. si arrogator. ff. de adoptio. l. iurisperitos. §. cũ oriundos. ff. de excu. tu. l. cũ vnus. §. is qui. ff. de bon. aut. iudic. possid. l. non solum. §. qui testamento. ff. de excu. tut. sed potentia & auctoritas statuentis in Ferraria nõ extendit se vltra proprios limites, siue vltra iurisdictionem: quia cum non liceat tollere potestatem fascium extra metas territorij propriæ ciuitatis. l. militaribus. C. de decuri. libro 10. ergo nec effectus eius vltra protrabitur, & per consequens ad personã non subditam se nõ extendit tale statutum. Facit ratio formata per Lapum in suis allegationibus, allegatione 101. incipiente in ciuitate Florentiæ. vbi dicit, quòd cum statutum loquitur simpliciter & generaliter ratione formæ, non debet referri ad personas non suppositas, allegat. d. l. j. ff. de iur. om. iudi. & d. l. cũctos populos. & alleg. scripta per Bar. ibi. & sic aperte tenet, ꝙ non ligat tale statutum cõceptum in personam ipsum forensem. facit etiam, quod voluit Cõpostelanus post Inn. in rub. de cõsuet. vbi dicit, ꝙ forensis ita ligatur consuetudinibus loci, si ibi contrahit, vel ibi delinquit. ergo sequitur, ꝙ regulatiter consuetudo loci non ligat ipsos forenses, & sentit Ange. in repetitione. §. ex non scripto. insti. de iure naturali. & Io. de Imol. in præall. rubr. de cõsuet. alle. no. per Bartol. in dicta l. cunctos populos, & sic transit cum distinctione Barto. ibi. Et sic multifarie multisq; modis apparet clarissimè, ꝙ istud statutum nullo modo comprehendit cognatos forenses, seu non subditos, & per consequens non comprehendit ipsum Iordanum cognatum. Præterea istam quæstionem decidit in terminis dom. Paulus de Castr. consilio 232. incipiente, in Christi nomine, circa primum quæsitũ notandum est. vbi dicit, statutum Rachanati excludit matrem a successione filij intestati, stantibus consanguineis patris, modo fuit dubium, vtrum tale statutum comprehendat matrem forensem non subditam, & tenet ibi ꝙ non, & alleg. doctrinam Barto. in dicta l. cunctos populos, & allega. etiam doctrinam eiusdem Bar. in l. fi. C. de pactis. in quæstione, statuto loquente de ingresso monasterium vt non succedat patri, quia confert effectum suum in tempus, quo desinit esse subditus, & mater, quæ venit excludẽda nõ est statuto supposita, cũ tractetur de eius odio. & sic

magis

magis debet restringi.l.cum quidā.ff.de lib. & posth. c.odia.de regulis iuris.li.6.& dicit, ꝙ hæc pars sibi vr verior & æquior. ista sunt formalia verba dñi Pauli in dicto ꝯsilio.& sic ista quæstio est sopita & decisa in fauorē istius cognati. & faciūt dicta p Bal.in l.si qua. ff.de his qui sunt sui vel alie. iuris.¶ Nec obstant alle gata superius in ꝯriū.Primo cum dr̄,ꝙ ad illū casum adaptatur dispositio statuti, ad quē adaptātur verba statuti:quia rn̄deo,illud esse verum,qn̄ statutum pōt super illo disponere, non procedit illud: quia verba
9 †statuti nunq̄ adaptantur ad impossibilia ipsis statuē tibus:vt est superius dictum.Itē illud est verū, qn̄ nō ageretur de correctione iuris cōis:qa tūc licet verba possint adaptari ad correctionē iuris cōis: rn̄ in dubio non præsumimus correctionē,imo est euitanda vt superius fuit dictū & etiam, quia in casu nr̄o possunt verificari in cognatis Ferrariensibus, & sic illa regula & illa iura intelligūtur, si recta ratione & salua iuris communis dispositione inquantum fieri po test, adaptari potest.secus si non posset fieri nisi cum iuris cōmunis correctione:ideo restringetur illa correctio,quatenus fieri potest,vt est dictum.Nec obstat cum dicitur, ꝙ hic agitur de rebus positis in territorio Ferrariensi. & sic de rebus subditis iurisdictioni statutis. ergo potuit disponere de illis rebus, licet ad forensem spectarent: quia ad hoc respondeo, illud
10 esset verum,quando verba † essent principaliter con cepta in rem, & illo modo procedant iura in ꝯrium allegata: sed in casu nostro non sunt concepta in rē, sed in personā:vt superius est dictum, & si statuentes voluissent cōprehendere cognatos forenses, expressissent, ar.c.ad audientiam.de decimis,c.maiores.de baptis.l. j.ff. si mes.fal.mo. dixe.l.j.§.sin autē.C. de cadu.tollen.eo enim ipso,ꝙ statuētes direxerunt verba sua in personā,voluerunt ligare suos subditos cogna tos,& ista est pura veritas.Nec ob. cū alleg.doct.Bal. & D.Pet.in præalle. consilio, quia ad hoc est accuratè considerandum,ꝙ Bal.& D.Pet.loquūtur eo casu, quo illud statutum non poterat aliud operari,nisi ex tenderent ad matrem non subditam illo casu. Ideo vt statutum non sit frustratoriè editū,operatur, ꝙ ex cludat matrem forensem, arg.19.dist.c. si Romanorū.ibi,quid membranas occupat.l.si quādo.C.de inoffic.te.cap.si Papa.de priuileg.li.6.cum simili.sed in casu nostro potest operari istud statutum,licet nō in cludat cognatos forēses,vt est dictum superius,ergo. Et etiam est aduertendum, quia regulam habemus
11 quòd † statutum in dubio debet interpretari contra condentem, vt est tex.melior de iure in capi.cum dilectus.de consuet. & idem dicimus in pacto,& stipulatione, vt l.veteribus.ff. de pact.l. quicquid adstringendæ.ff.de verb.ob.facit, qd̄ tale not.Arch.in c.si qs suadente.17.q.4. cum ergo istud statutum Ferrariense loquatur generaliter,& simpliciter.ergo debet interpretari contra ipsos condentes, vt minus corrigat ius commune,quatenus fieri potest.ideo interpretabitur quoad cognatos subditos ipsis stantibus. Facit elegans & solenne dictum Bald.in l. contractus.C.de fide instr.vbi dixit,ꝙ verba statutorum sunt intelligēda & interptetāda ad instar stipulationis, fiunt enim statuta per interrogationem & responsionem, sicut fit stipulatio.l.j.ff.de verb. oblig. sicut ergo stipulatio interpretatur contra ipsum, qui stat pro stipulatione, ita fiet in statuto, & per consequens est necessarium, & addentes strictissimos fateri, ꝙ istud nullo mō comprehendere potest istum Iordanū forensem licet cognatum. Præterea pur ad ipsum Bald. venio quomodo potest defendere suum cōsilium. Primo, quia ipsemet Bald. approbauit illam distinctionem Barto.in d.l.cunctos populos.videlicet,an verba sint concepta in rem,an in personam. vnde sibimet contradixit in dicto consilio. ergo non est audiendus.l. j.C.de furtis.ca.solicitudinem.de appella. quinimo ipse Bald.in l.de quibus.ff.de legi.dixit, quòd nō po test statutum priuare forensem iure suo,sine opera, culpa,facto,aut delicto ipsius forensis:& sic videtur aperto ore sibi cōtrarius: quinimo, & ad hoc nullo modo defendi potest, quando verba statuti sunt cō cepta in personam, nullo modo comprehendunt forensem, vt superius est demonstratū: ergo sequit̄, quòd non bene consuluit, & etiam ibi dicit, reddēdo rationem: quia in successoribus seruandæ sunt leges loci, vbi bona sunt.& allegat Bart. & Bal.in d. l. cunctos populos. & sic videtur contradicere sibimet.Et cum dr̄ secundùm D.Pe.de Anchar.ꝙ quan do ille,cui succeditur,est de Tuderto: ideo eius successio debet regulari secundùm legem Tuderti, qa in casu nostro ista mulieri licet transtulerit domicilium Ferrariæ,tamen non erat Ferrariensis.& sic casus,in quo consuluit Bal.& loquitur D. Pe.est longè diuersus a nostro,quia ista mulier non erat Ferrariēsis. Item etiam quia iam illa mulier in casu Bald.& D.Petr. contraxerat matrimonium Tuderti. & erat effecta de foro Tuderti. & sic videtur contraxisse secundum leges Tuderti. & videtur se obligasse seruare statuta Tuderti,& sic fuit quæsitum ius quoad illa bona statuētibus Tudertinis,vnde si postea recessit, & iuit ad Vrbem veterem, non propter hoc potuit tollere ius q̄sitū statuētib⁹ Tudertinis.& sic Bal. & D. Pe. loquuntur in alio casu, quàm in casu nr̄o. & sic non videtur dicere contrarium eius. quòd dixerunt in d.l.cunctos populos.& in d.c.canonum.in 12. q. sed iste Iordanus nunquam fuit de foro Ferrariensi,nec fuit astrictus legibus Ferrariensibus,& sic casus est diuersus & alienus a casu D. Pe. & inquātū ibi D.Pe.reprehendit distinctionem Bart.quando lo quitur statutū principaliter in persona, vel in rebus, salua sua pace dixerim, malè eum reprehendit, & sine iure,& sine ratione. & cum dicit, ꝙ cōmunis opi nio est ꝯtra Bar. miror vehemēter de tanto doctore: quia cōmuniter doctores transeunt cum opinione Bar.nam idem Bal.tenuit opin. Bar. vt superius retuli.idem tenuit idem D. Pe. & idem voluit Franc. de Rampo. & Gaspar de Calderinis, qui dixit, ꝙ multi corrumpunt illam doctrinam Bar.& sic videtur asserere,ꝙ communiter doctores sequūtur opi. Bar.& illam seqtur D.Abb. in locis superius allegatis.illā sequitur D.Io. de Imo.& Lapus in suis allegationibus illam opinionem dixit esse cōmunem Tu.Ro. vt superius retuli.& etiam Sal.in d.l. cunctos populos.dicit illam opi. Bar. esse communem. & se sequutum fuisse illam, licet ibi distinguat, & voluit Lamb. de Rampo.& Io. An. & tota penè iurisprudentia sequitur istā partē.& vidi de facto istā. q. Ferrarię, & cōsului pro ista parte, & vidi consultū per valētiores doctores Italiæ, nescio videre quo spiritu fretus Pe.de Anchar.dixerit communem opi.esse contra Bart.& sic ex istis apparet, ꝙ cōmunis opi. sequit̄ distinctionē Bar. & est opi. æquior, & fortioribus rationibus sustentatur,ergo tenēda, vt not. Bar. in quæstione, a sn̄ia iudicis.& in l.fi.C.de pena iudi.Ang.in l.cū prolatis.ff.de re iudi.Bal.in l.obseruare.§.proficisci.ff.de off.proconf. & in l.j.ff.de sena.& in l.j.ff.de vulgar.& pup.Ioan.An.in c.j.de ꝯsti.Host. D.An.& alij in c.capellanus,de fer.ergo ita erit iudicādū,& sic illud cōsilium Bal. non obstat huic Iordano. Nec etiam ob stat,cum dicebatur, ꝙ consuluit Bal. matrem exclu dēdā a luctuosa hęreditate filij. ergo multo magis ex cludetur iste cognatus forēsis, qa (vt dixi) si subtiliter consideretur dictum Bal. & D.Pe. ibi loquuntur eo casu, quo mater ipsa recessit à Tuderto,& transtulit se ad Vrbem veterem, & iste non est casus noster, vt supe-

superius dixi, nec iudicio meo meretur audiri, aut allegari cōtra istum Iordanum cognatum. Nec ob. cum dicitur, ꝙ ille Florius est Ferrariensis, & statutū emanauit in fauorem agnatorum, & reipublicæ: qa concedo istud per iura allegata pro isto dicto, sed cū dicitur, ꝙ debet extendi contra forenses, istud est iniquum, quia non debet lucrari cum iactura forensis: sufficit, ꝙ illud statutum operetur in fauorem agnatorum contra cognatos subditos dicto statuto, vt superius est ostensum: nec statutum voluit cumprehēdere forenses, & priuare eos iure suo, quia si non cōfert commodum forensibus: ergo non debet afferre damnum: & ideo illud statutum exerceant in loco, & territorio suo, iuxta illud Virgilianum. Se iactet in aula. Nec obstat, cum dicitur, ꝙ nō debet violari statutum patriæ, peregrini consuetudine, quia in casu nostro nō violatur statutum Ferrariense, quia illud statutum non ligat Ferrariensem, & illa auctoritas intelligitur, quando peregrinus vult stare, & morari in vrbe: quia tunc debet viuere secundum mors vrbis, & patriæ, & sic nihil facit ꝯ istum Iordanum forensem. Nec ob. cum dicitur, ꝙ si Iordanus esset subditus, ligaretur: ergo multo magis si est peregrinus, ar. l. tale pactum. §. fi. quia ista consequentia est falsa ex quo ille Iordanus nō est de isto ouili, quia tale statutum nec ligat, nec ligare potuit forensem, ꝯcipiendo verba sua in personam, vt est superius dictū. Nec ob. cum allegatur dictum Sal. in d. l. cūctos populos. dum dicit, ꝙ qn̄ moritur forensis in loco statuti, ad quem locum transtulerat fortunas, & domicilium suum, quia tunc seruabitur lex illius loci quoad bona ibi sita, qa Saly. dicit, ꝙ cōis opi. aliter se habet, & vsque ad illa tempora fuit sequutus illam cōem opinionem, nunc vero dicit se aliter distinguere, qn̄ verba sunt cōcepta in personam, & distinguit, aut transtulit domicilium, &c. quia ad hoc respōdeo. Primo ipse dicit, ꝙ communis opini. aliter se habet. ergo sequitur, ꝙ iudicando & consulendo adstringimur illam cōem opi. sequi, si ergo Sal. more saturnino vult tenere ꝯrium, sit in nomine domini, relinquendus cum sua pertinacia. Et etiam est ponderādum, quia Saly. ibi non loquitur eo casu, quo ille, qui venit ad succedendum, est forensis, aut non subditus: vnde dumtaxat dixit, ꝙ si quis trāstulit domicilium suum in Angliam & ibi moritur, seruetur in rebus ibi sitis consuetudo Anglię, vnde non intrat ibi Saly. an ille, qui succedere debet, sit forensis, aut non subditus, & iste est casus noster, & subdit ibi Saly. ꝙ consuetudo Angliæ concernens personam, non includit forensem non habentem ibi domicilium, & sic concludit in casu nostro. Vnde primo casu sentit, ꝙ si forensis transtulit domicilium suum in Angliam, & intestatus decedit, seruantur leges Angliæ in bonis ibi sitis, licet consuetudo Anglię concernat personam, & in hoc loquitur cōtra communem opi. nec distinguit, an succedens in illis locis sit Anglicus, an forensis, & sic non loquuntur contra casum istum. ergo remanebimus quoad hoc in dispositione & decisione doctorū, vt forensis non subditus non excludatur a successione defuncti vigore illius cōsuetudinis, & cum postea dicit Saly. ꝙ illa ꝯsuetudo concernens personam non comprehēdit forensem non hn̄tem domicilium in loco illo: concludit in fauorem ipsius Iordani, quia cum non habeat domicilium Ferrarię, sequitur, ꝙ statutum Ferrariæ non excludit illum: vnde non sufficit, ꝙ ille, de cuius successione agit, transtulerit domiciliū suum ad locum statuti, sed etiam requiritur, ꝙ succedens sit subditus municipio statuentium, vt voluit do. Gaspar de Calderinis in præallegat. consilio suo. & sic dictum Salycet. potius est in fauorem ipsius Iordani. Et per consequens ex supradictis elicitur conclusio vera & indubitata, quòd quoad successionem ipsius defuncti attendetur ius cōe, & non ius municipale, & per consequens ipse Iordanus cognatus proximior præferetur dicto Florio agnato. Et ita concludo.

EPITOME.

¶Mulier cum quem piam procuratorem cum libera cōstituisset, is illius fundum pro annuo affictu trigintaquinque librarum locauit, deinde illa eius fundi dimidiam partē ducentis libris vendidit cum pacto de retrouendendo iisdem, qui conduxerant, detractis libris decem de triginta dicti affictus, reseruauit sibi reliquas sibi 25. libras locationis. Hoc autem pactum de retrouendendo procurator reuocauit, & venditionem puram & simplicem fecit, & partem aliam fundi locauit eisdem pacto adiecto, ad affictum francandum pro ducentis libris. Sed hęc procuratoris legitimi pacti reuocatio contra dominæ gesta, & ex falsa causa facta valere non potuit. Nec ēt noua partis dimidię locatione a domina facta, potestatem affrancandi, & emendi ducentis libris, quæ etiam quadringentas & vltra libras, consideratis fructibus, valuit, facere potuit. nihil enim ad hæc oīa ratificatio dominæ profuit: licet in ea dixerit. sciens, & cognoscens dictum eius procuratorem bene & diligenter exercuisse, & procurasse ipsius facta, & negotia, & cum omni debita solicitudine, sponte & ex certa scientia omnia facta eius nomine ratificauit, &c. Nam hæc clausula proœmialis potius contra procuratorem facere videtur, quàm pro eo. Nam domina videtur ea tantum rata habere, quæ bene, & fideliter gesta sunt.

SVMMARIVM.

Contractus talis esse præsumitur, qualis apparet prima sui figura, nu. 1.

Pacto de retrouendendo legitimum & licitum est, vbi nullæ concurrunt iuris coniecturæ, quibus contractus censetur vsurarius, nu. 2.

Procuratoris assertioni non statur, sed veritati. dolo autem videtur asserere, qui falsam causam allegat. nu. 3.

Procurator non potest factum domini reuocare, nisi ex iusta causa: neque etiam ex hac causa, si illa domino manifesta sit. numero 4. & 5.

Ratificatio gestorum ad iniquè, & dolosè gesta nunquam porrigitur. nu. 6.

Nemo præsumitur oppugnator suorum iudiciorum. nu. 7.

Dolum alterius quis ignorasse præsumitur. nu. 8.

Dominus confirmans & ratificans factum sui procuratoris, quibusdam immutatis illud facit suum, nec amplius procuratoris esse dici potest. nu. 9.

Læsio enormis arguit dolum. nu. 10.

Clausula illa ratificationis, sciens, & cognoscens procuratorem fideliter gessisse, procuratoris non dominio opera adiecta esse præsumitur, perspecta & cōperta illius in alijs fraude. n. 11.

Rustici Bononienses sagaces sunt & versuti, & in dolo fuisse videntur, si, cum causas sibi allegatas falsas esse scire potuerint, nihilominus fecerint. nu. 12.

CONSILIVM LXXVII.

Et videndum primo, vtrum pactum de retrouendēdo dictam medietatem fundi prædictam arguat venditionem simulatam, & in fraudem vsurarum, & vtrū canonicè, & verè potuerit dictus procurator dicere, ꝙ ipsa venditrix faciebat sibi conscientiam de dicta venditione. Secundo posito, non tn̄ concesso, ꝙ illud pactum reddat ꝯtractum simulatum:

mulatum, vtrũ procurator prædictus potuerit illud reuocare non habens ad hoc mandatũ speciale. Tertio erit videndum de viribus approbationis & ratificationis factæ per ipsam dominam, an cõualidet, & confirmet reuocationem factam per ipsum procuratorem & locationem factam ad affictum, cum potestate, affictandi: adeo, ꝙ venditio postea facta per ipsam dominam sit nullius effectus, & istis visis apparebit veritas indubitata p̃ntis consultationis. ¶ Capio primum institutum dubium, & superfluis omissis, videtur aperto ore dicendum, quòd prædictum pactum de retrouendendo non reddat contractum simulatum, & in fraudem vsurarum, ꝙ sic ostendo.

1 Talis †præsumitur esse contractus, qualis apparet in prima sui figura. c. illo vos, de pignor. c. ad nostram, de empt. & ven. c. cum in diocesi, de vsu. l. quamuis. C. si quis alteri, vel sibi, & ibi Bal. dixit, ꝙ instrumentum præsumitur verũ, & in c. 1. de no. feu. dixit idem Bal. ꝙ instrumentum præsumitur verum. a primordio enim tituli posterior formatur. l. j. C. de impo. lucra. descript. lib. 10. Et pulchrè dixit Bal. in l. ab Anastasio. C. mand. ad fi. ꝙ intantum præsumitur, ꝙ instrumentum non sit simulatum, vel in fraudem initum, ꝙ allegans simulatum instr̃m non auditur, nisi alleget speciem simulationis, & in c. j. de feu. da. in vicem l. commiss. dixit idẽ Bal. ꝙ simulatio nunquam præsumitur in instrumento, & in l. j. C. si seruus exte. dixit idem Bald. ꝙ allegans instrumentũ simulatum oportet, ꝙ probet, ꝙ a principio fuerit actum illud esse simulatum. Modo in proposito nostro, nec ex tenore ipsius instrumenti, nec ab appositis in ipso instrumento non apparet, aliquid simulatè gestum in fraudem vsurarum. vnde nec ponitur aliquid de his, quæ posita sunt ĩ d. c. illo vos, nec in d. c. ad nr̃am, nec in d. ca. cum in diocesi. ergo non præsumitur instrumentum vsurarium, aut in fraudem vsurarum, vnde Bal. in l. 3. C. plus vale. quod agi. figurando casum in illa l. secundum Odofre. dicit, tu volebas, ꝙ ego mutuarem tibi 10. dixi, ꝙ eram paratus, sed volebam, ꝙ tu reuera vẽderes mihi fundum tuum pro istis 10. & ego tibi reuendam post decennium pro eodem pretio. nam constat, ꝙ causa originalis istius fuit mutuum, & ideo instrumentũ iudicatur fœneratitium: quod dicit esse not. dignum. Si autem non constaret de originali mutuo, tunc ex tali pacto non iudicaretur instr̃m vsurarium, etiam cum vsurario initium: quia sępe vsurarij faciunt bonos contractus, & ita dicit intelligendum, quod no. Iaco. de Are. & Cy. ibi. & quod no. in d. c. ad nostram, & in d. c. illo vos, de pig. Cum ergo in proposito nostro non appareat de causa originali, ꝙ fuisset mutuum. ergo sequitur, ꝙ non est vsurarium instr̃m, & etiam quia non apparet, ꝙ vendens fuerit vsurarius, aut emẽs. Et est ponderandum, ꝙ illud pactum potius degenerat ꝯ ipsum emptorem, qui videtur potius mutasse illã pecuniam, & fecisse pactum de reuendendo. vnde si concurrerent præsumptiones approbatæ a iure, de quibus in iuribus superius allegatis, potius iudicaretur contra ipsos emptores, & non contra ipsam vẽditricem. Facit, quod no. D. Pe. de Anch. in d. c. ad nostram, vbi di

2 cit, ꝙ licet† pactum de retrouendendo sit licitum, vt l. 2. C. de pact. inter emp. & ven. & antequam redimatur res, emptor licitè lucretur fructus: vt ibi. & not. p gl. in c. conquestus, de vsuris. tamen hoc fallit, quando cum pacto de reuendendo concurrunt aliæ coniecturæ, pp quas præsumitur contractus simulatus, & in fraudem vsurarum, vt contingebat in casu. d. c. ad nostram, vbi ꝯcurrebat, ꝙ emptor erat vsurarius, & ꝙ ante septenniũ non poterat res redimi, & a principio fuit petita pecunia mutuo, & concurrebat paruitas pretij, vnde tot concurrentibus ꝯctus præsumitur vsurarius, stante pacto de reuendendo: sed in casu nostro tales coniecturæ non concurrunt: ergo ex solo pacto de reuendendo, quod est licitum, non iudicatur ꝯctus vsurarius. Facit, quod voluit D. Cardi. in d. c. ad nostram. vbi refert se in quæstione facit cõsuluisse, quidam habuerat a Titio centum, & fecerat ei Titio vẽditionem de quodam fundo pro illis centum, quę re vera valebat ducenta, demum per aliud instrumẽtum promisit Titius reuendere ipsum fundum dicto venditori redditis sibi dictis centum: fuit dubium, vtrũ contractus ille ex hoc iudicaretur vsurarius: & consuluit ꝙ non, & allegat, quod no. Cy. in d. l. 2. C. plus val. quod agi. Facit, quod not. Ioan. An. in d. c. illo vos, & dixit do. Laur. de Pinu practicus doctor in d. c. illo vos, ꝙ in practica seruatur, ꝙ interuenit concursus illorum trium, de quibus ibi: aliter cõtractus nõ iudicatur vsurarius, facit, quod no. Arch. in capi. plerique. 14. q. 3. Et pulchrè dixit Bal. in c. j. de feu. da. in vicem leg. commiss. pone, inquit, quòd fœnerator mutuat mihi reuera 10. pro quibus ego facio instrumẽtum venditionis cuiusdam domus, hoc pacto, ꝙ ego promitto reemere illam domum post quinquennium, & non ante, pro illis 10. ꝙ & si non potest probari apertè de mutuo, & tamen ex consuetudine feneratoris pręsumitur ꝯctus vsurarius. Item quia est contra naturam verę venditionis, alleg. d. c. illo vos. d. c. ad nostram. Refert tamen alios contradicere: quia nulla lex, vel decretalis hoc dicit, ꝙ ex sui forma talis contractus sit fœneratitius. Item emptio & venditio potest fieri ad certum tempus. d. l. 2. de pac. inter empt. & ven. & subdit illos bene dicere, nisi probetur, ꝙ sit solitus fęnerari, nam in eodem genere malitiæ semper præsumitur, vt in regula, semel malus. libr. 6. & concludit, ꝙ alteratio contractus, & pacta insolita, & ꝙ est vsurarius contrahens, ex his præsumitur contractus vsurarius. l. sexta. ff. de condi. inst. & tali pręsumptioni statur, & idem dicit de alijs pactis similibus, quę sunt contra naturam veræ venditionis. allegat, quod no. glo. in l. qui testamentum. ff. de probat. & quod habetur in l. 1. C. de natura. lib. & l. fraus. ff. de leg. & sic cõcludit, ꝙ ex solo pacto de retrouendendo instrumentum non præsumitur vsurarium. Cum ergo in casu nostro non concurrant coniecturæ, ex quibus possit argui instrumentum venditionis istius simulatum, & vsurarium, sequitur, quòd ex tali pacto de retrouẽdendo approbato a iure non censebitur tale instrumentum simulatũ, & vsurarium. Facit, quod no. Ioan. Cald. in 18. q. sua, quæ incipit vsurarius, & do. Petr. de Anch. in d. c. illo vos, & in consilijs suis, consilio 9. & do. Laur. de Rodul. in tractatu de vsuris. in secunda parte, quæstione 60. & in prima parte, quæstione 18. & quod not. Bar. in consilio incipiente, factum tale est. Et ita concludo in isto dubio. ¶ Venio ad secundum dubium, si illud pactum valuit, & tenuit, & de iure fieri potuit, quo spiritu ductus ille procurator venerit contra factum dominæ, reuocãdo illud pactum, & asserendo fuisse factam maximam cõscientiam dictæ dominæ de illo pacto, reddendo illam venditionem inefficacem, nescio videre, nisi ꝙ dolo, fraude & iniquitate fretus ipse procurator hoc fecerit, vnde falso videtur asserere maximam consciẽtiam factam fuisse dictæ dominæ huiusmodi, vt apparet ex supradictis. vnde non fuit necesse dumtaxat dicere, sed probare. vnde

3 †nõ statur assertioni ipsius procuratoris, sed veritati, facit l. si forte. & quod ibi not. Bar. ff. de cast. pec. in l. per diuersas. C. mã. & in l. illud. & in l. j. C. de sacr. san. eccl. & in l. j. C. ne licet po. & gl. & Bal. in l. si donatione. C. de col. & doc. in cle. j. de reb. ec. nõ alię. nec sufficit allegare, sed probare, vt est gl. in l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eorum. & in l. j. in prin. ff. si quad. pau. feci.

feci.dica.& ibi glo.dicit,& probat.l.ꝑtor ait.in princ. ff. vi bo.rap.l.j.in princip.ff.de incen.rui.ca.super eo. el j.de appel.& in c.non est,de consuet.lib.6.tex.in c. cum super.de conces.præben.capi.a nobis.de deci.l. doce.C.de rei vendi.Bal.in l.j.ff.cōmod.vnde nō fuit sufficiens causa reuocandi illud pactum, dicendo & asserendo, ꝙ fuit facta maxima conscientia dictæ dominæ de illo pacto:quia cum illud pactum est legitimum & canonicum,approbatum per leges,& canones,non fuit verisimile, ꝙ conscientia facta fuerit de hoc dictæ dominæ,argum.capitu.quia verisimile.de præsumptionibus.per quem text.firmant ibi omnes scribentes, ꝙ quando exceptio non est verisimilis debet aliquid apponi, vt reddatur verisimilis,alias illā afferens non auditur. & dicit dominus Antonius in capitu. super hoc. de renuntiat. ꝙ quando exceptio non est verisimilis, nūquam iudex debet eam admittere.facit text.in l. satis apertè.C.de fals. & sic cū non est verisimile, ꝙ facta fuerit conscientia de dicto pacto de retrouendendo dictæ dominæ,sequitur,quòd talis reuocatio fuit nullius momenti. Facit glos.in l. is ad quem.ff.de acquirenda hæred.l.tutor si petitus, & l.Seiæ egressæ.ff.de tutor.& cura.datis ab his.l.qui testamento.ff.de excu.tu.& per cōsequens ex isto capite fuit nulla reuocatio pacti ꝓdicti facta per ipsum procuratorem. Et ꝙ dolose fecerit, & fraudulenter, apparet: qa falsam causam allegauit, quia pactum per ipsum de retrouendendo reddebat venditionē inefficacem. & sic videtur in dolo, asserendo falsam causam per coniecturas enim probatur dolus. l. dolum.C.de dolo. per gloss. capitul.2.de renunt.lib.6.l. post cōtractum.ff. de dona.cum simil.Præterea hoc decidit formaliter tex.in l.si hominem.ff.man.in versicu.si procurator iustam causam habuerit interpellandi manumissionem serui,quem in hoc solum acceperam,vt manumitterem: veluti si compererit eū postea falsas rationes confecisse,vel insidias vitę prioris domini instruxisse, tenebor: si vero nulla causa iusta procuratoris fuit denunciandi,ne seruus manumitteretur,non poterit mecum agi. vbi est casus valde singularis, quòd † procurator nō potest reuocare
4 factū domini, nisi ex causa iusta hoc fecerit. per quē tex.dixit singulariter D.Bal.ꝙ licet episcopus nō possit condere constitutionem contra ius canonicum, iuxta not.in c.si.de offi.Arch.& in c.vt animarum,de consti.lib.6.& in cle.ne Romani.de elec.tamē ex causa iusta poterit.ita dixit Bald.in l.omnes populi.ff.de iustit.& iure. refert & sequitur do. Abba. consiculus meus in ca.at si clerici.§.de adulterijs.de iudic.vbi dicit,ꝙ ex causa iusta potest episcopus dispensare contra ius canonicū, alle.D.de Rota.decisione ducētesima quinquagesimaquinta.alle.d.l. si hominē. Idem Bal.in rubr.C.qui admit.dixit,ꝙ ex causa iusta potest Potestas, qui iurauit seruare statuta ciuitatis: venire contra dispositionem statutorum.Et facit,quod voluit idem Bald.in j.constit.C.§.quibus.& facit gl.in c. tempora.26.q.7.quæ voluit,ꝙ inferior potest alterare pœnitentiam iniunctam a Papa,& illam diminuere ex causa iusta, alleg.d.l.si hominem.Cum ergo in ꝓposito nostro iste procurator nulla iusta causa motus,aut fretus reuocauerit mandatum ipsius dominæ. ergo sequitur, ꝙ talis reuocatio fuit nullius effectus. Facit illud, quod pulchre scripsit Esaias 10.c.& 40.ca.nunquid gloriabitur securis contra eū, qui secat in ea,an exaltabitur serra cōtra eū,qui trahit eā. 23.q.5.hinc notandum. Facit tex. valde singularis & melior de iure ad decisionem huius consultationis, C.de nouo co. compo.l. hæc quæ necessario.§.sicut. in vers.specialiter.per quem tex.dixit ibi Bar.si est datum arbitriū quibusdā sapientibus super aliquo negotio,puta sup abūdantia,vel publica vtilitate huius ciuitatis an vigore huius arbitrij potuerunt corrigere statutum:& videtur ibi textus, ꝙ non: nisi specialiter sit demandata correctio.Bartolus ibi dicit, ꝙ ex vigore cuiuscunque arbitrij non potest quis statuta iam facta corrigere,vel immutare: nisi hoc specialiter sit permissum: vt est text.ibi, vel nisi superueniat causa correctionis de nouo,quæ non erat,vel ignorabatur tempore statuti conditi:& de hoc dicit esse notabilem tex.in dicta l.si hominem.& ita residet.& ibi dixit Baldus ꝙ ea,quæ sunt a superiore specialiter cōfirmata,non possunt generales commissarij mutare, alle.dicta l si hominem.facit etiam,qđ no.idem Bar. in l.ambitiosa.ff. de decre. ab ord.faci.in d.l.si hominem.vbi dicit istam l.esse multum notabilem, quòd quando aliquibus conceditur arbitrium per cōmune,quòd illi non possunt facere contra statutum,nisi ex noua causa,vel antiqua, quam ignorabat commune tempore concessi arbitrij,seu confecti statuti, & se millies hæc fecisse. & ibi etiam dixit Bald. quòd quando superest iusta causa,debet procurator in reuocatione causam exprimere specialiter alias nō admittitur reuocatio: facit etiam optima gloss.in c.latorem.33.q.2. & sic sentiunt Bar. & Bald.in d.l.si hominem.& in locis præall.ꝙ debet adesse iusta causa, quam dominus ignorauit,si erat ab antiquo, vel de
5 nouo superuenit.Et sic sentiunt,ꝙ † si dominus causam illam sciuit, non poterit procurator illud mandatum reuocare,& probat ibi text.in versi.si comperterit eum postea falsas rationes confecisse, vel insidias vitæ prioris dominio instruxisse, & sic si causa erat manifesta domino: licet fuerit iusta causa reuocandi mandatum, nō poterit procurator illud mandatū reuocare, quod est multo fortius in facto isto, quia prior non fuit iusta causa reuocandi istud mandatum,seu istud pactum de retrouendendo, & illud apposuerat in dicto instrmento. vnde ista causa non erat occulta ipsi dominæ.ergo posito,ꝙ tale pactum fuisset minus canonicum & iniustum:tñ non potuit per ipsum procuratorem reuocari. ergo multo fortius in casu nostro, cum fuerit iustum & canonicum nō potuit per ipsum procuratorē reuocari. nō enim est maior seruus dño suo,aut discipulus magistro:vt est sermo Dominicus.facit,quod pulchrè voluit Bal. in l.petitionem. C. de aduo.diuers.iudic.vbi dicit, ꝙ nunquam quis videtur promisisse officium suū præstare contra se & suos: ita dicamus in casu nostro, ꝙ licet ista dña constituerit istum procuratorē cū libera: non tamen videtur sibi concessisse illam potestatem,ad infringendum & reuocandum facta & gesta per ipsam dominā. Facit etiā,nā procurator nunꝗ vr̄ constitutus ad fraudandum ipsum dñm, & ad dilapidandum bona ipsius dñi, ad faciendā eius ꝯditionem deteriorē: vt l.si pater.ff quæ in frau.cre.l.creditor.§. Lucius.ff. mand.l.3. § si procurator.ff.qđ quisque iuris.l.j.§.si ꝓcurator.ff.quis ius di.non obtemp. c.j. vt lite nō cont.l. eum qui res agit hæredum.C.de procurator.cum si.sed in proposito nostro reuocare illud pactū de retrouendendo,est facere conditionē ipsius dñæ deteriorem:maximè considerata quantitate pretij habita ex alia medietate ipsius fundi.ergo sequitur,ꝙ dictus procurator non potuit facere ꝯditionem ipsius constituentis deteriorē.Et maximè,qa dolose est versatus, vt superius scriptū est:& apparet maxima falsitas causæ reuocādi dictum pactum, qa dicit dictus procurator, venditionem huiusmodi de iure inefficacem, quod est falsissimum: quia imo de iure est valida,vt est dictum.Et sic ex duobus infringitur, & reddit̄ nulla dicta reuocatio pacti de retrouēdendo: vnum est, ꝙ ex causa falsa emanauit in iure, secundum est, ꝙ non potuit reuocare factum ipsius dominæ canonicè & legitimè gestū. ¶ Ex istis infertur

tur ad tertium, videlicet, vtrum ratificatio & probatio facta per ipsam dnam de gestis per ipsum procuratorē cōualidauerit ipsam reuocationē pacti de retrouendēdo. Et circa hoc est aduertendū, qa in dicto instrumēto ratificationis dicit, dicta do. sciens & cognoscens dictū eius procuratorē bene, diligēter, & fideliter exercuisse, & procurasse ipsius facta & negotia: & cum omni debita solicitudine, & prouidentia, sponte, & ex certa sciētia omnia facta, gesta, & procurata p dictū procuratorē eius nomine ratificauit, approbauit, & homologauit. Vnde regula est, ꝙ præfatio & proœmiū in principio actus, seu instrumēti apposita, seu appositū demonstrat, & ostendit finalē intentionē, & mentē ꝯhentis declarat, tex. est in ʃl. regula. §. & licet. in vers. initiū ꝯstitutionis demonstrat. ff. de iur. & fa. igno. quē ad hoc alle. D. Ant. in cle. j. de elec. tex. i l. j. ff. ad Mace. & ibi Bar. dicēs, proœmiū ostēdit mentē & voluntatē ꝯdentis, qđ dicit notandū pp statuta, tex. est in l. fi. & ibi Bal. ff. de hære. insti. & in l. j. ff. de orig. iur. & in prima cōsti. C. §. quibus. & ibi Bar. & idem Bal. in c. secundo requiris. de appel. dixit, ꝙ causa proœmialis ostendit vltimam voluntatē conditoris, & idem voluit in l. vt libris. C. de colla. & in l. hæc verba. C. de falsa cau. adiecta lega. Bar. & ibi tex. in l. cum hi. ff. de transf. fac. l. Titia. §. idem respōdit. ff. de verb. obl. tex. in c. ex multa. de voto. & ibi D. Abb. consiculus meus, & sic apparet ex istis, quod qualis fuerit mens ipsius dominæ ratificantis, colligitur ex ista præfatione. Vnde mens ipsius fuit approbare facta & gesta per ipsum procuratorē diligenter, fideliter, & cum omni prouidētia. Vnde vr̄ illa, quæ sic fideliter gesta fuerunt, ratificasse. ergo sequitur, ꝙ illa, quæ infideliter & iniquè gessit, non videtur ratificasse, aut approbasse, & sic limitata causa limitatum parit effectū. l. age cū Geminiano. C. de transf. l. in agris. ff. de acquir. rer. do. vnde in ista generali cōfimatione, & ratificatione gestorum non videtur ratificasse iniquè & dolose gesta, vt est tex. optimus in l. j. in fi. & ibi gloss. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. & ibi Nicolaus de Neapoli, alle. illā gl. quia si imperator ꝯfirmat omnia priuilegia concessa alicui ecclesiæ, nō vr̄ confirmare priuilegia iniqua, alleg. etiā glo. in l. eos. C. de vsur. per quam dicit, ꝙ vbi Potestas iurauit seruare statuta, non videtur uirtute illius iuramēti astrictus seruare statuta iniqua. facit l. 1. & quod ibi not. Bal. C. de monop. glo. in l. non videtur. §. qui iussu. ff. de reg. iur. c. j. de iureiur. lib. 6. c. veniens. c. quintaualis. de iureiu. facit l. qđ seruus. ff. de acquiren. poss. vbi lex generaliter disponens, ꝙ quicquid quērit seruus, domino quærit, non extēditur ad casum, quo quærit illicite, & inique. facit glo. in l. cum oportet. in ver. ex substantia. C. de bo. quæ lib. facit c. 1. per quos fiat inuesti. vbi inuestitura facta vassalo per dn̄m de feudis sibi concessis non extenditur ad illa feuda, quæ sibi fuerunt ꝯcessa illicitè, vel iniquè. Facit, qđ no. Bar. in l. non putauit. §. si quis. ff. de contratab. & in l. filiū qs in §. si quis contratab. ff. de leg. prēst. per illum tex. dicens, constitutionem generaliter punientem cedentem actionē nobili, non extendi eo casu, quo cessio fuit inualida. Facit, quod no. Bal. in d. c. j. vbi dicit, ꝙ generalis confirmatio priuilegiorum nō cōprehendit priuilegiata iniusta iuri contraria non intelligūtur confimari, & qđ no. idem Bal. in l. de quibus. ff. de legi. Et sic stat conclusio firma, ꝙ cōfirmatio, seu ratificatio † gestorū non extendit se ad ea, quæ iniquæ, & dolose gesta sunt per procuratorem, seu aliū. Modo in proposito apparet ex supradictis, ꝙ dictus procurator iniquè & dolose se gessit in reuocando factū per ipsam dominā, asserēdo nō potuisse fieri de iure, quod erat validū, vt ostensum est. ergo ista generalis ratificatio facta per istam dominā non comprehen-

6

dit factum illud iniquum & iniustū. Et eo maximè: quia iam in dicta ratificatione dicitur, sciens & cognoscens dictum procuratorem fideliter & diligenter exercuisse: qa videt̄ talis ratificatio extēdi dumtaxat ad ea, quę fideliter gesserat: & sic expressum facit silere tacitum. vt l. fin. C. de pactis conuen. cum similibus. Et per consequēs non ratificauit iniustè, & infideliter gesta per ipsum ꝓcuratorē. & ꝑ ꝯn̄s ex isto capite actus iniquus ab illo procuratore nō est cōfirmatus. Præterea facit, quod voluit Zenzelinus in cle. j. §. porrò. de iureiur. quem sequuntur ibi scribentes. pone inquit promisi aliquem defendere cōtra omnem personam an tenebor illum defendere contra me: & concludi, ꝙ non alleg. qđ habet̄ in capitulo domino guerram. § fin. in titu. hic finitur lex incipit consuetu. reg. dein. quod habetur in capitul. petitio. de iureiur. & in l. inquisitio. C. de solut. nam in generali sermone intelligit̄ excepta ꝑsona loquētis: vt in dicto cap. petitio. Facit l. humanitatis. C. de excusa. tuto. vbi qs nō cōpellit̄ suscipere tutelam cōtra se, aut fratrē suū, aut filios suos. Facit l. petitionē. C. de aduoc. diuer. iudic. vbi per illum textum dicit Baldus, ꝙ nemo videtur promisisse aduocationem ꝯ se, aut suos. & facit cap. j. §. porrò. in titulo, q̄ fuit prima causa bene. amit. & qđ not. Bal. in ca. j. de noua for. fideli. & in l. imperiales. §. fi. de prohib. alie. feu. per Feder. & si iurans defendere alium contra omnem hominem, non videtur se adstringere vt illum defendat ꝯ se ipsum. Vnde ista inferūt necessariò ad istam consultationem: si ista dn̄a ratificauit gesta per ipsum procuratorem: nihilominus non videtur ratificasse illa, quæ procurator prædictus gesserat contra gesta & facta ab ipsa dn̄a: vnde illa ratificatio ita generalis restringit̄, nisi illa gesta fuissent facta ꝯ, & aduersus facta per ipsam dominam. & est
7 ratio inconuincibilis, † nam nemo præsumitur esse oppugnator suorum iudiciorum: vt est pulcher tex. in l. 3. in vers. nec credēdū est quēquā genus testādi eligere ad impugnāda sua iudicia. ff. de testa. mil. & ꝑ illū tex. dixit Bal. in repet. rub. C. de fide instr. ꝙ si notarius dicit se rogatum a partibus vt amicum, & non vt notarium, & partes dicunt, eum rogasse vt notariū, ꝙ præsumēdū est, ꝙ vt notariū eū rogauerint, si actus erat validū & firmus pp hoc, qa non est præsumptio, ꝙ elegerint viam, per quam videantur velle, vt sua iudicia impugnentur, vt in d. l. 3. facit l. in testamento. C. de testam. milit. & quod pulchrè voluit Spec. in tit. de arbi. §. sequitur. vers. sed pone, ꝙ sicut quotidie. vbi dicit, ꝙ si ille, q pōt vt arbiter, & vt arbitrator pronunciare, & in sententia vtranq; potestatem expresserit, præsumendum est, eum vt arbitrum pronunciasse, quia isto modo eligendo, sententia eius videtur firma: nec poterit ab ea appellari, vt l. diē ꝓferre. §. stari. ff. de arbit. qa in dubio, qs videtur elegisse viā, p q̄ suus actus maneat firmus & validus, per d. l. 3. ita etiam per d. l. dixit dominus Bal. in c. fi. de re iudi. ꝙ si iudices habebant ordinariam iurisdictionem & delegatam, ꝙ ꝑsumit̄, ꝙ elegerint ordinariam, nisi cōtrarium appareat p acta, allegat. d. l. 3. ita videt̄ dicendum in proposito nr̄o, ꝙ licet dicta domina ratificauerit & homologauerit facta, & gesta per illum procuratorem, non tamen videt̄ homologasse & ratificasse illa, per quę factū & gestū per ipsam dn̄am reddat̄ nullū, & impugnetur & reuocetur. Et sic ex duobus manifeste apparet, ꝙ dicta ratificatio nō cōprehendit illam reuocationem pacti de retrouendendo. Primo: quia illa ratificatio non cōfirmat gesta per ipsum procuratorem, quæ erāt nulla ipso iure, & iniquè, & fraudulēter gesta, secundò qa non infringebant factū & gestum ipsius dominæ, quæ non videtur velle infringere iudicia

8 cia sua. Facit etiam: nam† dicta domina præsumitur ignorasse dolū cōmissum per ipsum procuratorem, per regulā. l. verius. ff. de probat. quæ ignorantia suo probabitur iuramento tanq̄ consistens in animo: vt est glo. inst. de acti. §. aliæ. l. si cui. §. iisdem. ff. de accu. Bar. in l. Celsus. ff. de vsuc. gloss. in c. si vero. de sent. excō. & in ca. significasti. de homi. ergo sequitur, ꝙ illa reuocatio fuerit nulla: q̄a ex falsa causa allegata ī iure quo casu fuit nulla, vt est dictum superius: & quia dolo & fraude ipsius procuratoris, iuxta no. in l. eleganter. ff. de dolo. ergo sequitur, ꝙ non potuit conualidari ꝑ ratificationē: vt est tex. cū gl. in l. j. C. si minor maior factus. Facit, quod no. Innoc. in c. prudentiam. de offi. delega. & in c. dudum. de re. ecc. nō alie. lib. 6. & quod pulchrè dixit dominus Lud. Roma. in consiliis suis, cons. 52. incip. visis circa id, de quo quæritur. vbi consuluit, ꝯtractū nullū ratione doli commissi per contrahentem non potuisse cōualidari per ratificationem postea factā, & loquitur ibi D. Ludo. quando illa ratificatio fuit indiuiduè & specifice facta super illo contractu: quāto fortius in casu nostro, quia ista ratificatio fuit facta in genere, & nō fuit facta specifica mētio de illa reuocatione illius pacti de retrouendendo, ergo nullo modo potuit ratificare dictā reuocationē factā per illum procuratorē: multominus in casu nostro ratificatio generalis comprehendet illud pactū. Facit etiā: quia quæ speciali nota sunt digna, nisi specialiter notentur, videntur neglecta: vt l. itē apud Labeonem. §. hoc edictū. ff. de iniur. Nec obstat, si dicatur, ꝙ in dicta ratificatione dicitur sciēs & cognoscēs ipsum procuratorē diligēter & fideliter exercuisse: vnde vr̄, ꝙ licet malè gesserit, nihilominus videtur approbasse illa male gesta. volenti autem & scienti non infertur dolus. c. scienti. de reg. iur. libr. 6. l. cū donationis. C. de trāsacti. quia ad hoc dicendum est, ꝙ ista domina ignorauit istam reuocationem factam per ipsum procuratorem, quod apparet per regulam. d. l. verius. vnde illa verba sciens & cognoscens, nō referuntur ad illam reuocationem, quam ista domina ignorauit: iō nō nocet sibi illa assertio. l. fi. C. de cond. inde. l. fi. §. idem quæsiit. ff. eo. & si diceretur, ꝙ per illa verba cōprehenderetē illa reuocatio, sequeretur necessario, ꝙ per errorē dicta domina ita dixisse, ex quo veritas aliter se habebat. l. error. C. de iur. & fac. igno. l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iudic. vnde illa ratificatio videtur per errorem facta quoad illam reuocationem: vt est casus in d. §. idem quæsijt. vbi patet, ꝙ quādo quis inducitur ex errore ad aliquem actum, licet promittat non contrauenire, non facit sibi preiudiciū: vt ibi est casus singularis. vnde si per ignorantiam quis soluit indebitū, & promittat nullā ꝯtrouersiam mouere, & sic non contrauenire, non pīudicat sibi, quo minus possit solutū repetere per conditionē indebiti: & ratio est secundū Bartolum ibi: quia ex eodē errore, quo inducitur ad faciendam dictam promissionem, inducitur etiam ad illam renuntiationem: & ideo non debet præiudicare, arg. l. doli mali exceptio. §. diuersum. ff. de noua. & l. si mulier. C. ad Velleia. Facit etiam, quod no. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obli. & plus dixit Bar. in d. §. idem quæsijt, ꝙ etiā si renūciaret conditioni indebiti, & sine causa, & omni alteri auxilio, ꝙ non præiudicabit talis renuntiatio per rationem prædictam. Ita videtur dicendum in proposito, quòd posito, non tamē concesso, quòd illa verba, sciens & cognoscens &c. referantur ad illā reuocationem: nihilominus per errorem vr̄ emanasse, ex quo aliter se habet veritas, & per consequens ex eodē errore illam ratificauit, & per consequens non tenet talis ratificatio. Sed in veritate est dicendū, ꝙ illa clausula nullo modo refertur ad illam reuocationē: quia illa fuit dolosa & fraudulēta, apponēdo falsam causam, & sic talis ratificatio illam reuocationem pacti de retrouendendo non cōprehendit. ¶ Et ex istis infertur ad aliud, videlicet, dictus procurator locauerat illis comitatensibus dictum fundum pro annuo affictu librarum trigintaquinque: postea dicta dn̄a vendidit dimidiam partē fundi, ꝓ ducētis libris, præfatis comitatensibus cum pacto de retrouendēdo: & detraxit 10. libras annuas de dictis trigintaquinque libris, & remanserunt 25. libræ annuæ, & ratificauit dicta domina illam locationē factā ꝑ illū ꝓcuratorē, & reseruauit sibi ius dicta domina supra illos comitatenses conductores dictæ dimidiæ, pro illis 25. libris, donec durauerit vita ipsius dominæ. Modò dictus procurator reuocando illud pactum de retrouendendo, & faciendo venditionē purā, & simplicē, locauit dictā medietatē fundi ad affictum francandum, & acquirēdum titulo emptionis producētis libris: vtrum hoc facere potuerit, & an dicta ratificatio facta per ipsam dominam cōprehendat dictā locationē cū pacto francandi. Et ex supradictis videtur dicendum, ꝙ nō potuit, nec talis ratificatio comprehendit dictam locationē cū pacto francādi.

9 Et adduco ad hoc, ꝙ eo ipso, † ꝙ ipsa dn̄a ꝯfirmauit, & ratificauit illam locationem factam pro annuo affictu ꝑ illū ꝓcuratorē, & reseruauit sibi illas libras 25. pro annuo affictu, videtur illam locationē effecisse suam, & dicitur locatio ipsius dominæ; & non locatio ipsius procuratoris: & allego elegantem doctrinam Bal. in l. ex placito. C. de re. per. vbi dixit, ꝙ si Papa confirmat statuta Spoleti, dicuntur effecta statuta Papalia, & nō dicunt ampli statuta Spoletana, adeo ꝙ transgressor illorum statutorū dicetur trāsgressor statutorum Papalium. facit gloss. in cap. j. & 2. de confirma. vti. vel inuti. & quod ibi no. Inno. & qđ no. Bald. in tracta. scismatis. & in l. ex verbis. C. de dona. inter vi. & vxo. & maximè in casu nostro, quia ille procurator fecit illam locationem pro 35. libris de toto fundo, & illa domina postea vendidit medietatem illius fundi pro libris ducentis cum pacto de retrouendēdo, & detraxit libras 10. de illis 35. & reseruauit sibi 25. libras annuas, & sic alterauit illam primam locationem factam per illum procuratorem, quo casu illa alteratio fecit desinere locationē esse illius procuratoris, & fecit illam esse ipsius dominæ, ꝑ text. in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iu. & ꝑ elegās dictum Gul. de Cu. ibi, vbi dixit. eo ipso ꝙ addit, vel detrahit libello, efficitur nouus libellus, & not. Bal. in l. edita, actio. C. de eden. & facit glo. valde singularis in c. statutum. de elec. lib. 6. iuncto ca. licet canō. eo. tit. & libr. vbi cōstitutio pęnalis loquēs de ecclesia parochiali non habet locum ecclesia parochiali collegiata, quia addere illā qualitatē collegij ad parochiam, facit eandem esse desinere, & sic alteratio actus facit illum transire in nouā speciem. facit, quod no. in c. cōsuluit. de iudę. Modò in proposito nostro illa locatio facta per illum procuratorē ꝑ istā alterationē factam per ipsam dominā, dicitur esse noua locatio, & dicitur esse locatio ipsius dn̄ę. ergo sequitur, ꝙ succedunt iura, & doctrinę superius allegatæ, per d. l. si hominē. ff. mand. ꝙ nō potuit ille ꝓcurator reuocare factū dn̄ę, & facere eius ꝯditionē deteriorem. Et si dicatur, ꝙ habebat liberā, est verū quoad gerēda a se, non quoad reuocanda iam gesta a dn̄a, vt superius est dictū, & maximè in casu nr̄o, quia dolosè gessit se circa hoc, quia pensio erat magna, videlicet in 25. libris annuis, & ipse fecit eis pactum de frācādo pro libris ducentis. vnde licet procurator habeat liberam, tū non vr̄ habere liberam in dolosè gerendo & reuocando facta sui dn̄i; vt l. creditor. §. Lucius. ff. man. Et ideo dixit Bart. in l. procurator

curator

curator cui libera. ff. de ꝓcur. ꝙ concessio libera importat, ꝙ ꝓcurator possit omnia facere, quę pōt dn̄s, dūtamen dolus absit, allegat. d. §. Lucius. nec poterit donare: vt l. contra iuris. §. fi. ff. de pac. Cū ergo in proposito nostro apparet dolus re ipsa in ipso procuratore, eo ipso, ꝙ afflictus erat 25. librarum annuatium, & ille vendidit pro ducentis libris, quia iam valebat vltra quadringentas libras, cōsideratis fructibus. vnde vr̄ versatus in dolo euidenti, ar. eius, qđ habetur in l. si quis cum aliter. de verb. ob. & l. 2. C. de resc. vend. & c. cum dilecti. de emptio. & vē. vnde enormiter læ-
10 sit ipsam dn̄am dictus procurator, & † ex enormi læsione ꝓsumitur dolus & fraus secundum no. tex. in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. credi. l. summa cum ratione. ff. de pecu. & ponit dominus Bald. in c. j. §. itē sacramenta. de pace iur. fir. Facit, quod not. Bar. in l. vlt. ff. de prætor. stipul. vbi dicit, ꝙ arbitrator ꝓsumitur in dolo, si enormiter læsit. Ita dicamus in proposito. facit ad hoc tex. in l. cum hi. §. in causa. cum. §. sequenti. ff. de transac. & sic illa potestas cum libera nō potuit comprehēdere istum casum enormis, immo enormissimæ læsionis, & cū dolo & fraude: & sic nec potuit reuocare factum ipsius dominæ, nec mandatum cum libera operatur circa fraudē & dolū ipsius procuratoris. Facit etiā: qa ex superioribus dictis apparet apertissime, ꝙ ad reuocandum illud pactum de retrouendēdo dictus procurator dolose se habuit vnde in eodem contractu omnis clausula, omnisq; cautela, aut robur præsumitur dolosè fuisse apposita. & sic eodem morbo doli laborat illa locatio facta ꝑ illum procuratorem cum pacto francandi pro libris ducentis: vt est gl. valde singularis in l. si patronus ex debita. §. patronum. ff. quæ in frau. patron. & de ea facit festum Bal. in consilio incipiente, filia instituta. & facit, quod not. idem Bald. in l. si ex cautione. C. de non nu. pecu. & Barto. in d. l. fi. §. idem quæsijt. Et illa
11 † verba, sciens & cognoscens illum procuratorem fideliter & legaliter exercuisse, sunt potius apposita ex fraude ipsius procuratoris, cōsiderata iniquitate sua in reuocando illud pactum ex causa falsa, & reuocādo illam locationem, & apponendo pactum emēdi pro ducētis libris. Et ideo pulchrè dixit Bal. in l. 3. C. plus vale. quod agi. ꝙ si in instrumento dicatur, vendidit & tradidit verè, & non per fraudem vsurarum, aut simulationem, ꝙ multo magis redditur suspectū & in fraudem vsurarum factum illud instrumentum propter illa verba sic apposita, allegat glo. in d. l. si qs sub conditione. ff. de condit. instit. facit, quod habetur in l. cum allegas. C. de vsu. & de illo dicto Bald. in d. l. 3. facit festum dominus Cardinalis in capi. ad nostram. & ibi omnes moderni ordinarie scribentes, de empt. & vend. Multo ergo magis in casu nostro præsumit fraus & simulatio in ipso instrumēto, ex quo liquidissimè apparet de dolo, fraude & iniquitate ipsius procuratoris: & bene apparet, ꝙ habuit facere cū fęmina vetula & simplici. Et ideo dicebat Baldus post antiquos scribentes in l. 2. C. de rescindenda venditio. ꝙ licet aliquis vendat rem minus dimidia iusti pretij scienter, nec possit intentare remedium. d. l. 2. per textum in l. quæritur. §. final. ff. de ædi. edi. qa hoc ꝓcedit, nisi simplicitas, aut rusticitas personæ aliud suaderet, & ponit exemplum in minore, muliere, & rustico. & vidi sępenumero iudicatum secundùm illam doctrinam, & illam sequitur Saly. ibi, & eam sequitur dominus meus Io. de Imol. in cōmento. c. cū ꝯtingat. de iureiur. & sic de facili ꝓsumitur ista mulier vetula decepta, an illo versuto, vt ita dixerim, ꝓcuratore, & per consequens sequitur, ꝙ illa ratificatio facta per illam dominam nō extendit se ad dictā locationem factā cū potestate francandi & emendi, cum fuerit facta ꝯtra gestę & facta per ipsam dominam, & in grauissimum damnum & præiudiciū ipsius mulieris, & cum dolo & fraude ipsius procura-
12 toris. Et etiam † illi rustici bene fuerūt in dolo: quia sunt sagaces & versuti rustici: quia sunt rustici Bononienses, vt no. glo. singularis. in l. athletę. §. de rusticis. ff. de excu. tu. & facit, quod not. Bald. in l. iuris ignorātia. C. q admit. bene etenim scire potuerunt, si voluissent, ꝙ illud pactū de retrouendendo erat licitum, & ex parte dictæ dominæ non poterat concurrere vsuraria prauitas: sed potius ex parte eorum: quia lucrabantur interim fructus, scilicet. 10. libras annuatim pro illis ducentis libris. & etiam bene potuissent scire si voluissent, quòd ille procurator nullo modo poterat reuocare factum dominæ, & facere deteriorem conditionem suæ dominæ, & enormissimè illam lædere. sicut enim sciuerunt ire ad syluas pro lignis, & ad ciuitatem pro indulgentiis: ita debent scire ire ad ciuitatem pro querendo consilio, vt voluit Baldus in dicta l. iuris ignorātia. facit, qđ habetur in l. venia. C. de in ius vocan. & quod no. Baldus in l. scripturæ. C. de fide instrument. vbi post Petrum dicit, nō esse parcendum rustico, si potuit cōsulere peritiores. & facit, quod notat idem Bald. in l. si certis annis. C. de pactis & in l. solent. ff. de officio proconsulis. & Ioānes Andreas in capitulo, cum Ioannes. de fide instru. & qđ habetur in c. quoniam. de simo. & sic idem etiam rustici fuerunt in dolo contrahendo illo modo cum ipso procuratore, contra contractum gestum cum ipsismet comitatensibus cum ipsa domina. ideo nō debent reportare commodum de dolo suo. c. sedes apostolica. c. ex tenore literarum. de rescript. cum simili. Et ex superioribus dictis elicitur conclusio verissima, ꝙ illud pactum de retrouendendo nō sapit vsurariā prauitatem, aut simulationem, nec dictus procurator potuit illud pactum reuocare, nec potuit etiam facere dictam locationem cum potestate francandi, & emendi pro ducentis libris: nec illa ratificatio facta per ipsam dominam comprehendit illam locationem sic factam: nec illam reuocationem pacti de retrouendendo. Et sic concludo in fauorem ipsius emptoris habentis causam ab ipsa domina.

EPITOME.

¶Cum debitor quispiam apud Iudæos quosdam creditores suos ballas lanæ pignori reliquisset, & deinde ex creditorum conuētione licuisset debitori misso bulletino ballas illas auferre, is fachinos duos bulletino dato ad creditores istos misit, vt suas ballas sibi adferrent, atque hi ballus quinque in domum debitoris portarunt; idque ita esse, debitore deinde quatuor tantum se recepisse contendente, fachini isti testati sunt: verum debitor negat eos esse audiendos, quasi in sua causa testimonium dicere videantur. Sed certe, cum mandatum a debitore habuerint cum bulletino accepto creditores istis dederint: cum inter debitorem & creditores istos quæstio sit: nec cum creditoribus aliquam obligationem contraxerint, vt proinde videri possint eius liberationem suo testimonio consecuturi dubium non est, quin optimi testes fuerint.

SVMMARIVM.

Procuratoris testimonium an valeat, latissima distinctio. nu. 1.
Procurator potest esse testis contra illum, cuius negotium gessit. numero. 2.
Culpa sua incidens in id, quod est cōtra communis iuris regulas, sibi

sibi imputare debet.nu.4.
Mandatarius videtur mandatum per omnia sequutus.nu.5.
Testes admittuntur, alioquin reprobandi & reijciendi, in causis, quæ aliter probari non possunt.nu.6.
Testis quamuis in consequentiam commodum ex suo testimonio sentire possit, tamen admittitur.nu.7.
Præsumptiones duæ faciunt in causa ciuili plenam probationem. numero 8.
Fachinis istis & baiulis communiter a mercatoribus creditur, & fides habetur.nu.9.
Testes approbans in eo, quod est maius, in eo quod minus est, improbare non potest.nu.10.
Christianos pro iudæis falsum dicere, præsumptio non est.nu.11.

CONSILIVM LXXVIII.

MAiores nostri illud quemq; scire oportere arbitrati sunt, qđ ratio optima demonstrasset.9. dist.c. ego solis. ideo aliqua in medium succinctè, cum aliquali animaduersione, dicere statui. Et facit dubium non mediocre illud, quod sentit Ioã.And.Petr.de Anch. & moderni in c.fi. de test.lib.6. vbi dicit D.Petrus, volo probare, ꝙ tu teneris mihi ad centũ, hoc ꝓbo per Titiũ, qui dicit se tibi portasse pecuniã, & dedisse de mandato meo, certè ille nõ est idoneus testis: nã si ipse tibi tradidit, ipse est liberatus a me, si nõ tradidit, remanet obligatus, & hæc est ratio, q̃ ibi sentit Ioan. And. dum dicit, ꝙ ideo prohibentur ꝓcurator & aduocatus: qa de dolo & negligentia tenentur. negligẽtia autem est soluere, & testem non adhibere, a qua obligatione per suum testimonium liberare se non põt a domino, & sic testificatur super eo, de quo ad eum põt spectare commodũ vel incommodũ, & ita ibi residet dominus Petrus. & in istis consilijs contrarijs allegatur dictum Bart. in l. deferre. §. ijdem decreuerunt. ff. de iur. fisc. vbi ponit exemplum, si volo probare, ꝙ tu teneris mihi ad centum: hoc probo per Titium, qui dicit se portasse tibi pecuniam de meo mãdato, quã dedit tibi: nam si tradidit tibi, ipse est liberatus a me: sed si non tradidit tibi, remanet obligatus mihi, & sic testificatur in eo, qđ ad ipsum spectat: igitur non est idoneus testis, & allegant Dominicum & Ioan. de Fantucijs in dicto capitulo fina. de testi. libro 6. vnde si isti portatores testificarentur dictas qn que ballas lanæ eis datas. & ꝯsignatas per ipsum Hebręum, testificarentur in eo, quod spectat ad ipsos: quia si portauerunt, sunt liberati a dicto Hebręo, si non portauerunt, remanent obligati dicto Hebręo ad restitutionem. ergo dicuntur testificari in re propria, & ad eorum vtilitatem. l.2. §. in propria. ff. quando appell. sit. Et cum illo dicto Barto. transeunt communiter doctores moderni in cap. insuper de testi. Et per consequens non videtur standum dicto illorum portatorum contra ipsum Gulinum & istud est potissimum inducens consultores ꝯtra ipsum Iudeum. ¶ Et licet ista sint colorata, tamen casum nostrum non attingunt. ideo illis non obstantibus cõtrarium puto esse de iure verius. Et ad hoc primo adduco in medium elegantem doctrinam dñi Bartholomei de
1 Saly. in l. omnibus. C. de testi. in versi. quæro † tunc de procuratore. ibi, aut quæritur de procuratore ad negotia, & tũc distinguit: aut in negotio, quod nõ gessit, & tunc potest testificari etiam parte inuita, cũ nõ reperiatur prohibitus. l. fi. ff. de testi. & iste non est casus noster, aut in negotio, qđ gessit, & tunc dicit glossa, ꝙ non potest, nisi vtraque parte volente ad instar proxenetæ: vt in §. quoniam vero. in authentico, de teste. & ita no. gl. in dicto c. final. de testi. libro sexto, cui assentit Bart. potissimè quando testis ex sua testificatione sentit commodum, puta si pacto a Titio cẽtũ, quæ dico me numerasse & tradidisse Caio ei portaturo, & ꝙ ei portauit, & numerauit meo nomine, & de mandato meo, & volo probare per dictũ Caiũ, non possum, quia si testificatur, ꝙ sibi tradidit, liberatus est a me: & si sibi nõ tradidit, remanet mihi obligatus, & sic testificatur in facto, quod ad eum spectat. subdit postea ibi Saly. sed attende, quia isti non loquuntur perfecte, & in aliquo casu minus bene, & sępenumero faciunt iudicantes errare, nã proxeneta idoneus est, siue ab vtraque, siue ab altera parte tantum producatur, sed in hoc est diuersitas, quia si ab vtraque parte producatur, compellitur testificari, si ab altera parte tantum non potest compelli, ita not. gloss. in dicto §. quoniam vero. & istam dicit esse veritatem. Subdit postea in procuratore ad negotia, aut quæritur in negotio, quod non gessit, & potest testificari etiam parte aduersa inuita, aut quæritur in negotio, quod ipse gessit, & tunc aut producitur vtraq; parte volente, & potest, vt supra, aut altera parte inuita, & tunc aut producitur ab aduersa parte, cuius mandato non gessit, & tunc testificari potest, nedum pro producente, sed etiam pro eo, cuius negotium gessit, contra quem producitur, alle. gloss. in l. fina. de testi. arg. authen. sed iudex. C. de episc. & cle. aut producitur ab ea, cuius mandato gessit, & tũc distinguit, aut ex testificatione, quam facit, apparet, eum commodum consequi, adeo ꝙ nisi sic testificetur, ex mãdato remanet producenti obligatus, & tunc non admittitur, vt in exemplo superius posito per Barto. licet gloss. in vltima oppositione sentiat, quòd admittat. in auth. de instru. fide & caute. §. in his vero vers. ꝙ si administrator, sed illa non est vera, secundũ eum per d. l. omnibus. & d. l. fina. ff. de testi. & d. c. fi. eo. tit. lib. 6. aut testificatione apparet, ꝙ commodum non sentiat. & tũc admittitur, & circa hoc ponit istud exẽplum. Cum peteres a me centum mutuo, ego volens 11
tibi mutuare, dixi Titio ibi præsenti, numera istam pecuniã isti, & tibi numerauit. certe iste numerator poterit esse testis, qa ego præsens dicor fecisse. l. si ꝓcuratori præsentis. ff. de verb. obl. & quia solũ nudũ ministerium facti præbuit, & ita dicit, ꝙ potest loqui. d. §. in his vero. vers. ꝙ si administrator. & secundum istum intellectum gloss. ibi posita erit vera, vel pone exemplum, secundum Salyc. ibi. ego volo ꝓbare me possedisse certum fundũ, produco procuratorẽ, seu gestorem negotiorũ meorũ, qui attestatur me possedisse, & fructus percepisse, & interrogatus de cã scientię respondet, quòd ipse erat procurator meus ad locandum, & ad fructus percipiendos, & ꝙ ipse nomine meo locauerat possessiones colonis, & partẽ meã miserat, & mihi tradiderat. dicit ibi Saly. ꝙ indubitãter iste probat, & eius attestatio debet admitti: quia ex eo, ꝙ principaliter testificatur, valet: videlicet ex eo, ꝙ affirmat me possidere, non ꝯsequitur cõmodũ liberationis a mandato: & ita dicit posse intelligi tex. in d. §. ijdem decreuerunt. dum dicit, procuratorem admittendum esse. pro hoc alleg. quod no. de legatario in d. l. omnibus. ista sunt formalia verba domini Saly. in d. l. omnibus. quæ ex toto apponũt gladiũ & securim ad radicem huius quæstionis. Vnde primo sunt accuratè ponderanda verba dñi Petri de Anch. in d. c. fi. dum dicit, ꝙ si ille dicit se portasse pecuniã de mandato meo, quia tunc non est idoneus testis. & sic sentit, ꝙ quando ille nõ diceret se portasse de mãdato meo: sed de mãdato eius, cui dicit se apportasse & de mandato eius, cuius negotium gessit: quia tũc esset secus, & etiam dominus Sal. vbi supra dicit idẽ, videlicet quando ille, qui dicit se portasse & numerasse, hoc fecit de mãdato meo, & sic secus si fecit de mãdato ei⁹, cui dicit se apportasse, & distinguit Sal. eo

casu,

casu, quo testificans reportat commodum, quia dicit, aut producitur ab aduersa parte, cuius mandato non gessit, & tunc testificari potest pro producente, aut producitur in testem ab eo, cuius mādatum gessit, & tunc aut sentit commodum, & nō potest testificari, & ita intelligit illud dictum Bar. in d. §. ijdem decreuerunt. Et concludit ibi Saly. ꝙ indistinctè potest produci in testem ab eo, cuius mandato nō gessit: sed si producitur ab eo, cuius mandato gessit, tūc distinguit, an reportet commodum ex sua testificatione, & ita declarat & intelligit istam materiam, & ita etiam videtur sentire dominus Petrus in d. c. fin. Modo ad casum nostræ consultationis dicitur in pūcto isto, ꝙ dictus Gulie. vocauit duos alios fachinos, quibus dedit illud bulletinū, & imposuit eis, vt portarent dictum bulletinum ad Iudeum prædictum, & facerent sibi dari suas bullas lanæ per eum pignoratas ad banchum fænoris dictorū fratrum, qui fachini habentes d. bulletinum venerunt ad banchum dictorum fratrum Hebræorum, & petierunt lanam dicti Gulielmi per eum pignori traditam: dictus vero factor accipiens dictum bulletinum dedit dictis duobus fachinis quinque ballas lanæ, vltra illam ballam quam prædictus Gulielmus habuerat, qui fachini illas apportarunt ipsi Guliel. ad domū ipsius Gulielm. vnde apparet ex istis verbis, quòd dicti fachini fuerūt procuratores ipsius Guliel. & sic negotiū ipsius Gul. gesserunt. ergo sequitur, ꝙ non gesserunt commodū ipsius Hebræi, & per consequens potuerunt dicti fachini testificari contra ipsum Guliel. ad petitionem ipsius Hebræi, seu Hebræorum: & isto modo distinguatur illud, quod dixit Bartol. in dicto §. ijdem decreuerūt. & sic firma veritas est, ꝙ possunt admitti in testes contra illum Guil. dicti fachini ab eo missi. Secundo facit text. in dicta l. fin. ff. de testi. vbi text. dicit, ne patroni in causa, cui patrociniū præstiterunt, testimonium dicant, quod & est obseruādum in executoribus negotiorū. vbi est text. ꝙ aduocati & executores repelluntur a testimonio in casu, in quo patrocinium præstiterunt, ergo sequitur, quod si non præstiterunt patrocinium, vel testificantur ꝯtra eum qui illos conduxit, poterunt testificari: quia cessat ratio affectionis. Et ibi dixit gloss. quam ibi sequitur
2 Barto. & Bal. quòd procurator † potest esse testis: debet ergo intelligi contra illum, cuius negotium non gessit. Et idem in aduocato, vt possit produci in testē contra eius clientulum: vt ibi not. idem Spec. in tit. de teste. §. oportet. veri. sed nunquid idem voluit gl. in d. c. fina. Et quod no. ibi Io. An. & istud allegauit d. Bartholomeus in suo consilio. Cum ergo isti fachini nullum præstiterint patrocinium dictis Hebræis: qa non fuerunt vsi opera illorum fachinorum, ergo sequitur, ꝙ potuerunt testificari in fauorem ipsorum Hebræorum. Tertio facit, fachini testificando, ꝙ portauerint quinque ballas lanæ dicto Gul. non liberantur propter hoc a dictis Hebræis ex eo, quia dicti Hebræi non vocarunt ipsos fachinos ad portandum dictas quinque ballas lanæ dicto Guli. adeo ꝙ Hebræi tenerentur dicto Guli. de facto & culpa illorum fachinorū: quia liberas ædes habet: ideo nō liberātur dicti fachini a dictis Hebræis, testificando, ꝙ illas apportauerint dicto Guli. vnde non habet locum doctrina Bart. in d. §. ijdem decreuerunt. vnde succedit regula tradita in l. eum qui §. fi. ff. commod. ꝙ eo ipso, ꝙ † dn̄s rei mittit certū nuntium commodanti, vt
3 rē commodatā mittat cum illo nuntio, est liberatus mittens, vt ibi. Et in casu nostro iam actū erat inter ipsum Gul. & ipsos Hebræos, ꝙ portantibus dictum bulletinum darent dicti Hebręi lanam pignoratam, & sic dictas quinq; ballas lanæ. ergo eo ipso ꝙ ꝯstat, quod dictus Guli. miserit dictos fachinos cum dicto bulletino ad ipsos Hebræos, & fachini testificantur portasse quinque ballas lanæ ad domum ipsius Gul. dicti Hebræi habent fundatam suam intentionem, ꝙ quinque ballas dictus Gul. habuerit, & receperit a dictis fachinis, ex quo illos fachinos miserat dictus Guil. Et facit, quod not. Bald. in l. si is. C. de furt. vbi dicit, ꝙ si erat actum, vt per certum nuncium remitteret, imputatur domino, vt in d. l. eū qui. §. fi. vbi quoties quis credit signo dato a parte, tunc non dicitur nimis credulus, imo excusatur, ita dixit Ang. in l. j. ff. de eo per quem fac. erit. alle. l. si quis vxori. §. apud Labeonem. ff. de fur. vbi dixit Bart. ꝙ si bidellus tradidit librum alicui portanti aliquod signum, cui verisimiliter debuit credere, excusatur bidellus dās librum scholaris portanti illud signum. & facit gloss. singularis, in capitu. significauit. de app. & ibi D. Ant. all. dictum §. apud Labeonem. vnde isti Hebræi eo ipso, ꝙ probant, seu ostendunt bulletinum datum eis ab illis fachinis missis a dicto Guli. habent fundatam intentionem contra ipsum Guli. Et si dicatur, amice, isti fachini tractant se exonerare, & acquirunt commodum ex sua testificatione, quia eo ipso, ꝙ dicunt se apportasse quinque ballas lanæ dicto Gul. si eis crederetur, sunt liberati ab ipso Gul. posito, vt dicebā, ꝙ nō liberaretur ab ipsis Hebræis, ex quo dicti Hebræi illos non miserant. ergo stat regula, ꝙ in causa propria quis non potest esse testis, l. nullus. cum si. ff. de
4 testi. Ad hoc respondeo, ꝙ vbicunque † quis culpa sua incidit in aliquod, quod est contra regulas iuris communis, sibi est imputandum. vnde Barto. in l. j. §. cum quis. ff. de quæst. dicit se vidisse de facto fieri hāc malitiam, quidam cum non haberet contra eum nisi vnicum testem, dedit illi testi vnam alapam, cum ille testis produceretur contra eum, opposuit, ꝙ erat suus inimicus, contra illam malitiam habetur ibi remedium: quia inimicitia superueniens facto eius, ꝯtra quem producitur, non nocet alteri. ita in proposito nostro, licet ista inhabilitas illorum fachinorum ex quo testificantur ad commodum eorum, non deberet prodesse illis Hebreis: nihilominus quia surgit facto & opera ipsius Guli. qui dato signo inter eum & ipsos Iudęos darent lanam portantibus & præsentantibus bulletinum, nō debet nocere ipsis Hebreis, quia non fuerunt ipsi Hebræi vsi, aut freti opera & facto fachinorum: sed ipse Gul. vnde ipse Guli. debuit adhibere testes, qn̄ fachini portarunt dictas ballas, & protestari, ꝙ ballas recipiebat ab ipsis, ex quo miserat bulletinum, & confisus fuerat de illis fachinis. vnde non debet negligentia sua nocere & præiudicare dictis Hebræis, & illud dictum Bar. refert & de eo facit festum do. Pet. de Ancha. in dicto ca. dilecto. de testi. & Bald. in l. sed & si quis. §. illud. ff. si quis caut. & facit, quod pulchrè no. Bar. post Dyn. in l. miles. §. fi. ff. de adulter. vbi dicit, testator legauit ecclesiæ centum, si ibi eum sepelierit, testator postea excommunicat, nec pōt in ecclesia sepeliri: ꝙ nihilominus ecclesia debet consequi legatū. Nec obstat, ꝙ eum non sepeliat in loco ecclesiæ. quia per eam ecclesiam nō deficit: sed culpa ipsius testatoris accidit, ꝙ in ecclesia nō sepeliatur, & cū illo dicto trāsiuit Bal. in l. j. ad fi. C. de his quæ pę. no. & in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cleric. ita videtur dicendum in proposito. Facit, quod no. Bal. in auth. si dicatur. C. de testi. & quod no. Bar. in l. cum in tabulis. §. j. ff. de his qui vt indig. dicit, ꝙ licet legatum sit reuocatum propter inimicitiam ortam inter testatorem & legatariū: tamen illud est verum, quando causa illius inimicitiæ non fuit testator, secus si fuisset testator causa illius inimicitiæ: quia tunc non reuocaretur. Quarto facit qa in positionibus formatis a ꝓcuratore ipsius Guli. ponitur, quòd antequam dictus Guli. retro habuerit

rit dictam lanam, vnus ipsorum Hebræorū scripsit, & scribi fecit vnū bulletinum, in quo bulletino fuit facta mentio de lana, quàm dictus Guli. pignori dederat dictis Iudæis, ex quo sequitur apertissimè, ꝙ in dicto bulletino continebatur de quinq; ballis lanæ.
5 ergo† sequitur, ꝙ quando dicti Fachini portarunt dictum bulletinum præfato Hebræo, videtur, ꝙ dictus Guli. petijt quinq; ballas lanę, & ita videtur commisisse ipsis Fachinis, ꝙ portarent v. ballas lanæ, & per consequens videtur dicendum, ꝙ considerato mandato facto dictis Fachinis de apportando quinq; ballas lanæ, eas portarunt dicti Fachini ad dictum Gali. & ad hoc accedat, quod pulchrè dixit Bal. in l. qui in aliena. §. si is qui. ff. de acquiren. hæredi. vbi dixit, ꝙ si præcessit mandatum de faciendo aliquem actum, si mandatarius illum actum expedit non facta mentione de domino, ꝙ nihilominus videtur illum actum fecisse vigore illius mandati: quod dictum ibi Angelus alle. contra infideles procuratores, qui assumpto speciali mandato de emendo prędium, vel aliā rem, postea emunt sub nomine proprio, nulla facta mentione de domino: vt nihilominus possint conueniri actione mandati, ad tradendum, siue ad restituendū ipsam rē, alleg. l. qui seruum. ff. de interrogato. actio. pro quo dicto dico fore casum formalem in l. si ita quis. §. Seia. in prin. ff. de verbo. obligati. vbi illa Seia emerat præcedēte mādato alterius, nec in emptione fecerat mentionem de mandato. & faciat, quod no. Bart. in l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manumis. facit l. si pupilli. §. si ꝓcuratori. ff. de nego. gest. & ibi dicit Ange. quòd si præcessit mandatum speciale ad talē contractum ineundum, q̄tuncunque dominus non sit nullo modo nominatus in cōtractū, nec qualitas officij sit expressa: tamen tenetur domino mandati, & econtra. & alle. d. l. qui in aliena. §. si is qui. & quod ibi not. Barto. & etiam dicit ibi Angel. quòd habens solum mandatum tacitum ad actum explicandum, in dubio videtur ipsum actum facere virtute mandati pro domino suo, alle. l. indebiti. ff. de condi. indebit. & Barto. in d. l. qui seruum. de interrog. acti. dixit: ex fine illius legis probari, quod non est necesse in actu facto per procuratorem dici, ꝙ ipse fecit pro curatorio nomine domini. nā ibi licet haberet mādatum, nō tamē dicebat se facere nomine alterius, & habet locum actio mandati, alleg. qđ not. Dy. in l. post dotem. ff. so. ma. facit, quod not. idē Bar. & ideo dixit Bal. in l. si literas. C. man. per illum text. in ver. si literas sequutus. vbi quærit, an in dubio videatur qs habere animum exequendi mandatum, concludit, ꝙ sic si literas acceptauit. cle. j. de procura. & s̄m hoc dicit debere intelligi, quod not. Bart. in l. qui in aliena. §. si is qui. Ex quibus dictis apparet liquido, quòd cum dictus Gul. dederit bulletinum dictis Fachinis, & eis mandauit. vt portarent dicto Hebræo, & ab eo facerent sibi dari quinque ballas lanæ, quia ita erat scriptum in bulletino de quinque ballis lanæ, & illi Fachini ita fecerunt, præsumitur, ꝙ illud fecerint ratione illius mandati, & sic nomine ipsius Guli. quonammodo potest dictus Gul. reprobare factum illorum Fachinorum, quos semel approbauit, cum egerint factum ipsius Gul. ergo sequitur, ꝙ nullo modo potest illos repellere a testimonio. facit. c. nulli, de ac sut. & l. si quis testibus. C. de testi. cum si. vnde habentur pro confidatis dicti Fachini contra ipsum Gulie. Quinto facit, quod not. Io. An. in c. cum nuncius, de testi. vbi quęrit, an illi de vniuersitate possint testificari in fauorē vniuersitatis, dicit si causa est ciuilis,
6 aut quæritur† de his, quæ agūtur in capitulo, & tunc singuli de collegio possent testificari, alle. c. veniens, de testi. & l. consensu. §. pe. C. de repud. alias secundū cum posset deficere probatio, & sentit ibi Io. An. ꝙ si sentiunt commodum, illi de collegio possunt testificari super his, quæ aguntur in ipso collegio, quia aliter non potest haberi probatio de his, quæ aguntur in collegio, & si secus diceretur, posset secundum eū deficere probatio. Modo in casu nostro, vt communiter docet experientia, quādo quis mittit Fachinos cum bulletino, vel cum alio signo, vt certum quid ei mittat per illos Fachinos, si illi Fachini non possent testificari de gestis & apportatis per eos, periret probatio. Et multo magis in casu nostro, qa videtur ille mittens approbasse illos Fachinos, difficile enim esset, ꝙ semper Fachini adhiberent testes ad videdum illa, quæ ipsi portāt, ideo tanquam approbatis ab ipso Gul. possunt testificari contra ipsum Gulie. Sexto facit dicta lege, omnibus in re propria dicendi testimonij facultatem iura submouerūt. & dicta lege, nullius canonizata. 4. quæstion. 3. §. nullius. & simi-
7 lia loquuntur eo† casu, quo principaliter producitur ī testem in re propria: sed quoties principalr̄ ꝓducitur in testem ad alium finē, licet in cōsequētiā veniat commodum proprium, nō prohibetur a testimonio: vt est casus in ca. tuis. de testi. vbi in causa vniuersitatis illi de vniuersitate possunt esse testes: & vbi agitur de vtilitate & cōmodo eorū nō principaliter, sed in consequentiam. Et facit c. ī sup. eo titu. vbi plat⁹ pōt esse testis ī cā suę ecclīę ad vtilitatē ipsi⁹ ecclīę, & ꝯsequēter ad suā vtilitatē. & facit gl. ī c. placuit. 4. q. 2. vbi qs nō est idone⁹ testis ī cā sua directè, & ī ꝯsequētiā sic. Facit, qđ no. Cy. ī l. dictatib⁹. C. de testa. & ibi Bal. vbi dicūt, ꝙ correus pōt esse testis in cā correi, licet ī ꝯsequētiā agat de commodo suo. facit, quod pulchrè voluit Iaco. Butri. in l. non solum. §. q̄ritur. ff. de procur. vbi dicit, ꝙ creditor potest esse testis in causa sui debitoris, & certum est, ꝙ in consequētiam agitur de commodo ipsius creditoris. facit ēt, qđ no. Dyn. referens aliquos sic tenuisse in l. si cui legatur. §. fi. ff. de le. j. per illum tex. vbi dixit, ꝙ fideiussor potest esse iudex in causa rei principalis. nā non attenditur illud, qđ fit in consequentiam. vñ probatur in l. qđ dicimus. ff. de aut. tuto. ꝙ licet qs nō possit interponere suā auctoritatem ad suā vtilitatem, est verum, quando principaliter tendit ad suam vtilitatem: secus si in consequentiā. facit, qđ no. D. Ant. in c. j. de transla. præla. vbi dicit, ꝙ electus confirmatus, licet non consecratus, licet nō possit cognoscere de causa criminali principaliter, in consequētiā bñ potest cognoscere. vt ibi per eum. facit tex. valde sin. in l. non solum. §. fin. ff. de procur. iuncta l. j. §. pen. & fin. ff. de suspect. tuto. vbi probatur, ꝙ licet vbi venit interponenda pœna capitalis, nō possit interuenire ꝓcurator: vt in c. veniens. de accus. & in l. pe. §. ad crimē. ff. de publ. iudi. illud est verum, quādo principaliter venit imponenda pœna capitalis, secus in cōsequētiā, quia tūc bñ poterit interuenire procurator, qđ dictum, est nouum ad alia iura. & allegat gl. in c. frequens. 54. di. & bene facit tex. in l. interdum. §. q furē. ff. de furtis. & in l. 4. §. si dicatur. ff. fini. regun. Et iō valde eleganter dicebat Bal. in l. j. §. huius studij. ff. de iusti. & iure. ꝙ si testis interrogatur, an cōmodū spectet ad eam, & ipse respondet ꝙ non, ꝙ valet dictum eius, nec pōt reprehendi, ꝙ falsum dixerit, si illud cōmodum in consequentiam, & non principaliter spectabat ad eum. Et sic apparet, ꝙ eo ipso, ꝙ cōmodū in consequentiam, & non principaliter spectat ad q̄stem, ipse pōt testificari. Facit, qđ dicimus de legatario, q pōt testificari pro testamēto, in quo est scriptū sibi legatum. insti. de testa. §. legatarijs. & no. per omnes in l. qui testamento. ff. de testa. & mouentur doctores in d. c. super. de testi. & ibi dominus Abbas. & rō ponit ibi per Do. Abbatē post alios, & principalr̄ nō agitur de cōmodo eorū: sed in consequentiam:

tum

tum etiam quia habent pro se præsumptionem scripturæ publicæ ipsius testamenti. Et facit, quod voluit Spe.in ti.de teste.§.j.ver. item quòd est talis.vbi concludit, quòd si est quæstio inter legatarium & hæredem de legato, tūc legatarius non poterit testificari: quia est propria eius cā a qua repellitur: vt in capitul.personas.de testib. Si vero est causa & quæstio inter duos, cuius sit hæreditas,& tūc potest legatarius esse testis. Modo in casu nostro multa concurunt. Primo, quòd ista quæstio est inter ipsos Hebræos & inter ipsum Gulielmum,& non inter ipsos Fachinos & inter ipsum Gulielmum.ergo sequitur, quòd poterunt testificari dicti Fachini: quia testificantur de re gesta per ipsos tanquam de re, de qua sunt plenissimè informati, & secundum hanc doctrinam Specul.poterūt dicti Fachini testificari. Item concurrit: quia principaliter non agitur de commodo, aut incōmodo ipsorum Fachinorum: sed in consequentiam agitur de eorum commodo, aut incommodo, quo casu vendicant locū superius allegata: vt non attendatur illud, quod in consequentiam tendit ad commodum ipsorum, testium: sed illud, quod principaliter venit. Et sic ex istis liquidò ostenditur, ipsos Fachinos posse testificari in causa ista, maxime cum non sit quæstio principaliter inter ipsum Gulielm. & ipsos Fachinos eoque maxime, cum dictus Gulielm. fuerit vsus opera & facto eorum,& eis mandauerit portare dictas ballas lanæ, & eos videatur approbasse: ergo non potest eos postea reprobare, iuxta illud vulgatum. Emptum longa prece ferte magistrū. & per consequens sole clarius est, quòd dicti Fachini possunt testificari contra ipsum Gulielm. ad petitionem dictorum Hebræorum de actu gesto per ipsos Fachinos ad mandatum.ipsius Gulielm. Septimo facit, quod not.gl.

8 in lege secunda.ff.de excusa. tuto. quæ dicit, quòd † duæ præsumptiones faciunt vnam plenam & integram probationem quoad causam ciuilem, vt ibi intelligūt & interpretati sunt omnes scribentes.& bene facit capitul.illo vos. de pignor. & capitulo ad nostram. de emptio. & venditio. quod no. Bald.in l.excipiuntur.ff.ad Silla. post Dyn.in lege finali.C. de proba.& sic ex pluribus præsumptionibus minutatis fit coaceruatio & coniunctio, vt inducatur plena probatio. Et dixit Bartol.in lege.j.§. item Cornelio. ff. de quæsti. quòd ex pluribus probationibus minutatis fit vna integra probatio. facit l.in modicis.ff. de contrahen.emptio. not.Salyc.in dicta lege final.C.de probatio.gloss.in capitulo accedens, el secundo, vt licet non contesta. gloss. in capitulo cum causam, de probatio.& in capitul.tertio loco.eodem titulo.& ibi per scribentes & per dominum Abbatem, gloss.in capitulo veniens, el primo, de testibus, & ibi per Ioannem de Imol. gloss. in lege, tertia.§.eiusdem.ff.de testib. Baldus in lege, tertia.C.ad lege iul.maie.& in capitul.primo, de controuer.inuesti. & dominus Petrus de Anchara. in consilijs suis, cōsilio 265. sed in casu nostro multa concurunt verisimilia,& multæ concurrūt præsumptiones, ex quibus apparet, quòd coniungitur plena probatio. Primum est quia concurrit approbata fides illorum fachinorum: qa communiter † videmus in partibus istis, istos fachinos ita communiter approbatos a mercatoribus,& ab omnibus quo ad ea, quæ dicti fachini portant, communiter adhibetur plena fides. Facit, quod voluit Ange.in lege si a bonæ fidei.ff.de rei venditio.vbi dixit, quòd si Potestas credidit bono viro, dicenti sub fide sua se non recessurum à palatio, quòd creditur sibi communiter: & si deierat, Potestas excusatur propter bonitatem illius viri: quia nō est præsumptio, quòd talis vir deierasset. Et dixit Hosti.multum singulariter in capitulo finem litibus.de dolo & contu. quem communiter ibi sequūtur omnes scribentes, quòd si homo notabilis & honestæ vitæ litigati & in causa succūbit propter iniustam causam litigādi, quòd non punietur in expensis: quia præsumendum est, quòd aliquo iusto colore fuerit motus ad litigandū: licet non habuerit iustam causam litigandi. allegatur.c. secundo.de oper.nou.nunci.facit gloss.in capitulo expedi.12.q. prima. Et quod pulchrè voluit do.Anto.in cap. postremo.de appel. & quod not.gloss. in lege Titio fundus.ff.de condictio. & demonstrat.& Angel.in lege prima.ff.de eo, per quem fac.ita dicamus in proposito nostro, quòd dabitur fides testimonio, & iuramento ipsorum fachinorum, qui in exercitio suo reputantur fideles, & optimæ opinionis in illo suo exercitio portandi mercantias. Concurrit etiam, quia dictus Gulielm.approbat testimonio & fidem eorum in quatuor ballis lanæ,& non est dare rationem, quare præsumantur dicere veritatem in eo, quod est maius, & in eo, quod est minus, præsumendum est dicere falsitatem. vnde† si eos approbat in eo, quod est maius, videtur eos approbare in eo, quod est minus. nam sequeretur ex hoc, quòd si est falsarius testis in aliquo, qđ attingit factum, videtur falsarius in toto dicto.& per consequens non potest approbari falsum in parte & in parte non facit, qđ voluit Old. consilio 36. Bal.in l. si ex falsis.C. de transa.& in c.j. alias in rubri.de cōtrauer.inuesti.& in l.fi.C.de edic.diui.Adr. & in l.his verbis.§.si in parte.ff.de hæred.insti.& in l.2.C. de fidei.liber.& in addi.Spec.in titulo.de teste.§.j.ver.itē, ꝙ aliqd.& ibi dixit Bal. ꝙ si testis admiscet aliqđ falsum, qđ attingat medullā facit, vel variet effectū facti, in nullo valet dictū testis. secus si nō mutet factā, vel effectum eius: & in casu nostro si dicamus ꝙ isti fachini producti in testes dicunt falsum in quinta balla lanæ, quod dictū variat factum & medullam facti, oporteret dicere, ꝙ in totum dicunt falsum, ꝙ est absurdum dicere, ex quo apparet veritas in contrarium: quia iam dictus Gulielm.cōfiteē se recepisse quatuor ballas lanę a dictis fachinis por

11 tatoribus. Cōcurrit etiam † qualitas ipsorum Hebræorum: quia non est præsumendum, ꝙ ipsi fachini dicerēt falsitatem contra Christianum ad commodum & vtilitatem ipsorum Iudæorum iuxta not.cle. j. de testi. Et licet dicatur, ꝙ auarissimum genus hominum sunt vsurarij, imo nequā hominum genus, vt voluit Hosti.& Ioā. An.in capitulo ad nostram, de emptio. & venditio. quo ad istum casum nulla concurrit iniquitas, tamen quia apparet de signo dato ab ipso Gulielm.& conuentione cū ipsis iudæis, quòd darent portantibus bolletinum lanā, quam eis pignorauerat, & in illo bancho erant plures socij, nec apparet, quòd ille, qui dedit vnam ballam dicto Gulielm. postea dederit illas. 5. ballas.& sic fateor, ꝙ Iudęi vsurarij non præsumantur velle donare & iactare suum, quòd est præsumendum in omnibus personis: vt in capitulo super hoc.de renunci.& in lege cum, de indebito.ff.de proba.cum similibus, & in casu nostro nō præsumitur liberalitas ex parte ipsorum Hebræorum, imo fateor de plano hoc: sed bene præsumitur error. quo ad ipsos Iudæos,& non liberalitas. Et sic concurrente legalitate ipsorum fachinorū in officio suo & exrcitio suo, vt per experientiam videmus, & concurrente signo dato ad ipsis partibus, & præsentatione bolletini, & veritate sociorum, seu factorum stantium in bancho fænoris iudæorum: & quia quæstio principaliter non agitur inter ipsos fachinos,& ipsum Gulielm. & quia producūtur fachini in testes contra ipsum Gulielm. qui eis mandauerat portare dictas ballas lanę videtur mihi necessarium esse fateri de iure, quòd dicti fachini possent produci in testes contra ipsum Gulielm. & si aliter diceremus, sequeretur absurdum & inconueniens, quòd ipsi Hebræi starent in damno absque culpa, & defectu suo, quòd non est dicendum lege, sancimus.C.de pœn.capitulo cognoscentes. de constitutio. facit, quod in simil. dixit Angel.in consilijs suis, consilio primo.vbi dixit, ꝙ si plures testes deponunt,& inter illos reperitur vnus testis inhabilis, puta quia domesticus sustentatur dictum illius propter conformitatem aliorum. facit text. quem ibi summè ponderat. Iacob.Butriga.in lege si quis ex argentarijs.

gentarijs.§.sed si omnes.ibi, quid enim si vnus humilis, & deploratus ediderit.ff.de edend. & Bald.in l.prima.C. de testament.& in l.præscriptione.C.si contra ius,& in l. Imperator.ff.de stat.ho. Ita dicamus in casu isto, quòd si plura concurrant verisimilia, quòd dictus Guliel.habuerit ab illis fachinis 5.ballas lanæ, quòd posito, non tamē concesso, quòd esset inhabilitas aliqua in illis fachinis, tamen purgatur, & sustentatur propter alias: verisimiles præsumptiones. Facit etiam, quod not. domi. Gaspar de Calderi.in consilijs suis, in titulo.de testi.consilio pe.vbi dicit, quòd testes, qui dicunt, se recepisse a Titio ad vsuras, probant illum esse vsurariū, & tamen tangitur commodum ipsorum testium, deponendo illum esse vsurarium, & istud est in consequentiam. Facit, quod notat Hostiens.& dominus Abbas in capitulo ad nostram, el secundo, de iureiurando.vbi alleg.Federi.de Senis consilio 17.licet aliter loquatur Baldus in præallegat.l.dictantibus. Ita dicamus in casu nostro, quòd potuerunt produci in testes dicti fachini a dictis Hebræis contra ipsum Guielm.cum dicti Hebræi non miserint ipsos fachinos ad portandum dictas ballas lanæ, sed ad mandatum, ipsius Gulielm.ipsas ballas dederint, & assignauerint ipsis fachinis. Nec obst.doctrina Bartol.in dicto §.ijdem decreuerunt, quia satis apparet responsum ex superius dictis. Nec etiam obst.dicta l.omnibus,& si, quia ex supradictis optime est responsum. Et ex prædictis concludo, iustè, rectè, & ritè fuisse sententiatum bis contra ipsum Gulielmum. Et ideo partes domini iudicantis erunt in confirmando prædictas binas sententias. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Exemptionem summus Pontifex monasteriis & aliis piis locis concesserat, ne duos solidos pro libra de relictis illis factis solui solitos ad ecclesiæ reparationem Sancti Petronii Bononien. præstare, & soluere teneretur. Sed alius deinde summus Pontifex ad supplicationem officialium eiusdem ecclesiæ, prædictas literas exemptionum, & quæcunque inde secuta auctoritate apostolica cassauit, reuocauit, irritauit, annullauit, & pro infectis haberi decreuit, præfatam fabricam Sancti Petronii aduersus literas illas, & earum effectū in eo statu, in quo erat, ad perceptionem dictorum solidorum pro libra, antequam dictæ literæ emanarent plenariè, & in integrum restituens, & addidit etiam, declaramus, & cætera. Itaque non solùm in futurum solidos istos ecclesia Sancti Petronii consequetur, sed etiam vigore dictæ exemptionis præteritis temporibus non solutos a dictis piis locis exigere poterit.

SVMMARIVM.

Verba illa bullæ. Cassamus, & pro infectis haberi decernimus, actus præteritos complectuntur.nu.1.

Papæ magna est in ijs, quæ iuris positiui tantum sunt, auctoritas. numero 2.

Restitutio in integrum plenissima etiam exceptionem confiscationis excludit.nu.3.

Fabricæ fauore derogatur communibus iuris regulis. numero quarto.

Bulla declaratoria comprehendit actus præteritos, quia declaratio nihil noui inducit.nu.5.

Priuilegium concessum, si fiat ecclesiæ damnosum, reuocatum censetur.nu.6.

Ius quæsitum Papa tollere potest.nu.7.

CONSILIVM LXXIX.

VIsa bulla summi Pontificis, & eius verbis diligenti animaduersione pensatis, & discussis. Et iudicio meo, reddit istam consultationem valde dubiam illud, quod voluit Bartol.in lege, omnes populi.ff.de iustit.& iure.in quinta quæstione principali, vbi dicit, si constitutio expresse disponit, quòd comprehendat præterita: aut loquimur in iudicialibus, aut in extraiudicialibus. Primo casu, aut sunt decisa & finita, & tunc constitutio noua ad prædicta bene porrigitur confirmando.l.fi.C. de transactionibus.l. pe. in ti.C.de sacrosan.eccl.& in authen. vt sponsa larg.§.fi. Aut loquimur in extraiudicialibus, & tunc aut sunt negocia præterita pendentia, & tunc aut sunt in iudicium deducta, aut pendent per appellationem; & ad ea non porrigitur, etiam si expresse caueatur, vt in authentico, vt cum de appell. cogno.in princip.aut pendent in iudicio causæ principalis, & idem, vt in authent.vt in medi. lit.non expect.fac.ius.& loquitur ibi text. non solùm de rescripto principis, sed in quolibet iurisdictionem habente, vt in dicta authentic.§.illud. Item ibi loquitur de omni statuto speciali, per quod iudex prohibetur aliter iudicare, & hoc sentit gloss.in dicta authentic.vt cum de appella.cogno.in principio, & pro hoc apparet responsio ad lege sancimus.in fin.& l.fina.C.de sacrosanct.eccle.& l.secunda.§.pen.C.de veteri iure enucle.quia verum est, quòd lex generalis potest hoc facere: vt ad pendentia, & in iudicium deducta trahatur: sed per lege, specialem fieri non potest, vt in dicta auth.vt in medi.lit. Si enim Imperator sanctissimus, in quo omnis cessat suspicio fraudis: vt l.prima.C.ad l.iul.de amb.non vult suas sacras formas valere. idem, & fortius erit in Romano Pontifice, qui est corporalis, vt ita dixerim, orbis Deus: dicūtur autem negotia præterita decisa, seu finita transactione, sententia solutione, quittatione, præscriptione, & similibus modis.l.causas.præalleg.l.pe.ad fi.C.de sacrosanct.eccle. l.cum quærebatur.§.proinde.ff.iudic.sol. cum similibus. Et subdit ibi Bartol.se in quæstione facti dixisse, dicebat statutum, quòd filiæ fœminæ non succedant, & quòd illud statutū habebat locum in præteritis & futuris: cōcludit ibi Bar.q̄ si fœminæ habuerant partē suam, vel cum fratribus diuiserant, & si res nō erat integra, q̄ ad eas statutum non porrigitur, sed si fœminæ stabant cum fratribus suis, & partem suam non petierant: tunc ad eas statutum bene porrigetur, & istam doctrinam Barto.sequitur domi.Petr. in commento.cap.1.de constitu.in quæstione 14.in j.col. sequitur domi.Anto.& domi.Abb.in capitul.fina.de constitu.& facit ad hoc singulare dictum Ioan.And.in addit.Specu.in titu.de appella.§.de officio. versic. quid si dum causa.vbi dicit, quòd si lite principali pendente fiat lex noua ad petitionem partis nō valet in illa causa, alleg.tex.in authent.vt in medi.lit.§.fina.quod apprime facit ad istā bullam, in qua dicitur, supplicationibus inclinati. Et accedat, quod voluit subtilis doctor do.Machagnanus de Azognidis de Bononia disputans, questionem istam, videlicet a tempore dominicæ Natiuitatis citra Titius vendidit, & tradidit rem suam Caio. modo prouisum fuit per cōe Bononiæ, q̄ contractus facti a tempore Natiuitatis citra sint cassi & nullius valoris & retro sic esse & fuisse intelligantur, vtrū dictus Titius possit illam rem reuocare præsupposito, q̄ statutum valeat, & concludit, q̄ non per id, quod habetur in l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad Trebel. Modo in proposito nostro Papa in ista sua bulla expresse non refert se ad actus præteritos iā consummatos & finitos, & posito, quod referret se, nihilominus, quia est specialis, & ad supplicationē officialiū S.Petronij emanauit, sequitur, q̄ nullo modo comprehendit illos actus consummatos, & præteritos, & per consequens non poterit ecclesia B. Petronij exigere

gete duos solidos pro libra pro tempore præterito. Et si quispiam dixerit, amice, istam exceptionem nõ soluendi duos solidos pro libra de relictis factis pijs locis, monasterijs, ecclesijs, & similibus habuit ortum ab ipso Romano Pontifice. vnde non est molestè aut ægrè ferendum, si id Romanus Pontifex reuocat, per elegantem tex. in ca. ex multiplici. de decimis. Ad hoc respondeo, salua semper pace sic dicentis, quòd papa ista pia loca reduxit ad ius cõmune: vnde licet papa illa loca exemerit, nihilominus ea reduxit ad ius commune: quia secundùm iuris communis dispositionem non tenebantur soluere ecclesiæ sancti Petronij aliquid de sibi relictis. Et si dicamus, quòd papa de facili aufert eis istam exemptionem, hoc nõ est præsumendũ: qa per istã exemptionẽ papa reduxit illa loca ad ius cõmune, & difficilius tollitur ius cõmune, q̃ ius priuilegiatũ: vt l. eius militis. §. militia missus. ff. de te. mili. cũ si. Et eo maximè: qa si papa voluisset dicta loca cõpelli ad soluẽdũ illos duos solidos pro tpe p̃terito, bene expressisset, & verisi'r exp̃ssisset: vt l. j. ff. si mes. fal. mo. dixe. & l. j. §. ne autẽ. C. de cadu. tol. & c. ad audiẽtiã, de deci. & c. maiores. de baptis. quinimo ex verbis ipsius bullæ apparet, ꝙ Papa firmauerit illã exẽptionem factam pijs locis quoad præterita relicta, vt ꝓbat versi. ad solutionẽ prędictã decætero teneri: iũcto tex. in proemio cle. in versic. decętero. & quod ibi no. doctores. Dicit enim. decætero teneri monasteria ad solutionẽ duorũ solidorũ, ergo non tenebant anteq̃ emanasset dicta bulla reuocatoria exẽptionis prefatę. Et maximè qa tenẽdo illã partẽ, ꝙ cogerentur soluere illos duos solidos ꝓ tẽporibus preteritis, quibus facta fuit exẽptio dictis locis pijs, oriretur graue scandalum in vrbe, quo casu dubitãt doctores, si esset parẽdũ Papæ, aut eius mãdatis, si ex dicto eius mãdato oriretur scãdalũ, vt in facto arduo refert se scripsisse & consuluisse dñs Cardinalis ad petitionẽ populi Florẽtini in c. si quãdo. & in c. cum adeo. de rescrip. & ibi per Modernos, & ꝑ Inn. in c. inqsitioni. de sen. excõ. & facit optim⁹ tex. in c. nihil cũ scandalo. de prescrip. maximè qa multa loca pia omni miseratione digna & effecta sunt ędificando, & multũ grauarentur ex hoc. Vnde videretur, ꝙ saltem deberet expectari secunda iussio Papę, arg. eius, quod habet in auth. vt nulli. §. si vero iubemus. Et per consequens videtur, ꝙ vigore istius bullę, & reuocatione nõ possint cõpelli dicta pia loca ad soluendũ dictos duos Bononinos pro tẽpore preterito, quo habuerũt exẽptionẽ p̃dictã a dictis duob⁹ Bononinis. Et ista erãt, q̃ iudicio meo faciebãt dubiũ ĩ ista bulla. ¶Et licet ista sint colorata, & apparẽtia satis: tñ casum nr̃m nõ attingũt, iõ illis nõ obstantibus cõtrariũ puto esse verius de iure, videlicet, ꝙ vigore dictę bullæ possint compelli pro tempore preterito ad solutionẽ dictorum duorũ solidorũ, ꝙ ꝓbo incõuincibiliter, & qa tota difficultas huius hæsitationis pendet ex intellectu ipsi⁹ bullę. ideo instandum circa illam. Vnde dicitur in
1 † ea cassamus, &c. & postea subdit, sed pro infectis haberi decernimus, quę verba ponũtur formaliter in textu cle. j. versi. penitus reuocamus, & eas haberi volumus pro infectis. de immu. ecclesi. & ibi glo. fin. & vnica in iurę declarat vim & naturam illorũ verborum positorum in illa constitutione in versi. ꝓ infectis. vbi dicit se putare, ꝙ excõicatus vigore illius cõstitutionis, quam Papa reuocauit, & iussit haberi pro infecta, nõ eget absolutione, quia talia verba comprehendunt, annullando, & reuocando actus p̃teritos iã cõsumatos & finitos, ꝑ quã gl. dicit D. Card. in c. ad petitionẽ. de accus. se in quęstione facti dixisse, papa mãdauit executotri, vt cũ minister sancti Antonij ordinis minorum esset renũtiaturus in capitulo generali, acceptaret talem renuntiationem, quam etiam ipse in commissione in illum casum acceptat, & mãdauit alteri prouideri de ꝓuincialatu: ita formaliter factum fuit. deinde Papa reuocauit illam commissionẽ, & omnia inde sequuta, & voluit pro infectis haberi, an per hoc dicatur primus minister remanere minister, & alle. glo. in d. cle. j. quòd sic: quod dicit esse mirabile, quòd resurgat titulus extinctus contra. l. si res. §. aream. ff. de solu. sed hoc euenit: quia fingitur, ꝙ illa renũtiatio nõ interuenerit. Subdit postea D. Card. tamẽ omnia, quę fecit secũdus minister, remanebunt valida, ne prçiudicetur tertio. finge, inquit, ꝙ alienauit in forma debita, si reuocarẽtur alienata, agerẽt de p̃iudicio tertij, & ponit exẽplũ de laico, cui Papa non potest auferre dominium. facit, qđ singulariter voluit Inno. in c. inquisitioni. de sen. excom. vbi laico nõ potest Papa prçiudicare in re tẽporali: vt dixit Inn. ibi. Et ideo dixit Bal. in l. eos, ad fi. C. de vsur. ꝙ Papa non potest tollere ordinem iudiciarium in foro laici: licet possit tollere in foro suo. alle. gloss. in cle. dispendiosam. de iud. & de illa glo. in d. cle. j. exclamant do. Anto. & ibi Ioan. de Imo. in c. cæterũ. de rescrip. & dominus consiculus meus Abbas in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. & in c. si aliquando. de sentẽ. excom. Cum ergo in bulla ista dicatur, literas prædictas cõcessas, & quæcunq; inde sequuta auctoritate apostolica cassamus, reuocamus, irritamus, annullamus, & pro infectis haberi decernimus. sequitur, quòd Papa non solum reuocat ipsas literas: sed etiam omnes actus intermedios vigore illarum literarum sequutos & ortos. & sic retentionem duorum solidorum factam per illos religiosos de non soluendo illos fabricę sancti Petronij vigore dictarũ literarũ: & cũ nõ agatur de prçiudicio laici temporaliter subiecti Papæ, vt voluit dominus Cardinalis, sed agitur de prçiudicio dictorũ locorum piorum, quibus Papa potest præiudicare dictis pijs locis in his, quę sunt iuris positiui. Vnde dicebat dominus Pe. de Anch. in cõmento dicti c. j. de cõsti. in 13. q. ꝙ Papa reuocat cõstitutionẽ, & mãdat illam haberi pro infecta, & subdit ista verba, scilicet. sed licet ista cõmunis doctrina sit vera, tamen etiam ad præterita iam decisa trahitur noua constitutio Papæ ꝓrsus irrittãdo. alle. glos. & tex. in d. cle.
2 j. de immu. eccle. & dicit, ꝙ magna † est potestas Papę circa illa, q̃ simpliciter sunt de iure positiuo, quia reuocat illa, vt ex tũc, secus in his, quæ sunt de iure diuino. illa enim nõ reuocat vt ex tũc, sed vt ex nũc. alle. Ioan. And. in nouel. in c. per venerabilẽ. sup gl. 2. qui filij sint legi. & quod not. in cle. dudũ, de sepul. & sic dñs Petr. ibi refert doctrinã Barto. allegatã superius in cõtrariũ, & eã limitat non habere locum, quando Papa illa p̃terita decisa, finita, & determinata reuocat, & ponit exemplum in illa gloss. quando mandat haberi pro infectis. Et sic dominus Cardinalis consuluit, ꝙ qñ Papa mandat & cassat, &c. vt est in ista bulla, tunc reuocati sunt omnes actus gesti retro ex tunc, & habentur pro non factis, & ideo in ꝓposito nostro poterit ecclesia sancti Petronij exigere pro tempore pręterito, quo dicta loca habuerũt illas literas exẽptionis, quia verba bullæ hoc expressè dicunt, & sic cõcurrit voluntas Papę. Illud voluit enim Papa, qđ verbis expressit, voces enim sunt earum, quę sunt in animo passionum notę, vt inquit philosohus. & habetur in l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de sup. le. Et etiam concurrit potestas Papæ, quia ista acquisitio ex testamento est de iure ciuili, vt est gloss. quæ communiter allegatur pro singulari in l. prima. ff. de acq. rer. do. & est similis in l. ex hoc iu-

re. ff. de iusti. & iure. & maximè quia iam postquam fuit facta illa cōcessio fabricę sancti Petronij fuit derogatum iuri communi illorum locorum piorum, si Papa postea fecit illa loca exempta videtur illam exemptionem habere a Papa, nunc si illam exemptionem reuocauit Papa, tollit illud ius eis, quod ipse Papa indulserat, & sic quomodocunque ista sunt de iure positiuo & per consequens Papa potuit illā exēptionem & inde sequuta tollere. & videtur ista quæstio decisa & sopita per istam nouam doctrinā ad istam bullam Papæ. Secundo pōdero, ꝙ in dicta bulla dicit, præfatam fabricam aduersus prædictas literas & ipsarum effectum in eo statu, in quo erat ad perceptionem duorum solidorum pro libra, antequam dictæ literæ emanarent plenariè, & in integrum restituimus: quæ verba formaliter probant, ꝙ pro tempore præterito possint exigi duo solidi prędicti. Et ad hoc etiam vltra allegata in redditis consilijs in indiuiduo allego nouam doctrinam domini Cardinalis in capitu. qua diligentia. de electio. vbi dicit, nam ibi tangit materiam hæretici reuersi ad fidē an recuperęt propria bñficia, & bona. Subdit ibi dominus Cardinalis, ꝙ si bona alicuius sunt confiscata, si postea restituitur in integrum. recuperabit bona, quæ non sunt alienata per fiscum: quia restitutio intelligitur sine præiudicio tertij, allegat capitulum quamuis. de rescrip. libro sexto. & l. Gallus. §. & quid si tātum. ff. de liberis & posthumis, quod ibi no. Bal. & gloss. & quod not. in l. fina. C. de sen. pas. & de isto non aperio os: quia plenè dictum est in primo consilio elegantissimo. Subdit ibi do. Cardinalis valde singulariter, ꝙ aliquando per superiores conceditᵉ † restitutio in plenissima forma, vt restituatᵉ in integrū, nulla obstante constitutione, ꝙ vult ipse superior haberi pro infecta, nec de ea posse obijci. hoc casu dicit se vidisse in contingentia facti seruari, ꝙ non fuit admissa exceptio confiscationis: quia superior potest tollere potestatē magistratibus sibi subiectis, ne ius super hoc reddant: cum potestas magistratuum pendeat a superiore, l. 2. ff. de ori. iur. Cum ergo in proposito nostro Papa plenariè restituit in integrum dictam fabricam, & annullat dictas literas exēptionis, & eas cassari mandat de registris, & eis nullam fidē adhiberi mandat, & pro infectis haberi vult. sequitᵉ necessariò, ꝙ ista restitutio videtur facta plenariè ad tempus præteritum ad ea, quæ dicta pia loca nō sol uerūt vigore dictæ exemptionis: & sic dicit dominus Cardinalis, quòd in cōtingentia facti vidit terminari. Et, ꝙ plus est, loquitur dominus Cardinalis, quando agitur de præiudicio tertij: & tamē restitutio illo mō facta tollit illud ius tertij, ꝙ est noua limitatio ad doctrinam Barto. in d. l. fin. C. de sen. pas. ad Albericum de Rosate, in auth. idem nestorianus. C. de hęreticis. cum similibus. & in casu nostro non est opus intrare materiam de iure tertij, & materiam. d. l. fin. & d. §. & quid si tantum: quia nō sumus in iure tertij. imo Papa expresè tollit ius illorū piorum locorū. Primo: qa annullat literas exēptionis illis pijs locis concessas, & mandat cassari de registris, & non adhiberi fidē. & omnia inde sequuta mādat hēri ꝓ infectis: & sic de directo Papa reuocat literas illas cōcessas pijs locis, mandans eorum nomina & cognomina haberi ꝓ expressis & sic non expedit intrare, quādo ius est quæsitum tertio, de quo Papa nō facit mētionem in suo rescripto, vel in sua restitutione: & sic sumus in casu, ī quo Papa potuit expresè voluit tollere illā exēptionē quo ad pterita & futura: vt est dictum. Tertio facit, quod dicitur in præfatione ipsius bullę, in qua dicitur. reuoluentes in mente, & piū & meritorium existimantes, ecclesiarum fabricis oportunis subuenire suffragijs, & subdit, si quando ꝑ nostras, aut prædecessorum nostrorum literas quid gestum videatur, propter quod fabricę ipsæ detrimentum patiantur, promptis id satagimus studijs reuocare: per quæ verba datᵉ intelligi & mens & volūtas ipsius Pōtificis summi. Causa enim proemialis ostēdit vltimam intentionem & mentem ipsius condentis. ita dixit Baldus in capitu. secundo requiris. de appel. textus in leg. regula. §. licet. versiculo initium constitutionis demonstrat. ff. de iuris, & fa. igno. l. fi. ff. de hæred. instituendis. & ibi Bal. & text. in l. j. & ibi Bartol. ff. ad Macedonianum. & in lege, cum hi. ff. de transactionibus, cum simili. vnde totalis mens Papæ
4 fuit prouidere fabricę: sed propter † fauorem fabricæ derogatur communibus regulis iuris cōmunis: vt est textus solennis in capitulo fina. de testamen. ergo non est mirum, si propter huiusmodi bullam papalem derogatur exemptionibus factis dictis locis pijs, etiam quo ad præteritum tempus, propter fauorem fabricæ. Vnde dicebat multum eleganter dominus Petrus de Ancharano in prællega. capit. primo. de constitutio. in repetitione, in quæstione decimatertia. versiculo sed licet ista. ibi. Ex causa etiam reuocantur ꝑterita iam decisa, finita & videtur posse fieri per statutū: vt ibi latè per eum. ergo multomagis poterit hoc fieri per ipsum Romanum Pontificem ex causa iusta fabricæ ipsius eccl. facit enim vnū tribunal & vnum consistorium cum ipso Iesu Christo: vt in capitulo. quanto. & ibi voluit Hosti. de transla. episco. sibi em̄ cūcta obediunt. vt pulchrè dixit Inn. in capitu. primo. de constitu. conditori, inquit, canonum est subdita omnis creatura. Facit, quod habetᵉ in capitu. vt nostrum. vt ecclesia. benefi. & in capitu. innotuit. de electio. & in cap. proposuit. de cōcessio. præbē. & in dicto capitulo per venerabilem. qui filij sint legitimi. & quod egregiè scribit Baldus in lege, rescripta. C. de precibus Imperatori offerē. & in ꝑludijs feudorū. Quarto facit, quod dicitur in ipsa bulla, in versicu. declaramus. vbi ista bulla est † declara-
5 toria: ergo comprehendit actus pręteritos: vt est textus in capitulo primo. de summa. trinitate & fide cathol. libro sexto. non enim aliquid inducit de nouo, qui declarat. Et ibi dicit Dominicus, quòd post dilationem datam ad faciēdum articulos in causa, possunt antiqui articuli declarari. allegat Oldra. cōsilio 166. Et facit, quod voluit Baldus in prima cōstitutio. C. §. quibus. vbi licet statutarii nō possint addere ad statuta: tn̄ possunt illa declarare. facit glossa in capit. si quis. 34. distin. & notat ibi Dominicus, & glossa in capitu. per tuas. de donati. & facit, quod notat. in leg. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testa. & qđ notatᵉ in capitu. fin. de constitu. quando ꝯstitutio est declaratoria, comprehendit actus præteritos, & maximè quando illa declaratio est fundata sub ratione; vt est in casu nostro, in quo propter illam exemptionē factam dictis pijs locis retardatur fabrica ecclesię, vt in casu isto. & sic videtur, ꝙ ista bulla comprehēdat actus præteritos. Et per consequens poterunt cōpelli ad soluēdum dictos duos solidos pro libra, nō obstātibus exceptionibus. Accedat, quod not. dominus Dominicus in capitulo primo. de consti. li. sexto, versic. quæro, cum hic dicatur. vbi quærit. an sicut constitutio reuocat legem, reuocet effectus legis iā creatos. alleg. Paulum hoc tetigisse in clemen. prima, de immu. eccle. prællega. vbi distinguit, quòd aut secūda. lex non reuocat primam legem: sed legem antiquam irritat & annullat, & eam vult haberi pro infecta cum suis declarationibus, & tunc etiam retractātur effectus producti in esse, alleg. Paulum & casum in dicta clementina prima, per quam infert Paul. ibi, quòd si quis incurrisset excommunicationem legis antiquæ, non esset necessaria absolutio, quod

dicit

dicit esse bene no. allegat glo. ibi, & idē voluit dominus Cardinalis in dicta clem. j. in septimo notabili. vbi reputat illam glo. singularem, in quo reuocantur gesta retro. & ponderat ibi dominus Cardinalis illā glo. inquantum dicit, quòd Papa circa ea, quæ sunt de iure positiuo, habet potestatem illa reuocādi ex tunc: & illam gloss. dicit se nescire alibi, quam dicit esse vtilem ad multa, & allegat dicta per se in d. cap. ad petitionem. de accusat. & allegat ibi Paulum dicentem ex illa glo. inferri, quòd illegitimus posset legitimari per Papam, sic quòd habebitur pro legitimo ex tunc, idest, retro etiam quoad honores seculares, & hoc idem voluit gloss. in eo, quòd remittit se ad not. in capi. per venerabilem. qui filij sint legitimi. & sic dñs Cardinalis tenet gloss. prælallega. clemēt. j. de immu. ecclesię. Quintò facit, vbicunq; † pri-
6 uilegiū concessum alicui efficitur damnosum ecclesiæ, intelligitur reuocatum. textus est in capit. pen. de cleric. non resi. & ibi per scribentes. capit. suggestum. de decimis. l. ex facto. ff. de vulgari & pupillari. sed istud priuilegium exemptionis concessum istis pijs locis est effectum damnosum præfatæ fabricæ ecclesiæ sancti Petronij. ergo sequitur, quòd saltem fuit iusta causa reuocandi illud, & per consequens ex iusta causa motus Papa illud reuocauit. Facit ēt, ecclesia sancti Petronij fuit læsa in faciendo fabricam ex illis literis exemptionis factis per summos Pontifices: sed Papa nunc restituit ecclesiam sancti Petronij plenariè, de quo verbo plenariè not. glo. singularis, in clementina prima. de probationibus. ergo sequitur, quòd cēsetur restituta ad illud, quod sibi intulit læsio: sed læsa est medio tempore in illis duobus solidis, quos percepisset per tempora retro acta. ergo sequitur necessario, ꝙ illa restitutio plenaria restituit ipsam fabricam ad id, quod sibi intulit læsio. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minoribus. Et si quispiam opponat, & dicat, quòd in casu isto agitur de iure quæsito, puta: quia priuantur monasteria, & pia loca iure eis quæsito, quo casu difficilius abdicatur a nobis ius quæsitum, quàm ius quærendum. & in l. quid autem. ff. quæ in frau. credi. Federic. de Senis, cōsilio ix. dominus Cardinalis in c. vt super. de re. eccles. non alie. & in cap. tua, de his quæ fi. a præla. Bald. in l. si pupillorum. C. de repu. hęre. & in l. contra iuris. §. primo. ff. de pactis. dominus Cardinalis in cap. potuit. de locato. Ad hoc respondeo,
8 pite dicit nulla † donatio: licet enim donatio possit fieri absenti, vt l. absenti. ff. de donatio. l. nec ambigi. C. eod. nihilominus necessaria est interuentio nuntij, vel epistolæ, per quorum declaratio volūtatis donantis eis in quem donatio confertur, fiat, vt est necesse in cęteris ꝯctibus, quos vult lex posse consensu contrahi. l. j. in fine. ff. de contrahenda emp. l. consensu. ff. de actio. & obligatio. l. q autē. §. si. cum l. sequē. ff. de cōsti. pecu. l. Labeo. ff. de pactis. l. mulierem. ff. de ritu nuptia. Insti. de obliga. quæ ex cōsensu nasc. in princip. l. Labeo. ff. de iureiuran. c. ex parte. de cōuer. coniug. c. veniens. qui cleri. vel vouē. adeo autē ipsius nuncij, seu epistolę necessario interuenientiā iura requirere videntur, ꝙ si vnus non deputatus nūtius: sed motu proprio voluntatem donatoris a se intellectam ipsi donatario declarauit, non ex hoc videtur perfecta donatio. ita not. gl. in d. l. nec ambigi. quam communiter omnes doctores sequuntur. Ceterum nedum ista doctrina procedit, si donatio ipsa in priuatam personam collata fuerit: sed etiam si in pauperes, & in piam causam: vt not. gloss. ordina. in l. illud. C. de sacrosanc. eccle. quam post multa verā dicit esse Ioan. Andre. in addi. Specul. in titul. de instru. edi. §. nunc vero aliqua. in addi. magna, quæ incipit, constat, ꝙ tenet institutio. Cum ergo ista donatio fuit facta absenti. ergo nō tenuit, si nō interuenit ad hoc deputatus nuncius, vel epistola. Et si dicat, ꝙ hic fuit ꝯstitutus nūcius notarius, vt assignaret, & traderet dicto Ioāni res donatas. Ad hoc rn̄det: qa dict⁹ Ioānes hāc secundā donationē nunq̄ acceptauit. ergo sequitur, ꝙ donatio talis non fuit sortita effectū: & per ꝯns frustra opponit dē isto nūcio: nec ēt illam ratificauit certo tempore, vt debuerat: nec ēt impleuit contenta in ea. ¶ Nec obstāt allegata in ꝯriū. primo cum dicitur, ꝙ valet donatio, si interuenit proprius nūcius ad hoc destinatus: qa sup hoc nō oportet insistere. primo: quia cōis opinio est ī ꝯriū. & gl. & oēs doct. illā sequuntur, vt in locis superius alleg. secundo: qa hic nō oportet disputare de hoc, ex quo iste Ioannes non ratificauit donationem declaratā sibi ab illo nūcio īfra octo dies, & licet dixerit se velle liberare, nihilomin⁹ capit, & fit īterpretatio ꝯ eū, ar. eius, quod habetur in c. j. de ꝯcess. & in l. quandiu. ff. de aqui. hære. c. contra eum. de regu. iur. libr. 6. Itē quia illam non acceptauit. Item quia non seruauit conuenta expressa in illa donatione: vt est superius dictum. ergo &c. Nec obstat, cum allegatur dictum Bal. in d. authent. si captiui. ꝙ valet donatio inter viuos a patre in filium, ꝙ imputatur in legitimā: quia dictum eius non est intelligendum secundum legē, quā allegat. & iam ipse mouetur ex dicto §. & generaliter. qui text. vt ex superius dictis apparet, loquit̄, quando filius agnouit donatum inter viuos, vt sibi computaret in legitimam post obitum patris, an ex hoc excludatur a iure petendi supplementum: vt superius dixi. Item ille tex. loquitur in filio emancipato: vt voluit Salyc. & Barto. & si bene ponderetur dictum Barto. in d. §. & generaliter. sentit apertè, ꝙ ille text. loquitur in filio emancipato: nam dicit in versicu. quæro, vtrum illud, quod pater donat filio emācipato, computetur ī legitimam: & dicit ibi fore tex. ꝙ non nisi fuerit dictum. & sic sentit expressè, illum tex. loqui in filio emancipato. nam text. ibi loquitur de donatione valida: sed donatio facta filio in potestate est inualida. vt d. l. 2. C. de inoffi. dona. ergo ille §. non loquitur de donatione facta filio in potestate. Nec ob. cum allegatur doctrina Ang. in d. l. si nō mortis. quia illud dictum suum non est verum: quia filio non debetur legitima viuo patre, & si sibi donaret inter viuos esse mera liberalitas: vt superius est dictum. ergo non tenet. Item quia est ob causam de futuro: & non ob causam de præterito: vt superius dixi. Nec obstat dictum Ange. in d. l. cum quo. §. fin. qa procedit, quando donat in morte, vel quādo donat viro pro filia: vt superius dixi, aliàs non valeret talis donatio: vt superius dixi. Nec etiam obstat, quod dixit Do. Matthe. de Matesellanis, quia in contrariū est communis opi. doc. ꝙ imo §. & generaliter. loquit̄ in emancipato, vt superius fuit ostensum, & etiam quia ille §. loquitur eo casu, quo agnoscit relictum, vel donatum post mortem patris, & iste nō est casus nr̄. Item quia hic non acceptauit donationem. Item quia hic non seruauit conuenta, & sic multifariè euitatur illud ꝯrium, & bene. Nec ēt ob. dictum Bal. in dicta l. cum oportet. primo, quia Bal. ibi non loquit̄, vtrum illa donatio sortiatur effectum viuo patre. secundo; quia Bal. loquitur eo casu, quo dos datur viro pro filia. & ita debet intelligi, dū dicit, ꝙ filia est capax dotis, vt in d. l. Pōpo. Item cū dicit, ꝙ pr̄ potest, præuenire assignationem legitimæ, procedit in filio emancipato, vt superius dixi, sed in illo, qui est in potestate, secus. Itē qa iste Ioānes nec acceptauit, nec ratificauit in termino, nec obseruauit ꝯuēta, vt superius est dictum. Nec ob. cum dr̄, ꝙ legitima succedit loco alimentorum, & quo ad alimenta valida est donatio inter patrem & filium, vt voluit Guli. quia nego illud assumptum, ꝙ legitima succedit loco alimētorum, qa do instantiam in filio diuite, vel aliàs habente vade possit viuere, debetur legitima, & tamē non debentur alimenta, vt plenè firmat Salyc. in authen. nouissima. C. de inoffi. testa. Item quia illud est verum patre mortuo, sed viuo patre non competit legitima filio, vt superius dixi, & etiam contrarium tenet Bal. in l. 2. C. de inoffi. dona. vbi tenet, non valere donationem inter patrem & filium etiā quo ad alimenta. Nec ob. cum dicitur, ꝙ ista donatio valuit quo ad illud, quod debebatur filio pro dotibus vxoris. Ad hoc respondeo, quòd valeret, quo ad illud, quod posset petere pro dotibus vxoris, quia esset aduentitium, nihilominus debuit hoc probari, & non stari assertioni ꝑsonę prohibitę a iure donare. facit. glo. in l. si donatione. C. de colla. & qđ ibi no. Bald. & idē Bald. In d. l. illud. & in l. cum de bonis. C. de dona. & Ang. ī l. sicut. §. superuacuū. ff. quibus mo. pig. vel hypo. Nec ob. cum alleg. regula, vtile, &c. qa in casu nr̄o non habet locum, per d. l. 2. C. de inoffi. dona. & facit, qđ no. Bar. in auth. qui rem. C. de sacrosan. ecc. Nec ob. cum dr̄, ꝙ nō debuit insinuari, qa istud non est verū, vt apparet ex superius dictis. Et sic cōcludo, talem donationē, seu tales donationes esse nullius

effectus,

effectus,& maximè quia iam sunt resolutæ, vt superius dixi. ¶Circa secūdum dubium, an dictus Io. lucrifecerit fructus perceptos ex rebus donatis: facit dubium non mediocre elegans dictum Innoc. in c. ad nostram. de rebus ecclesi. non alien. vbi dixit, ꝙ de iure communi licet contractus sit nullus; tamen si percipiens fructus fuit in bona fide illos lucratur, al le. l. sed & si lege. §. scire. ff. de pet. hære. hoc idem tenet Ange. in d. §. scire. Cum ergo in casu nostro iste Io. fuerit in bonafide, quæ in dubio præsumitur. c. cum olim. & c. auditis. de rescrip. glo. 16. q. 3. capitu. licet. gl. in capit. sanctorum. de pręscript. & quod no. Bart. in l. Celsus. ff. de vsuc. maximè quādo causatur ex titulo: vt ibi not. Bar. ergo posito in casu nostro, ꝙ istæ donationes non valuissent: tñ erat ille Ioannes in bona fide, quæ in dubio præsumitur. & ēt cū habuerit titulum: ideo lucratur fructus. Facit solenne dictum D. Ant. in c. diuersis fallacijs. de cleri. coniuga. vbi dixit, ꝙ decretum nullū præstat colorē, vt qs lucretur fructus, ita ī proposito nostro, licet istę donationes non tenuerint, tñ præstant iustum colorē lucrandi fructus. & istud dictum sequitur D. Cardinalis Florentinus, & D. meus Ioan. de Imola in d. c. ad nostram. Et bene facit, quod not. idem Inno. & D. Anto. in c. consultationibus. de iure patro. & facit, quod hr̄ in c. querelā. de elect. & in c. cū olim. & in c. cum ecclesia. de causa poss. & ꝓprie. ¶ Sed istis non obstantibus contrarium puto de iure verius,
9 videlicet quòd nō lucretur fructus: quia † vt ex relatis in priori dubio apparet. Primus actus dotādi, seu prima donatio nō fuit sortita effectū, nec secūdam acceptauit in termino, vt est superius dictum, quo casu dixit Hostien. in dicto c. ad nostram. ꝙ ille fuit lucratus fructus ex speciali ꝓuisione Papæ: qa aliàs non poterat induci ad remittendam rē malè ablatam, nisi lucraretur fructus. & sic tenet ꝙ de iure ↄmuni, quis nō lucratur fructus ex cōtractu nullo. Vnde Ang. multum singulariter in dic. §. scire. dicit, ꝙ tex. ibi dicit, ꝙ error iuris excusat à dolo, & inducit bonam fidem quo ad lucrandū fructus, & ipse ibi dicit illud procedere, probato errore, quem ꝓbare est valde difficile: quia p̄sumptio degenerat contra talem errantē credit tamen sufficere, si sit minus peritus, & ↄsuluit peritiores, q̄ erant in loco, & ita dicit se intelligere gl. q̄ est in l. si qs in tantam. C. vnde vi. quæ dicit, militē & rusticū excusari a pęna illius l. Cum ergo in proposito nostro iste Ioānes sit sagax, nec pręsumitur error de facili in eo, sequitur, ꝙ nullo mō pōt lucrari fructus. & indubitanter Ange. formaliter decidit istam quæstionem. Et optimè facit, qđ voluit D. Ant. in d. c. ad nostram. vbi dicit, ꝙ bona fides eum non iuuat, quando contractus est nullus, quia tunc titulus habetur pro non titulo. l. si fundū. C. de rei vē. l. prohibitum. C. de iure fi. li. 10. c. cū causam. de officio dele. Cum ergo in casu nr̄o iste ↄtus, seu ista donatio fuit nulla, vt dictum est, ergo non lucratur fructus, & per consequens tenetur ad restitutionem, posito non tamen concesso, ꝙ fuisset in bona fide, cum nihilominus fuerit malęfidei possessor, qa non est imperitus dictus Ioā. An. imò est sagax, vt dictum est. & ita voluit Angel. vbi supra. ergo. Facit etiam, qđ pulchrè voluit D. Pet. de Ancha. in præalle. c. ad nostram. vbi dicit, ꝙ si contractus non tenuit ratione solennitatis omissæ, tunc cōtrahens non lucratur fructus: quia talis emptor censetur esse malę fidei, vt in ca. qui ↄ iura. de reg. iur. lib. 6. & l. quēadmodum. C. de agri. & censi. lib. 11. nisi dicatur secundum eum, ꝙ qui mercatur ↄ iura, censetur bonefidei quo ad lucrum fructuū. alle. d. §. scire. ꝙ dicit ꝓcedere, si est de personis, q̄bus est ꝑmissum ignorare ius, & ponit exēplū ī rusticis, & in militibus, & similibus personis, vt sunt mulieres, & similes, alle. l. cū de indebito. ff. de proba. c. fi. de solu. & sic concludit D. Petrus, ꝙ si est de personis, quibus non est permissum ignorare ius, vt sunt personæ habitantes in ciuitate, & in loco celebri, & insigni, vel sunt homines sagaces, in quibus non est tolerabilis ignorātia; tūc non lucratur fructus, & sic D. Petrus apponit gladiū ad radicem in ista q. Cum ergo ista donatio non tenuit ex pluribus defectibus, vt superius fuit ostensum, sequit̄, ꝙ iste Io. nullo mō lucrat̄ fructus: & per consequens tenetur illos restituere. Facit etiam glo. in d. §. scire. quæ dicit, ꝙ errās in iure debet restituere fructus: & dicit contra dictum Inno. in d. cap. ad nostram. quanto fortius in casu nostro, cum iste nō fuerit in errore iuris, imo fuit in lata culpa, considerata sua sagacitate. Facit, qđ voluit Bar. in d. §. scire. vbi dicit, ꝙ q̄dā sunt iura ꝓhibitoria: vt ī d. l. quēadmodū. & in d. c. qui ↄ iura. & qui facit ↄ illa, hēt malā fidē: quædā iura non prohibent, sed nō assistunt, & tūc in tali iure errans non pręsumitur malęfidei, nec bonę, est enim quoddam medium inter bonā fidem, & malam. l. 3. §. fin. & lege prima. ad fi. ff. de acqui. pos. sed in casu nostro iura prohibent patrem donare filio inter viuos existenti in potestate. ergo contrahēs contra ius dispositionem censetur esse malęfidei. & per consequens nullo modo lucratur fructus: ergo tenetur ad restitutionem illorum. Facit etiam, quod pulchrè voluit Bartol. in l. ex diuerso. §. vbi autem. ff. de rei ven. vbi dicit, ꝙ iusta causa litigandi non excusat a fructibus, nec tex. d. c. ad nr̄am. per quem se fundat ibi Inno. probat dictum eius, si subtiliter ponderetur, nam ibi alienatio fuit celebrata ex causa vtili monasterio. & ad hoc facit, qđ pulchrè dixit Bal. ī l. si prædium. C. de p̄di. mi. item qa text. in d. c. ad nr̄am. dicit pro labore, ꝙ lucratur fructus propter laborē, & iste non est casus noster. & sic non procedit dictū Innoc. in casu nostro. Facit, qđ no. Inno. in c. consultationibus, de iure patro. vbi dicit, ꝙ p̄sentatio, q̄ est fructus iuris patronatus, est inualida, si fiat a malęfidei possessore: qa sicut malęfidei possessor rei corporalis nō facit fructus suos: vt l. fructus. & l. ex diuerso. ff. de rei vē. ita nec in iure incorporali facit actum validum quasi possessor malęfidei. ita dicamus in casu nr̄o, & sequitur D. Anto. in d. c. consultationibus. Facit ēt, quod voluit Baldus in lege, venditionem. C. de vsucapione pro emptore. vbi dicit, quod bona fides inducitur ex errore iuris quo ad fructus, quorum possessio est vilis & abiecta. lege, si rem mobilem. ff. de acquirenda possessione. non quoad rē p̄scribēdā, alle. dictā legem, si fur. §. primo. ff. de vsucapi. & dictā legem, sed si lege. §. scire. sed qualiter probabitur error iuris? Respōdet ibi Baldus; quia erat mulier, minor, vel miles armatę militię; vel qa passus erat difficilis in iure, & interrogauit sapientem, q̄ errauit in iure. & sic Baldus tenet illud, quod tenuit Ang. in d. §. scire. Cum ergo ī casu isto istud sit clarum in iure, talem donationem non valere: vt in dicta lege secūda. C. de inoffi. do. & iste sit homo sagax, nec probat, ꝙ consuluerit aliquem iuris sapientem, & etiam qa nō errauit in iure, sequitur, ꝙ nullo modo potuit lucrari fructus. Præterea est diligenter ponderādum in
10 ista hæsitatione: quia iā ista donatio † fuit facta sub conditione, ꝙ ille Io. donatarius tenebatur seruare certa conuenta in dicto instrumēto donationis: sed ex parte sua non seruauit conuenta. ergo seq̄t, ꝙ nō poterit lucrari fructus: quia nō vr̄ ꝓ eo scriptū, qui venit ↄ scriptū. vt pulchrè voluit Inn. quē refert & sequit Bal. in l. cū ꝓponas. C. de pac. & ibi Sal. & supius retuli. Et sic cū iste Io. non fecerit qđ debuit, nō pōt recipere, qđ oportet: vt d. l. cū proponas. & quia ex hoc apparet, quòd deficit voluntas ipsius D. Ange.

in donando, ex quo non seruauit ille Io. pacta conuenta. Facit etiam: quia talis donatio debuit insinuari, vt in præcedenti dubio dictum fuit: & tamē non fuit insinuata. ergo sequitur, quòd nulla obligatio ex illa orta est, vt est casus singularis in l. sancimus. C. de dona. vbi pro non scripta habetur. ergo sequitur, quòd ex nullo capite potest lucrari fructus. facit etiam, quòd in simili dicimus de emptore, qui lucratur fructus rei emptæ, quod procedit, si soluit pretium, aliàs non lucratur: vt not. in l. curauit. C. de acti. emp. ita in proposito, cum iste Ioannes non impleuerit pacta conuenta in dicta nouatione: ergo non lucratur fructus, cum ex parte sua non seruauerit cōtractū. & ista videtur pura veritas. Nec obstat dictum Inn. in d. c. ad nostrā. quia vt superius dictum est, illud dictum non militat in casu nostro: & quia iam omnes scribentes tenent cōtrariū, vt est superius dictū. Nec ob. dictū D. Anto. qui sustētatur propter auctoritatē iudicis. arg. l. iustè possidet. ff. de acqui. possess. & iste nō est casus noster. Et sic cōcludo, dictum Io. non potuisse percipere fructus, & per consequens tenetur illos restituere. ¶ Capio tertium dubium: qa Ioānes occupauit portionē legitimę, donatā Nicolao, vtrū teneat dictus Io. illam restituere dicto D. Ange. vel dicto Nicolao cū fructibus. Et ꝙ teneatur restituere D. Ang. satis est dictum in dubio pręcedenti: sed ꝙ teneatur restituere Nicolao prędicto: qa cum dictus D. Ange. post emancipationē in dictū Nicolaū trāstulit iure donationis, & cōstituit se possidere noīe suo, & per cessionē trāstulit in eū omnia iura, quæ in dictis rebus habebat, videtur, ꝙ cū dictus Io. illas res donatas tenuerit, fuerit malę fidei possessor. l. fi. C. vnde vi. qa sciebat illas res ad se nō spectare, dicitur esse inuasor. l. si qs ad se fundū. C. ad l. Iul. de vi. Et ideo videtur dicendum, ipsum Io. teneri de fru-
11 ctibus † perceptis, & etiam de eis, qui percipi potuerūt. l. si nauis. ff. de rei vēdi. l. domū. C. eo. tit. Et licet glo. in c. grauis. de resti. spol. dicat, ꝙ malę fidei possessor tenetur ad restitutionem fructuū, qui probātur ad eum peruenisse post litē contestatam, nō autē tenet de percipiēdis, si nō fuit violēta: qa hoc dictū glo. communiter dānat ꝑ legistas, & ꝑ gloss. iuris ciuilis, & ꝑ oēs canonistas in d. c. grauis. vbi dicūt, eū teneri de percipiendis: licet nō fuerit violentus: vt no. 12. q. 2. c. nō liceat. & in l. ex diuerso. ff. de rei ven. Et ideo scribētes distingunt in d. c. grauis. aut fuit malę fidei possessor sine titulo, & tenet de pceptis & pcipiēdis: vt patet in l. si nauis. ff. de rei ven. facit. l. certū. C. eo. & pro extātibus agitur rei vēdicatione, pro cōsumptis verò cōdictione sine causa. de percipiēdis autē tenetur iudicis officio. Aut est possessor malę fidei cū titulo: & tūc de pceptis tenet, vt in pcedēti mēbro, de pcipiēdis nō excusatur ꝓpter titulū. vt l. si fundū. C. de rei vē. nisi talis titulus habeatur pro nō titulo. Facit, qđ no. glo. in d. c. non liceat Papę. & plenè hoc tenet D. Abb. ꝯsiculus meus in d. c. grauis. Cū ergo in casu nr̄o titulꝰ donationis habeatur ꝓ nō titulo: qa nō tenuit, vt est superius ostēsum: seqt̄ur, ꝙ teneat nō solū de perceptis, sed
12 ēt de percipiēdis. Sed dubiū est, an † intelligatur de percipiēdis ab ipso petitore, & sic ab ipso Nicolao, seu ab ipso dn̄o Angelo, & an intelligatur de percipiēdis ab ipso Io. possessore. tex. in d. c. grauis. loquit̄ de percipiendis ab ipso petitore. & idē videtur dicere text. in d. l. si nauis. ff. de rei vendi. & tex. cum glo. in d. l. ex diuerso. ff. eod. & in l. apud Iulianum. §. j. ff. de leg. j. sed tex. in lege domū. C. de rei vend. probat, ꝙ tenet de pcipiēdis ab ipso possessore. Vnde Bar. in d. lege ex diuerso. distinxit, aut possessor cōuenitur ab aliquo, qui non asserit se dominum, & tunc de iure ff. habebatur respectus ad percipiendos a petitore: vt in iuribus prealleg. sed de iure codicis habetur respectus ad ipsum possessorem: vt d. l. domum. nec leges ff. sunt correctę in eo, qđ dicunt de petitore: sed in eo, ꝙ prohibeant de percipiendis a possessore. Sed idem Bar. in d. l. domum. aliter distinxit, aut petuntur fructus, qui potuissent percipi ex singularitate persone, non autem cōmuniter: & tunc debet haberi respectus ad singularitatē personę petoris: vt d. l. si nauis. & facit tex. in d. c. grauis. nō aūt dēt haberi respectus ad singularitatem ꝑsonę possessoris: quia tunc illi prouenirēt magis ex industra & negotiatione personæ, q̄ ex re, arg. l. 2. ff. ad l. Falc. aut petuntur fructus, qui comuniter potuissent percipi a possessore, & tunc non est vis, an habeatur respectus ad possessorem, an ad petitorem: quia inspicitur, quòd communiter potuisset percipi. non autem ex singularitate personę, argu. l. 2. C. de rescin. vendi. & capitulo, cum dilecti. de emp. & ven. & sic Bar. vult in d. l. domum. quòd habeatur respectus ad petitorem non ad possessorem, nisi quando possessor tantum potuisset percipere, quantum cōmuniter quilibet alius possessor: ita quòd non habeatur respectus ad singularitatem personę suæ. & hanc opinionem etiam firmat idem Bartolus in l. apud Iulianum. §. primo. de lega. primo. & istam opinionem sequit̄ dominus & cōsiculus meus Abbas, & dominus Antonius in dicto capitulo, grauis. & istud etiam sequitur Salicetus in dicta lege, domum. & istud etiam sequitur Angelus in dict. lege, si nauis. vbi refert Bartolum dicere haberi considerationem de vtroque, prout possessori decretū est, quod dicit esse menti tenendum: & ita semper intelligebat illam legem Bartolus ipso Angel. audiēte, quòd Angelus intelligit, si ita communiter potuisset percipi: non enim debet fieri relatio ad fructus, qui potuissent percipi: ex sola industria, alleg. Barto. in dict. lege, domum. & ibi non displicet Baldo dicta opinio Barto. & optimè facit ad hoc, quòd habetur in lege at vbi. ff. de petitione hereditatis. & in l. vēditor ex hæreditate. ff. de hæreditate vel actio. vendi. Et sic dictus Ioannes tenetur dicto Nicolao de fructibus restituendis a die donationis validè factę dicto Nicolao post emancipationem. debent tamen deduci sumptus facti pro cultura & pro colligendis fructibus: vt per Bar. in l. fundo. ff. de rei vendicatione. plenissimè per Saly. in dicta l. domum. & sic iste Ioannes, ex quo fuit possessor malę fidei, cū ille titulus fuerit pro nō titulo, sequitur, ꝙ debeat restituere fructus perceptos, & percipiendos: quia eo ipso quòd sciuit, vel scire debuit se nō posse possidere illas res donatas vigore donationis inualidę, dicitur possessor malę fidei, quo ad omnes, ad quos spectant res illę donatæ: vnde eo ipso, quòd ego teneo rem, quæ non spectat ad me, dicor possessor malæ fidei. leg. finali. C. vnde vi. licet inferatur præiudicium alteri, quàm illi, cui intēdo præiudicare. l. aut, qui aliter. §. si quis. ff. quod vi aut clam. Bartol. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquirēda possessione. & per ista sit satisfactum huic tertio q̄sito. Et si quispiam opponat, ꝙ fructus † ex quo pos- 13
sessi fuerunt triennio per istum Ioannem videt eos præscripsisse, vt dixit glossa singularis in l. sequitur. §. fructus. ff. de vsucapio. quam glossam sequit̄ Bart. ibi, & communiter alij. & eam allegauit pro singulari Salycetus in l. fideicommissi. & in l. neque. ff. de vsuris. & in l. vaccę. ff. de euictio. & Baldus in l. causam. ff. de executione rei iudicatæ. & in l. finali. C. de edict. di. & in l. sicut. C. de præscriptione triginta annorum. Ad hoc respondeo, quòd illam gloss. procedit in possessore bonę fidei, qui pscripsit fructus, q̄

debentur iudicis officio, si per triennium illos possiderit: sed in casu isto iste Ioannes fuit malefidei possessor: vt est dictū, ergo nullo tpe potuit praescribere: vt c.finali. de regulis iuris libro 6. Et etiam si dicatur, quomodo fiet probatio istorum fructuū. Bald. in l.prima.C. de fructi. & litium expēsis. dicit, aut loquimur quo ad fructus perceptos, & tūc probatur per testes, qui interfuerūt receptioni, seu perceptioni: aut loquimur de percipiendis: & tūc probantur per coniecturas, sicut interesse futuri lucri. l.3.§.final.ff.de eo quod cert.lo. item probantur per proximas coniecturas illius anni, quo fructus percipiuntur, & per reditus vicinorum, qui possident terras eiusdem qualitatis. Facit quod not. Bartolus in l.cū seruus. ff. de veborum obligatio. vbi etiam loquitur de sumptibus, qualiter probentur. & facit, quod notat Angelus in l.si nauis. ff. de rei vendicatione. vbi quaerit, an fructus percepti probentur per iuramētum. Et ita sit absoluta ista tertia dubitatio.

¶Capio nūc quartam dubitationem, quae est: vtrū auus teneatur dotare neptes ex filio, vnam, vel plures eo casu, quo Ioānes filius potuisset dotare filias suas de suo proprio patrimonio: vt quia pater permisit dicto Ioāni plenam administrationem. §.aduentitiorum, ēt quo ad fructus. iuxta not. in l.cum oportet.§.non autem.C.de bonis quae libe. & videtur dicendum, ꝙ isto casu onus dotandi spectet ad ipsum auum, & non ad patrem: & sic ad ipsum Ioā. & sic subtiliter ponderetur dictum Bal. in l. fina.C. de do.promis. in ver.quid si sunt duo fratres habentes bona communia, vtrum filia vnius sit dotanda de patrimonio communi. Et decidit, quòd si viuit auus, idemque pater ipsorum, quòd licet dotari de matrimonio aui & sic de communi sed si non viuit auus, dēt solui de portione fratris sui, & nō patrui. Et sic Bal. ibi in terminis decidit istā hęsitationē, ꝙ eo casu, quo auus viuit, & filius hēbat bona, ex quibus posset dotare suam filiam, ꝙ nihilominus spectat ad auum onus dotandi. & mirum est, ꝙ Salyce. ibi relinquat cogitandum, cum Bal. quē ipse Saly. vidit in lectura sua, istā dubitationē determinet. & ad hoc pondero text. in l.dedit dotem.ff.de colla.bo.in ver.quippe officiū aui circa neptem. ex officio pris erga filium pendet. qa ꝓbat, ꝙ auus dotat suam neptem ex officio & pietate, quā gerit ad sum filium: sed illamet pietas, quae est in auo erga neptē respectu patris, militat siue filius habeat, vñ dotet suā filiam, siue nō. ergo sequitur, ꝙ siue habeat etiam, vnde dotet filiam, siue non habeat onus dotādi neptē, spectabit ad auum, nec videt bonū argumētum de dote ad alimenta: quia pater naturalis non compellitur dotare filiam. & tamen tenetur eam alimentare: vt in auth.licet.C.de natura.libe. & in l.vxorem. §.pater naturalis.ff.de lega.3. ¶Sed istis non obstantibus in contrarium vr̄ veritas, ꝙ † nō teneatur dotare

15 auus, si filius habeat, vnde possit filiā suam dotare: & hanc qōnem mouet in terminis Lud. Ro. in l.j.ff.sol.mat. vbi refert dñm Bal. in lectura antiqua, in auth.res q̄.C.cōia de le. tetigisse istam quaestionē, & tenuit, ꝙ si est diues filius, adeo ꝙ possit filiam suā dotare, ꝙ tunc non tenebitur auus illam dotare. & ibi alleg. istam rationem pro dicto Bal. ꝙ si pater est potens ad alendum filium suum, ꝙ tunc non tenet̄ auus alere suos nepotes. alleg. Barr. in l. penultima. ff. de liberis agn. & sic arguit ibi Ludo. de alimentis ad dotem: & est validum argumētum hoc casu: qa si non tenetur alimentare: ergo multo minus tenetur dotare. & isto modo sumendo argumentem est validum: quia in plus se habet alimentare, q̄ dotare: quia quis tenetur alimentare: & tamen non tenetur dotare, vt superius est dictum, & sic ī terminis nostris licet non allegetur per dominos cōsulētes. Ludouicus Roma. decidit istam quaestionem. ergo sequitur, ꝙ non tenebitur auus dotare filias istius Ioan. eo casu, quo Ioan. pater habet, vnde possit illas dotare. Praeterea videtur tex. de hoc in l. & ideo. §.si filiusfami. pecuniam mutuatus pro filia sua dotem dederit, in rem patris versum videtur: quatenus auus pro nepte daturus fuerit. ff. de in rē verso. quē tex. sic induco: olim filiusfami. quicquid habebat, quaerebat patri. l.placet.ff.de acquir. haere. l.acquiritur.ff.de acquiren.rerum domi. vnde dicitur, quòd filiusfa. recepit pecuniā mutuo, & sic praesupponit illum filium, nihil habere, cum receperit pecuniam mutuo, & de iure illo nihil habebat regere. ergo sequitur, ꝙ si filius habuisset, tunc non obligaretur pater: & sic auus: quia illo casu non videtur gerere negotium aui, sed negotium suum, & filiae. Et ideo dicit in dicta l.Iulianus.§.sed & si filius. ff. ad Macedonia. quòd si patre absente & relegato filius eius dotē pro sua filia promiserit, & rem patris pignori exposuit, cessat senatusconsultum: & sic videtur, quòd si de suo dedisset, non videtur egisse rem patris, ex quo illam poterat dotare de suo. facit l. cognouimus. C. de haereticis. & l.profectitia. §. si filiusfamil. de iure doti. Et licet allegetur, quod Salyce. in dicta l. finali, C.de dot.promissio. non fuit ausus decidere istā q̄stionem, dico, ꝙ ipse apertè tenet istam partem: qa ibi arguit ꝓ ista parte, licet postea dicat se nolle decidere: quia pendebat de facto. Pręterea est ponderandus text. in d.l.dedit dotem. in ver. vt quod pr̄ meus propter me filię meę nomine dedit, perinde ac si ipse pederim: quippe officium aui erga neptem, ex officio patris pendet erga filium. de cuius intellectu optimè disputat elegans doct. do. Pe. de Anchara. in consilijs suis, consilio 152. incip. in Chr̄i noīe amē: ꝓ veritate praemittendum est. vnde si tex. ibi velit, ꝙ eo ipso ꝙ auus dotat neptem, videtur gerere officium filij, sequitur, ꝙ ad officium filij habētis etiam patrē spectat dotare filiam. & sic ad eum principaliter spectat illud onus, quo casu sequitur necessario, quod vbicunque potest ipse filius suam filiam dotare. ad eum spectat onus dotandi, & non ad ipsum auum. Simile dicimus in l. suo victu.ff.de oper.liber. quòd libertus tenetur pręstare operas suo victu, ꝙ procedit, qñ habet vñ se alat: secus si non haberet: qa tūc onus alimentandi, dum praestat operas, spectaret ad ipsum patronum. Ita dicamus in casu nostro, cum principaliter onus dotandi spectet ad ipsum patrē: vt l.obligamur.§.lege.ff.de actio. & obliga. l. quaero. ff. de iure dotium. cum sim. sequitur, ꝙ eo casu quo habet vnde possit filiam suam dotare, ad eum spectabit onus illam dotandi. Si vero non habet, vnde dotet, recurretur ad auum, qui tunc videtur fungi officio sui filij in dotando ipsam neptem, & habet rationem in se efficacissimam. nā nō debet quis duplici poena cōteri: vt dixit text. in ca. at si clerici. §. de adulterijs. de iudicijs. l.senatus censuit. ff. de accusa. nec debet addi afflictio afflicto. l.diuus. ff. de officio praesi. cū si. cum ergo auus habeat onus relinquēdi legitimā suo filio, non debet grauari ī dotando neptem, si filius habeat, vñ possit suam filiam dotare. Et cū dicebatur, ꝙ eandem pietatem habet auus circa dotandam suam neptem, quando filius hēt, vnde eam dotet, quā habet qñ filius non habet, vnde dotet suam filiam: istud est falsum: quia quando filius habet, vnde possit se alere, non astringitur pater eū alimentare: vt superius est dictum, & sic non est verum, ꝙ sit eadem pietas, quando filius non habet, vñ dotet suam filiam. & qñ habet, vnde dotet. Et est bene ponderandum, ꝙ si pater non tenetur alere filium, qñ habet, vnde se alat. ergo multo minus tenebitur

nebitur alere nepotem, quãdo pater ipsius nepotis habet, vnde cum alat. & ita debet intelligi dicta l. Iulianus. §. sed si filius. & d. lege ideo. §. finali. cum lege sequenti. inquantum dicunt, quòd si filius dotauit filiam, gerens negotium patris, cuius erat dotare neptem: quia procedit eo casu, quo filius nihil habebat, vnde posset illam dotare. & ideo text. ibi dicit, pecuniã mutuatus. & sic si rectè ponderetur textus in dicta lege, dedit dotem. probat in fauorẽ aui eo casu, quo filius habet, vnde filiam suam dotet. Et per consequens nullo modo obstat: nec etiam in cõtrarium facit dictum Bald. in dicta lege, finali. C. de dot. promis. quia Bald. apertè non attingit istum casum. & etiam quia idem Bal. tenuit contrarium in dicta authen. res quæ. Et istam partem sequitur Ludouicus Romanus in d. lege j. ff. soluto matrimonio. & fortificat eam ratione, vt superius est tactum, & probatur iuribus, vt superius dixi. & istud etiam sequitur Salyce. in dicta lege fi. & est æquior opinio. ergo est seruanda: tum quia est communis. l. prima. ff. de sena. & ibi Bal. l. athletas. ff. de his qui no. infa. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. c. de quibus. 20. distin. c. in canonicis. 21. di. §. quidam. de pœniten. distin. prima. cum si. tum etiam quia est æquior. l. proximè. ff. de his quæ in testamento delen. tum etiam quia fortificatur melioribus rationibus: vt in c. capellanus. de fer. Et sic sequitur, q̃d filiæ istius Io. isto casu non sunt dotandæ de bonis dicti D. Ang. aui sui. ¶ Circa aliud dubium, dum quæritur, an in ista dote constituenda, debeat adhiberi consideratio deducendi, ne auus, aut pater egeat. Et circa hoc non videtur esse aliqua dubitatio digna, ꝙ imo debet † deduci, ne egeat. nam hoc videtur decidere text. in l. quæro. in vers. modus ex facultatibus custodiendus est quousque ratio patitur. ff. de iure doti. vnde nulla ratio patitur, ꝙ pater cogatur filiam dotare, vt egeat, & mẽdicet. vnde erit constituenda dos, ne pater egeat: nã si inter socios, qui verè sunt extranei, datur istud beneficium, ne socius conueniatur vltra, q̃ facere possit: multo fortius dabitur patri, vel auo: vt non conueniatur ad dotem constituendam vltra, quàm facere possit deducto ne egeat. l. verum. ff. pro socio. ergo multofortius hoc procedit ĩ patre, vel auo. facit, quod voluit Saly. in l. fi. C. de do. promis. vbi dicit, ꝙ omnis ordinata charitas incipit a se ipso. l. præses. C. de seruitu. & aqua. vnde non est verisimile, ꝙ pater sic voluerit se obligare pro dotibus filiæ, quòd ipse remaneat in egestate, & filia in vbertate, & alleg. Ia. de Are. & eum sequitur ibi Saly. Facit etiam: qa si maritus, qui iam recepit ab vxore dotem, quando agitur de dote restituenda, non potest conueniri vltra, quàm facere possit, sed deducto, ne egeat: vt lege maritum. ff. soluto matri. quanto fortius dicemus idem, ꝙ non possit pater cogi cõstituere dotem pro filia, nisi quatenus facere potest, deducto ne egeat: cum persona patris filiæ sancta & honesta videri soleat: vt dixit tex. in l. liberto. ff. de obseq. facit, q̃d not. Ang. & Io. de Imo. l. Nesennius. §. fi. ff. de re iudi. quẽ domini consulentes allegant. & ideo debebit attendi dignitas patris, vt viuat secundũ suam dignitatẽ: vt l. sed & si qd. §. sufficiens. ff. de vsufru. & facit, q̃d no. glo. in c. ꝯquerente. de cler. non resi. & q̃d notant scribentes. in c. cum omnes. de constitut. & sic cum socius non possit conuenire socium effectualiter vltra, q̃ facere possit: & tñ tractat de dãno euitãdo: nec habet eum in illa reuerentia, q̃ habet filia erga patrem: quãto ergo magis in casu nostro dicemus idẽ in filia respectu dotis, quæ videtur tractare de lucro captando: vt l. si emãcipata. C. de iur. & fac. ignor. & not. in l. si quis legatum. ff. de fal. q̃ etiam habet patrem in maxima reuerentia, vt in dicta l. liberto. non

16

poterit ergo petere constitui sibi dotem, nisi deducto ne pater egeat. ¶ Et ex istis infertur ad sextum dubium, videlicet, ꝙ ista dos constituetur primo deducto ære alieno, & postea habebitur respectus, ne pater egeat. Et sic primo deducetur æs alienum, & post ea attendetur, ne pater egeat: postea cõstituetur. Et sic bonus iudex arbitrabitur, quanta erit ista dos cõstituenda: quia primo deducetur † æs alienum: secũdo deducetur, ne egeat, vltimo cõstituetur dos: qa si filia ageret ꝯ patrem, clarum est, ꝙ non posset eum astringere: quia nec posset virum astringere effectualiter vltra, quàm facere posset: vt dicta l. Nesennius. §. fi. ergo sequitur, quod multofortius quando agẽt contra patrem, vt constituat sibi dotẽ, nõ poterit eũ compellere, nisi quatenus facere potest, deducto ne egeat. Et in hoc cousiderabitur dignitas pr̃is: qa maior expensa datur militi, aut splendido ciui, quàm rustico, aut plebeio: vt in dicta l. sed & si quid. §. sufficiẽs. ff. de vsufru. & in leg. habitatio. ff. de vẽ. in pos. mit. & quod no. in cap. deniq; 4. dist. Et ideo hoc casu dicetur dos congrua: & stabĩt arbitrio iudicis. Simile dicimus in auth. ꝙ locum. C. de colla. vbi quæ dos dicatur magna vel parua, stabitur arbitrio iudicis. Simile dicimus, vt voluit Io. An. in c. significantibus. de officio delega. post alios, ꝙ q̃ personæ dicant̃ miserabiles, statur arbitrio iudicis. Et in c. cum oporteat, de accusa. dixit, quæ inimicitia dicatur grauis, vel non, stabitur arbitrio iudicis. Et in cap. quoniam frequenter, vt lite non contestata. dixit idem Ioan. Andr. ꝙ quis dicatur senex, stabitur arbitrio iudicis. Et Bartol. in l. si constante. ff. solu. matrimo. dixit, ꝙ quis dicatur pauper, statur arbitrio iudicis. & gloss. in capitu. sedes Apostolica. de rescrip. dicit quòd qs dicatur maior, statur arbitrio iudici. & gloss. in capitu. fina. de re iudi. lib. 6. quòd quæ causa dicat̃ parua, statur arbitrio iudicis. Facit authẽ. si breuiores. C. de sent. ex breuicul. reci. & Bal. in cap. constitutus. el primo, de appellatio. dicit, quod crimen. dicat̃ graue, iuxta not. ibi dicit, stabitur in arbitrio iudicis. Et Bar. in auth. minoris. C. q dar. tu. pos. dicit, ꝙ quando debitum dicatur magnum, vel paruum, stat̃ arbitrio iudicis. Ita dicamus in casu nostro, quando dicẽtur congruè dotatæ istæ filiæ, vel neptes, stabitur arbitrio iudicis detracto prius ære alieno, & deducto pri⁹ ne pater egeat, seu auus, habito respectu ad qualitatẽ patrimonij, & ad qualitatem mulierũ, & virorum: iuxta no. in dicta l. quæro. ff. de iure doti.

17

EPITOME.

¶ Testator cum his verbis substitutionem concepisset. Si vero (quod absit) omnes filii simul, vel diuersis tẽporibus decederunt quandocũq; sine liberis: tunc & eo casu de bonis hæreditatis meæ, quæ eisdẽ filiis superessent, substituit vulgariter, pupillariter & per fideicommissum quoddam altare construendum in ecclesia Sancti Antonii, & Paul. vita functis deinde filiis omnibus superstite filia vna testatoris, dubiũ fuit an substitutioni locus esset, cũ in ea de masculis tantũ videretur. Sed certè ex mẽte ipsius testatoris manifesta existente dicta filia dici non potuit conditio substitutionis impleta, hæc igitur substitutum altare adhuc excludit.

SVMMARIVM.

Substitutio vniuersalis pluribus cum signo vniuersali, non hẽt locũ existente persona, quę ex præsumpta mẽte defuncti substitutum excludere debeat. nu. 1. 3. & 10.

Liberi ex præsumpta mente testatoris piam causam excludunt. numero 2.

Verba

Verba illa testatoris, si vero (quod absit) æquè ad filias atque ad filios pertinent. nu. 4. & 9.
Verba illa, tunc & eo casu denotant extremitatem temporis. numero 5. & 6.
Dictio, omnes, posita inter plures proprie non refertur ad duos dumtaxat. nu. 7.
Liberorũ fauore non scriptum pro scripto est, & non expressum pro expresso. nu. 8.
Legis ratio amplior ampliat dispositum in lege, quod & in testatoris dispositione locum habet. nu. 9.
Substitutus ea persona excluditur, quam verisimiliter testator præferri vult. nu. 10.
Substitutio liberis facta per verba collectiua requirit concursum mortis omnium liberorum. nu. 11.
Interpretari sic non oportet verba testamenti, vt sequatur testatorem se incontinenti correxisse, quod absurdum est. numero 12.
Masculinum cum vniuersali signo fœminas complectitur. numero 13.

CONSILIVM LXXXII.

Videtur, Quòd existentia dominç Constantiæ impediat dictam conditionem impleri, nec potest verificari, nec impleta dici, nisi dumtaxat contigerit ipsam dominã Constantiam in facta sua, incidere sine liberis. Et qa ex facto oritur ius, ante omnia præmitto verba ipsius testatoris in suo testamento apposita videlicet. Si vero (quod absit) omnes filij dicti testatoris simul, vel diuersis temporibus decederent quandocunque sine liberis: tunc & eo casu de bonis hæreditatis dicti testatoris, quæ eisdem dicti testatoris filijs, & sic sine liberis decedẽtibus superessent, substituit vulgariter, pupillariter & per fideicommissum quoddam altare construendum in ecclesia sanctorum Antonij & Pauli, &c. tũc
1 arguo sic formaliter, vbicunque substitutiones† fiũt vniuersaliter pluribus cum signo vniuersali omnẽ, vel similibus dictionibus, non vendicant sibi locum nisi in defectum omnium sine liberis morientium, & hoc cũ superest persona, quæ ex præsumpta mente defuncti habeat excludere substitutum. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellianum. Sed in casu nostro substitutio facta de illo altari fuit concepta cum signo vniuersali & vniuersaliter, videlicet omnes filii testatoris, & superest ipsa domina Constantia filia dicti testatoris, quæ ex præsumpta mente ipsius testatoris excludit piam causam, & ipsum altare. ergo sequitur, ꝙ nunquam substitutio vendicat sibi locum de dicto altari quandiu superest domina Constantia, & per cõsequens liberi eius. ista minor,
2 videlicer, ꝙ ex præsumpta † mente ipsius testatoris exludat ipsam piam causam approbatur a D. Bal. in l. cum acutissimi. C. de fideicõmis. vbi refert elegantem theoricam, Ricardi Malumb. dicentis, ꝙ si testator instituit filium, vel nepotem, & post mortem filij excludit monasterium, quia hoc casu monasterium non habetur loco filij, cum non sit hæres: qa ratio naturalis est potentior, quàm fictio. l. filio quẽ pater ff. de liberis & posthumis. l. q habet. ff. de tute. c. requisisti. de testa. & est ratio: quia fauorabilior est causa liberorum, q̃ causa ecclesiæ: vt voluit Augustinus doctor cęlestis in sermone de vita clericorum. refert Gratianus noster in c. qcũque. 17. quæstione 4. & voluit Bal. in cõmẽto. l. in suis. ff. de liber. & posthu. & in cõmẽto. l. j. C. de sacr. san. eccle. & in l. & in epistola. C. de fideicõmis. & in l. iubemus. C. de testa. glo. in lege si quis ad declinandam. C. de episco. & cleri. Et facit: quia nã & votum ipsorũ parẽtũ vocat liberos ad successionem: vt est textus in l. scripto. cũ si. ff. vnde lib. & sic duplici vinculo inducitur: sed ad relinquendum ecclesiæ inducitur sola voluntate. ergo potentior erit successio liberorum, argumen. c. j. de treug. & pac. & in authen. itaque. C. commu. de succe. facit etiam: quia vt pater relinquat liberis suis, est pietas: vt est tex. in l. nam & si parentibus. in versicu. piè relinqui. ff. de inoff. testamen. & facit tex. in l. nec in ea. §. ius occidendi. in versi. pietas paterni nominis. ff. de adul. vnde posito, ꝙ versetur pietas in relinquendo ecclesię, tamen etiam in relinquendo filio versatur pietas. ergo potentior erit illa, quæ venit ex causa naturali. & per consequens illa, quæ inclinat erga liberos. Facit etiam: quia ista filia non dicitur tractare de vero & proprio lucro, imo dicitur tractare de quasi debito: vt lege, prima. C. de impo. lucra. descript. libro 10. & quod ibi not. Bar. & quod etiam not. Bal. & Ang. in l. in suis. ff. de lib. & posthumis. ecclesia vero tractat de vero lucro, quo casu magis fauebimus debito, quàm lucro. l. final. C. de codicil. cum similibus. & facit text. in l. 3. C. de inofficio. testamento. in versicu. propter coniecturam maternæ pietatis. & in l. cum auus. ff. de conditionibus & demonstrationibus. in versicul. coniectura pietatis. & sic ex coniectura pietate pater mouetur ad relinquendum liberis suis. Et de hoc, quòd ex præsumpta mente testatoris liberi excludant piam causam, pleni omnes sunt libri, plenę omnes sapientum voces, plena est exemplorum vetustas: vt probatur in dicto capitulo quicunque. Et facit, quod not. dominus meus Ioã. de Imola. in c. fi. de dona. & sic illa minor assumptio est verissima, & ꝓcedit relictam scribẽtium nemine. Restat nunc probare maiorem as-
3 sumptam, videlicet ꝙ† quando substitutio fit pluribus vniuersaliter & cũ signo vniuersali, ꝙ tũc oportet interuenire ꝯcursum mortis omnium. Dico, ꝙ illam probat dominus Petrus de Anchar. in consilijs suis, consil. 65. incipiente, in Christi nomine amen, subtiliter & ad plenum discussa & examinata sunt prædicta dubia. vbi ponit q̃stionẽ istã formaliter in indiuiduo, casus contingentia tpe suo fuit ista. Quidam instituerat filios suos masculos in vniuerso, & inuicem substituerat, & etiam filias suas fœminas instituerat in re certa: fuit dubitatum, si illa verba, & si omnes, referant ad masculos fęminas, an ad masculos dũtaxat, cum supersit vna fęmina: nã si refertur ad omnes tã masculos, q̃ fęminas, substitutus excluditur, si vero ad masculos tãtum, substitutus admittitur. istud est thema illius ꝯsultationis: refert ibi do. Pet. patrem & dominum suum Ioannem de Rosellis consuluisse, ꝙ illa conditio refertur ad omnes masculos, quàm fęminas, & consuluit do. Petr. ibi, ꝙ tam ad masculos, q̃ ad fœminas, allega. dictum §. cũ ita. & l. is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dubi. & dicit, ꝙ prima facie videt, ꝙ illa verba, & si oẽs, &c. de solis filijs masculis intelligantur, quia in proxima institutione pręcedenti solũm de ipsis est facta mẽtio: ergo ex cõtinuitate rationis de illis eisdem debet intelligi substitutio, de quibus proximè pręcesserat institutio, vt sic talia sint subiecta, qualia demonstrãt ꝑdicata. l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino & ole. le. & firmatur, qa circa filias fuerat in pręcedenti particula testĩ prouisum instituendo, & substituendo ad pias. ergo vr̃ vlterior substitutio facta filijs referenda ad filias, argu. l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de vulgar. & pupil. Subdit postea do. Petr. ibi, ego humanius sentiẽs teneo contrarium: videlicet, quòd illud verbum omnes, referatur ad masculos & fęminas: quia cum testator apposuerit illud verbum, omnes, substitutione facta de oĩbus filijs intellexit: quia nec iura, nec natura inter masculos differentiam facit. l. maximũ

vitium.C.de libe.præteri.vnde quia nulla ratio reddi potest,quare magis ad masculos,quàm ad fœminas referatur,debet ad omnes referri, argumento.l.j.cum si.C.de lib.præteri. Item in alijs iuris partibus hoc contingit,videlicet, quòd clausula in fine apposita referatur ad omnia præcedētia, vt l.talis scriptura.ff.de legatis,primo,capitulo,secundo requiris. de app.item quia dictio,omnes, salua ratione recti sermonis non aptè,nec congruè adaptatur ad duos,qa cōgruētius diceretur,ꝙ si ambo,quàm,quòd si omnes,& rectus modus loquendi debet attendi.l.;Plautius.ff.de auro & argēto le. l.fina. ff.ad Trebellianū. Item ista interpretatio est benignior, & in simili cōmendata per Iustinianum,vt l.cum acutissimi.C.de fideicommiss. & in dicta l. cum auus. Et sic cōcludit ibi Do.Petr.quò talis substitutio refertur tam ad fęminas,quā ad masculos.& sic D.Pe.in terminis & in indiuiduo apponit gladium huic certamini.Et si dicatur,amice,dominus Pe.hic non loquitur, quādo ecclesia fuit substituta, quia fauor ecclesiæ est maximus:vt l.j.C.de sacrosanc.eccle. l. id quod pauperibus.C.de episcop.& cleri.12.quæstione secunda,ca. religiosam. capitu. fina. de testa. & in dubio fauendum est ecclesię:vt in l.sunt & personę.ff.de relig.& sump.fun. Ad hoc ego respondeo.Do.Pet.non fundat se in dicto consilio,an fuerit substituta ecclesia, an extraneus, sed fundat se primo sub verbis testatoris:quia illa verba omnes,&c.referenda sunt tam ad masculos,quàm ad fœminas : & quia recta ratione & intellectu illius dictionis,omnes, non est,vt referatur ad duos.Et etiam ex præsumpta mente ipsius testatoris,sed præsumpta mēs testatoris est procliuior ad filios,quàm ad ecclesiam, & ad piam causam: vt sancti partes voluerunt:vt in dicto capi.quicunque. ergo sequitur necessario, ꝙ potius illa verba referūtur ad omnes masculos & fęminas,quàm ad masculos duntaxat.Et ex consilijs illius clarissimi doctoris domini Ioannis de Rosellis,quem refert & sequitur Do.Petr.ibi, & ex consilio domini Petr. ista quæstio est sopita & decisa. Facit ad hoc, qđ pulchrè voluit subtilissimus doctor Ioan.Calde. in consilijs suis, in titulo de testamen.consilio quarto.vbi testator instituit.A.& B.& si sine liberis decesserint, mandauit fieri altare,ad quod deuolueretur sua hæreditas, consuluit,ꝙ non est locus substitutioni, nisi concurrat mors vtriusque sine liberis; quia oportet, quòd verificetur conditio.cap.super eo.de condi. appo.capit. si pro te.de rescriptis,lib.6.instit.de verborum obliga.§.ex conditionali.vnde requiritur,ꝙ eueniat cōditio in persona omnium. Ita dicamus in proposito nostro: ad hoc vt sit locus substitutioni factæ de dicto altari,requiritur mors tam masculorum, quàm etiam fœminarum:vnde per mortem illorum duorum masculorum,& alterius fœminę,non est locus substitutioni de dicto altari, superstite dicta Constātia filia ipsius testatoris. Nec est dare rationem diuersitatis,quare magis testator voluerit ipsum altare succedere ipsis masculis,& non voluerit fœminas succedere ipsis masculis, & mortuis fœminis sine liberis,venire dictum altare: argumento. lege, maximum vitium.C.de liberis præteritis.Facit:quia verba expressa ipsius testatoris hoc clarissimè ostēdūt.

4 dicit enim testator, si † vero (quod absit)omnes filij dicti testatoris decesserint, &c. vnde illud verbum, quod absit,sicut concernit ipsos masculos, ita & fœminas:& econtra.testator enim,seu pater magis dicitur diligere filium,quàm seipsum: quia licet nō possit conseruari in indiuiduo, tamen conseruatur in specie per ipsos filios,vt not.in lege nam, & si parentibus.ff.de inofficioso testamento.,& lege isti quidē. ff.quod metus causa. vnde illud verbum, quod absit,refertur ad omnes filios masculos & feminas indistinctè. Præsumendum enim est, quòd sicut testator egrè & molestè habet mortem filiorum masculorum, ita etiam mortem filiarum, cum non agatur in casu isto de fauore magis vnius,quam alterius inter filios & filias : sed agatur de fauore piæ causæ.Fatendum est enim,quòd testator prædilexit masculos fęminis, sed prædilexit fęminas filias suas piæ causæ,vt superius est dictū.ideo illa dictio,quod absit,regulat & disponit omnem clausulam sequentem, loquentem de filijs & filiabus. & ideo videtur voluisse præferre filias suas fæminas piæ causæ. Et ꝑ consequens sequitur, ꝙ non est locus substitutioni. & sic verba ipsius testatoris adaptantur ad istum casum , ꝙ filiæ excludant ipsum altare. Et per consequens stabimus voluntati ipsius defuncti.Et sic non erit locus substitutioni. superstite dicta Constantia. Facit etiam,quod voluit Bartolus in l.quidam testamento.ff.de vulgari & pupillari. vbi per illum textū dixit,testator duobus filijs institutis dixit: & si sine liberis decesserint, tota hęreditas mea ꝑueniat ad talem, quòd non habet locum substitutio vno ex illis moriente. & ad hoc dictum mouetur per illum tex. ergo fortius in casu nostro, cū dixerit, si verò (quod absit)omnes filij dicti testatoris,&c. Facit,quod pulchrè dixit Baldus ad hoc in l. penul. C. de institu. & substi.vbi dixit,quòd possumus esse certi de voluntate testatoris per ipsius declarationem : vt l.cum proponebatur.ff.de legatis 2.vel per iuris interpretationem:vt l.hæredes mei. §. cum ita, vel per vrgentem disputationem. nam si testator dixit,si hæredes mei decesserint sine liberis, substituo talem in omnibus bonis meis:necesse est, quòd requiratur existētia cōditionis in persona omnium,allegat Barto.in dicta. l. quidam testamēto. Cum ergo in casu nostro testator dixerit,si (quod absit)omnes filij decesserint sine liberis:tunc & eo casu de bonis hęreditatis suæ substituit quoddam altare. & sic vocauit ipsum altare ad totam hæreditatem,cum dixerit de bonis suę hæreditatis: sequitur,quòd illud vocauit post mortem omnium filiorum tam masculorum, ꝗ̃ feminarum decedentium sine liberis. Facit, quod voluit Ange. in dicta l.hęredes mei.§.cum ita.vbi dicit,ꝙ si substitutio fideicommissaria est concepta cum expressione copulę,vel adiectione nominis collectiui, ꝙ non habebit locum in persona vnius morientis,nisi omnes moriantur,sed in casu nostro ita est:quia in ipso testamēto dicitur, & si omnes filij ipsius testatoris:

5 tūc† & eo casu.nā illa dictio tunc,denotat extremitatē tēporis : vt l. vxori vsumfructum villę.ff.de vsufr. lega.& l.lecta.ff.si certum petatur.Et si dicatur,imo videtur,ꝙ dictum altare admittatur post mortē masculorum,per textum in l.Lucius.§.Caio.ff.ad Trebellia.& per illud, quod voluit ibi Dy.vbi dixit,duo obtulerunt se monasterio, vt monasterium habeat bona sua post mortem eorum, ꝙ si vnus decessit,statim monasteriū acquirit bona illius mortui. sequitur ibi Barto. & etiam tenet Cyn. in l.penulti. C. de institu.& substitu.& dñs meus Ioannes de Imola.in l.fina.§.penulti.ff.de lega.2.& in dicto.§.cū ita.Istud est sublatū funditus per verba ipsius testatoris, dū dixit: tunc & eo casu. Et sic expressè testator voluit, altare construendum de bonis suę hęreditatis,quādo omnes filij sui decederēt sine liberis, quod absit. Et sic stabimus voluntati ipsius testatoris vocantis altare ædificandum ad suam hereditatem, quando omnes filij decederent sine liberis.& ideo non curabimus de alio, nisi de voluntate ipsius testatoris. nā vbi manifestissimus est sensus testatoris, interpretatio verborum nusquam tantum valet vt melior sensu existat:ita pulchrè dixit text.in lege tertia. C.de liberis

beris præteritis. Facit etiam singularis & peregrina theorica Bart. in l. generaliter. in principio. C. de instit. & substi. vbi voluit, ꝙ si testator dixit, si nauis ex Asia in Italiam venerit, talẽ substituo, ꝙ si inter istas conditiones alternatiua est apposita, illa conditio, si decesserit sine liberis, tũc semper assumitur vt cõiuncta, & ita etiam subdit ibi Barto. ꝙ quoties apponitur dictio, etiam, cum disiunctiua: tunc disiunctiua resoluitur in copulatiuam, alleg. l. Lucius. la 2. ff. de hæredi. insti. & Bal. in præalleg. l. generaliter. dicit, quomodo sciam, si mens testatoris fuerit, ꝙ concurrat mors omnium, & non vnius solius: & dicit, si est conditio, si sine liberis decesserit: quia non verificatur ex aliquo: sed ex vniuerso: secus in alijs cõditionibus, quod dicit valde no. & sic substitutio collata post mortem liberorum interpretatur, nullo ex liberis remanente, si fiat filio naturali. Ita in proposito nostro, cum in ista substitutione fuerit apposita conditio, si sine liberis decesserint, & fuit apposita omnibus filijs ipsius testatoris, sequitur, ꝙ requiritur cõcursus omnium, tam filiorum, quàm filiarum ipsius testatoris, & est apposita in fauorẽ liberorum, vt voluit Iacobus Butri. in dicta l. generaliter. Et cum superioribus diebus fuisset ardua quæstio in splendida ciuitate Mantuę in terminis istis: qa testator substituerat capellam omnibus filijs suis decedentibus sine liberis: & testator instituerat filios masculos in vniuerso: & fœminas in re certa: & decessissent masculi superstitibus feminis: fuit dubium, vtrum mortuis masculis esset locus substitutioni: an esset opus expectare mortem filiarum: fuit consultum per solẽnes doctores, ꝙ debeat esse cõcursus mortis omniũ, tam filiorum, quàm etiam filiarum. & ita ego consului in fauorem fœminarum. Et sic videtur, ꝙ præsens quæstio sit sopita & decisa in fauorem dictę Cõstantiæ. Facit etiam, quod voluit Ioan. de Imol. in d. l. hæredes mei. §. cũ ita. vbi dixit, ꝙ si instituti essent tales, quorum vnus alteri posset de iuri communi, vel municipali succedere: tunc expectatur euentus cõditionis in persona omnium ĩstitutorum. & hoc etiam voluit ibi Bart. & Angelus. secus si essent duo extranei, quorum vnus alteri succedere non posset: quia primo decedẽte licet supersit alter, non superest tamen persona, quæ verisimiliter ex mente testãtis excludat substitutum: ideo tunc vocatur substitutus. & ita loquitur, dicta l. Lucius. §. Caio. & l. fina. §. filium. de legatis 2. Ita ergo inuitis dentibus, oportet dicere in casu nostro, ꝙ cum de iure communi sorores succedant fratribus: sequitur, quòd ex præsumpta mente ipsius testatoris patris veniant ad istã hæreditatem sorores defunctis dictis filijs masculis. Et sic dicta Constantia excludit altare substitutum. Facit etiam, quod voluit elegans doctor dominus Ludouicus Romanus in consilijs suis, consi. 28. incipiẽ. in Christi noĩe amen. Prima dubitatio, & resultans ex proposito themate. vbi cõsuluit, testator instituit posthumum nasciturum ex eo, & ĩstituit filiam suã & si contingat illos decedere, videlicet filium nasciturum in pupillari ætate, & ipsam filiam suam decedere, antequã nubat, substituit sibi pauperes Christi. istud fuit thema, ex quo orta fuit dubitatio: decessit posthumus natus in pupillari ętate, super iste dicta sua filia ipsius testatoris hærede instituta. fuit dubitatum, vtrum pauperes Christi adimitterentur vigore substitutionis defuncto posthumo, an hereditas illius deberet peruenire ad illam filiam testatoris, sororem ipsius posthumi: & consuluit, ꝙ ipsa filia superstes excludit ipsos pauperes Christi, tanquam fuerit substituta dicto suo fratri: quia verificãda est mors vtriusque. scilicet ipsius posthumi, & ipsius filię institutę: ideo morte vnius nõ est locus substitutioni factæ de pauperibus. l. si hrdi plures. ff. de conditio. instit. l. si quis ita fuerit stipulatus decẽ aureos. ff. de verb. oblig. mouetur etiam dominus Lud. in dicto ꝯsilio: quia in dicta substitutione erãt apposita illa verba, tunc † & eo casu, quæ verba formaliter apposita fuerunt in casu nostro: quia cum dictio, tũc, sit apposita pluribus determinabilibus, dẽt eadẽ pariter & vniformiter determinare. C. de testa. mi. l. in testamẽto. l. q̃uis. C. de impube. l. iã hoc iure. ff. de vul. & pupilla. ergo quemadmodũ si ipsa dictio, tũc, & eo casu, fuisset adiecta morti vnius ex p̃dictis, quibus est facta substitutio denotaret extremum ipsius temporis, cum sit dictio extremitatem tẽporis denotans: vt in dicta l. vxori vsumfructum villæ. ff. de vsufruc. lega. Ita in casu isto: quia apposita est dictio vniuersalis si omnes filij: sequitur, ꝙ denotat extremũ diem omnium filiorum, & filiarum, & nõ filiorum duntaxat, allegat etiam, quod notat Bartolus in dicta lege, hæredes mei. §. cũ ita. Et sic concludit in dicto consilio, quòd sit expectanda vltima dies ipsorũ filiorum & filiarum sine liberis decedentium. & sic formaliter dominus Ludouicus consuluit ad exclusionem dicti altaris. Et si quispiam dixerit, quòd in dubio est fauendum ecclesię & pię causę: vt dicta lege, id quod pauperibus. & dicto capitulo si. de testa. cum similib. ad hoc respondeo: vt pulchrè dixit tex. in capitu. ex tenore. de foro compe. ita, inquit vbi Papa, sumus pauperibus & viduis in iustitia debitores, ꝙ alijs iniustitiam facere non debemus. ita in casu nostro cum nulla, dubitatio fit iudicio meo contra istam Constantiam, non debet sibi fieri iniustitia fauore altaris ædificãdi. Facit etiam, quod pulchrè voluit dominus Paulus de Castro, consilio 18. incipiente in Christi nomine amen. quidam testator habẽs duos filios masculos ex prima vxore viuente ipsos sibi hæredes vniuersales instituit, & etiam quencunque alium nasciturum sibi ex eadẽ muliere, vel alia, deinde dixit d. testator, ꝙ si alter ex predictis filijs decederet sine filijs substituebat superuiuentem, & si ambo sic decederent, substituebat eis quendam patruũ suum: viuente dicto testatore mortuus est vnus de dictis duobus filijs ex prima vxore, qui testator accepit aliam vxorem, & ex alia suscepit alium filium masculum postea decessit dictus testator superstitibus dictis duobus filijs vno ex prima vxore altero ex secunda: deinde decessit filius ex secunda muliere in pupillari ętate, fuit dubitatum de illius hæreditate, & de portione dictę hæreditatis paternæ ad illum pertinente inter fratrem eius superstitem ex eodem patre, & aliam matrẽ ipsius fratris defuncti, & videtur dicẽdum pro matre: quia verum est, ꝙ illa dictio alter verificatur in duobus: vt not. in lege, si ex toto. §. primo, de legatis primo, iuncto eo quod habetur in lege, qui duos. ff. de vulga. & pupil. & per prius sermo verborum debet attendi in vltimis volũtatibus. lege, non aliter. ff. de leg. tertio. Et sic inter illos duos filios, quos tunc habebat, videtur fecisse substitutionem non inter illos & alios nascituros: quia dictio illa alter, non conueniret, sed dicere debuisset, si aliquis, vel omnes. Nec obstare videtur, si dicat q̃spiã, ex quo omnes vniuersaliter instituit tã natos, quàm nasciturus similiter inter omnes videtur dictã substitutionem facere, vel facere voluisse: quia talia sunt subiecta, qualia prædicta demonstrant: vt dicta lege fina. §. cui dulcia. l. 3. in principio. ff. de fundo instru. quia verum esset, si proprium significatum verborũ non repugnaret. nemo enim videtur dixisse id, cuius nõ suo nomine, vel vocabulis appropriatis vsus est. ff. de suppel. lega. l. Labeo. §. fi. nec sufficit dicere, p̃sumendũ esse testõrẽ sic voluisse, postq̃ non dixit, nec exp̃ssit. l. quoties. versicul. neque enim quẽ voluit. ff. de

de hæredi. insti. l. iubemus. C. de testa. sed contrariũ ibi cõsuluit D. Paulus in fauorem fratris, & mouet: quia interdũ, cũ expedit, pro saluãda voluntate defuncti, de qua potest constare per coniecturas, vna dictio ponitur & exponitur pro alia: vt not. gloss. in l. has causas. ff. de conditionibus & demonstrationibus. nã voluntas & intentio testatoris præfertur omni significatione verborum. C. de fideicommiss. l. cũ virum. C. de lega. l. cum quæstio. & hoc quando ex verbis prolatis & scriptis potest colligi cõiectura voluntatis. & per hoc tollunt leges in contrariũ allegatæ, quæ loquuntur, quã non pt colligi ex his, quæ dicta sunt, & scripta fuerunt: sed hoc potest colligi primò ex eo, quòd non solùm duo filij iam nati fuerũt instituti: sed etiam nasciturі. vnde cum testator præsumatur eos pariter dilexisse, similiter præsumitur eis pariter prouidisse: & inter eos substitutionem fecisse. Et subdit ibi, quòd si aliud diceremus, insurgeret absurditas non parua: quia si contigisset, quòd ambo filij primi matrimonij post mortem patris in pupillari ætate decessissent superstite fratre ex secũdo matrimonio, & supstite patruo: ipse patruus fuisset admissus ad eorum successionem nõ frater ex secundo matrimonio, & si dicimus ipsum non cõpr͞ehẽdi in verbis dictæ substitutionis, sed illos duos dũtaxat: quia voluit, quòd ambobus mortuis patruus vocaretur, quòd non est credendũ fuisse de intentione testatoris, vt voluit patruũ præferri suæ posteritati. l. cum acutissimi. C. de fideicõmis. eo maximè, quia remota etiã pupillari substitutione frater prædictus & non patruus fuisset habiturus legitimã successionem eorum. ff. de vulg. & pu. l. si filius qui patri. versi. præsertim, quam reciprocam successionẽ credendum est patrem voluisse confirmare potius, quam infirmare, ar. l. pe. C. de insti. & substi. & ita residet D. Paulus in dicto suo consilio, qui formaliter decidit istam quęstionem. Primo expresse vult, ꝙ si testator apposuisset illa verba, videlicet, alter ex ipsis duobus, ꝙ nihilominus videret inuitasse omnes alios suos filios: quia non est credendũ voluisse præferre suum fratrem suis posteris, & sic suis filijs: & sic vult, ꝙ verba improprientur, vt omnes filij videant adinuicem substituti ad excludendum fratrẽ ipsius testatoris substitutum. & est magna impropriatio verborũ, ꝙ dictio alter, verificetur in pluribus duobus. Modo in casu nostro non est aliqua impropriatio verborum. imo stante significato proprio & congruo comprehenduntur filiæ: quia dixit. Et si (quod absit) omnes filij ipsius testatoris decesserint sine liberis: illa enim verba vniuersalia & collectiua apposita in dicta substitutione adaptantur masculis & fęminis ex sono & vero verborũ significato: qa. † omnes, non refertur ad duos duntaxat, quando profertur inter plures duobus: vt voluit D. Ioan. de Rosel. & do. Pet. de Anchar. in suis superius allegatis consilijs. & facit l. non distinguemus. §. cum plures. ff. de arbitris. & l. si necessarias. §. si annua. ff. de pig. acti. & per Bart. in l. hoc articulo. ff. de hæredi. insti. Et si aliter diceremus, oporteret impropriare verbum illud omnes, ad præiudicium filiarum, quod nullo modo est dicendum. Illud enim testator voluit, quod verbis expressit: voces enim sunt signa earum, quę sunt in animo passionum, notæ, vt voluit Aristoteles philosophorum antistes in primo perihermenias. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de sup. lega. l. ille aut ille. §. cũ in verbis. ff. de leg. 3. cum si. Item agitur de fauore posteritatis suæ, q̃ in dubio præsumit prius vocata ad hæreditatẽ patris. vt l. si nũquã. C. de reuoc. dona. l. cũ auus. ff. de cõditionibus & demonstrationib⁹. cũ similib⁹. quinimo † fauore liberorũ nõ dictũ capit pro dicto, & non expressum capitur pro expresso: vt est text. melior de iure in d. l. cum auus. in versic. ꝙ minus scriptum, quam dictum fuerat, inueniretur. quanto fortius in casu nostro, cum dictum fuerit, & si omnes filij, quo casu veniunt omnes superius nominati, inter quos erant filiæ, argumẽ. l. tres fratres. ff. de pac. l. si quis in tantam. C. vnde vi. l. quicunque. C. de seruis fugi. l. si ita scriptum. de legatis. 2. clemẽ. j. de elec. c. si quis suadente. 17. quæstione. 4. cum simi. Et sic facit ad illũ casum, ad quem adaptantur verba legis, adaptantur eius dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. l. ita autem. in princ. ff. de adminis. tuto. l. quod constitutum. ff. de testamẽ. milita. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accus. c. indemnitatibus, §. sed cum eas. de electio. libro sexto. cum ergo in casu nostro verba ipsius substitutionis comprehẽdãt ipsas filias, vt apparet; quia dixit, & si omnes filij, ꝙ absit, & ergo adaptabitur dispositio: & per consequens erit necessaria mors omnium filiorũ & filiarum decedentium sine liberis. Facit etiam, vbicunque † ratio legis, vel testatoris est amplior disposito, 9
dispositum ampliatur ad generalitatẽ rationis: maximè si materia est fauorabilis: vt est glo. & ibi Pau. & latè per do. Anto. in clemen. j. de electio. & facit gloss. singu. in c. j. de temp. ordi. libro sexto. quæ glo. etiam loquitur in materia pænali nõ odiosa: Vnde posito, non tamen concesso, quòd illa verba, omnes filij dicti testatoris, adaptarentur solùm, & duntaxat filijs masculis, quod tamen nullo modo est verum, vt superius dixi: tamen illa ratio (quod absit) est amplior illo disposito: imo comprehendit illa ratio ẽt fæminas, vt superius dixi, quo casu sequitur necessariò, quòd dispositum in filijs masculis extẽdetur ad filias fæminas propter rationẽ expressam in ipso testamento, quo casu propriè non dicitur extensio: vt est tex. melior de iure ĩ l. his solis. C. de reuoca. dona. & sic videtur, ꝙ oportet interuenire cõcursum mortis oĩum, & filiorũ, & filiarum. Facit ẽt ratio, ad quã mundus non posset respondere: vbicũque est eadẽ ratio, & illa ratio est expressa in lege, vel ĩ testamẽto. & duo sic se habent, quòd vnum venit appellatione alterius lato sumpto vocabulo. & ratio expressa militat in vtroque, tunc dispositio pęnalis exorbitans, & odiosa, loquens de vno ex illis verificatur in reliquo. hoc probant per gloss. quæ simul iunctæ sunt in iure solitariæ, videlicet clementina. j. & in clemẽ. auditor. de rescrip. & in clementina. j. de cleri. Sed in casu nostro expressa est ratio in isto testamento: & militat tam in masculis, quam in fæminis: & lato sumpto vocabulo appellatione filiorum veniunt filiæ: ergo dispositio ista fauorabilis disponens de masculis comprehẽdet ipsas fæminas. quanto fortius in casu nostro: quia verba sunt aperta & clara comprehendentia ipsas filias: quia dixit, si omnes filij, ꝙ absit. Et sic multifariè multisque modis apparet de iustitia ipsius dominæ Constantiæ, ꝙ ea viuente nõ habeat locum dicta substitutio, nisi ea decedente sine liberis: & per consequens adhuc non est aperta via dicto altari ædificãdo. Et si quispiam dixerit, amice, pondera & cõsidera verba testatoris posita in dicto suo testamento, dum dicit, tunc & eo casu de bonis hæreditatis dicti Michael. testatoris, quæ eisdem dicti testatoris filijs sic sine liberis decedentibus superessent substituit vulgariter, pupillariter & per fideicõmissum quoddam altare, &c. & subdit postea, & quod dictum est de bonis hæreditatis dicti testatoris, quæ ipsis filijs in dicto casu decedentibus superessent. ideo dictus testator dixit: quia voluit, ꝙ non obstante dicta substitutione facta de dicto altari in dicto casu dicti filij sint liberi, ita ꝙ valeant alienare de dictis bonis, in quibus apparet, ꝙ testator substituerit altare dictis suis filijs masculis. vnde cum dicit,

dicit, quod de bonis dictæ hæreditatis, quæ eisdem filijs superessent, substituit, &c. videtur inferendum, quod immediate substituit ipsis filijs masculis dictũ altare. & sic testator videtur declarare illa verba sua generalia posita in dicto suo testamento: dum dixit, si omnes filij dicti testatoris, & sic videtur, quod illa substitutio dicti altaris facta fuerit immediate ipsis filijs masculis, & per consequens si decesserint ambo sine liberis, locus est substitutioni de dicto altari. Ad hoc rñdeo, & allego ante omnia doctrinam domini Bartholomei de Saly. in dicta l. penul. C. de impube. & alijs substi.

10 dixit, † quod vbicũque vltimo morienti superest persona, quam testator verisimiliter vult excludere substitutum: tunc substitutus excluditur. & idem dicit esse in substitutione fideicommissaria: quia si loquutus est testator per verbum pluralis numeri: tunc videt fides illorũ rogata restituere. Idem dicit, si loquutus est per verba collectiua, si est facta liberis, quia in psona primi morientis non videtur facta, quia superest alius, qui ex præsumpta voluntate excludit substitutum, allegat. l. cum acutissimi. & d. l. generaliter. §. cũ autem. C. de institu. & substitu. argumento, l. si is qui ducenta. §. si pater. ff. de rebus dubijs. sed vltimo morienti intelligitur facta, nisi voluntas defuncti repugnet: repugnat autem, si dixerit, si vterque decedat sine liberis. & primus cum liberis decesserit, qui supersunt tempore mortis secundi morientis, ex præsumpta voluntate testatoris excludunt, cum sint de eius posteritate: vt d. l. cũ acutissimi. & substituto repugnat psumpta est voluntas, rigor & ęquitas: nõ repugnat autem, quãdo substitutus est pariter de liberis: vt fuit in casu d. l. heredes mei. §. cum ita. nam isti liberi præmortui non excludunt neptem substitutã. aut est facta dicta substitutio extraneis institutis & non liberis, & tunc fides vniuscuiusque intelligitur grauata, per dictam l. Lucius. §. Caio. & ideo primo morienti statim succedit substitutus, quia non est qd. repugnet, cum cessent rationes prædictæ, si decedat superstitibus liberis, quia non sunt de sobole testatoris. & ista dicit esse subtilia & speculatiua, & ideo bene notandum. Et sic concludit do. Salyce. quod vbicun-

11 que substitutio † est facta liberis, vel verba pluralis numeri, vel per verba collectiua, tunc requiritur concursus mortis omniũ liberorum ex præsumpta mente ipsius testatoris. & videtur tunc grauatus vltimo moriens restituere substituto, quo casu succedit regula tradita ex textu singulari in l. Titia Seio. §. Seia. ff. de legatis secundo. & ibi Bartol. vbi quoties videtur grauatus vltimo moriens de restituendo, videtur ille vltimus moriens substituisse alijs præcedentibus ex præsumpta mente testantis. Cum ergo in nostro proposito ista Constantia sit de liberis testatoris, & facta fuerit substitutio per verba vniuersalia, quæ non poterãt ex recta sermonis ratione adaptari solis duobus, vt est superius dictum. sequitur, quòd fuit substituta illis masculis, & per consequens non erit locus substitutioni piæ causæ, nisi decesserit sine liberis prefata Constantia. Nec obstat, cum in dicto testamento dicitur, quæ eisdem filijs dicti testatoris, quia illa verba non referuntur ad verbum, substituit, sed referuntur ad verbum superessent. vnde illud verbum, substituit, refertur ad illa verba præcedentia, omnes

12 filij, &c. & si aliter † diceremus, sequeretur absurdũ, quòd testator incontinẽti seipsum corrigeret, quod non est dicendum, vt l. non ad ea. ff. de conditio. & demonstratio. & etiam verum est dicere, quòd substituit dictum altare illis filijs & masculis, & hoc concedo, sed nõ immediate, imo prius substituit illis masculis fœminas, & postmodum altare ædificandum. Et sic illa verba, eisdem, non restringunt verba præcedentia, maximè cum sint contra mentem & voluntatem ipsius testatoris, imo deberent restringi, vel ampliari d. verba in fauorem fęminarum, & sic filiarum, quia istud est magis conforme voluntati ipsius defuncti, vt voluit D. Pau. de Castro in consilio superius allega. vbi dixit, quod dictio, alter verificatur in pluribus duobus propter mentem & voluntatem testatoris, quia mens ante omnia est consideranda capit. secundo requiris. de appella. l. scire oportet. §. sed & maximè. ff. de excu. tuto. l. cum mulier. ff. solu. matri. cum simi. Nec etiam obstat, cum in dicto testamento dicitur, de bonis hæreditatis, quæ ipsis filijs ĩ dicto casu superessent, quia testator ibi formaliter dicit illud, quod superius dixerã, quia dicit, quæ ipsis filijs decedentibus superessent, vnde dicit, quod non obstãte substitutione facta de dicto altari dicti filii sint liberi possint alienare de bonis dictæ hæreditatis, prout eis placuerit. vnde illa verba emanarunt in fauorem ipsorum filiorum, vt possint alienare bona hæreditaria non obstante dicta substitutione. Et sic non inferunt illa verba, quòd dictum altare sit substitutum immediate ipsis filiis masculis, vnde certũ est, quod d. altare est substitutum dictis filiis masculis, sed non immediate, quia immediate ipse filiæ fœminæ sunt substitutæ dictis filiis masculis, & sic illa verba repugnant verbis præcedẽtibus, dum dixit, si omnes filij, quod absit &c. & etiam repugnant menti ipsius testantis. Ideo non restringunt illa præcedentia verba. Et per consequens videtur esse necessario dicẽdum, quòd altare præfatum vigore substitutionis non admittetur, nisi decedẽtibus sine liberis filijs masculis, & etiã filiabus ipsius testatoris, & per consequens d. D. Constantia excludet dictum altare, & sic non debemus capere sensum repugnantem verbis & menti ipsius testatoris. & per consequens dicta verba, eisdem filijs, non restringunt verba generalia, & vniuersalia præcedentia, nec est verum dicere, quòd in casu isto genus masculinum non concipit fęmininum,

13 quia non profertur genus † masculinum dũtaxat, sed profertur cum nomine vniuersali, quia dicitur, omnes filii. & sic ꝯprehendit plures duobus. & sic nõ est bonum arguere in casu isto, quòd genus masculinũ non concipit fœmininum, nec est verum dicere, quod in materia indifferenti genus masculinum non concipiat fęmininum, quia hoc casu stamus mẽti & voluntati proferentis. vnde in terminis cõsuluit domi. Petrus de Anch. in præallegato consilio, quod filiæ erãt institutę in re certa, & filii ĩ vniuerso: & tamẽ dictio vniuersalis, omnes, comprehendit masculos & fęminas. Et sic ista videtur pura & ĩdubitata veritas, quòd non est locus substitutioni dicti altaris propter superexistentiam ipsius dominæ Cõstantiæ. & est pars æquior & conformior voluntati ipsius testatoris. & sic in fauorem dominæ Constantiæ concludo.

EPITOME.

¶ Mulier quædam rem vendicare volens, primũ voluit aduersariam interrrogari, num rem talem possideret, & cum illa primum respondisset, se non suo, sed alio nomine possidere, nominato tertio, illo, se suo, nomine possidere, confessa est; vnde propter mendacium a iudice translatã est huius possessio in illam, reseruato cuilibet parti proprietatis iure. Sed certe perperam, cum pœnitere potuerit, & mendacium purgare, vitãdæ pœnæ causa, nec adhuc probationis onere illa grauaretur, nec responsio illa acceptata fuisset. Itaque nihil impediente statuto Lucano, disponente in omnibus casibus, in quibus iure communi prohibita est appellatio, nullo modo

modo posse appellari, nec de nullitate dici, appellari potuit, quia iure communi ab iniusta sententia appellare licet etiam in mero possessorio lata.

SVMMARIVM.

Negans se possidere rei vendicatione non tenetur, sed si de mendacio conuincatur, ei possessio aufertur, & a iudice in conuincentem transfertur, nisi prius negationem reuocaret, quam actor probandi onere grauaretur. nu. 1. & 2.

Negans se possidere potest etiam ex interuallo pœnitere & confiteri. nu. 3.

Negans suo nomine possidere, sed alieno, purgare mendacium nihilominus potest, antequam in probando actor grauetur. num. 4. & 5.

Appellari potest a sententia in possessorio non principaliter intentato lata. nu. 6.

Appellari potest in possessorio non mero. nu. 7.

Appellari potest in mero etiam in possessorio, cum sententia est euidenter iniusta, nec executionem meretur. nu. 8. & 9.

Sententiam esse iniustam manifestum est, cum ex actis iniustitia apparet. nu. 10.

Responsio confessionem vel negationem continens, nondum acceptata, reuocari potest.

CONSILIVM LXXXIII.

INdubitanter Videtur de iure esse dicendum, quo ad primum huius cõsultationis hæsitationem, ꝙ dicta domina Nicolosia potuerit pœnitere, & cõfiteri se possidere, adeo ꝙ priuari non possit sua possessione: licet domina Apollonia post dictam vltimam confessionem dictæ Nicolosiæ, fuerit admissa ad probandum, & ad conuincendum dictam Nicolosiam de mendacio, ipsa Nicolosia contradicente. Et circa hoc erit quotidiana & solennis materia discutere intellectum. l. fina. ff. de rei vendi-
1 ca. Et præmittendum est, ꝙ † lex illa hoc intendit, cõtra negantem se possidere rei vẽdicatio non competit: sed si de mendacio conuincatur, eidem possessio aufertur, & cõuincẽti tribuitur: hoc dicit. Circa eius intellectum quæro, vtrum dispositio dictę l. locum
2 habeat in negante, qui † tamen statim suam negationem reuocauit, antequam actor in probationis onere grauaretur: & respondet gloss. ibi elegans, ꝙ non habet locum dispositio illius l. fin. & ibi glossa limitat illam l. nisi fateaẽ. Itaque actor in probando non grauetur. Facit ratio hæc videlicet, ꝙ dicta l. fin. ideo sic disposuit, quia per negationem rei conuenti trãsfertur in agentem onus probandi ipsum reum possidere, vnde cum onere probandi grauetur, in hoc eũdem voluit releuari, vt statim, quòd probauit conuẽtum possidere, in eum possessio transferatur: licet aliter de dominio non constiterit: hæc autem ratio sumitur ex l. eum qui. ff. de iureiurando. Cum ergo in casu nostro proposito esset ista ratio, quia incontinenti reus ductus est pœnitentia, igitur cessat eiusdẽ. l. dispositio. l. adigere. §. quanuis. ff. de iurepatrona. capitulo cum cessante. de appellatio. Quod autem potuerit præfata negatio incontinenti reuocari per dictam Domi. Nicolosiam, probo. nam sicut testes incontinenti dictum suum corrigere possunt; vt in ca. præterea. de testibus cogendis. ita & pars incontinenti reuocare potest respõsionem factam positioni, secundum glossam ordinariam in capitu. cum in positionibus. de iureiurando. libro sexto. quam elegãter ponderauit do. Baldus in cõmento. l. edita. C. de edẽ. Secundo: quia ad euitandam pœnam, licet ante cõsumatum delictum factã negationem per pœnitentiam reuocare. textus est notabilis in authen. contra qui propriam. C. de nõ nume. pecu. notat gl. institu. de acti. §. item mixta. & in ca. j. §. porro. in ti. quæ fuit prima causa beneficij amit. in vsib. feu. & per Bartol. in l. contra negantem. C. ad l. Aquil. & in l. ea quę. C. de cõdi. indebi. Tertio facit, cũ hoc sit pœna legalis: merito licitum est, & vt in alijs similibus, ad eã euadendam pœnitere, in quibus euadendis quãdoque sufficit pœnitentia ante sententiam: quandoque ante litem conte. & primum patet. C. locati. l. cõductores. l. non ab re. C. vnde vi. l. qui cũ maior. §. accusasse. ff. de bon. libe. & per Barto. in l. qui ea mente. ff. de furtis. secundum probatur in l. quamuis. ff. de in ius vocan. l. in criminali. C. de iuris. om. iudi. auth. statuimus. C. de epis. & cleri. coniunctis his, quæ ad declarationem dictorum iurium, no. gl. in cap. si diligenti. versi. perdant. de foro compe. Quarto licitum est respondẽti ad interrogationem aduersarij eius respõsionem reuocare, si nulla captio ex eius pœnitentia fiat actori. l. de ętate. §. Celsus. ff. de interroga. act. vbi in nostro proposito allego casum valde elegantẽ. Cũ ergo ex pœnitentia istius dominæ Nicolosiæ reuocãtis suam primam responsionem, & cõfitentis se possidere nulla captio paratur dictæ Domi. Apolloniæ. ergo sequit̃, ꝙ potuit pœnitere. Quinto facit, quod in simili habet̃ in l. is qui se obtulit. ff. de rei vendic. facit etiam, quod voluit Bal. in d. auth. cõtra qui ꝓpriam. vbi dicit, ꝙ vbicunque quis habet beneficiũ a lege propter speciem contractus, & in iudicio negat ipsum contractum, & conuincitur de mẽdacio, punitur in amissione illius beneficij, vt est exẽplum, in l. si dubitetur. §. ita demũ. ff. de fideius. & in l. verũ. §. j. ff. pro socio. Et per hoc dicit, ꝙ fideiussor, qui negauit se fideiussorem, conuinctus de mendacio perdit beneficium excussionis. Sed in proposito nostro licet ista D. Nicolosia dixerit se possidere noĩe alterius, & anteq̃ ꝯuinceretur de mendacio, & antequã ꝯstaretur lis, pœnituit, & dixit verũ esse se possidere, nõ dr̃ conuicta de mendacio. ad quid ergo illa Do. Apollonia voluit subijcere se oneri probandi mendacium, cũ iã dicta domina Nicolosia reuocauerit illã suã negationẽ, & dixerit se possidere: nõ fuit ergo opus aut necesse probari possessionem illius D. Nicolosiæ per dictam Do. Apollo. nec debuit iudex cũ sua honorificentia, vt verbis tex. vtar in ca. neque. 9. di. admittere talem probationẽ. l. ad probationem. C. de proba. cũ si. Facit qđ no. idẽ Bal. in l. j. C. de furtis. vbi dicit, interdum quis est sibi ꝯrius, & tamẽ desistit: & tunc amplectimur desistere, refutamus insistere: vt l. si filius. ff. de minor. interdum r̃ndendo: vt q̃a primo confitetur, secundo negat: & certè incõtinenti potest se corrigere. c. ꝑterea. de testi. cog. ecõtra vero, si primo negat, & postea ꝯfitetur, põt quandocunque. allegat. d. auth. cõtra q̃ propriam. & l. eũ q̃. ff. de iureiu. & assignat rationẽ: quia qui ꝯfiret̃, facit suã ꝯditionem deteriorẽ, qđ semper licet: sed meliorem facere non licet post ius firmiter q̃situm aduersario, in codẽ tñ contextu, & anteq̃ ad alia diuertat, potest se corrigere, cum hoc liceat ẽt testi, cuius imaginẽ gerit confitens. l. fi. C. de fideicommiss. ista sunt formalia verba domini Bal. ibi. Cum ergo in casu nr̃o ista domina Nicolosia dixerit se possidere nomine alterius: & postea anteq̃ aduersaria pars probauerit, ꝙ imo dicta Do. Nicolo. possidebat sub primo nomine, & sic nõ fuit onerata onere probãdi cõtrarium, pœnitentia ducta ꝯfessa fuerit se possidere noĩe ꝓprio. & sic eo casu, quo nõ fuit q̃situ aduersario ius firmiter, seqtur, ꝙ potuit confiteri, & sic reuocare illam primam suam negationẽ. ergo nullo modo potuit dicta Apollonia, post quàm ipsa d. Nicolosia

losia reuocauit illam suam negationem, & confessa fuit se possidere, insistere & velle probare mēdaciū ipsius Do. Nicolosiæ, quia nō oportebat, ex quo iam dicta D. Nicolosia illud, mēdacium reuocauerat, & sic Bal. videtur in indiuiduo decidere p̄sentē dubitationem. Facit, quod notat. idem Bald. in l. contra negantem. C. ad l. Aquiliam. in principio. in versiculo, quæro igitur, si quis primo negat, postea confitetur an confessio sibi prosit, & distinguit, aut ratione cōfessionis qui vult cōsequi beneficium, puta dicit statutum, ꝙ confitenti remittatur tertia pars pęnę: & tunc si litem contestando negat, non prodest sibi postea cōfiteri: & reddit ibi tres rationes ad hoc: vt ibi per eum. Aut loquimur de beneficio cōfessionis nō quantum ad consecutionem commodi, sed quantū ad euitationem maioris pęnę, vel damni: vt ī l. aquilia, quæ contra negantem est in duplum, contra cōfitentem est in simplum: tunc refert, aut ille, qui primo negat, vult postea confiteri re integra, antequā aduersarius si grauatus in onere probandi: & tunc potest, ar. dicta l. eum qui. & quod no. insti. de actio. §. item mixta. aut postquàm actor probauit: & tunc in nullo releuat confessio ꝯfitentē, allegat, qđ no. in d. auth. ꝯ q ꝑpriā. & quod hr̄ in l. fallaciter. C. de aboliti. & reddit ibi rationē, quare cōfessio & ꝯsecutionem priuilegij nunq̄ prodest, si superueniat ad euitationem damni: sic rn̄det: quia priuilegiū de facili tollit, vt l. eius militis. §. militia. missus. ff. de testa. mili. & mēdax maximè periurus indign⁹ est priuilegio, sed ꝙ quis remaneat in terminis iuris cōis, istud ius facilius ꝯseruatur, & sic Bald. formaliter decidit istā q̄stionem. Cū ergo in casu nr̄o nō agatur ad consequendū priuilegiū: sed solū agat̄ ad ꝯseruationē iuris cōis, & ista D. Nicolo. fuerit ꝯfessa anteq̄ pars aduersa fuerit grauata onere ꝓbādi. ergo potuit. Facit ēt, quod no. Iaco. de Belui. in c. si vasallus. in tit. si de feud. fuerit controuer. vbi q̄rit, vtrū negās possit pęnitere: & dicit ꝙ sic vsq; ad litem cōt. & postea dicit vsq; ad sententiā. Bal. ibi dicit, ꝙ pōt pęnitere donec conuincitur de mēdacio: allegat. d. l. eum qui. de iureiur. Cum ergo ista Do. Nicolosia pęnituerit, anteq̄ conuinceretur de mendacio, sequitur, ꝙ nullo mō potuit priuari possessione, per d. l. fin. ff. de rei ven. & idem firmauit idem Bal. in l. ea quæ. C. de ꝯdi. indebi. in vers. quæro, qđ si confitetur ex interuallo, vbi decidit, ꝙ potest, anteq̄ testes sint recepti pro aduersario: secus si post, allegat. d. l. eum qui. Facit etiam, qđ voluit Bal. in d. l. eum q. vbi dicit, ꝙ ad euitādū pęnam negantis, licet primo negauerit, poterit postea maleficium ꝯfiteri, alle. qđ no. in d. §. itē mixta. & est diligenter ponderandum: q̄a Bal. in d. l. ea q̄. C. de cō-
3 di. indebi. dixit † istud ꝓcedere, ꝙ possit pęnitere & ꝯfiteri, siue incōtinenti fecerit, siue ex interuallo, dūmodo fiat, anteq̄ aduersarius sit grauatus onere ꝓbādi. & idē voluit ī l. de ætate §. fi. ff. de īterro. acti. Et si q̄spiam dixerit, amice, pōdera accuratè: q̄a ista D.
4 Nicolosia nominauit tertiū, & dixit se possidere † nomine illius tertij, postea fuit conuicta, ꝙ possidebat noīe suo, & non noīe illius tertij. Vn̄ pœna d. l. fin. ff. de rei vend. habet locum, qn̄ reus conuentus negat se possidere nomine suo, & confessus est possidere nomine alieno, post modū autem conuictus est de mendacio: q̄a ꝑ agentem ꝓbat̄, ꝙ suo noīe possidet. Ista est sn̄ia Spe. intelligentis hoc modo illā. l. fina. in tit. de primo & secūdo decre. §. restat. ver. quid si nominatis. & Bar. in d. l. fi. ff. de rei ven. Bar. & Bal. in l. 2. C. vbi in rem actio. quod posset sic fortificari, contrariorū est eadem disciplina. l. j. ff. de his q̄ sunt vel alie. iuris. Institu. eo circa principiū. Bar. in l. inter stipulantē. §. sacrā. ff. de verb. obli. sed certū est, ꝙ si cōuentus tanquam rem alienam possidens dixerit, se possidere nomine suo, & postea conuincitur de mēdacio: quia per aduersarium probatum est, ꝙ illam possidet nomine alieno. & sic est cōuictus de mendacio, punitur: quia illa possessio transfertur in agētem, licet de suo iure aliter nō ꝓbauerit ipse actor. auth. item possessor. C. qui poti. in pigno. habe. ergo est dicendum in casu nostro, ꝙ ex quo ista d. Nicolosia fuit conuicta de mendacio, potuit transferri possessio in dictam dominam Appolloniam. Et sic sentit Bartol. & alij, ꝙ si actor velit probare reum possidere nomine suo, pōt: & habebit locum remedium. d. l. fi. & ita etiam sequitur D. Ant. & D. Abbas in ca. quoniam frequenter. §. fina. vt li. non conte. & sic sequitur, quòd potuit iudex pronuntiare possessionē transferendam esse in dictam Do. Appolloniam. & istud videtur coloratum, & reddit istam cōsultationem coloratè dubiam. Sed in veritate istud est nihil, nec meretur allegari ꝯ istam consultationem, quod ostendo inconuicibiliter, & ad hoc pondero d. l. fin. in vers. si possit aduersarius cōuincere rē ab aduersario possideri: vnde probat ibi text. ꝙ ita transferatur possessio de reo in agentem, quando aduersarius cōuinci pōt de mendacio, & sic p̄supponit illū reū durare & perseuerare in illo mēdacio: q̄a priuatio præsupponit habitum. c. ad dissoluendū. de despon. impub. l. decē. ff. de verb. obl. l. manumissiones. ff. de iusti. & iure. & ibi dicit gl. hoc verum, nisi fateat̄, ita ꝙ actor in ꝓbando non graueт̄ & sic illa gl. intelligit illū tex. & cū ea transeunt oēs scribentes, nisi reus cōfiteatur, & purget mendaciū, ita ꝙ sit opus, ꝙ grauetur actor in probādo. & sic indulgetur a iure beneficium cōfitendi, vt euitet pœnam ei, qui primo negauit, si res est integra, & actor nō fuit grauatus onere probandi. Modo in casu isto ita est formaliter: q̄a licèt Do. Nicolosia dixerit se possidere nomine alterius, & sic videtur negasse se possidere nomine proprio: tamē postea, antequam actor grauaretur onere probandi, fuit confessa se possidere nomine proprio, & non alieno. ergo videtur purgatum illud mēdacium. Vnde cum dicta l. fina. dicit, si conuinceretur, intelligitur illo reo durante in mendacio: sed in casu nostro non durauit in mendacio, sed illud purgauit, & in eo amplius non perseuerauit, sequitur, ꝙ non habet locum dispositio illius lege, fin. Ad eum enim casum non adaptatur dispositio legis, ad quē non adaptantur verba l. neque l. 5. §. toties. ff. de dā. infec. l. ita autem. ff. de adminis͏t. tute. cum simili. sed verba illius l. fi. non adaptantur in casu nostro; quia dicunt, conuinceretur. & in casu nostro non potest conuinci de mendacio, quia iam per cōfessionē postea sequentē illud fuit purgatū, & si ar̄ diceremus, sequeretur, ꝙ beneficium indultum a lege vni parti posset per aliā auferri prima parte inuita, quod nō est dicēdum. c. īdultum. de regulis iuris, libro 6. posset enim semper actor dicere, ego volo conuincere reum de mendacio, & auferre sibi beneficiū cōfitēdi & reuocandi mendacium, quod esset contra gl. in d. l. fina. & contra omnem doctrinam doctorū in locis superius allegatis, & contra rationes & iura allegata superius in principio istius cōsultationis. Et iō elegans doctor do. Ludoui. Roma. in cōsilio incipiēte, in Christi nomine amē. visis themate & quæstione. & est in ordine. 68. in tertio dubio illius consilij consuluit, ꝙ pœna d. l. fina. non habet locum in negante, qui suam negationem reuocat, anteq̄ actor in onere probandi mendaciū grauetur, vt allegat ibi glossa. & postea etiam ibi quærit, an pœna d. l. fin. habeat locum in negante qualitatem, puta quia dicit se possidere nomine alieno & ꝯuincitur, ꝙ imo possidet nomine proprio, & sic ꝯsuluit, ꝙ etiam isto casu admittitur purgatio mēdacij, & si potest reus negans

gan; confiteri, antequam actor grauetur onere probandi. & sic in casu nostro accidit. vnde non potuit D. Apollonia post confessionem illius Do. Nicolosiæ confitentis se possidere nomine suo proprio, dicere, ego volo insistere primæ negationi, & conuincere eam de mendacio: quia non potuit sibi auferre beneficium sibi indultum a lege ad euitandã pœnam. d.l.fin. & ideo si voluntariè assumpsit onus ꝓbandi, imputet sibi: quia ex quo voluntariè illud assumpsit, grauari non dicitur. l. cum donationis. C. de transactionibus. capitu. scienti. de regulis iuris, lib. 6. cum simi. & ideo dictum Speculato. Bartol. Bald. do. Antonij & sequacium intelligitur, quãdo reus perseuerauit in sua negatione: secus si negationem illam reuocauit confitendo, antequam aduersarius grauaretur onere probandi illud mendacium. & illud etiam consuluit idem dominus Ludouicus Romanus in ꝯsilio suo 57. incipit in Christi nomine amẽ: ad discutiendum veritatem præpositæ quæstionis. & sic clarissimè apparet, quòd non habet locum pœna. d.l. fina. in casu nostro. Facit etiam, quod voluit Angelus in dicta l. fin. vbi sequitur illam glossam. & Angelus dicit licitum est ergo neganti pœnitere, & vbi negauit confiteri, & ratio est secundum eum, qa præparatoriæ emanauit: allegat no. in dicta l. his qui se obtulit. & l. de ętate. §. Celsus. ff. de interrog. actio. vbi est bonus textus, & glossa secundum eum. & dicit Specu. malè dixisse. & ex prędictis dicit ibi Ange-
5 lus. collige, ꝙ † qui negauit se damnum habet penitendi licẽtiã: & non damnabitur in duplũ. l. electio. §. neq;. ff. de noxalibus. & allegat dictam l. eum qui. in principio. de iureiurando. & idem dicit ibi Angelus, ꝙ si negans ex forma statuti debet damnari in quarto pluri, & confitenti debet remitti quarta pars pœnę: quia si confitetur post negationem, euitauit pœnam quarti, & gaudebit beneficio statuti, si confiteatur non liquidato negotio. Cum ergo in casu nostro do. Nicolosia confessa fuerit se possidere nomine proprio antequam illa D. Apollonia probaret illud mendacium: ergo sequitur, quòd gaudebit beneficio confitentis præfata d. Nicolosia, & per cõsequens nullo modo potuit iudex pronuntiare illã possessionem transferendam, nec permittere post ꝯfessionẽ illius D. Nicolosiæ, ꝙ dicta do. Apollonia admitteretur ad probandum mendaciũ, cum iã purgatum est per confessionẽ postea sequutam: & pro certo longè est mirandum, ꝙ iudicans ita fecerit. Et illam glossam, ꝙ possit pęnitere, sequitur Bald. in dicta l. fi. dicens, ꝙ statim negans se possidere, nõ perdit possessionem, ex quo illa lex vult, ꝙ conuincatur de mendacio: & sic ex superioribus dictis clarissima elicitur conclusio, & verissima, ꝙ dicta D. Nicolosia potuit pœnitere & confiteri, & per consequens non potuit post illam confessionem conuinci de mẽdacio: & ista est purissima veritas, & per ista sint satisfactum primæ dubitationi huius consultationis.

¶ Capio nunc secundum dubium, an a dicta sentẽtia, se pronuntiatione possit de iure appellari, vel de nullitate dici, nã iudex pronũtiauit dictam Nicolosiam priuandam esse possessione, & ita eã priuauit seruãdo iura proprietatis cuilibet partiũ, & statutũ Lucanũ disponit, ꝙ in omnibus casibus, in quibus de iure cõmuni prohibita est appellatio, nullo modo possit apellari, nec de nullitate, dici, dubium stat nunc, vtrum de iure communi possit appellari tali ꝓnuntiatione, & videtur dicẽdũ, ꝙ nõ possit appellari. & hoc decidit tex. in l. j. C. si momen. pos. fue. appella. vbi dicitur, ꝙ si appellatio interposita fuerit super causa possessionis: tamen sententia lata sortiatur effectum: subdit ibi text. Ita tamẽ possessionis reformationem fieri oportet, vt integra omnis ꝓprietatis causa seruetur, qui tex. probat formaliter, ꝙ nõ solum habet locum in possessorio retinendæ: sed et habet locum in possessorio recuperandæ, vel adipiscendæ, cum ergo in proposito nostro lata fuerit sententia sup possessione, reseruata quæstione proprietatis cuilibet parti, siue sit possessorium adipiscẽdæ, siue recuperãdę habet locum dispositio, d.l. j. & hoc sentit expressè ibi Bartol. sequitur, ꝙ nullo modo potest appellari. ¶ Sed licet ista sint colorata tamen casum nostrum non attingunt: ideo illis non obstãtibus contrarium puto de iure verius, scilicet, ꝙ possit appellari, & ad hoc põdero elegãtem doctrinam domini Baldi in dicta l. prima. C. si de momen. possessio. fuerit appel: vbi dicit, quòd ille titulus debet intelligi, quando prius intentatur possessorium, si autem prius intẽtatum esset petitorium, & succubuit petitor, & sententia transiuit in rem iudicatam, & postea agebat possessorio, & succubuit: ꝙ a possessorio potest appellari: quia non habet aliud remediũ. Et sic firmat ibi Bald. quòd illa l. dum dicit, quòd a sententia lata super possessione non appellatur, pro-
6 cedit eo casu † quo est principaliter intentatum remedium possessorium: sed in casu nostro non fuit intentatum iudicium possessorium: sed dũtaxat dicta Do. Apollonia intendens agere iudicio rei vendicationis, vel alia actione reali ꝯ ipam D. Nicolosiã coram ꝑtore ꝯuenit illam Nicolosiã in ꝑparatorijs, & petijt illã interrogari, vtrũ possideat. Vñ cũ dat⁹ est libellus ĩ iudicio possessorio, tũc ĩcipit ĩstãtia iudicii possessorii: vt ĩstit. de ĩterdic. §. hodie. l. ꝓperandũ. in prin. C. de iudi. l. fi. C. si per vim vel alio modo. Vnde aut nos loquimur de iure canonico: & tunc quia sententia in possessorio habet qualitatem interlocutoriæ, & ab interlocutoria est appellandum cũ expssione causæ: vñ Bal. in d.l. 1. C. si de mo. pos. fue. app. dicit teneri dictũ Inn. ꝙ appellatio a sentẽtia in possessione lata causa legitima inserta valet & tenet, alle. no. in c. cum ad sedem. & in c. conquestione. de resti. spo. & in c. significauerũt. de testi. & in cle. j. de seqstra. posses. & fru. & 2. q. 6. de possessione. & est cõis opinio Canonistarũ, de qua ꝑ Saly. ĩ d.l. j. C. si de mo. poss. fue. appell. tenentium, ꝙ in quolibet possessorio appelletur: ideo si causa ista vẽtilanda in foro canonico, vel in terris subiectis tẽporaliter ecclesiæ, seruabitur ius canonicum: vt in c. si duobus. de app. & gl. in c. 2. de arbitris. lib. 6. Si vero loqmur de iure ciuili: tunc Bar. in l. 2. ff. de app. recip. dixit, ꝙ illa l. j. non dicit, ꝙ non possit appellari a sententia super possessione lata. iõ stabimus regulæ. l. & in maioribus. C. de app. vbi etiam in paruis grauaminibus appellaꝛ, sed appellatione non obstante iudex debet exeq, & postea cognoscetur, & in hoc sit speciale sententia lata super possessione, vt in simili habetur in auth. quæ supplicatio. C. de ꝓcibus impera. offer. Et si dicatur, vt dixit Saly. in d.l. j. ꝙ ista doctri. Bar. nõ est vera: qa tex. d.l. j. dicit, ꝙ sentẽtia sortiaꝛ effectũ, & effectũ sortiri non est aliud, q̃ transire in rem iudicatam, ita ꝙ plus de eius iustitia, & eius iniustitia cognosci nõ possit, vt l. j. ff. de re iudic. & etiam quia restituta possessione solum reseruat victo q̃stionẽ proprietatis, vt patet in verbis finalibus illius l. j. ergo. Et ibi etiam dixit Bal. ꝙ ratio est, ꝙ a sententia lata super possessione non appellatur, ne partes veniant ad rixas & arma. nã ad hoc facile prorumpiꝛ, dũ litigaꝛ de possessione. & iõ dicit, ꝙ lex statuit, ꝙ statim sentẽtia trã seat in rem iudicatã, & fiat eius executio, saluo iure proprietatis, vt ibi. & hanc rationẽ dicit ibi Saly. sibi placere, quia est magis vniuersalis. Sed nihilominus opinio Barto. vr̃ verior. primo per tex. d.l. j. in vers. & si appellatio interposita fuerit, tamen lata sentẽtia sortiatur effectum. vnde ille tex. est exorbitans a cõibus

bus regulis.ideo debet strictè intelligi, vt l.si vero.§. de viro.cum si.ff.so.ma.vnde ille tex.prohibet appellationē, sed vult, ꝙ si appellatio interposita fuerit, non impedietur effectus sententiæ, quia mandabit executioni, non tamen dicit, ꝙ transibit in rem iudicatam,& istud est æquius, sed in hoc quis iustius dixerit, an Bar.an Saly.non examino nunc, quia non expedit ad casum huius consultationis. Et sic apparet ex istis,quòd etiam deure ciuili i potest appellari a snia lata super possessione, licet executio non impediatur. Et hæc doctrina, ꝙ de iure ciuili appellet a snia lata super possessione, pcedit,qñ principaliter intētatur iudicium possessorium.& hoc voluit Bar.ī d.l.2.in 1.q.ff.de app. recip.& voluit Bald. in d.l.j.& ibi ēt sequit Sal. Modo in casu nostro non fuit principaliter intētatum possessoriū, vt superius est expssum,ergo sequitur,ꝙ in isto casu ēt de iure ciuili poterit appellari. Facit etiam, qđ hr̄ in l. si quis ī tantā. C.vnde vi. vbi in possessorio recuperandę appellat.

7 & iō gl.in d.l.j.rñdet,ꝙ in † mero possessorio non appellat,& ita pcedat.d.l.j.sed in possessorio nō mero, vbi est admixta cā pprietatis, tunc bñ pōt appellari, vt in d.l. si quis in tantam. & ita sequuntur oēs gloss. illā.Sed ī casu nr̄o nō est merū possessoriū intētatū: qa pars aduersa intendēs agere rei vendicatione,vel alia rōne petijt interrogari illā Nicolosiam a iudice, vtrū possideret, & sic istud possessoriū venit ī quādā ꝯñam ad præparandum iudiciū,& sic non fuit intētatū possessoriū merum, & p ꝯñs potuit apellari. Facit,& in hoc diligēter animaduertat D.iudicās,quia posset qspiam dicere,amice,casus.d.l. fi.de rei vē.est fundatus in pœna inflicta ab ipsa lege in odium mēdacis,vt mendax puniatur,arg.eius qđ hr̄ in authen. contra qui propriam.& in l.si qs dicat.ff.de manu.& idē tex.ī d.l.fi.se fundat super illo verbo, si possit aduersarius cōuincere rē ab aduersario possideri, trāsferat ad se possessionem per iudicem. & sic clarum est,ꝙ in pœnam mendacis hoc est introductum.Mō regula est, ꝙ a pœna legis non potest appellari, vt l. si qua pęna.ff.de verb.sig. ergo posito,ꝙ regulariter posset appellari a possessorio non mero, nec principaliter intentato. nihilominus quando in pœnam inflictam a lege qs priuatur possessione, seqtur,ꝙ ab illa pœna q nō poterit appellari,& istud est,qđ facit dubiū in casu istius cōsultationis. Et iō circa hoc vr̄ instandum,& primo considero, ꝙ vbicunq; ī mero

2 † de ista quæstione, vendidi tibi rem & tradidi: tamen nondum est posita in æstimo tuo: vnde interim ego solui collectas; quia adhuc erat in æstimo meo: nunquid ego possim repetere, quia æstimum habetur loco promissionis, vnde videor soluere ex propria promissione; vt ff. ad municipal. l. incola. & sic videtur, quòd ego non possim repetere: subdit postea ibi Baldus se tenere contrarium: quia imo possim repetere. & mouetur hac ratione: quia onus fructuum debet esse: & re ipsa spectat ad possessorem, licet alius reperiatur in æstimo descriptus, seu nominatus, allegat dictã legẽ, omnes. & ideo dicit, quòd repetitur saltem vtili actione negotiorum gestorum. Et sic ista formaliter decidunt præsentem consultationem. Cum ergo in proposito nostro dominus Andreas potuerit istam pecuniam montis Florentini emptam per eum vendere, donare, vel alio modo trãsferre in alium, dummodo capacem & habilem, & habetur, expresse in indulto & priuilegio sibi concesso a cõmunitate Florentię, vt apparet in ver. item ꝙ dictus Domi. Andre. Donat. seu quicunque alius filius, vel descendẽs, possit in alium credita prędicta, in totum, vel in partem vendere, aut permutare, seu in alium transferre, habilem, seu habiles & capaces ad acquirendum de creditis montis prædicti. & sic habilitatus est dictus Dom. Andreas ad vendendum: & vendidit personę capaci vel habili. ergo sequitur, quod eo ipso ꝙ vendidit, & transtulit possessionem illius crediti, seu pecuniæ in ipsum emptorem licet non fuerit posita dicta pecunia in æstimo nouo ipsius emptoris, sed remanserit in æstimo, & catastro ipsius Dom. Andre. onus soluendi dictas collectas, seu superinductum, & similia spectauit, & pertinuit ad ipsum emptorem & ad ipsum Domi. Andream, & si dictus dominus Andre. interim aliquid soluit, poterit repetere & recuperare a dicto emptore vtili actione negotiorum gestorum. Et mirum est, quòd in tam splendida vrbe Florentiæ dubitetur de hoc, cum omnes pleni sint libri, plena scribẽtium in communi opinio, quod tale onus soluendi collectas, & similia spectet ad ipsum possessorem pecuniæ emptæ. Et glossa tenet istam partem in dicta lege, omnes. nec reperitur damnata per aliquem & in consulendo, & iudicando magna est auctoritas gloss. vt secundum eam iudicetur per id, quod dixit Iacob. Butrig. in lege prima. C. qui pro sua iurisdic. & Salicet. in lege, traditionibus. C. de pactis. dixit, quòd debemus inherere glos. vt rustici Bobonienses inherẽt carocio: vt est gloss. singularis in lege, omnis diffinitio. ff. de regulis iuris. & idem dixit Angelus in lege secunda. ff. de accusatio. & ideo Baldus in lege, cum hæreditas. C. depos. dixit, quòd auctoritas gloss. omnes alias antecellit. & in capitulo primo. de constitutio. dixit idem Bald. quòd opinionem glossarum, quæ non habent gloss. cõtrarias, debemus sequi, allegat Iacob. Butrig. in dicta leg. prima. & quod habetur in capitulo. domino sancto. 50. distinctione, & in capitulo, primo, de natura succe. feud. dixit, ꝙ in dubijs opinionibus multum sequitur opinionem glo. quia non potest adhærere meliori. & idem dixit in lege precibus. C. de impu. in auth. cessante. C. de legi. hære. & in peculio suo allegat Cyn. alloquentem aduocatum, audi idolum tuum, idest, glo. & sic cum glo. teneat istam partem, sequitur, quod secũdum istam partem erit iudicandum, cum non habeat glos. contrarias. & Bartolus, Baldus, Salicet. Ludouic. Roma. sequuntur illam glossam, & sic opinio communis. ergo secundùm illam erit iudicandum iuxta illud catonicum. Iudicium populi nunquam contempseris vnus, & textus, in capitulo, de libellis. vigesima distinctione, capitulo, in canonicis. 19. distinctio. §. quidam l. athletas. ff. de his qui not. infam. l. prima. ff. de senator. l. ita vulneratus. ff. ad leg. aquiliam. Bartolus in lege finali. C. de pęna iud. Angel. in l. cum prolatis. ff. de re iudica. Baldus in leg. obseruare. §. proficisci. ff. de officio proconsul. & in lege prima. ff. de vulga. & pupil. & in dicta lege prima. de sena. Innocent. in c. ne innitaris. de const. Ioan. An. in c. primo, eo. titul. Host. in c. capellanus. de ferijs, & sic sequitur necessario,

ꝙ secundum istam partem erit iudicandum. Secundò facit, quod not. Bald. in cap. j. in titu. per quos fiat inuestitu
3 ra. vbi dicit, quod † feudatarius tenetur soluere collectas ratione prædij feudalis: quia ipse est possessor rei feudalis. & ita dicimus in marito, qui tenetur soluere pro re dotali collectas: vt est tex. in l. neq; ff. de impens. in re. dota. fact. de cuius intellectu latissimè examinat Barto. in l. Lucius. §. idem respondit. ff. ad municipal. & per Ioann. Andr. in additio. Speculat. in titulo, de censibus. §. nunc dicendum, in fine. Cum ergo in casu nostro iste emptor sit possessor huius crediti, seu huius pecuniæ montis empti, sequitur, quòd ipse emptor tenetur ad huiusmodi onus soluendi, & spectabit ad ipsum emptorem. Tertiò facit quod notat gloss. singularis, & mirabilis, vt Bartoli verbis vtar in lege prima. C. de anno. & tribut.
4 libro decimo, quæ dicit, quòd si aliquis locat † fundum suum, ad pensionem percipiendam in pecunia, ita quòd omnes fructus remaneant apud colonum, quod dominus ad tributa non tenetur, vbi consuetudo aliter se haberet: quam gloss. Bartolus dicit esse menti tenendam perpetuò, quam gloss. dicit esse veram in oneribus realibus: in collectis vero, quæ imponuntur personæ pro rebus, est inspicienda persona, cui imponitur. lege, rescripto. in fin. ff. de muneri. & hono. lege, indictiones. C. de anno. & tributis. libro decimo. ita dicit ibi Bartolus. Cum ergo in casu nostro omnes fructus istius pecuniæ venditæ, & emptæ, spectent & pertineant ad ipsum emptorem, & huiusmodi onus sit reale: ergo sequitur, quòd spectabit & pertinebit ad ipsum emptorem: & per consequens frustra dubitatur, an dictus dominus Andre. venditor teneatur. Quartò facit lex secunda. C. de
5 anno. & tributis. libro decimo. quæ dicit, quòd † quis non tenetur in plus, quàm de re possideat, & sequitur Bartol. ergo ille, qui rem non possidet, non tenetur ad onera. Cum ergo iste emptor possideat. ergo in quātum possidet, tenetur ad onera. facit lex prima. C. de munerib. patri. iuncta glossa, libro decimo. quæ dicit, quòd quis non tenetur in plus, quàm possideat; sed pro numero fortunarum tenetur. Cum ergo ille emptor possideat dictam pecuniam emptam, sequitur, quòd ad eum spectabit onus soluendi collectas, seu impositiones, ad quas tenebatur dictus dominus Andre. venditor, ratione dictæ pecuniæ, seu crediti. Facit etiam, quod habetur in lege, forma. ff. de censibus, & ibi Bartolus notat, & colligit, quòd officiales super catastro debent minuere libram, si res est a flumine oppressa, vel vinea est desiccata sine culpa possessoris. & sic probatur ibi apertè, ꝙ onus soluendi æstimum pro libra spectat ad illum, qui possidet: & qui colligit fructus. & per consequens sequitur, quòd onus soluendi spectat ad ipsum emptorem possessorem dicti crediti. & facit glossa in dicta lege, forma. §. quanquam. quæ dicit, quòd immunitas in dubio videtur concedi rebus. sic dicamus, quòd onus soluendi æstimum, & similia, videtur concedi respectu ipsius rei, & per consequens ad istum emptorem possessorem rei spectabit omne onus soluendi. Præterea facit optimus
6 textus in lege, inter debitorem. ff. de pactis. vbi onus † tributorum sequitur possessorem: vt est onus magis possessionis, quàm proprietatis, & ibi dicit Baldus, se fateri, quòd res est obligata ad solutionem oneris, sed persona possidens officio iudicis conuenitur, & proceditur executiuè. vt lege, missi opinatores. C. de exactoribus tributorum. libro decimo. & ibi etiam Baldus in verbis finalibus quærit: si duo sunt possessores, vnus possidet ciuiliter & alter naturaliter. quis eorum tenebitur ad tributa, vel collectas. & etiam quærit, quid de hærede, an hæres vniuersalis teneatur, an vxor relicta vsufructuaria omnium bonorum teneatur soluere collectas, & similia onera, & allegat. l. si pendentes. §. si quid. ff. de vsufructua. vbi deciditur, quòd huiusmodi onera realia spectant ad vsufructuarium, & sic ad illum, qui vtiliter possidet fundum recolligendo fructus. allegat etiam dictam leg. neque. ff. de impens. in re. do. fact. & idem Baldus in dicta lege, si pendentes. §. si quid. dicit, quòd gabellæ fructuum pertinent ad fructuarium. Et sic si de fructibus debeat solui gabella ex dispositione statuti, soluetur per ipsum fructuarium: & sic per ipsum, qui habet possessionem naturalem. & sic in casu nostro spectabit istud onus soluendi ad ipsum emptorem possessorem dicti crediti empti per eum. Et facit, quod nota. idem Baldus in lege, hactenus. ff. de vsufructua. vbi dicit, quòd impensa onerum extrinsecorum, quæ imponuntur ratione possessionis, vel fructuum, spectat ad vsufructuarium, qui est possessor. & ponit exemplum: vt est soluere datia, collectas, & tributa, decimas, & similia. & allegat Gulielm. de Cun. lege licet. C. de acquirenda possessione, & Iacob. de Are. in dicta lege, neque, ff. de impens. & quod nota. in lege, si finita. §. si quis damni. ff. de damno infecto, & sic apparet, quòd ad istum emptorem spectabit istud onus soluendi. Facit textus in lege, quero. ff. de vsufructua. lega. & quod ibi notat Bartolus, vbi dicit, quòd ad eum, qui colligit fructus, spectat onus soluendi collectas & tributa. Facit, quod habetur in lege finali. §. vbi autem. in versiculo, sin autem æs alienum. C. de bonis quæ liberis. & quod habetur in lege vsufructu legato. ff. ad l. Falcidia. Facit etiam, quod pulchrè voluit Dominicus in capitulo, præsenti. §. porro. de officio ordina. libro sexto, vbi
7 est textus, ꝙ † fructus ecclesiæ sunt deputati pro oneribus ecclesiæ toto anno vsque ad nouos fructus. & refert se in contingentia facti pluries dixisse, & determinasse, quòd si erant impositæ collectæ ecclesię vno anno, & rector illius ecclesiæ recolligit fructus illius anni, non soluit illas collectas, ꝙ si idem rector alio anno renuntiat beneficio illi, ꝙ nihilominus ad collectas præcedētis anni tenebitur ille rector antiquus, & nō tenebitur nouus rector. nam illi fructus, quos receperat, erant deputati pro talibus oneribus, vsque ad nouos fructus, vt vult ille textus, & sic decidit: quod ad eum spectat onus soluendi collectas vnius anni, qui per illum annum possidet, & illius anni fructus colligit. Cum ergo in casu nostro iste emptor habuerit & tenuerit & possederit dictam pecuniam montis emptam per eum: ergo sequitur, quod ad ipsum spectat onus soluendi tributa, & collectas, & simi
8 lia. Præterea facit, pone † quòd iste dominus Andreas non soluisset pro tempore preterito, quo erat dominus & possessor illius pecunię, seu illius crediti: & postea vendidisset, ꝙ nihilominus commune Florent. posset conuenire istū emptorem pro illo tempore, vt soluat pro tempore, quo dictus Dominus Andr. possedit & tenuit dicta credita, & non soluit, & sic non solùm poterit conuenire emptorem pro tēpore, quo ipse emptor tenuit, & non soluit: sed etiam pro illo tempore, quo non tenuit. ita deciditur per elegantem text. in dicta lege, imperatores. ff. de publica. & ita determinat gloss. in capitulo, tua nobis. de decimis. & in capitu. pastoralis. eodem titulo, & idem tenuit latissimè examinans istum articu. Federic. de Sen. consilio 73. referens idem tenere Archi. subdit, quod ecclesia habet electionem, an velit agere contra antiquum dominum, an vero contra nouum possessorem. & hoc per elegantem gloss. in capitulo, si quis presbyterorum. in glossa quæ incipit, de facto. de rebus ecclesiis non alienand. & facit, quod not. Bartol. in lege, prædiis. ff. de iure fisc. & in lege finali. vbi plenissimè loquitur. C. de fide instrumentorum, & iur. hast. fisca. libro decimo. & idem voluit Ioan. And. in c. cum homines. de deci. & idem tenuit D. Abb. in c. pastoralis. de deci. & in c. cum homines. & idem voluit Archi. in ca. si quis laicus. 16. q. j. & idē voluit elegans doctor dominus Ludouicus Romanus in præallegata lege, imperatores. quanto ergo fortius in casu nostro, ex quo agitur, de soluendo tributum, seu collectas ex eo tempore, quo dictus emptor emit, & possedit dicta credita, tenebitur dictus

dictus emptor: si etiam teneretur eo casu, quo dictus dñs Andr. non soluisset illud onus pro eo tẽpore, quo ipse tenuit. Et sic certo certius est, ꝙ ipse emptor tenebitur ad huiusmodi onera ex tempore, quo emit, & possedit dicta credita: licet non fecerit illa credita empta describi in nouo suo catastro, vel æstimo: sed remanserunt descripta in æstimo antiquo ipsius venditionis. Facit etiam l. 2.
9 C. sine censu vel reliq. vbi probatur, ꝙ † onus tributorũ & census est reale. ideo rem ipsam afficit, & rem ipsam comitatur: vt probat ibi textus in finalibus verbis. ibi dũ dicit, nec licere cuiquam rem sine censu comparare, vel vendere, vbi probatur, non esse licitum emptori emere rem subiectam oneri soluendi tributum sine illo onere soluendi tributũ. & sic probat ille, ꝙ eoipso ꝙ quis emit rem, ex qua soluitur tributũ, vel collecta, ꝙ ipse emptor tenetur soluere illud onus: & ꝓbat ibi text. quòd eoipso, quòd emptor emit rem subiectam tributo, tenetur pro collectis impositis venditori ratione illius possessionis, quam emit, & non pro alijs rebus, quas non emit dictus emptor. & sic ad hoc vt emptor teneatur soluere tributum, vel collectam ex re, quam emit, non est opus expectare, ꝙ sit descripta in æstimo ipsins emptoris. Facit etiã textus in auth. sed & periculum. C. sine censu, vel reliq. vbi prædia tributaria, non possunt vendi, nisi emptor sit idoneus & soluendo: per quem tex. dixit Barto. in l. incola. la secunda. ff. ad municipal. ꝙ res in ęstimo positæ non possunt prætextu alicuius alienationis eleuari: nisi ponãtur in æstimo alterius idonei, & talis, qui ad solutionem collectarum possit compelli. & cum illo dicto Barto. trãsiuit Bal. in dicta authentica, sed & periculum. vbi infert, ꝙ in ecclesiam non poterit alienari, cum ad collectas futuras ecclesia non teneatur: vt in authen. item nulla cõmunitas. C. de episcopis & cleri. vel si possunt nunquam de æstimo venditoris auferentur, nisi ecclesia faceret sibi æstimum: quia tunc tenebitur ex permissu & consensu suo. Et pro hoc facit, quod not. Innocen. in capitu. non minus. de immuni. ecclesi. & cum hoc dicto Bartol. in dicta leg. incola. & cum hoc dicto Bald. in dicta authentica. sed & periculum. transit dominus Salycet. in dicta authenti. sed & periculum. Modo in casu nostro iste dominus Andreas alienauit, seu transtulit ipsa credita in personam habilem & capacem, quæ poterat æstimari & pati æstimum: & per consequens potuit alienare, & sic tolli illa credita de antiquo æstimo ipsius domini Andreæ, & reponi in æstimo ipsius emptoris, & maximè: quia quo ad ista credita, seu ad istam pecuniam montis emptam per ipsum dominum Andream, ipse dominus Andreas reputatur vt ciuis originarius Florentinus, vt expressè dicitur in indulto sibi concesso per commune Florentiæ: vt apparet in versiculo, & in omnibus, & per omnia, & quo ad omnia, & prout, & sicut licet veris, originarijs, & antiquis ciuibus ciuitatis Florentiæ &c. quo casu illa verba, in omnibus & per omnia, æquiparant eum veris, & originarijs ciuibus: vt est text. in l. secunda. §. furiosus. in versiculo cum per omnia & in omnibus absentis & quiescentis loco habeatur. ff. de iure codicil. quem text. alleg. pro singulari Angel. in l. in negotijs. ff. de regul. iuris. Facit, quod not. Bald. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & sic cum in omnibus habeatur pro originario ciue Florentino: ergo potuit in istis creditis tractari & reputari vt verus & originarius ciuis, & per consequens sequitur, quòd emptor prædictus tenebitur ad huiusmodi onera a tempore, quo emit, & possessionem dictorum creditorum habuit. Et ex superioribus dictis elicitur manifesta conclusio, quòd dictus dominus Andre. est exemptus ab illo onere soluendi pro ea portione creditorũ, quam vendidit, & possessionem tradidit dicto emptori: & dictus emptor ex illo tempore tenetur: non obstante, ꝙ non fuerunt descripta in ęstimo ipsius emptoris. Et si forte dictus dominus Andre. soluit interim, poterit repetere vtili actione negotiorum gestorum a dicto emptore. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Diuisione bonorum communium inter coniũctos post lites solenniter & secundum formam statuti facta, curatoris & Iudicis auctoritatibus interpositis, & iuramento firmata, in qua per annos iam plures mansum esset, de eadem rursum qui diuiserant, compromittere cogi non possunt. Nam statutum, quod de lite inter coniunctos & affines compromittenda loquitur, locum nullum sibi vindicare potest lite nulla existente. Nec citatio, quæ ad compromittendum interuenisset, efficere potuit, vt lis esse intelligeretur. Nulla si quidem quæstio moneri poterat, proinde nec citatio fieri. fuit autẽ absolutio, quæ non citata parte ad agendum concessa erat, nulla. Et cum locus compromisso non fuerit, a sententia, qua pronuntiatum est, compromissum fiendum, appellari potest: quin etiam ab ipso iudice, qui eã tulit, vel eius successore reuocari.

SVMMARIVM.

Diuisio bonorum æquiparatur transactioni, & transactio appellatur. nume. 1.

Statutum loquens de lite compromittenda inter coniunctos & consanguineos, de dubia & non liquida intelligitur, & iusta, nume. 2. & 5.

Dolus præsumi non potest, vbi curator interuenit & iudicis auctoritas. nume. 3.

Præsumitur pro instrumento. nu. 4.

Statuto, quod de lite loquitur, citatio iniusta non facit locum. nume. 5.

Absolutio a iuramento parte non citata nullius est momenti: nisi notoriè temerarium fuisset, vel notoriè turpe. nu. 6. & 8.

Transactioni iuratæ contraueniens punitur legis pena: nec auctoritate temere absoluentis excusatur. nu. 7.

Iudex: licet a sententia non possit appellari, potest opponendo vel reuocando supplere. nu. 9.

Appellari semper potest ab euidenti iniustitia. nu. 10.

Appellari potest ab interlocutoria, vbi grauamen irreparabile esset. nu. 11.

Interlocutoria vbi principali facto præiudicat, appellationem admittit. nu. 12.

Interlocutoriam iudex reuocare potest. nu. 13.

CONSILIVM LXXXVI.

OMnibus Maturè & solenni animaduersione pẽsatis mihi videtur iudicandum, & tenendum, compromissum non posse peti: nec potuisse absolui ab illo iuramẽto illum iurantem non citato aduersario: & sic malè fuisse pronuntiatum, & posse talem pronuntiationem reuocari per successorem in officio, quod inconuincibiliter sic ostendo. leg. tres fratres. ff. de pactis. in verbo diuisisse, & in verbo transegerunt, probat ore
1 aperto, quòd † diuisio bonorum est transactio, & ibi Angelus in versiculo transegerunt, dicit, quòd diuisio æquiparatur transactioni. & transactio appellatur: per illum tex. alleg. etiam, quod habetur in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verbo. obligatio. & sic stat conclusio vera & firma, quòd diuisio bonorum sit transactio.

Et facit etiam: quia compromissum, seu arbitramentũ est transactio quædam: vt probat tex. in auth. vt differ. iudi. §. j. & in auth. si vero. C. de iudi. & Inn. in c. quintauallis. de iureiuran. & Bar. in l. post rem. ff. de transact. & Ange. in l. j. eod. tit. Et etiam facit: quia transactio consensu vnius partis non rescinditur. lege si diuersa. C. de transac. & ideo in transactione non habet locum pœnitentia. l. fratris. C. eo. lege quamuis. eo. ti. tunc arguo † sic formaliter, statutum loquens de re, aut lite cõpromittenda, aut de compromisso fiendo inter coniunctos, aut consanguineos, intelligitur de dubia & non liquida: ita probatur in lege post rem. ff. de transact. & ibi dixit Ange. ꝙ post latam sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, vel etiam vbi de debito constat per instrumẽtum guarẽtigiæ, quòd habet executionem paratam secundùm formam statutorum Italiæ, non poterit in arbitrum compromitti: quia res non est dubia, nec potest per negationem fieri dubia, considerato quòd de ea constet per publicum instrumentum, & similiter de debito, & de probatione prompta, & dicit, quòd etiam si partes dixissent posse esse litem, nihil operantur illa verba. lege cum hi. §. sed cum lis. ff. de transac. & concludit, ꝙ tunc potest cõpromitti, quando reuera est dubium, quod contingit, si quis negauerit iudicatum, vel debitum, & probationes sunt in longinquo, vel sunt perditæ, vel si allegantur aliquæ exceptiones contra scripturam, quæ possunt obijci post sententiam cõtra instrumentum guarentigiæ. leg. j. in glo. C. de iuris, & fa. igno. & ita dicit se pridie consuluisse. Et in lege j. ff. de transac. dixit idem Ange. ꝙ vbi debitum est liquidum, quòd super eo non potest transigi, & sic non potest compromitti, & quantumcunque cõpromissum sit plenissimum, non extenditur ad ea, quæ sunt liquida: quoniam non sunt dubia, & arbitramentum est quædam transactio: vt inde §. j. in authentico. vt differ. iudi. licet in aliquo differat ab ea: vt lege Lucius. §. finali. ff. ad Trebe. & hoc tenet Cyn. sequendo Iaco. de Ra. in lege si qui ex consensu. C. de epi. audi. & idẽ voluit idem Ange. in lege eleganter. §. si quis post. ff. de condict. indebi. & facit, quod voluit Bartolus in dicta l. post rem. ff. de transact. videlicet, quòd quando petitur executio alicuius sententiæ, pars, contra quam petitur, non potest petere illam causam committi in arbitratorem ex forma statutorum loquentium, ꝙ quæstiones compromittantur, cum non sit questio; quia est iam decisum. & idem dicit esse, quando petitur executio instrumenti guarentigæ: quia non poterit peti cõpromissum, sicut nec de re iudicata, & ibi subdit, non valere transactionem super eo, ꝙ est decisum: vt ibi, & lege j. est ti. & hoc, si cõstat, & qđ no. idem Bar. in dicta lege eleganter. §. si quis post. & in lege si causa cognita. C. de transact. & idem voluit D. Pet. de Ancha. consi. 211. D. Anto. Io. de Imo. D. Car. in c. interposita. de arbi. Bal. in l. 2. C. de legi. & ibi dixit Rapha. Fulgo. statutum, quod cogit affines ad compromissum, ꝙ intelligitur de dubitabili re, & in l. ancillæ. C. de fur. idem voluit ibidem Bald. & in l. 1. C. qñ prouo. non est necess. & Bal. & Bar. in 1. constitu. C. Bal. in l. si diuersa. C. de transf. & in repetitione. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. quinimo dixit idem Bald. ꝙ vbicunque opponitur exceptio impeditiua litis ingressus: tunc non vendicat sibi locum dictum statutum de cõpromisso fiendo: ita dixit in l. si qua. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in l. si fratris. C. de transac. & etiam procedit hoc, si parte dicant, ꝙ esse posset lis super eo, super quo compromittunt: quia tunc non staretur eorum assertioni: ita dixit Ange. in l. cum hi §. sed cum lis. ff. de trãsa. & in d. l. eleganter. §. si quis post. & in consilio incipiẽte, in Christi nomine amen, in splendida ciuitate Florẽtiæ. & facit ad hoc, quod not. Barto. in dicto §. sed cum lis. & Innocen. in capitu. grauis, de deposi. Modò in casu nostro istud negotium est liquidum, clarum, & indubitatum: quia diuisio ista facta fuit in forma solenni, & secũdùm dispositionem statuti Parmensis, & per plures annos steterunt in diuisione illa sic facta, & fuit firmata iuramento. vnde sicut post rem iudicatã non potest transigi, vt est dictũ: ita post diuisionem, quæ iam transactio est, non debet compromitti: & quia iuramentum, res iudicata, & transactio æquiparantur: vt l. 2. ff. de iureiuran. & est trãsactio exceptio impeditiua litis ingressus: vt est text. in capitu. primo. de litis contest. libro sexto. & latè per Bald. in l. postquam liti. C. de pac. ergo nullo modo potest peti fieri compromissum. nam validitas, & congruentia ipsius statuti est extracta ex singulari & mirabili ad hoc textus. l. congruentius. C. de patri. po. in versiculo, congruentius quidem videtur, intra domum inter te & filios tuos, si quæ controuersiæ oriuntur, terminari. & per illum textũ dicit ibi Baldus saluari statuta ciuitatum. & sic tale statutum est fundatum iure communi intantum, ꝙ videtur tex. mirabilis & singularis in l. j. §. quamuis. ff. vbi pupil. edu. deb. per quem textum videtur, ꝙ consanguineus tenetur acceptare tale compromissum: vt in l. 3. ff. de arbit. & sic tale statutum de compromisso fiendo inter fratres est conforme iuri communi, & infert ex verbis suis Bald. in d. l. congruentius. ꝙ illa l. docet viuere polyticè in quæstione, quæ vertitur inter patrem & filios, & multoties inter ipsos fratres. & sic illa lex loquitur de controuersia & quæstione. ergo intelligitur de ea controuersia, quæ canonicè esse potest. Modò in proposito nostro nulla potest esse quæstio in casu nostro: quia ista diuisio fuit canonice & solenniter facta cum interpositione iuramenti: & sic dicitur negotium transactione finitum, sequitur, ꝙ nullo modo vendicat sibi locum dictum statutum. non enim fuit mens ipsius statuti, velle imponere litem & controuersiam, vbi non est de iure. Et si quispiam dixerit, amice, sufficit asserere, posse esse dubium. Vnde Bald. in d. §. qui prouocauit. dicit, asserere esse posse dubium, & Bart. in dicta l. post rem. dixit, ꝙ si talis sententia posset probabiliter refricari in dubium, tũc posset transigi, & compromitti. Ad hoc respondeo Bald. in dicto §. qui prouocauit. male loquitur, & dicit contra doctrinam Inno. in dicto capitulo grauis. & contra doctrinam, quę colligitur ex d. §. si cum lis. & contra doctrinam Angeli in dicta l. eleganter. §. si quis post. & in d. §. sed cum lis. & in præallegato consilio. & etiam dictum Bald. non militat in casu nostro: quia loquitur eo casu, quo partes ambæ de concordia asserunt, posse esse dubium, quo casu non loquitur Bald. vnde cum esset iniquissimum dicere, ꝙ lites iam sopitæ, & discordiæ quitatæ, possent ad assertionem alterius partis resurgere contra dispositionẽ
3 iurium superius allegatorum. Et maximè † quia in casu nostro emanauit illa diuisio cum curatore illius minoris, & cum autoritate iudicis, vt disponit statutum: quo casu præsumitur abesse omnis dolus & omnis fraus: vt est textus in l. j. C. de prædi. curia. libro 10. Baldus in l. 2. C. de rescindenda venditione. & Angelus in l. si quis cũ aliter. ff. de verborum obligationibus. dominus Anto. in c. cum pridem. de pact. & in c. accepta. de restitutione spolia. & Bald. in l. fina. C. de contrahen. emptio. & quod not. in capitulo cum clerici. de censi. & quod notat Bal. in authen. si qua mulier. C. ad Velleia. & not. per scribentes in capitulo cum dilecti. de emptio. & vendit. & etiã;
4 quia † pro instrumento præsumitur: quia tale præsumitur esse instrumentum, quale apparet in sua prima figura: vt l. quamuis. C. si quis alteri vel sibi. capitulo illo vos. de pigno. capitulo ad nostram, de emptio. & venditio. Bald. in l. ab Anastasio. C. manda. & sic nullo modo est præsumendus dolus, aut fraus in ista diuisione. Quo ergo colore potest dicere ille, vt fiat compromissum super re liquida. Vnde textus aureus in ista materia in dicta lege tres fratres. præsupponit dolum interuenisse. dicitur enim ibi. qui absentes erant tempore suæ matris, cognouerunt pecuniam auream a fratre suo fuisse subtractam, ꝙ non contingit in casu nostro. & sic vr̃, ꝙ nõ potuit iudex pronũtiare cõpromissum esse fiendũ. Et si

dicatur,

5 dicatur, ꝙ ipsum † statutũ disponit, ꝙ intelligatur esse lis,& quæstio per solam citationẽ emanatam, vnde fuit sufficiens sola citatio ad ipsum compromissum petendum. Istud nullo modo obstat: quia ipsum statutum, vt superius dixi, intelligitur secundum dispositionem iuris communis, vt in capitulo causam quæ.de resc.capitulo cum dilectus, de consue. capitulo dilecto. de ver.sig. capitulo ex parte. eod.titu.l. si serui nostri. C. de noxal. cum si. Sed de lege congruentius. C. de pa.po.loquitur de controuersia,& intelligitur de controuersia, quę iustè moueri potest. Vnde pulchrè dicebat Bal.in lege j.C. de his quæ pen. no. quòd si testator priuauit hæredẽ hæreditate, si molestet vxorem, intelligitur, nisi illa molestia ex iusta causa mota fuerit. Vnde istud statutum intelligitur de q̃stione & lite, quæ iusta ex causa potest inter ipsos fratres moueri,& ne partes ipsæ incipiant litigare coram iudice ordinario, voluit statutum, quòd sufficiat sola citatio. & sic intelligitur de citatione fienda respectu litis & quæstionis, quæ moueri pōt iustè & rectè. Modo in casu nostro non potest moueri quæstio, vt est superius dictum: ergo non potest fieri citatio. Et sic eo casu, quo esset necessaria lis, statutum voluit, quòd sufficeret citatio:& ista fuit mens ipsius statuti. Alias non esset finis imponendus litibus ipsorum fratrum & coniunctorum; quia semper posset fieri citatio, & maximè in casu nostro, cum dictæ partes super istis diuisionibus diu litigarunt, & recedentes a lite transegerunt, vt dicit D.consulens.& ideo tale statutum non vendicat sibi locum in literam sopita per transactionem, & per consequens malè fuit pronuntiatum, compromissum fieri debere.¶Est nũc videndum, vtrum dominus Vicarius potuerit istam absoluere ab isto iuramento aduersario, cui tale iuramentum fuerat præstitum, non citato. Et circa hoc est accuratè cōsiderandum, quòd hic Bononiæ in foro episcopi practicatur, quòd citatur pars, quando q̃s vult absolui a iuramento præstito: vt veniat contra instrumentum. & ita etiam vidi practicari alibi. est videndum,
6 si de iure † debeat fieri citatio aduersarij. Et certè dicendum est, quòd non potuit talis relaxatio fieri: quia ius tribuit aduersario, & inhabilem habilitat ad iudiciũ. ergo non habet in se rationem, quòd non debeat pars citari: imo contrarium colligitur ex no.in lege 3.§.causa cognita. ff. de bo. poss. titul. generali. nec potest dici modicum interesse excludere aduersarium a limine iudicij, propter multas moras iudicij, & propter ipsius dubium euentum. & insuper sumptibus & litibus interest partis non vexari: vt lege minoribus. ff.de minoribus.l. quod debetur. ff. de pecul. & posito, quòd esset modicũ interesse,& minimum, tamen non debet iudex partem lædere, ar. capitulo, de appellationibus.de appella.& l.& in minoribus. ff.de appel. ex quo igitur clarissimum est, quòd vertitur interesse partis eius, aduersarium ab agendo repellere, ipsum iudex habilitare non potest parte non citata. nam vt dixit tex. in capitulo j.de caus.possessio.& proprie. extra inauditam partem aliquid diffinire non possumus, nec debemus. capitulo inter quatuor. de maiori.& obedien. lege fina. in versicu. cognitionaliter. C.de legi. capitulo ecclesia sanctę Mariæ. de constit. cum simi. est enim hoc iuramentum præstitum parti. ergo non potuit remitti per iudicẽ motu proprio: vt not. in capitulo auctoritate. 15.q.6.& sic cum in casu nostro iurauit seruare dictam diuisionem, & iurauit non petere absolutionem a tali iuramento, sequitur, quòd non potuit D.Vicarius eum absoluere & habilitare ad agendum: cum duo iurauerit, & potentius sit duplex vinculũ iuramẽtale. Facit, q̃d habet de duplici cōsensu,& de duplici obligatione naturali,& de duplici cōfessione, & de duplici enuntiatione verborũ.l.si.C.ad l.Falci.l.antiquę. C.ad Velleia.l.in contractibus. §. de illo.C.de nō nume. pecu.l.cum simus. cum sua glo. C.de agri. & censi.lib.11. & l.j.C.de plus peti.& quod not.glo. in clemẽ. cum a repulsione. de appel. & sic iuramentũ operatũ est in casu nostro duplicem effectum, videlicet obligauit personam ad non petendum absolutionem,& operatum est confirmationem contractus, in maiori efficacia & effectu. vnde cum transactio est iurata, vt in casu nostro, crederem indubitanter necessariam fuisse causæ cognitionem:& per consequens citationem, super qua fundatur omne iudicium: vt no. in dicto capitulo ecclesia sanctæ Mariæ.& in rubrica.ff.de in ius vocando. probo hoc ex eo: quia transactio iurata producit multiplicem effectũ, vt patet in lege si quis maior. C. de transa. non videt ergo permissum iudici, ex abrupto ipsius vires debilitare per relaxatione iuramenti, quando censetur esse pars contractus,& concomitantia: sicut dies & omnia pacta. lege j.ad fi.ff.de eden. lege fundi partem. ff.de contrahenda emp. capitulo abbate. de re iudi. formæ igitur contractus datæ a contrahentibus non videtur permissum iudici detrahere: vt lege in conuentionalibus. ff.de verbo. obli.& nedum iudex, sed nec imperator potest sine causa tollere ius alterius: maximè quòd descendit ex conuentione, & sic ex vinculo naturali: vt lege j. ff. de pac. per Inno. in capitulo quæ in ecclesiarum. de consti.& no.in lege quoties. C. de preci. impera. offe. iuramentũ autem præstitum homini est de iure naturali: vt no.per Archi.in capitulo auctoritatem. 15.q.6. Præterea inter laicos iudex ecclesiasticus cognouit de viribus iuramenti: sicut in simili, de ordine cogni. capitulo primo, nulli autem est dubium, quòd de causa spirituali incidenter mota est ad cognoscendum parte citata. capitulo tuam. de ordi.cogni. capitulo lator. qui filij sint legi. Sicut ergo iudicis sententia est ipso iure nulla super toto contractu non præmissa causæ cognitione, & citatione legitima: vt lege ea quæ. C. quomodo & quando iudex. cle. pastoralis. de re iudi. lege de vnoquoque. ff. eodem. lege deserta. C. si ob pub. pen. Ita etiam debet esse nulla super parte contractus deducta in ecclesiastico foro, ar. l. quæ de tota. ff. de rei vend. facit lege prolatam. & quòd ibi no. Bar. C. de sen. & interlo. om. iudi. & in capitulo cum ex literis. de in integ. resti.& per consequens talis absolutio fuit ipso iure nulla nō citata parte. Preterea accedat, q̃d pulchrè voluit Inno. in capitulo j. de iureiur. vbi dixit, ꝙ relaxatio iuramenti primo loco spectat ad partem, cui est præstitum, & in eius contumaciam & contenptum, potest iudex ex officio relaxare: vt in c. debitores. vnde vbicunque actus ordine successiuo spectat ad plures, nō valet, quòd agitur per sequentem in gradu ante deuolutionem ad ipsum, arg. lege quandiu. ff. de acquiren. hær. & no. in capitulo prudentiam. de offic. dele.& in cap. ab excõmunicato. in nouella. de rescriptis. & maximè est verum cum subrogatur iudicis officiũ. & sic manifestè apparet, quòd absolutio a iuramento facta per D.Vicarium fuit nulla. & per consequens nomen sententię nō meruit: vt d. cle. pastoralis. de re iudi.& lege 2. §. testamentum. ff. quemad. te. aperian. quinimo non esset ponere
7 os ad coelum, dicere, quòd cum venerit † contra transactionem iuramento firmatam, supplicando, vel aliter veniendo contra; incidit in pœnas, de quibus in lege si quis maior. C. de trãsactio. nec Vicarij auctoritas, qui eũ propere & temere absoluit, excusat eum a temeritate, quæ vertitur in veniendo contra ipsam transactionem, seu diuisionem. iuxta notata in lege iustè. ff. de acquiren. possessio. capitulo fin. de clande. despon. l. meminerint. C. vnde vi. Et maximè hoc verum, quando ipso procurãte, & ad eius instantiam Vicarius relaxauit, vel talem absolutionem fecit per aliũ postulantem nomine suo, & illam ratam habuit tacitè, vel expressè. capitulo finæ de confess. libro 6. lege cum prætor. ff. de iudi. & sic videtur, quòd dictus absolutus inciderit in penam; dictę lege si quis maior. Præterea facit, quod voluit Ioannes And. in additioni. Speculatoris, in rubrica de iureiurando. §. j.
8 versicul.& not. vbi concludit, quòd † iuramentum est temerarium etiam ex parte iurantis tunc non requiritur partis vocatio: vt in capitulo cōstitutis. de testibus. quia

tunc potius requiritur denuntiatio, quòd nō sit ligatus, quàm relaxatio,& hoc procedit quando manifestè con stat iuramentum non ligare: quia in notorijs non est opus venire ad iudicium: vt in c.quoniam,de fi.presb.si autem possit dubitari; tunc aduersarius, cui iuramentū fuit præstitum,est vocandus:quia cum sua intersit, ne re laxetur,ergo debet vocari.capitulo primo.de causa pos. lege, de vnoquoque.ff.de re iudi.si verò non fuerit iura mentum temerarium ex parte iurantis: tūc siue agatur, vt absoluatur ab obligatione cōtractus,quem dicit vsurarium, siue petat absolutionem a iuramento,de vsuris infra certam diem soluendis præstito, siue de solutis nō repetendis,semper pars aduersa est vocanda: nisi taliter iurasset, quòd vocari non posset, quin incideret in periurium. Et Federicus de Senis,consilio 289. dicit, quòd petens absolutionem a iuramento præcedente contractum vsurarium,debet parte vocata probare saltem semiplene contractum fore feneratitium, & valebit hæc plena probatio dumtaxat ad obtinendam absolutionē a iuramento:sed postmodum, vt pronuntietur contractus vsurarius oportet, quòd plenè fiat probatio:nec illa semiplena faciet fidem in hoc iudicio, cum ad aliud agatur nunc, vt in capitulo veniens.el secundo.de testi. Et plus dicit,quòd iudex ecclesiasticus non debet facere inhibitoriam iudici seculari, ne procedat ad executionem:quia prima fronte non apparet vsurarius, nisi parte vocata:sicut iudex ad quem non inhibet iudicia quo, nisi vocatis partibus, vt in capitul.Romana.§.si verò.de ap. lib.6.Et ideo dixit D. Abb. in d.capitulo j.de iureiur. quòd vbicunque iuramentum est obligatorium ex par te iurantis,& aliquam vtilitatem continet ex parte recipientis, iuramentum nunquam retractari debet nisi vo cata parte. & rationem huius conclusionis dicit esse: qa ex quo per actum huius absolutionis paratur præiudicium parti:quia sibi vtilitas adimitur,debet pars vocari: quia non debet fieri in præiudicium absentis, vt in d.capitulo inter quatuor 3.q.9.capitulo caueant.& capitulo omnia.lege fi.C. si per vim vel alio modo. partis autem recipientis videtur semper quasi interesse: quia vtile est sibi habere partem vinculatam iuramento,cum multa iuramentum operetur: & saltem accumulat forum foro.capitulo laicus. de foro compet.lib.6.tum quia absolutio non debet fieri,nisi causa cognita: vt no.Innoc.in capitulo ad aures,quod me.causa.Spe.in ti.de lega.§.nūc ostendendum.vers.14.& sequenti.vnde non potest episcopus absoluere causa nō assistente:sed causæ cognitio adhiberi non potest, parte non vocata.l.in causa cognita.ff.de mino. & capitulo cum ex literis.de in integ.resti. & l. fi.C. si per vim vel alio modo. & sic absolutio non potuit fieri causa non cognita, & parte non citata. hæc D.Abb.putat esse vera,nisi iuramentum notorię contineret turpitudinem ex parte recipientis: ita quòd parti absenti sit manifestum nullam defensionem in hoc cōpetere:quia tunc putat valere absolutionem parte non citata. cum ergo in casu nostro non constat notoriè de turpitudine recipientis iuramentum. ergo sequitur, ꝙ non potuit fieri ista absolutio parte aduersa non citata. Facit,quod voluit Bal.in d.capitulo debitores. vbi dicit, quòd si debitor non vult soluere, quòd remedium habet:refert Innocent.dicere, quòd debet petere cogi creditorem ad relaxādum illud iuramentum:& si creditor non vult relaxare illud iuramentum, relaxabit iudex: sed si creditor est absens, habet necessario debitor soluere, & postea repetit, secundùm Innoc. quòd ipse Bal.ibi intelligit,quando sine dolo malo creditor se absentauit.alioquin iudex potest relaxare,ne dolus patrocinetur creditori,cuius absentia Dei præsentia repletur. lege properandum.§.sinautem.C.de iudi.Et sic apertissimè ibi sentit Bal. quòd nō potest relaxari iuramentum parte non citata, nisi per dolum se absentasset. Et facit, quod latissimè consuluit D. Pe.de Ancha.consilio 363. vbi refert plures alios consuluisse, quòd episcopus non potuit absoluere a iuramento habilitando ad agendū, nisi prius vocato aduersario,& ibi etiam consuluit, ꝙ si erat transactio talis, quòd petens absolutionem a iuramento præstito incidebat in pęnam. lege si quis maior. supra allegata. & ita est dicendum in casu nostro. & sic communis scribentium opi. ita se habet, quòd petatur absolutio parte vocata,& citata eo casu,quòd absolutio a iuramento petitur,vt iurans habilitetur ad agendum: voluit Oldra. Ioan. An.Federi.de Senis,Abb. de Sicilia. Bald. & communiter omnes in dicto capitulo primo. & in dicto capitulo debitores.sequitur, quòd talis absolutio fuit nullius momenti. & per consequens tenetur obseruare diuisionem & transactionem iuratam.lege si quis maior.præallegat. ¶Capio nunc tertiam dubitationem, vtrum ipsemet iudex, qui pronuntiauit compromissum fiendum,vel successor eius,possit talem interlocutoriam reuocare: & videtur,quòd non: quia non potuit appellari a tali interlocutoria: quia cum regulariter sit prohibita appellatio ab interlocutoria: vt lege ante sententię.ff.de appellatio.reci.lege secunda.C.de episco. audien.no.in lege minoribus. C.de his qui.vt indig.& in lege intra vtile.ff.de mino.& in lege arbitrio.ff.qui satisdar.cog. & in lege ante sententiam. C. quorum ap. non recip.& in lege prima,ad fin.ff.de ap. si ergo est præclusa via appellandi, erit præclusa via reuocandi, argumento lege oratio. ff. de spon. & capitulo cum quid.de reg.iur. lib.6.facit cle. constitutionem. §. insuper. de elec. vbi si est prohibita appellatio,est prohibita querela.Ita in pro posito non potest appellari ab ista sententia interlocutoria ex dispositione iuris communis: nec etiam ex dispositione statuti Parmēsis.ergo sequitur, quòd non po test reuocari. Sed istis non obstantibus contrarium puto esse de iure verius videlicet, quòd potuit appellari,& etiam reuocari.Et circa hoc est accuratissimè ponderandum,quod ista interlocutoria fuit iniusta,& sapit iniquitatem: vt superius in primo dubio expressum est ad ple-
9 num,quo casu posito, non tamen concesso, quòd † nō posset pars appellare ab ista sententia: nihilominus iudex ex suo officio potest supplere,opponendo, reuocādo, & similia agendo. facit solennis tex. in capitulo indemnitatibus.§.sanè.de ele.lib.6.& ibi Dominicus dicit, ꝙ licet pars repellatur a facultate opponendi,excipiendi,non tamē repellitur iudex, quin possit ex suo officio opponere,& dominus Pet.de Ancha. in c.cum inter.de excep.dixit,quòd licet excommunicatus non possit agere contra iniuriantem:tamen iudex ex suo officio poterit eum punire,alle.Oldr.lege item apud.§.si quis sic fecerit.ff.de iniur.Et Bald.in l.j.C.de vindi. manu.vbi dixit,ꝙ licet pars nō possit defendere se ex dispositione statuti: tamen iudex poterit ex suo officio opponere,alle.Innocent.in capit.cum olim.de censi.& Ioan. de Imo.in lege cum lege.ff.de testa. dixit, quòd licet bannitus non possit opponere obstante statuto, tamen poterit iudex ex suo officio opponere: quia licet repellatur pars,non tamen repellitur iudex. & idem voluit in lege de pupillo. §.si procurator.ff.de ope. no. nunc. & facit, quod no.D. An.in capitulo cum dilectus. de consuet. Ita dicamus in casu nostro,posito non tamen concesso,ꝙ pars nō posset appellare, aut opponere cōtra iniquitatem istius sententię: nihilominus iudex ex officio suo poterit opponere,& illam reuocare. Præterea facit, posito non tamē concesso,quòd pars non posset appellare ab ista interlocutoria: nihilominus non est prohibita querela. tex. est in capitulo pastoralis. & in capitulo cum in ecclesia. de ap.& hoc ibi tenet Pe.de Ancha.& ibi dixit D.Bal.in l.fi. C.de sen.& interlocutio.om.iud.ꝙ licet statutum remoueat appellationem,supplicationem,& similia: non tamen remouet recursum.Et in l.fi.C.de edic.di.Adri.tol. dixit, quòd licet statutum tollat appellationem, non tamen tollit, quin superior possit adiri pro iustitia fienda, si iudex interlocutoriè pronunciauit,& sic in indiuiduo Bald.ibi decidit istam dubitationem. Et do.Dominicus

nicus in capitulo ſtatutum.§.aſſeſſorem.de reſcript.libr. 6.dixit, quòd licet non poſſit appellari, cum quis arbitratus eſt per ſuam conſcientiam: nihilominus poterit miſericorditer implorari officium ſuperioris, vt corrigat illud, quod iniuſte factum eſt. facit gloſſ.in capitulo ſuſcitata.de in integ.reſti.quæ dicit, quòd licet contra ſententiam non poſſit opponi aliqua exceptio tamen poteſt opponi exceptio, quæ obeſt ſententiæ, ſi de illa conſtet incontinenti,& ſic ſequitur ex iſtis, quòd poterit adiri ſuperior ad reuocandam dictam ſententiam: poſito, non tamen conceſſo, quòd pars non poſſit appellare, & iſta apponunt gladium huic certamini. Secundo videtur, ꝙ
10 potuerit † appellari data iniuſtitia euidenti,& ad hoc alle.elegans dictum Do.Barto. in lege j.C.ſi de mo.poſ.appel.fue.vbi dicit, quòd licet a ſententia lata ſuper poſſeſſione momẽtanea, non poſſit appellari, vt ibi habetur: nihilominus ſi eſt euidenter iniuſta, poteſt appellari, alle.doctri.Innocen.& hoc formaliter voluit Barto.in l.j. in j.q.ff.de appella.recip.facit ad hoc, quod voluit idem Bal.in l.ſecunda.C.de epi.audi.Cum ergo in caſu noſtro iſta ſententia eſt euidenter iniuſta: vt apparet ex ſuperioribus dictis in primo dubio: ergo ſequitur poſito, non tamen conceſſo, quòd non poterit appellari ab iſta ſententia:tamen data euidenti iniuſtitia potuit appellari, & iam euidẽs iniuſtitia in iſta ſententia colligitur ex dictis in primo dubio. Tertio poſito, quòd non eſſet euidens iniuſtitia.dico, & iſtud eſt firmũ vt in firma petra, quòd potuit appellari: licet enim ab interlocutoria non poſ-
11 ſit appellari regulariter: tamen vbicunque † infert tale grauamẽ, quod eſt irreparabile in diffinitiua, ſemper poteſt apppellari. Iſta eſt ſententia Barto.lege ſecunda.ff.de appellatio.recipien.Bald.in dicta l.ſecunda.C.de epiſ.audi.& in lege arbitro.ff.qui ſatiſda. cogan.& in lege minoribus.C.de his qui.vt indi.& text. in lege ſi quis prouocatione.C.de appellatio.ſed ex iſta interlocutoria de fiẽdo compromiſſo infertur grauamen irreparabile per appellationem a diffinitiua: quia cum non debeat fieri cõpromiſſum, ſi fiat compromiſſum & ventiletur quæſtio ſuper diuiſione, fruſtra quæritur, ſi appellatur a ſẽtẽtia arbitrorum de illo compromiſſo. Idem dicamus, quando interlocutoria eſt talis, quæ meretur executionem: nam poteſt ab ea appellari.vt lege ait prætor.§. permittitur. ff. de minor. ſed iſta interlocutoria meretur executionem: quia per eam cogentur partes facere compromiſſum, ergo ſequitur, quòd potuit ab ea appellari. Facit quod voluit Bal.in dicta lege arbitro.vbi dicit, quòd vbi-
12 cunque † interlocutoria præiudicat in facto principali, vel tangit ſubſtantiam negotij: vt in lege intra vtile.ff.de minor. tunc a tali ſententia poteſt appellari. Sed iſta interlocutoria, in qua pronũtiatum fuit compromiſſum fiẽdum, & illum eſſe abſolutum a iuramento, tangit negotium principale, & ſubſtantiam illius, quia venit ad infringendam ipſam diuiſionem. ergo ſequitur, quòd potuit appellari. Facit, quod voluit Baldus in dicta lege ſecũda, de epiſcop. audien. in quæſtione quinta. vbi querit, iudex pronuntiauit eſſe procedendum ſuper libello inepto, an poſſit appellari ab iſto grauamine, & dicit, quod poteſt: quia iſte appellãs cogitur ad factum, ſcilicet procedendi in cauſa, quod factum non poteſt poſtea reparari. lege, in bello.§. factæ.ff.de cap. Item eſt in caſu noſtro: quia ſi pars cogitur ad compromiſſum faciendum, & ad litigandum coram arbitris, iſtud grauamen nõ poteſt reparari: ergo ſequitur, quòd potuit appellari. Et idẽ etiam dicit idem Bald. ibi, in 8. queſtione, quod ſi interlocutoria includat proceſſum, qui debuit excludi, continet grauamẽ, a quo poteſt appellari. Ita erit in caſu noſtro cũ interlocutoria includat compromiſſum, & proceſſum fieri coram arbitris: quia imo debet excludere: ergo poterit appellari. Facit etiam: quia per iſtam interlocutoriam pronunciatur, arbitros eſſe in iſta cauſa iudices, ſeu arbitros, quo caſu ſuccedit regula gloſſ. in auth. habita. C.ne filius pro pa. quòd quando quis pronuntiat ſe iudicem, vel non iudicem. poteſt appellari: ergo ſequi-
13 tur, quòd ab iſta interlocutoria † poterit appellari. ¶ Reſtat nunc videre, ſi poſſit talis interlocutoria reuocari.& clarum eſt, quòd poteſt etiam per eundem iudicem, qui illam interlocutoriam tulit: & hoc probat textus formalis in capitul. cum ceſſante. de appellatio. vbi ſi a iudice, a quo eſt appellatum a grauamine, illud reuocat, poteſt in cauſa principali cognoſcere, & ſic probat ibi text. quòd iudex, qui tulit interlocutoriam grauando, poteſt illam reuocare. facit lex, quod iuſſit.ff. de re iudic.& procedit ille textus tam in iudice ordinario, quàm in iudice delegato, etiam ſi fuerit appellatum, & ſic ampliat illa decretalis dictam legem, quod iuſſit, vt procedat etiam in delegato, etiam ſi fuerit appellatum.& in hoc text. dicit capituli, cum ceſſante. eſt vnicus & ſingularis. Et dixit Antonius in capitulo cũ M.de conſtitutione. quòd ſi iudex aſſignauit terminũ ad peremptorias opponendas, quòd illa aſſignatio eſt interlocutoria, & poterit iudex illam reuocare, allega. dictum capitulo cum ceſſante. & gloſſam in capitulo ſecundo. de dila.& capitulo cõſuluit, de offic. delega. facit gloſſa. in lege prima. C.ſententiam reſcin.non poſ. quæ dicit, ꝙ indiſtincte interlocutoria tolli & reuocari poteſt, quam gloſſ. reputat ſingularem Angel. ibi. Facit, quod voluit Baldus in lege ſecunda.ff. vbi pu.edu.debet.vbi dicit, quòd iudex poteſt reuocare ſuũ decretum. Et pulchre dixit Dominicus in capitulo primo.de ſuplen. neg. prælato. libro ſexto, quòd iudex poteſt reuocare ſuam interlocutoriam, quæ ſapit notoriã iniuſtitiam.& dixit Baldus in dicto capitulo cum ceſſante, quòd ſi grauamen eſt verbale, reuocatio fiet verbo, ſi reale, fiat re & facto.alleg. Speculato. in titulo. de except. §.viſo.verſiculo, iudex videt ſe male interloquutum. Facit, quod volunt domini de Rota, deciſione 23. vbi dicũt, ꝙ quoties fertur talis interlocutoria, ꝙ finitur iuriſdictio iudicis pronũciantis: tunc iudex nõ põt illã interlocutoriam reuocare, & ſic poterit iſte iudex, qui pronũtiauit, a quo eſt appellatum, reuocare talem interlocutoriam. Ergo eodem modo poterit ipſe ſucceſſor: cum ſit idem officium, idem tribunal, & eadem dignitas. vt lege cum proponebatur ff. de iudicijs.& ideo dixit Bartolus in lege excuſatore. ff. de appellationibus, quòd ſucceſſor poteſt interpretari ſententiam ſui prædeceſſoris: quia eſt idem tribunal, & idem officium. ſequitur ibi Ioannes de Imola. ita in propoſito, ſi ipſa poteſt reuocari nedum infra decem dies datos ad appellandum: ſed etiam poſt decem dies: quia licet tranſeat in rem iudicatam quò ad partes, non tamen quò ad iudicem: vt in capitulo cum dilecti. de election. & tenet gloſſa in dicto capitulo cum ceſſante, & ibi Ioannes Andreas refert opiniones tactas in dicta lege, quod iuſſit, quòd poſt decem dies reuocari poteſt, & facit, quod voluit Innocẽ. in capitulo ſacro, de ſenten. exc. & facit, quod not. Bart. Angel. & Ioan. de Imola in dicta lege, quod iuſſit. Et ex iſtis elicitur concluſio veriſſima, quòd diſpoſitio ipſius ſtatuti non habet locum, quando res eſt liquida & clara, & ſic non vendicat ſibi locum in inſtrumento iſtius diuiſionis, & talis abſolutio a iuramento fuit nulla, & nullius vigoris, parte nõ citata: & talis interlocutoria fuit iniuſta, & iniqua, & potuit per iudicem, qui illam tulit reuocari, ſeu per eius ſucceſſorem. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Filiifamilias mercatores ſericariam negotiationem exercentes, ſciente, tacente, & patiente, parte emptorem quendam ſuæ mercis debitorem habentes, & eius nomine aliũ fideiuſſorẽ, qui vt ſcriptura a cenſali quodam facta continebatur, ad inſtantiam debitoris ſe obligauerat, quique ſubſcripſerat

pserat hoc mō, sum contentus & obligo me in quātum supra scripta scriptura continetur & cet. Ea autem scriptura præscriptum habebat terminum, quo lapso, cum a debitore cessaretur, filii illi familias, sine aliquo patris expresso consensu fideiussorem istum in carcerem coniici curarunt. Dubitatum est, an ea legitima fuerit īcarceratio: sed certe fuit, nec patris consensus expressus necessarius fuit. Quin etiam, quòd negabatur, debitor obligatus erat, nec contradicebat: & ipse alioquin tū veluti ex promissione teneri potuit, tum ex ipsa subscriptione vere tenebatur & obligatus erat. Et cum statuto mercium caueretur, vt priuata scriptura terminum habens executioni mandaretur: licet ea subscriptio terminum non haberet: tamen habenti facta fuisset: recte ea executioni mādata est. Nec vere quicquam profuit exceptio cedendarum. Nam debitor obligatus istis filiis fam. erat, & etiam valere intercessio tanquam expromissio poterat, quæ pro non obligato interponitur & cōsistit. Certior autem fieri cessationis principalis debitoris, cum terminus obligationi accessisset, nullo modo ante capturam debuit, proinde frustra id obiectum fuit. Cæterum hac eadem ratione moram purgare non potuit: sed & statutum & aliæ rationes non patiebantur.

SVMMARIVM.

Captura debitoris filiorumfamil. iure sine consensu patris facta est, cum debitum est liquidum. nu. 1.

Captura cum fieri potest; quia debitum constat, de ea disputare est de apicibus iuris, quòd in curia mercatorum non licet. numero 2. & 3.

Curia mercatorum de apicibus iuris disputationem non admittit. numero 4.

Exceptio non interpositi consensus patris locum non habet, vbi de æquitate agitur. nu. 5.

Filiusfamilias solus potest iudicis implorare & impetrare officium. nume. 6.

Fideiussor dicitur debitor, etiam in statutis de debitori loquentibus. numero 7.

Filiusfamilias sciente patre & patiente negotiationem aliquam exercens, consensu patris facere videtur. nu. 8.

Consensus partis in casu principali præstitus videtur in executione durare. numero 9.

Filiusfamilias sine consensu patris id agere potest, quod sibi commodum & vtile est. numer. 10. & 11.

Principalis debitor quibus rationibus obligatus arguitur. numero 12.

Expromissor pro non obligato interuenit, & obligatur. nume. 13. & 20.

Sponsor dicitur, qui non ad instantiam, vel preces alterius: sed sponte se pro alio obligat. nu. 14.

Subscribens manu propria habetur quasi totā præcedentem scripturam fecisset, & obligatur. nume. 15.

Subscriptio de principali obligatione mentionem faciens subscribentem obligat. nu. 16.

Subscriptio consensum inducit. numero 17.

Subscriptio diem non habens, illum habere videtur, quem principalis obligatio, quam refert, habet. nu. 18.

Qualitas adiecta præcedenti orationi, an videatur in alia repetita. numero 19.

Exceptio rei venditæ non traditæ, non potest executioni instrumenti obijci, statuto cauente vt executione mādetur in rebus & persona, nec vlla exceptio opponi possit. nu. 21.

Emptor, pretio non soluto, recte ad rem emptam, vt sibi tradatur agere potest. nu. 22.

Excussio in foro mercatorum, vbi seruatur æquitas non habet locum. numero 23.

Mora purgari non potest, vbi statutum compellit ad obseruantiam instrumenti per executionem illius. nu. vigesimoquarto, & 26.

Moræ purgari non potest, cum dies & pœna intercessit. nu. 25.

Contractus rescissio & annullatio pœna est. numero 26.

CONSILIVM LXXXVII.

CApio Primam hæsitationem vtrū captura facta de Laurentia valuerit & tenuerit: adeo quòd veniat cōfirmanda per officialem mercantiæ: considerato, quòd dicti venditores sunt filijfamil. nec interuenit consensus patris in ista captura per ea, quæ habentur in lege finali. §. necessitate. C. de bonis quæ libe. Et superfluis omissis, videtur, φ veniat confirmanda per officialem mercantiæ, quod sic ostendo: posito non tamen cōcesso, φ ista captura fieri non potuisset, nisi iuris ordine seruato: puta interueniēte consensu patris ipsorum venditorum: nihilominus
1 † ex quo de debito constabat, vt ex inferius dicendis apparebit: sequitur, quòd licet nō fuerit facta iuris ordine: nihilominus debet confirmari, & non reuocari. hoc decidit text. elegans in lege finali. §. finali, in versicu. sine notione iudicis coactus est dare: & ibi etiam in ver. quòd si debitis satisfecerit simplici visione, & non cognitione habita, quanuis non extra ordinē exactionem fieri, sed ciuiliter oportuerit, quæ tamen solutioni debitarum ab eo quantitatum profecerunt, reuocari in ciuile est. ff. qđ metus causa. vbi abutens apparitore, & extorquens indebitum, tenetur restituere, extorquens vero debitum nō tenetur restituere. & intelligitur abuti, quādo apparitor non habuit commissionem iudicis, vt ibi. & lege neminem. C. de exhiben. re. & late per Do. Anto. in capitulo primo, de iudic. & etiam est alius intellectus ad illum textum, quòd creditor non abutebatur apparitore: quia alias bene commisit apparitori: sed peccatum erat in ordine: quia non præcedente aliqua fide, vel probatione iudex commisit apparitori, quòd compelleret debitorē ad soluendum: & sic de facto processit: cum debitè factum non rescinditur propter indebitum modum: & sic infertur ex illo text. quòd captura data pro vero debito teneat etiam iuris ordine prætermisso. Modo in proposito nostro, clarissimi iuris esse constat, quòd maior defectus est, quòd apparitor sine iudicis commissione capiat ipsum debitorem per dicta lege neminem, vel quod iudex committat capturam nō cognito de causa, vel iuris ordine seruato, iuxta not. in lege prolatum. C. de senten. & interlocu. omnium iudicum. & per Barto. in lege is apud quem. C. de edend. & in lege multa. ff. de conditio. & demon. & in lege quæsitum. ff. de re iudic. & in lege si finita. §. Iulianus. ff. de damna. infect. & in lege prætor ait. §. hæc autem. ff. ex qui. cau. in pos. ea. quam cōsensus patris interueniēs in captura debitoris ad petitionem filiorum, iuxta notata per glossam in dicta lege finali. §. necessitate. C. de bonis quæ liberis: ergo multo fortius valebit & tenebit dicta captura, non obstante defectu consensus patris, & per cōsequens iniquum esset infirmare capturam, & illam reuocare: cum constet, φđ dictus Laurentius sit fideiussor: & sic sequitur, quòd officialis mercantiæ debet dictam capturam confirmare. Secundo facit elegans dictum Do. Petr. de Anchara. cōsilio 81. incipi. in Christi nomine amen: ex Theoricis &
2 doctrinis, vbi † dicit, quod eo casu, quo captura est factibilis: quia est debitum verum, querelare dictam capturā est disputare de apicibus iuris, alle. lege fideiussor. §. quedam.

dam.ff.manda.vbi dicitur, quòd apices iuris dicũtur, quæ respiciunt magis solennitatem, quam facti veritatem. Et ibi dicit Barto. quod in curia mercatorum debet iudicari de bona æquitate, omissis iuris solennitatibus, quod intelligit non inspectis solennitatibus iuris, hoc est, non inspectis apicibus iuris, quæ veritatem non tangunt negotij: vt si esset intentata actio directa, & competebat vtilis: vel non erat lis contestata, & similia. & sic do. Petr. sentit, quòd eo casu, quo opponitur de nullitate captu-
3 ræ, disputatur de apicibus iuris, & in † curia mercantiali non est disputandum de apicibus iuris: vt dicit Bartol. in dicto §. quædam. ergo sequitur, quòd coram officiali mercantiæ communis Florentiæ, non erit disputandũ de nullitate istius capturæ. Et etiam Bartol. ibi dixit, ꝙ in curia mercatorum non est disputandum, si lis erat contestata, vel non. ergo multominus in casu nostro erit disputandum, si consensus patris interuenerit, vel non: nam litis contestatio est de substantialibus iudicij; adeo quòd non possit omitti, aut remitti de voluntate partium: vt not. in authen. offeratur. C. de lite contestat. & in capitu. de causis, de officio delega. & in authenti. de exhi. reis. §. sancimus. & in capitulo primo, de libe. obla. Si ergo non potest opponi exceptio, quòd lis non fuit contestata ergo multominus poterit opponi in curia mercatorum, quòd non interuenit consensus patris. Et facit, quod pulchrè dixit Barto. in l. quintus. ff. mand. vbi dicit, quòd verecundia est alicui recusare, quòd nudo pacto promisit: & dicit ex illo text. quòd in curia mercatorum, vbi negotium deciditur de bona æquitate, non potest opponi ista exceptio, quòd non interuenit stipulatio, sed fuit pactum nudum. Et Angel. in l. argentarius. in princip. ff. de eden. dicit, quòd isti mercatores tenentur edere libros, ex quo in eis continetur vtilitas editionem petentis, ꝙ dicit obseruari apud tribunal mercatorum Perusij, quam dicit esse consuetudinem laudabilẽ.
4 & mouetur: quia in † dictis tribunalibus non habet locum, nisi æquitas & veritas: non autem iuris rigor. & sic Angel. formaliter videtur præsentem hæsitationem decidere: quia si in foro mercantiali non habet locum rigor iuris, sed æquitas: ergo sequitur, ꝙ ille rigor, vt pater consentiat, quando filius eius agit in iudicio, fundatur in rigore: vt not. in dicta l. fina. §. necessitate. sequitur, ꝙ non habet locum in foro mercantili, vbi de æquitate & bona fide agitur, & per consequens frustra opponitur, ꝙ dicti venditores non habuerunt patris cõsensum in ista captura. Facit etiam gloss. solennis in capitu. dilecti. de iudi. quæ dicit, ꝙ vbi agitur de bona fide, non est disputandum de apicibus iuris, allegat. dicto §. quædam. Cum ergo in casu nostro agatur de bona fide: quia agitur in foro mercatorum: sequitur, ꝙ non erit disputandum de isto cõsensu patris. Facit ẽt, quod pulchrè voluit Bald. in l. si mancipium. ff. de euic. vbi est gloss. ꝙ excussio est de apicibus iuris. & ibi dixit Bald. in suis apostillis, ꝙ
5 † vbi agitur de æquitate, non habet locum exceptio cõsensus patris. Et facit, quod not. idem Bald. in l. si pro ea. C. manda. vbi refert D. Bartol. in dicta l. quintus. & idem Bald. in l. secunda. C. de constitu. pecu. & in tractatu de constituto. & Ludo. Roma. in rubrica. ff. de arbi. ergo sequitur ex isto capite, ꝙ captura non potest dici nulla. Tertio facit, quod not. gloss. quæ reputatur singularis in l. prima. C. qui admit. quæ voluit, ꝙ filiusfami. solus
6 † potest impetrare, seu implorare officium iudicis, & illam gloss. sequuntur ibi doctores. Et ibi dicit Baldus se consuluisse, ꝙ filiusfamil. potuit petere a iudice donationem insinuari. & idem voluit in dicta l. fin. §. necessitate. C. de bo. quæ lib. & pulchrè voluerũt Domini de Rota, decisione 183. quæ incipit. Item ꝙ remissiõ impetrata: videlicet, ꝙ potest filiusfamil. impetrare rescriptum sine consensu patris. & hoc probo per text. ad hoc aureum in c. causam. de iudi. & sic potest filius implorare officiũ iudicis sine consensu patris, sed in dicto statuto marcantiæ dicitur, ꝙ scripta priuata scripta vel subscripta manu debitoris mandetur executioni in rebus & persona, quo casu iudicis officium imploratur, ꝙ scripta illa mandetur executioni: vt not. Bald. in l. secunda. C. de execu. rei iudi. ergo sequitur, ꝙ potuit filiusfamil. sine patris consensu petere dictam literam exequi in persona, vel in bonis ipsius Laurentij fideiussoris. Et si quispiam dixerit, amice, ponderabis accuratè verba ipsius statuti, quæ dicunt manu debitoris: quia videtur tale statutum comprehendere ipsum debitorem principalem, & non ipsum fideiussorem, & sic sumus extra casum statuti. Vnde de propria significatione vocabuli fideiussor non dicitur reus, cum reus dumtaxat appelletur debitor principalis: vt l. potest accipi. §. fina. ff. de fideiuss. & sic videtur, ꝙ si statutum disponit, debitorem carcerandum, non comprehenditur fideiussor: maximè quia fideiussor laborat morbo alieno: vt l. sancimus. C. de fideiuss. Et facit simile, quod dixit Bald. in l. si pro te. C. de dotis promissio. in finalibus verbis. vbi dixit, ꝙ statutum disponit, ꝙ ad petitionem creditoris iudex exequatur instrumentũ guarentigiæ, quod non habet locum in tertio petente executionem: licet sua intersit. Ad hoc respondeo, ꝙ non est insistendum in hoc: quia Bartolus post Gul. de Cug. in l. prima. ff. si cert. peta. ad finem, in versicu. quæro
7 † vtrum fideiussor dicatur debitor? decidit, ꝙ sic, per l. blanditus. C. de fideiuss. & l. si res, in fine. ff. ad Trebel. & l. & magis. circa princip. ff. de fideiuss. Facit etiam; quia in facto præsupponitur, ꝙ isti venditores licet essent filijfamilias: nihilominus exercebant & exercent traficum, & artem serici, vendendo, emendo, & similia faciendo,
8 quæ spectant ad artem, & traficum serici † quo casu præsumendum est de consensu patris, quòd consenserit, quòd istud peculium, licet non sit perfectitium, exercet & traficent, tanquam sint extra patriam potestatem: hoc voluit Baldus in l. post mortem. ff. de adopti. vbi dicit, quòd si filius exercuit mercantias, traficando, emendo, & vendendo, & longo tempore stetit seorsum a patre, quòd si allegat se emancipatũ, præsumitur emãcipatus: & idem voluit in l. si filium. C. de patri. pote. Vnde posito in casu nostro, quòd dicti venditores sint filijfamil. nec allegent se emancipatos: tamen ex quo traficum serici exercent, emendo & vendendo, ipso patre sciente, & tacente, & patiente: sequitur, quòd videtur eis consensisse, vt illud exerceant. Facit l. fina. C. ad Macedo. & ibi Bald. ponit quæstionem statuti dicentis, ꝙ filiusfa. non possit se obilgare, nisi sit mercator, ꝙ in causis mercantiæ poterit se exercere & obligare: & idem voluit in l. tertia. §. ex hoc edicto. ff. nau. caupo. & stab. Et facit, q̃d not. Salyce. in l. macedoniani. & in d. l. fina. C. ad maced. & quod habetur in l. secunda. ff. ad macedo. Et ideo pulchrè dicebat Angel. in reportatis suis Florentinis, ꝙ licet regulariter filius non possit esse in iudicio sine consensu patris: potest tamen pro re peculiari, quando eiusdem peculij administrationem pater sibi concessit: & ad hoc ponderat text. in dicta l. si filius. & ibi Lud. Rom. allegat, quod dicitur in simili de procuratore constituto ad administrandum negotia: quia poterit nomine domini actiones in iudicio intentare: vt in capitulo qui generaliter. de procura. libro 6. & allegat, quod habetur in l. sed si vnius. §. ꝙ si procuratorem. ff. de iniur. Et illam doctrinam Angeli sequitur etiam D. meus Ioan. de Imola, in dicta lege si filius. Et peroptime facit illud, quod in simili dicimus de monaco, qui non potest in iudicio agere sine consensu sui Abbatis: vt in ca. nolo. & in capitu. non dicatis. duodecima quæstione prima. & in capit. ex parte. de accusa. nihilominus si Abbas suo monaco cõcessit licentiam eundi ad studium, quòd in studio pro negotijs spectantibus ad studium, poterit ipse monacus sine licentia Abbatis agere, & experiri in iudicio. alleg. ad hoc gloss. peregrinam in præallega. capitu. nolo. Et facit etiam, quod habetur in capit. cum dilecta. de rescript. & ibi dicunt omnes scribentes, & ibi Reuerendus pater do. & cõsiculus meus Abbas, quòd eo casu, quo monacus

cus habet administrationem alicuius loci, vel rei, potest in iudicio agere & experiri pro rebus spectantibus ad illam administrationem sibi concessam: ita dicimus in proposito nostro. Cum ergo isti filijfamil. venditores videantur tacitè habere administrationem illius trafici a patre eorum: quia ex gestis actibus præsumitur, & intelligitur voluntas, vt dixit gloss. in l. de quibus. ff. de legi. sequitur, quòd poterunt in iudicio agere & experiri pro rebus spectantibus ad ipsum traficum serici sine consensu patris. Facit, quod pulchrè dicit Bald. in l. 3. §. sed vtrũ.
9 ff. de mino. vbi dicit gloss. solennis, quòd census † patris præstitus in causa principali, videtur durare in causa executionis: nec requiritur nouus cõsensus. ergo siue filiusfami. sit reus, siue actor, vbi petitur executio sententiæ, non indigeret consensu patris: quia pater auctorizauit in prima causa, quod dicit esse notabile. Postea ibi Bald. quærit, quid in instrumẽto guarantigiato: vtrum filius poterit petere, vel a filio peti sine patris consensu, dicendum est quòd sic, si pater fuit auctor in instrumento, ar. illius gloss. sed si non præcessit consensus patris. ergo nõ valebit in causa executionis. per gloss. l. j. C. qui admit. ad bon. pos. pos. Alij dicunt, quòd in summarijs non est necessarius consensus patris: ergo nec in causa executionis. & alle. gloss. in d. l. j. qui admit. & ista sunt formalia verba domini Bald. in d. §. sed vtrum. & sic aperto ore tenet ibi Bald. quòd in exequendo instrumẽtum guarantigię nõ requiritur patris consensus, siue filiusfa. agat, siue conueniatur. Et est bene ponderandum: quia Bald. ibi non loquitur eo casu, quo filius fecit illud instrumentum super re, in qua habet administrationem: & tamen tenet, quòd licet non interuenerit consensus patris eo tempore, quo instrumentum fuit conditum & principia tũ: tamen in exequendo illud non est necessarius consensus patris: ita formaliter ibi Bald. ponit gladium huic certamini. & per consequens in executione istius literæ subscriptę manu illius fideiussoris nõ fuit opus, quòd interueniret cõsensus ipsius patris: & per cõsequens ista quęstio dicitur sopita & decisa auctoritate tanti patris. & sic remanet sine aliquo scrupulo dubitationis: & sic valuit ista captura. & per consequens venit confirmanda per officialem mercantię. Preterea facit glo. singu. & ibi An-
10 gel. in l. 2. ff. de acceptil. quę voluit, quòd licet † pupillus non possit obligari sine auctoritate tutoris: nihilominus si ex illa obligatione acquirit liberationem, potest obligari sine auctoritate tutoris, ex quo illa obligatio tendit ad liberationem pupilli. Et ibi Ange. dicit, statuto Florentiæ cauetur, quòd mulier non possit se obligare in cõtractu, nisi cum consensu mundualdi, quòd si ex illa obligatione acquirit liberationem, & sic succedit ad cõmodum illius mulieris, quòd talis contractus valet, & eum sequitur d. meus Io. de Imol. Facit; quia dicimus, quod irrita est transactio super alimentis futuris, si non interueniat auctoritas prætoris: tamen si alimentandi conditio efficiatur melior, tunc valet talis transactio sine illa solennitate pretoris, tex. est expressus in l. cum hi. §. eum. ff. de transac. Facit; quia quamuis cõmuni iure, quo vtimur, sit, vt minorum contractus absque auctoritate curatorum celebratus inualidus sit, ille tamen erit validus sine interuentu dictæ solennitatis, ex quo eorum conditio melior reddita est. ff. de noua. l. cui bonis. & l. nouare. & l. neque. C. de contrahen. & commit. stip. Insti. de inutili stipulatione. §. pupilli. Insti. de au. tuto. in prin. ff. de pac. l. contra iuris. l. obligari. ff. de auctoritate tuto. Facit; quia quamuis iure ciuili expressum sit, vt minus legitimum irritumque censeatur esse iudicium per minorem assumptum absque sui tutoris vel curatoris auctoritate: tamẽ illud erit validum, ex quo apparet minoris redditã esse conditionem meliorem. C. de proc. l. non ideo minus. Facit etiam; quia doctrinam habeo gloss. ordi. in d. l. 2. ff. de acceptila. Et facit, quod voluit Ang. in consi. suis, consilio 45. vbi dicit, quod statutum Anchonę disponebat, quod mulier non posset obligari sine certa solennitate, quòd si mulier sine illa solennitate se obligat: quia talis obligatio tendit ad commodum ipsius mulieris, quod tunc talis obligatio non dicitur nulla, licet non interuenerit solennitas statuti: & ideo licet iste Ange. in l. mutum. §. is cui. ff. de acqui. hęre. dicat se in quæstione facti consuluisse super illo statuto, quòd mulier non possit se obligare sine consensu propinquorum: tamen valet talis obligatio, si tendat ad commodum ipsius mulieris, re vera ipse consuluit Anchonę, & est vltimum consilium in ordine suorum consiliorum, & congruè & aptè. Ad hoc alle. solennem gloss. in l. quicunque. C. de bo. lib. vbi licet dicatur, quòd pater non possit alienare bona sui filij: tamen si illa alienatio tendit ad vtilitatem ipsius filij, quòd pater potest alienare. & illam gloss. sequitur ibi Bald. Et facit, quòd voluit idem Bald. in l. contra iuris. ff. de pac. vbi dixit, quòd quoties alienatio est vtilis ecclesię non est necessaria solennitas canonica. Ita dicamus in proposito, ex quo in fauorem filijfamil. fuit introducta auctoritas patris, sequitur, quòd † valebit & tenebit iudi- 11
cium sine consensu patris, quando ad vtilitatem ipsius actum est, & per consequens confirmabitur ista captura per officialem mercantię: maxime quia sumus in foro mercantili, vbi versatur omnis ęquitas. Et ideo pulchre dixit Ange. in l. sequitur. §. si viam. de vsucap. & Bal. in l. j. C. de prescript. 30. an. quòd vbicunque iudex procedit secundum ęquitatem, potest reijcere exceptionem præscriptionis ergo multo magis poterit reijcere officialis mercantiæ exceptionem defectus consensus patris: & maxime hoc procedit si in curia mercatorum Florẽtiæ ita fuerit obseruatum, ar. l. minime mutanda sunt, quę certam interpretationẽ habuerunt. ff. de legi. & sic multifarie, multisque modis apparet de validitate istius capturæ: & sic concludo eam validam & cõfirmandã per officialem mercantię. ¶ Capio nũc secundam dubitationem, cum dicitur, quòd cum non appareat de obligatione principalis debitoris, videlicet ipsius Oddonis, & quia nec se subscripsit dictæ scripturę: sequitur, quòd dictus Laurentius non est obligatus, cum principalis non sit obligatus, iuxta no. in l. j. ff. de fideiuss. Quo ad hoc est aduertendum ad ipsam scripturam: quia dictus tertius, qui illam scripturam scripsit, qui dicitur censalis, scripsit hoc modo. e cosi Lorenzo supraditto se sottoscriuerà, e promettera a istantia de ditto Oddo de obseruar quãto per questi due mercati se contiene. & postea dictus Laurentius subscribens se, dicit, Io Lorenzo sono contento, & obligo me per ditto Oddo, a quanto disopra se contiene, e per chiareza de ciò, mi sono sottoscritto de mia propria mano. Quo casu si nos loquimur, an ipse
12 Oddo † principalis debitor sit obligatus, an ipse Laurẽtius fideiussor sit obligatus pro dicto Oddo, clarissimi iuris est, quod dictus Oddo est obligatus stante subscriptione ipsius Laurentij, in qua asserit se obligari pro dicto Oddone, vt in dicta scriptura cõtinetur. vnde stante scriptura censalis, & scientia ipsius Oddonis, & suprascriptione ipsius Laurentij fideiussoris clarũ est, quòd probat ipsum Oddonem esse debitorem & obligatũ: & maximè, quia dictus Oddo non contradicit illi obligationi: & stante obligatione post terminum facta per ipsum Laurentiũ dictis venditoribus, quæ omnia veritatem dictæ scripturæ & obligationem illius Oddonis debitoris inducunt. Facit, quod not. gloss. in capitulo 2. de fide instru. & in authentic. de instrumen. caut. §. si tamen quisdam. & in leg. inter chartulas. C. de conue. fi. debito. libro 10. & per Ioannem Andre. in additio. Specula. in titulo, de instrument. edit. §. nunc dicendum. & per Bartol. in l. admonendi. ff. de iureiurand. & in lege, nuda ratio. ff. de donatio. & in l. quædam. §. nũmularios. ff. de edend. & Baldus in l. in bonæfidei. C. de iureiurando. & in lege instrumenta. C. de probatio. & in rubrica. C. de fide instrumentorum, & in lege prima. C. de edend. & in rubrica. C. de consti. pecu. vnde subscriptio illius Laurentij, & obligatio per eundem pro illo Oddone, & scientia & non contradictio illius

illius Oddonis, & scriptura censalis: optimè probant illum Oddonem obligatum: & sic videtur satisfactum. l. scripturas.C.qui po.in pig. hab. & sic ex isto capite apparet, quòd ille Oddo debitor principalis est obligatus. Et posito non tamen concesso, quòd ille Oddo non esset
13 obligatus: nihilominus † iste Laurentius bene potuisset obligari tanquam ex promissor: vt l. eleganter. §.seruus pactionis.ff.de dol.& l.qui libertinus. §.etiam. ff. de operis liberto. Bal. in l.in personam.§. qui pecuniā.ff.de pac. Ange.in l.quinta.§.stipulatio.ff.de verborum obliga.do Pet.de Ancha. & Ioan.de Imol.in Rubrica de fideiusso. in decretalibus. & sic nullo modo potest allegare dictus Laurētius illum Oddonem non esse obligatum ad exonerandum se ab illa obligatione. Et est bene ponderandum: quia in dicta scriptura dicitur, dictus Laurentius ad instantiam & precibus ipsius Oddonis se obligauit, quo
14 casu non videtur esse sponsor: quia sponsor † propriè dicitur, quando non ad instantiam, vel preces alterius, sed sponte sua se pro alio obligat: vt no.glo. in auth. de fideiusso.in prin.& in l. stichum.§. aliquando.ff.de solu.& in l.si in persona.§.aliquando.ff.de pactis. Et etiam est ponderandum: quia cum in dicta scriptura dicatur, quòd ille Oddo est obligatus, & dictus Laurentius se subscripsit illi scripturę, videtur consensisse & affirmasse illum Oddonem esse obligatum, & sic quò ad ipsum Oddonem principalem debitorem stat firma & vera conclusio, quòd est obligatus. Si vero loquimur quo ad ipsum Laurentium fideiussorem, clarissimum est, quòd est obligatus
15 illa scriptura facta manu illius censalis: ex quo † est subscripta manu ipsius Laurentij, habetur perinde, ac si esset tota scripta manu ipsius Laurentij: & istud decidit Angelus formaliter in l.si ita stipulatus. §.Chrysogonus. ff. de verborum obligationib. vbi dicit, quòd se subscribens formaliter videtur scribere omnia precedentia, quorū habuit notitiam. facit l.pluribus, ff.de verbo.obliga.& quòd not. Inno.& alij in ca.2.de fide instru.& Bal.in l.fi.C.plus vale.quod agi.& subdit ibi Ang.statuto Florentiæ cauetur, quòd scriptura facta manu propria debitoris executioni mandetur ad voluntatem creditoris, quòd si reperietur aliqua scriptura, quę manu tertij sit scripta, & subscripta manu debitoris asserentis se suprascripta confirmare, & approbare, satis erit, vt habeat locum statutum: quoniam sub illis verbis, omnia prędicta in dicta scriptura contenta, naturaliter continētur in dicta subscriptione: & dicuntur scripta manu propria, sicut virtualiter scribit, qui scribit per zifras consuetas. facit l.diuus.§.scribere.de fal. Et si aliud diceremus, posset insurgere iniquitas. si forte vnus tardus scriptor vellet contrahere secundùm formam statuti: quia interdum forte de facili non posset, propter multitudinem literarum, quid haberet facere. & ita dicit fuisse de facto cōsultum in ciuitate Florentię, & satis videtur verificari dictum statutum; cum talis subscriptio sit facta manu propria, & sic executioni mandabitur. & licet Bar. in l.diuus.§.itē senatus.ff.de fal. dicat, debere fieri specialem mentionem de his, quæ superius sunt scripta: tamen Ang. in d.§.Chrysogonus. dicit, se non inuenire hoc iure cautum. Nec ob.ille. §.quia speciale est ibi: quia scriptura primitiua erat a lege prohibita: nisi de consensu subscribentis constaret, alias secus. facit l.Caius.ff.de pigno.acti.& ego pōdero dictum Bart. in d.§.item senatus. vbi dicit, quòd doctrina sua est consiliū. Et facit ratio inconuincibilis; quòd vbicunque nominatio generalis refertur ad certum genus: tunc est idem, quod specifica.l.j.& 2.ff.de libe.& posthum. Cum ergo in casu nostro iste Laurentius se subscripserit. dicendo, quod erat cōtentus obligare se pro dicto Oddone, ita vt in suprascripta scriptura continebatur, & ad cautelam huius se subscribebat. ergo satis specifice referebat se ad ipsam scripturam, & obligationem. ergo habet, ac si esset scripta manu ipsius, & multo fortius facit, dicit in dicto statuto mercantię, quod scriptura si est scripta manu ipsius debitoris, vel subscripta, mandetur executioni. ergo sufficit in casu nostro, quod sit subscripta manu ipsius Laurentij, vt vendicet sibi locum dictum statutum mercantię: & est diligenter aduertēdum circa hoc: quia ipse Laurentius fideiussor videtur facere mentionem in dicta sua subscriptione de obligatione ipsius Oddonis principalis debitoris. Et ideo dixit Ang. post alios in lege sciendum, de verborum obligationibus. quem ibi refert, & sequit dominus Ioannes de Imola, quod sufficit, quod in instrumento fideiussionis fiat mentio obligationis iā factæ, vel fiendæ per principalem. & voluit Dy.& glo. & ideo dicit, quod si ex forma statuti contra fideiussorem non est necesse ostendere instrumentum. debiti principalis, quod satis est, dummodo fiat de illa mentio in instrumento fideiussionis. Cum ergo in casu nostro fiat
16 † mentio de obligatione principalis in ista subscriptione facta per istum Laurentium, quod patet, dum dixit, prout in dicta scriptura continetur: sequitur, quod est obligatus ad ea, quæ sunt in dicta scripta contenta, nec est necesse ostendere aliter de obligatione ipsius Oddonis debitoris principalis. Subscribens enim videtur consentire omnibus, quæ suprascripta sunt in sui preiudicium, vt latissime scribit Ioannes Calderinus in capitul. si quis presbyterorum.de rebus ecclesię non aliena. & ibi per modernos. Bart. in lege quæ dotis.ff.solu. matri. Præterea facit, apponens sigillum scripturę, videtur approbare omnia contenta sub illa scriptura, vt est gloss. in lege secunda.C.de rebus alie.non alien.& voluit Bal.in lege in fraudem. & in lege tribunus. §. 1.ff.de testament. milit. ergo multo fortius videtur affirmare subscripta ille, qui propria manu subscribit, ar.lege scripturas.C.qui po.in pig.
17 ha. sola enim subscriptio † denotat & inducit cōsensum, vt lege j. §.inter filium. ff. de fal. lege Caius.ff.de pig.ac.l. si qua per calumniā.C.de epi.& l.emptor. §. Lucius.ff.de pact. & ibi per Angel. & Bart. & not. in lege mutue. C.si cert.pet.cum simili. & plene per Ioan. de Imol.in d.cap. si quis presbyterorum. Et sic apparet manifeste ex supradictis, quod talis subscriptio preiudicat dicto Laurentio, nec oportet aliter ostendere obligationem principalis debitoris, vt etiam voluit Angel.in auth. vt sponsali.lar. §. sed hoc insuper. & sic silebit oppositio facta pro parte ipsius Laurentij. ¶ Et ex istis infertur ad aliud, quia in ipso statuto mercantię dicitur, si scriptura priuata continet terminum, mandetur executioni. Modò in casu isto in ista subscriptione facta manu debitoris non est appositus terminus: ergo sequitur, quòd tale statutum nō vendicat sibi locum hoc casu: nam ad illum casum, ad quem non adaptantur verba statuti, non adaptatur dispositio ipsius statuti. l.4.§.toties.ff.de dam. infec. cum simili. sed in ipso statuto dicitur, si habeat scriptura priuata terminum: sed ista subscriptio non habet terminum: ergo. Istud non obstat, & in contrarium est veritas: nam retēto dicto Angeli. in d. §. Chrysogonus. quod sequitur ibi Ioannes de Imola, quod subscriptio idem sit, quod prin-
18 cipalis scriptura: vt est dictum superius. si ergo † in scriptura facta manu illius cēsalis est appositus terminus, & subscriptio facta manu illius fideiussoris, refert se ad illam scripturam: vt est superius scriptum: sequitur, quòd refert se ad omnia & singula contenta in dicta scriptura, argument. textus. valde singu. in lege in testamento, la grande. ff. de conditio. & demonstratio. Facit lege si vt proponitur. ff. de fideiuss. vbi locus & dies adiecti solutioni in obligatione principali videntur repetiti in obligatione fideiussoria. Ita in pposito nostro videtur adiecti dies, & terminus adiecti in obligatiōe ipsius Oddonis, in obligatione ipsius Laurentij fideiussoris. Et facit, quod voluit Ang. in d.l.sciendum.de verb. obl. & in d.§. sed hoc insuper.in auth. vt sponsal. largi. vbi dicit sufficere, quod fiat mentio de obligatione principalis debitoris in instrumento fideiussionis, & sic eo ipso, quòd dicitur in ipso instrumento fideiussionis, quod principalis est

est obligatus, intelligitur fideiussor obligatus sub eodē termino, & sub eodē tpe, & die. vñ satis dr̄ hēre terminū obligatio facta per ipsum Laurētiū: qa subscripsit se obligationi illius Oddonis habēti terminum. & etiam quia accessorium regulatur secundum naturam & modum principalis.capitulo accessorium.de reg.iur.lege 6. lege cum principalis.ff.eo.ti.ergo, &c. Facit etiam, quòd
19 si dubitatur, an† aliqua qualitas adiecta in præcedenti videatur repetita ī alia oratione, & sumus circa personas, aut illa oratio non continet dispositionem per se principalem, sed accessoriam: tunc si sequens dispositio tendit ad eundem effectum.scilicet accessoria cum principali: intelligitur facta repetitio. Ita dicit D.meus Io.de Imo post alios in d.lege si ita stipulatus.§.Chrysogonus.& ponit exemplum in obligatione fideiussoria, & alle.d.leg. si vt proponitur. & iste videtur casus noster. Et sic apparet ex istis, quòd nos sumus in verbis & dispositione statuti: quia ex quo illa subscriptio refert se ad scripturam, quę habet terminum: sequitur, quòd ipsa dicitur continere terminum.facit, quod voluit Inno.in quadam additione: vt ibi refert, & sequitur Ioan.And.in capitulo inter dilectos, de fide instrument.& Archidiaco.in capitulo si Papa, de priuileg. libro sexto. Et ex istis satisfactum est illi obiectioni, quòd obligatio fideiussoria non habeat terminum, & per consequens potuit vigore dictæ scripturę subscriptæ manu sua dictus Laurentius capi.

¶ Et ex istis infertur ad aliā oppositionem, cū dicebatur, quòd obstat exceptio cedendarum, dictis venditoribus: quia non possunt cedere iura sua contra dictum Oddonem principalem, ex quo non habet ipsum obligatum, cum non constet de sua obligatione, quia immo apparet ex supradictis illum Oddonem esse obligatum, & per consequens poterunt dicti venditores cedere iura sua illi Laurentio contra illum Oddonem. Quinimo etiam est dicendū, ꝙ posito, non tamen concesso, ꝙ ille Oddo non sit obligatus illis venditoribus: nihilominus, quia in dicta scriptura dicitur in duobus locis, quod præfatus Laurentius subscribit se, & obligat se illi scripturæ ad instantiam ipsius Oddonis: sequitur, quod valebit talis intercessio & talis obligatio eo modo, quo valere poterit, & sic valebit tanquam expromissio, si non potest valere tanquam fideiussio; & sic dictus Laurentius videtur se
20 obligasse tanquam† expromissor, cuius natura est intercedere pro alio non obligato: vt dicta lege, elegantur.§. seruus pactionis. cum similibus superius allegatis, & sic dictus Laurentius quocunque se verterit, incidit in charybdim, & scyllam, & sic sibi imputet, quare se obligauit. Præterea facit, quia in dicto statuto mercantiæ dicitur, quod dicta scriptura mandetur executioni sine aliqua exceptione, & circa hoc est sciendum, quòd Bartol. in lege, si duo patroni. §. si quis.ff. de iureiurand. allegat Specula.in titulo de executio.sentent.§. finali, versiculo illud.licet debuerit allegare, versiculo item pone, quod emptor, vbi tenet, quod si emptor petat executionem iuramenti, vel sententiæ ad rem, quod non possit contra eum opponi exceptio pretij non soluti, quia hæc exceptio non potest opponi in executione: vt lege, peremptorias.C. sentent.rescind.non poss.& ad §.Marcellus, eiusdem leg. respondet, vt ibi per eum, & idem ibi sequitur Bald. & Angel. & idem tenuit ipse Bald.licet multa alleget in lege, peremptorias, præalleg.licet aliter dicat Salyce. in dicto §.si quis. Et si dicat quispiam, amice, Bald.in simil.lege, traditio.C.de actio.emptio.dixit, quod si statutum disponit, quod non possit opponi aliqua exceptio: tamen res vendita potest retineri loco pignoris, qa istud non est excipere, cum non habeat exceptionem: sed est incumbere pignori.lege, Iulianus.§.offerri.ff.de acti. emptio. & sic tenet ibi Bald. quod poterit opponi exceptio pretij non soluti. Et facit lege, si pater.C.de acti.emptio. vbi si iudex videt pretium non solutum, ex suo officio mandet actori agenti, quod soluat pretium, licet ad hoc non sit actum, & est ratio, quia est quid connexum actioni.facit lex, cum eorum.C.de sentent. & interlocut.omnium iudic.& facit, quod not.idem Bald.in lege, filiæ.C. de col.& in lege, Iulianus.§.offerri.ff.de actio.emptio.& quod not.domin.Antoni.in capitulo constitutus, de religio. domi. & sic licet ex dispositione statuti non possit aliquid opponi: tamen poterit opponi exceptio pretij non soluti. Et idem Bald.in lege, ex prædijs.C.de euicti.dixit, dictat statutum, quod non possit contra instrumentum confessionatum opponi aliqua exceptio, an possit opponi rei non traditæ: & dicit, quod quando ex eodem instrumento confessionato, & eodem contractu venit actio & exceptio, & ita est confessionata exceptio, sicut est actio: tunc potest opponi, allegat Bartol.in lege, cum qui.§.qui ita.ff.de verborum obligation.facit, quod not. idem Bartol.in lege lecta.ff.si certum petatur, & in lege, exceptionem.C.de probatio.& quod no.in lege, si vnus. §.pactus ne peteret.ff.de pact. Et sic videretur dicendum in casu nostro, quod licet nō posset opponi aliqua exceptio contra scripturam istam: tamen potest opponi exceptio rei venditæ non traditę, quia omnes exceptiones competentes ipsi emptori competunt fideiussori: vt no. in capitulo peruenit, de fideiuss.& in lege, omnes exceptiones.ff. de except. & in lege, exceptionem.ff. de fideiuss.& sic dictus Laurentius poterit opponere contra dictam scripturam, exceptionem rei venditæ non traditæ ipsi emptori, & per consequens impedietur executio ipsius scripturę, & per consequens iniustè, & nulliter fuit dictus Laurentius captus ad instantiam ipsorum vendito-
21 rum. Quo ad ista respondeo facile: nam in dicto † statuto, vt ex puncto colligitur: dicitur, quòd si scriptura priuata, scripta, vel subscripta manu debitoris si continet terminum, mandetur executioni in rebus, & persona: nec vlla exceptio opponi possit. vnde si bene ponderetur, dictum statutum probat, quòd contra executionem ipsius sciptura nihil possit opponi. ergo sequitur, quod non poterit opponi exceptio rei non traditæ: quia ex quo contra executionem nihil potest opponi: ergo sequitur, quod nō poterit opponi exceptio rei non traditæ: & sic dicta Bald.hoc casu in nullo obstant: quia loquitur ipse, quando statutum dicit, quod contra instrumentum nihil possit opponi, quo casu poterit opponi contra executionem ipsius instrumenti: quia stant simul, ꝙ contra instrumentum non possit opponi: & tamen contra executionem ipsius instrumēti poterit opponi. sunt enim diuersa instrumentum & executio instrumenti. vnde licet non possit opponi contra instrumentum: tamen poterit opponi contra executionem instrumenti. facit, quod habetur in lege ex diuerso.§.fina.solu.matrimo. l.Nesennius.§. fin.ff.de re iudic.cum simili. & sic illa dicta Bald.non obstant. Et ita etiam nō obstat, dum Bal. dixit in lege j.C.de iur. & fac. ignor.quod exceptio pretij non soluti tanquam impletio modi potest excipiendo opponi in executione sententiæ, allegat legē, fundus qui Lucij titij. ff. de rescin. ven. quia procedit, nisi statutum excluderet exceptionem opponi posse executioni. vt apparet aperto ore in casu nostro, vbi dicitur, quod mādetur executioni, nec aliqua exceptio admittatur: & sic expresse prohibet tale statutum opponi posse cōtra executionem talis literæ. & sic tam ex dicto Bartoli, Baldi, Ang. Spe. vbi supra, q̄ ēt ex dicto statuto, nō poterit opponi cōtra executionem ipsius literę, cū verba ipsius statuti hoc comprehendant: & videtur esse pura veritas, quod nihil poterit opponi contra ipsam literam nec cōtra ipsius executionem. fateor tamen, quod si vellet opponere quispiam, quod non esset litera, vel quod non esset subscripta manu ipsius Laurentij, quod tunc posset opponi, per id, quod not.Barto.in l.j.§.per vim.ff.quod vi aut clam.& in l.2.§. prætor.ff. qui satisda.cog.& dominus Antonius in capi.licet de euidenda.de elec.& in capitulo, item cum quis.de resti.spol.& istud non opponitur

in

in caſu iſto. Item & poſito, quòd poſſet opponere
dictus Laurentius iſtam exceptionem contra execu-
tionem ipſius literæ, & ſic contra ipſam capturam,
nihilominus non propter hoc ipſa captura iam exer
cita dicitur eſſe nulla, quia licet pretium non ſit ſo-
lutum: vel res non ſit tradita: tamen poteſt emptor
agere ad rem, quam emit, & ita venditor ad pretium
conuentum, vt eſt caſus in dicta lege, ſi pater. C. de
22 actionibus emptio. vbi † emptor pretiò non ſoluto
agebat ad rem emptã, vt ſibi traderetur, & per con-
ſequens poſito & non conceſſo, quòd res non fuiſſet
tradita: nihilominus potuiſſet procedi ad capturã,
& ſic captura non propter hoc fuiſſet nulla. multo
ergo magis in caſu noſtro, cum ad executionem fa-
ciendam nulla exceptio poſſit opponi ſtante ſtatuto
præfato: vt ſuperius fuit dictum. facit, quod dixit Bal
dus in lege tranſigere, in 8. oppo. C. de tranſactio. vbi
dicit, aduocatos practicare, quòd illud, quod non re-
peritur exceptum, remanet ſub regula, quando igi-
tur ſtatutum diſponit, quòd nulla exceptio opponi
poſſit. Et ſic per conſequens ſequitur, quòd non po-
terit opponi iſta exceptio cõtra iſtam executionem.
Et etiam multo fortius in caſu noſtro: quia iam ex-
preſsè, & manifeſtè apparet, quòd dicto emptori fue
rit tradita res empta propter obligationem: licet ver
balem factam poſt lapſum termini conuẽti: nec ap-
paret aliqua proteſtatio in contrarium, facta per ip-
ſum emptorem, ad fideiuſſorem de re empta nõ tra-
dita contra ipſos venditores: ex quibus dominus iu-
dicans liquido poteſt inſpicere, quòd res iam fuit tra
dita, & per conſequens per officialem mercantię iſta
captura confirmabitur, & ſatis oſtenditur de tradi-
tione, quia in dicta ſcriptura apponitur menſuratio
illorum draporum, quia eſt ſignum traditionis, iux-
ta no. per Bald. in Rubrica. C. de contrahen. emptio.
¶ Ad aliud cum opponitur, quòd ex quo iſte Lau-
rentius fideiuſſor laborabat morbo alieno, & obli-
gatione aliena, vt lege, ſancimus. C. de fideiuſſo. de-
buit ante capturam ſibi notificari per ipſos vendito
res, ꝙ dictus Oddo emptor non obſeruauerat con-
uenta in dicta ſcriptura in termino inter eum, & ip-
ſos venditores conuento. Ad hoc reſpondeo, & pon
dero ante omnia verba ipſius ſcripturæ, in qua dici-
tur, quòd dictus Laurentius ad inſtantiam dicti Od-
donis obſeruauit quantum continetur in illo dupli-
ci mercato, & ipſe Laurẽtius in ſubſcriptione dicit,
ſum contentus, & me obligo quantum continetur
in dicta ſcriptura. vnde iſta Laurentius promiſit con
ſeruare illos venditores indemnes, iuxta not. in lege
prima, & ibi Bartolus. C. de conue. fi. debit. libro de-
cimo, & lege fina. §. ſi cum Seio. ff. ſi certum petatur.
23 Nec etiam videtur, quòd in caſu iſto ſit † neceſſaria
excuſſio, quia ex quo ſumus in foro mercantili, in
quo ſeruat ęquitas, & excuſſio eſt de apicibus iuris,
vt habetur in lege ſi mancipium. ff. de euictioni. & ſu
perius expreſſi hoc in primo dubio: ſequitur, quòd
quo ad ipſum Laurentium, qui ſe obligauit obſer-
uare contenta in dicta ſcriptura, non fuit neceſſaria
notificatio: quia dies interpellabat eum ad ſatisfa-
ciendum, vt l. magnam. C. de contrahen. & commit-
ten. ſtapulatio. l. item illa. ff. de conſtitutio. pecul. ca-
pitulo potuit, de locat. lege ſecunda. C. de iure em-
phyte. cum ſimilibus. vnde ſua intererat, & ad eum
ſpectabat, inueſtigare, ſi in termino conuento ille
Oddo impleuerat conuenta, ex quo per ſuam ſub-
ſcriptionem obligauerat ſe adimplere contenta in
dicta ſcriptura. vnde videtur ſe obligaſſe ad illum ter
minum, qui continetur in dicta ſcriptura: etiam po-
ſito, quòd non eſſet lege, ſi vt proponitur. ff. de fide-
iuſſo. quæ diſponit, quòd obligatio principalis vide-
tur repetita in obligatione fideiuſſoris acceſſoria, vt
ſuperius eſt dictum: nihilominus verba ipſius ſcri-
pturæ, coniuncta ſubſcriptione ipſius Laurentij hoc
indicant expreſſe, inquantum dixit, quòd obligat ſe
obſeruare contenta in dicta ſcriptura. ergo ad vn-
guem tenetur obſeruare, & principalem obligatio-
nem, & ſuas qualitates, & ſua accidentia, & per con-
ſequens ſe obligauit ad idem tempus, & ad eum ter
minum contentum in dicta ſcriptura, & hæc eſt pu-
ra veritas. Et etiam colligitur, quòd etiam ſciuerit
ipſe Laurentius, quòd dictus Oddo non impleuerat
conuenta propter obligationem verbalem, quam
fecit dictus Laurentius poſt lapſum termini, & ſic il-
le, qui eſt certus, non eſt amplius certificandus, vt in
capitulo eum qui certus, de regulis iuris, libro ſexto,
cum ſimilibus. ¶ Capio vltimum dubium, cum op-
ponitur, quòd dictus Laurentius fideiuſſor potuit
purgare moram, & ſic poſt terminum præfatum po-
tuit facere dictam obligationem, quia ex quo labo-
rat morbo alieno, videtur, quòd poteſt purgare mo-
ram, etiam infra terminum ſex menſium, & eſt text.
valde ſingularis in lege, ſancimus. C. de fideiuſſo. &
etiam facit dubium: quia ſumus in foro mercantili,
in quo ſeruatur æquitas & bona fides, vt ſuperius di-
ctum eſt, & ideo pulchrè dixit Angel. in commento.
lege, ſi inſulam. ff. de verborum obligationibus. vbi
voluit, quòd ſi ſtatutum diſponeret, iuris rigorem
eſſe ſeruandum omiſſa æquitate, quòd tunc nun-
quam habet locum purgatio moræ. facit gloſſ. in le-
ge, & ſi poſt tres. ff. ſi quis cau. ergo ſequitur, quod
vbicunque ſeruatur æquitas, ſemper habet locum
purgatio moræ: vt in dicta lege, & ſi poſt tres, & ſic vi
detur, ꝙ iſte Laurentius potuit iſtam moram pur-
gare, & maximè in caſu noſtro, quia licet fuerit ap-
poſita dies: tamen non fuit appoſita pœna, & per
conſequens videtur, quòd habeat locum purgatio
moræ, iuxta not. per omnes in lege, ſi inſulam. ff. de
verborum obligationibus, & dicta lege, magnam.
cum ſimilib. lege ſi ita quis. §. ea lege, de verborum
obligationib. Sed iſtis non obſtantibus contrarium
puto eſſe verius de iure: videlicet, quòd non po-
tuit purgare moram, quod oſtendo ſic. nam dictum
ſtatutum mercantiæ diſponit, quòd ſcriptura manu
debitoris ſcripta, vel ſubſcripta mandetur executio-
ni in rebus, & perſona, nec admittatur exceptio: vn-
24 de † tale ſtatutum videtur compellere ipſum debito-
rem ſcribentem, vel ſubſcribẽtem manu ſua ad ob-
ſeruantiam contentorum in ſcriptura illa: tunc ſuc-
cedit elegans dictum Angel. in dicta lege, ſi inſulam,
quòd quoties ſtatutum dictat, quem debere cogi ad
obſeruãtiam promiſſorum, per inſtrumentum gua-
rentigiæ, vt eſt in pluribus partibus Italiè: maxime in
Tuſcia: tunc non habebit locum purgatio moræ.
Et ſi opponatur, quòd iſtud ſtatutum debet intelligi
& interpretari ſecundùm diſpoſitionem iuris com-
munis, vt capitulo cum dilectus, de conſuetud. lege
ſecunda. C. de noxali. cum ſimilib. nihilominus vbi-
cunque ſtatutum tribuit tali inſtrumento executio-
nem paratam, tunc talis debitor non poteſt purgare
morã. Ita formaliter dicit dominus Ioannes de Imo
la in dicta lege, ſi inſulam. ff. de verborum obligatio.
ſed in caſu noſtro, iſtud ſtatutum tribuit executio-
nem paratam ſcripturę pręfatę. ergo ſequitur, quòd
non admittitur moræ purgatio, & maximè, quia ta-
le ſtatutum eſt in foro mercantili, & apud tribunal
mercatorum, & grauiſſimum eſt fidem fallere, & nõ
adimplere conuenta in termino. lege prima. §. eum
qui. ff. de conſti. pecu. & quod not. per ſcribentes in
lege ſecunda. C. eodem, & ſic forus mercantilis vide-
re abijcere purgationem moræ, & in caſu noſtro di-
ctus

ctus Laurentius obligauit se obseruare contenta in dicta scriptura, & sic apparet, quòd coniuncto statuto mercantiæ, cum verbis ipsius scripturæ, apparet expresè, quòd verba & materia sunt compulsiua, & per consequens non poterit purgari mora. Secundo facit, quod in dicta scriptura dicitur, quòd si per illum Oddonem non fuerunt obseruata contenta, quòd tunc talis scriptura videatur facta a contanti, & sic videtur rescissum illud mercatum de illo velamine, & alijs contetis in scriptura, quo casu videtur, quòd mora nullo modo purgari possit, hoc modo inducẽ
25 do. vbicunque † apponitur dies, & pœna, mora est impurgabilis. ita probatur in dicta l. magna: in versiculo, obnoxius. l. si cum dies. §. fina. ff. de arbi. cum simili. sed hic dies apponitur, & etiam apponitur pœna: quia rescissio & annullatio contractus dicitur esse pœna: vt est textus in capitulo si religiosus. in versiculo, in pœnam viribus euacuetur electio. de elect. libro sexto, & gloss. in capitulo cum non doceat. eodem titulo, & li. Barto. in lege prætor ait. §. hoc interdictum. ff. de oper. nou. nunciatio. & in lege, non dubium. C. de legi. & ibi Iacob. Butriga. Bald. in lege nemo martyres. C. de sacrosan. ecclesijs. ergo sequitur, quòd mora purgari non potest. Tertio facit, quia in ipso statuto dicitur, mandetur executioni, quo casu succedit illud, quod dixit Bald. in lege, & si post tres.
26 prealleg. vbi dixit, quòd vbicunque † facta est executio a lege, vel ab homine, nunquam admittitur purgatio moræ, referens se ita audiuisse Bartolus dicere per lege, qui ita ob rem. ff. de condictio. indebit. Ita firmat Bartol. in dicta lege, si insulam, & in dicta lege, & si post tres, & ibi sequitur Angel. & allegat. lege si is cui. §. primo. ff. de legat. secundo. & lege, qui seruum. §. sequitur. ff. de verborum obligationibus, & gloss. ordin. Ioannes Andre. in capitulo cupientes. §. quòd si per viginti. in versiculo expectati, de electio. libro sexto, & idem firmauit Angel. in commento. lege, si insulam. vbi dicit, quòd si nuntius non denunciauit maleficium, secundùm formam statuti infra terminum, non potest moram purgare. Modo in proposito nostro ab ipso statuto habetur, & reputatur, quòd executio dictæ literæ sit facta, sed per iudicem, & sic per hominem præcipit exequi: ergo sequitur, quòd mora purgari non potuit, & sic dictus Laurentius nullo modo potuit moram purgare. Quinto facit, quia cum hæc materia purgationis super æquitate sit non videtur æquum etiam in foro mercantili: vt dicta lege, qui seruum. §. sequitur. de verborum obligationib. quòd debeat posse mora purgari, quando interest aduersatij ipsam non posse purgari, nec fiat ei præiudicium saltem refundendo interesse: vt voluit glos. in lege, si cum dies. §. final. cum lege, se. ff. de arbit. vnde in proposito nostro, cum interfit ipsorum venditorum moram non purgari, nec fuit refusum, nec obligatum interesse ipsorum creditorum vltra res ipsas, quod excedebat valorem rerum promissarum, nec fuisset sufficiẽs obligatio verbalis, sed erat necesse, quòd obligatio fuisset realis, vt est text. in lege finali. C. debito. venditio. pigno. im pe. non poss. plenè per Bald. in lege, per diuersas. C. mandat. & per modernos in lege mora. ff. soluto matrimonio, & etiam quia, vt dicit dominus Petrus in suis allegationibus, quòd per acta in præsenti causa deducta non apparet de aliqua obligatione: ergo sequitur, quòd mora est impurgabilis. Sexto facit, vbicunque ius actoris est, effectum deterius in extraiudicialibus, quia in illis siue intersit aliquid particulare vltra veram facti æstimationem, siue sit ius actoris effectum deterius: non habet locum purgatio moræ, & ideo dicit Bartol. in dicta lege, si insulam, quòd si promisisti mihi facere domum in fundo meo, si post moram tuam alieno fundum, non poteris purgare moram, quia ius meum est effectum deterius, sed in casu isto, est effectum ius ipsorum venditorum, seu creditorum deterius, ex quo in tempore conuento non dedit ille Oddo, aut ille Laurentius fideiussor dictum alumen & alia contenta in dicta scriptura: ergo sequitur, quòd non potuit mora purgari. Septimo facit, quia in dicta scriptura dicitur, quòd si accideret, quòd dictus Oddo non daret dictis venditoribus tempore inter eos conuento dicta tapeta, & alumen, quòd tunc intelligantur esse venditi illi drapi serici in pecunia numerata eo modo, forma, & ordine, & obligatione, de quibus continetur in dicto primo mercato, contento in dicta scriptura. Ad hoc accuratè animaduertat dominus iudicans, quia partes videntur voluisse moram nullo modo posse purgari, quòd eo ipso, quòd in termino non seruabat contenta & conuenta in dicta scriptura ille Oddo: eo ipso erat facta executio, & translatio in alium contractũ, scilicet, emptionis, & in pecunia numerata, quo casu succedit illud, quod superius est expressum, quòd vbicunque executio est facta ab homine, vel a lege: tunc nunquam habet locum purgatio moræ, vt dixit Bald. & Ange. in dicta lege, & si post tres, & Barto. in dicta lege, si insulam, & ibi Angel. vt superius retuli, & istud apponit gladium, & securim huic certamini, quòd mora non potuerit purgari, & maximè etiã si non est factum incontinẽti, antequam ius illorum creditorum non fuisset effectum deterius, non fuit purgata mora, & sic nullo modo potuit purgari mora, nec per ipsum Oddonem, nec per ipsum Laurentium. Nec obst. cum allegatur. lege, sancimus, quia illa loquitur in fideiussore, qui promisit exhibere alium in iudicio, & iste non est casus noster. Nec etiã obstat, cum dicitur, quòd vbi debet seruari æquitas, potest purgari mora. quia concedo, nisi sit aliter iure cautum, sed in casu nostro apparet ex pluribus, quòd mora non potuerit purgari primo ex dispositione ipsius statuti mercantiæ, disponẽtis talem scripturam debere mãdari executioni, & sic cessabit, cum opponebatur, quòd in foro mercantię debet seruari æquitas, quia etiam equitas dictat, moram non posse purgari, ex quo interest actorum non purgari, & ius eorum est effectum deterius, & etiam apparet ex conuentione, & pacto ipsorum contrahentium moram non posse purgari, ex quo in casu, quo nõ essent obseruata conuenta, & promissa in dicta scriptura, intelligeretur facta venditio in pecunia numerata, & sic translatus fuit ille primus contractus in alium contractum. ergo non possunt resilire ab illo contractu: nisi interueniret cõsensus illorum venditorum: quia eadem sunt principia corrumpendi, quæ sunt principia generandi. lege, nihil tam naturale. ff. de regulis iuris, & sic mora nullo modo potuit purgari. Et ex superioribus dictis elicitur verissima, & manifesta conclusio, quod dicta captura valuit, & in omnibus istis sex hæsitationibus concludo in fauorem ipsorum venditorum contra ipsos Laurentium, & Oddonem.

EPITOME.

¶ Quamuis primum statuto societatis salarolorum cautum sit, nullum alium, qui illius societatis non esset, vel ei obediens, oleum, sepum, & alia similia vendere non posse, tamẽ speciariis hæc etiam vendere liberum fuit, quorum statuto deinde facto post multas species enumeratas, additũ est, & alias species

species, seu alia pertinentia ad artem speciariæ, seu aliqua ex prædictis. Et maxime cum etiam alio rursum statuto speciariis attributa sint, quo illud etiã specifice confirmatum est speciariorum statutum. Dubium autem non est, sic confirmata, vt sint & esse intelligantur statuta & iura municipalia, & pro statutis & iuribus municipalibus debeant obseruari, vera esse statuta, & ius vniuersale facere, & omnes tenere, licet prius ad genus quoddam societatis spectarent. Derogantque statutis aliis municipalibus contrariis.

SVMMARIVM.

Verba illa statutorum cõfirmantium, sint & esse intelligantur, veritatem important. num. 1. & 17.

Confirmatio facta in forma specifica ius nouum tribuit. numero 2.

Statutum posterius specificum videtur declarare prius generale confusum & indeterminatum. numero 3.

Statuti dispositio locum habet, si verba conueniant. numero 4.

Dictio, alius, alteratur hac adiectione, & alia pertinentia, tũc enim significat etiam maiora expressis. numero 5.

Statutum generale precedens alio deinde speciali vel generali secuto limitatur & distinguitur, & vtrunque habet in suo casu locum. nu. 6.

Interpretatio confirmationis statuti sic fieri non debet, vt monopolium sapiat. nu. 7.

Prohibito licet vti, vt permissum consequamur. nu. 8.

Generali cuipiam concesso, si eius deinde species alteri cõcedatur, non propterea ille ea priuatur. nu. 9.

Statutum priuatum prohibens quę ad artem quorundam spectãt, monopolium sapit, nec id fieri potest, nisi tota ciuitas conuenerit. nu. 10.

Ciuitas facere dicitur, cum cõmunicato cõsilio, & habito tractatu homines vt corpus faciunt. nu. 11.

Verbum, speciariæ, societatem & vniuersitatẽ speciariorum significat. nu. 12.

Verbum pertinere, generale est. nu. 13.

Verba, secundum qualitatem personarum, ad quas referuntur, sunt intelligenda. nu. 14.

Qualitas accidentalis iudicatur secundum naturalem concurrẽtem. nu. 15.

Statutum esse probatur hoc ipso, quod inter alia descriptum est. nume. 16.

Statuta nouissima derogant prioribus contrarijs. nu. 18.

CONSILIVM LXXXVIII.

1 Mihi videt, † quòd tota vis & difficultas huius consultationis pendeat ex hoc videlicet, si illa pacta, seu (vt ita rectius dixerim) statuta descripta in libro cãpionis mercãtiæ Bononiensis habilitet speciarios ad emendum, vendendum, traficandum liberè omnia ea, quę descripta sunt in capitulo specificè loquente de speciarijs, adeo quòd nõ obstãtibus statutis salarolorũ possint talia ascripta ipsis speciarijs in libro campionis vendere, & traficare, non soluendo obedientiam aliquam societati salarolorum & sic quo ad illa descripta in dicto cãpione & adscripta illis speciarijs videat eẽ derogatum monopolijs, seu, vt ita dixerim, statutis cũ licẽtia & obedictia dictæ societatis. Et iudicio meo ista videt esse tota vis, & difficultas p̃sentis hæsitationis. Erit ergo circa hoc accuratissime elaborandum. & quia veritas cõsistit in paucis, ideo paucula afferam. Et præsuppono, qđ in statuto societatis speciariorum dicitur, illos intelligimus exercere artem speciariæ, qui tenent in eorum stationibus mortale de cupro &c. quo operetur ad dictam artem. & qui vendunt piper, cuminũ, zaccarum, penices, valectuaria, vngnenta, ginziber, galoforos, ceram laboratam, & non laboratam, vel alias species seu alia pertinentia ad artem speciariæ, siue aliqua ex prædictis. Et sic statutum prædictum loquitur in genere, non connumerãdo omnes species spectantes ad ipsam artem: q̃a fuisset satis difficile connumerare omnes species ptinẽtes ad artẽ speciariȩ: q̃a multȩ & infinitȩ penè sunt: vt apparet cuique in arte illa exercitato viro, nec in aliqua parte statutorum dictȩ societatis declaratur, quȩ sunt aliȩ species seu alia pertinẽtia ad ipsam artem speciariȩ. Modo extat statutum scriptum in libro Campionis mercãtiæ Bononiæ, hoc modo. Item quòd omnia infrascripta & suprascripta pacta sint & esse intelligantur statuta & iura municipalia cõmunis Bononiæ, & pro statutis & iuribus municipalibus dicti cõmunis debeant obseruari: non obstantibus aliquibus alijs statutis, & iuribus municipalibus dicti cõmunis in cõtrarium faciẽtibus: & sic dictum statutum scriptum in libro cãpionis disponit, ꝙ omnia ibi scripta sint & esse intelligantur statuta municipalia: quæ verba denotant veritatem. Ita est solennis doctrina Bal. in prima constitutione fforum, vbi dicit, ꝙ illa verba, sit, & habeatur, important veritatem. allegat de hoc tex. in lege prima ad fin. ff. quòd quisque iuris. & sic apparet, quòd illud sic scriptum in libro Campionis in veritate est statutum & ius municipale communis Bononiensis, cũ dicit, sit & esse intelligatur ius municipale communis Bononiensis, & pro statutis & iuribus municipalibus dicti cõmunis debeat obseruari, & sic ista est vera conclusio, quòd scripta in dicto Campione sunt iura municipalia verè & essentialiter. Præsuppono etiam, ꝙ suprascriptum statutũ speciariorum licet fuerit edictum & fabricatũ per homines ꝑfessionis & societatis speciariæ, iuxta no. in lege secũda. C. de consti. pe. & in l. fi. C. de iur. om. iu. nihilominus fuerit confirmatum in forma specifica per regimina communis Bononiæ, habentia ad hoc potestatem a populo & communi Bononiȩ. Istud apparet ex confirmatione facta de ipso statuto in qua dicitur, visis & examinatis statatis prędictis vigore auctoritatis & arbitrijs nobis in hac parte concessis, approbamus dicta statuta societatis speciariorum, quo casu talis confirmatio emanauit in forma specifica, ex quo præcessit examinatio & cognitio, vt no. glo. ordi. & Inno. & communiter omnes scribentes in capit. primo, & secundo. de cõfir. vti. vel inuti.

2 ex quo sequitur, quòd † cum talis confirmatio facta fuerit in forma specifica, ꝙ tribuit ius de nouo, & cõfirmauit tale statutũ, adeo ꝙ ligauit eos q̃ nõ sunt eiusdẽ professionis: quia ex tali cõfirmatione est effectum statutum superioris, & sic cõmunis Bononiæ, ita pulchrè dixit Bald. in lege ex placito. C. de re. permu. vbi dixit, ꝙ quoniam superior confirmat statutũ inferioris ĩ forma specifica, illud exminãdo, & sic causa cognita approbat, quòd tunc tale statutũ desinit esse statutum inferioris, & est effectum statutũ superioris, & translatum in statutum ipsius superioris causa cognita confirmantis, in tantum quòd si statuta spoletana sunt confirmata per Papam, in forma specifica & causa cognita, non dicuntur amplius statuta spoletana: sed dicuntur statuta Pa-

palia, & illorum transgressor dicitur transgressor statutorum papalium. & ideo dixit text. in l. prima. C. de vete. iu. enuc. omnia nostra facimus, cum auctoritatem nostram impartimur. Et pulchrè dixit Angel. in auth. de defen. ci. §. decretum. quòd si officialis eligitur per vnum, & postea per alium confirmatur, & post modum committit crimen priuatione dignum, quòd priuabitur per confirmantem, & non per eligentem. Et bellissimè dixit D. An. in cap. quoties. de pac. referens se consuluisse, collegia Bononiensia remiserant pœnam cuidam, & talis remissio non emanauerat in forma solenni & canonica. fuit confirmata per dominos ancianos: fuit dubitatum, an illa confirmatio suppleret defectum solennitatis omissæ, & consuluit quòd non: quia illa confirmatio non emanauerat examinato negotio & de cã cognito, & sic ex forma specifica. Facit, qđ voluit Ioã. An. & ibi Dñic⁹ in c. præsenti. de offi. or. lib. 6. vbi dicunt, ꝙ si beneficium est manuale & obedientiarium, & inferior illud confert, & Papa confirmat, ꝙ nõ poterit remoueri amplius ab inferiori: quia de manuali est effectum perpetuum quò ad illum, cui est collatum. & voluit D. Pet. de Ancha. in cle. quia regulares. de supplẽ. negli. prela. Innoc. & Ioã. Andr. in c. nisi. de præben. & facit, quod habetur in c. cum singula. de prehen. libro 6. & quod no. Bart. in l. rescripta. C. de preci. impera. offer. Facit, quod no. Bar. in l. & quia. ff. de iur. om. iudi. vbi dicit, quandoque quis confirmat illud, quod est ipso iure nullum: tũc confirmans videtur dare. l. adoptio. ff. de adoptio. quandoque confirmat illud, quod est imperfectũ, & tunc non dat, sed imperfectum perficit: vt in §. interim. in auth. de defen. ci. quandoque quis confirmat actum validum & perfectum, & tunc aut ille actus non erat in sua libera potestate, quia cum nõ poterat tollere, & tunc qui confirmat, nõ dat. l. vnũ ex familia. §. si de falcidia. ff. de lega. 2. aut erat in sua libera potestate, & tunc ipse confirmans confirmat volens de nouo inducere, vt l. posthumus. ff. de iniusto testa. l. quærebatur. ff. de testa. mili. & tunc dicit, aut noluit inducere de nouo, sed voluit confirmare, prout erat, & tunc qui confirmat, non dat. c. pe. & fin. de confir. vtili. quæ verba dicit Bald. ibi fore aurea, & fuisse dicta a Cyno ibi. & idem Bal. in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iu. dicit, quòd ille, qui confirmat, dat, est verum, si cõfirmatio sit de substãtia, & actus possit cadere in confirmante sub suo nomine, sed si confirmatio non addit aliquid roboris, actus non denominatur a confirmatione, vt l. j. ff. commoda. & subdit, ꝙ statuta renouata per modum confirmationis retro ligant. l. Aurelius. §. testamẽto. ff. de libe. leg. Si autem per modum correctionis, ligant vt ex nunc, si autem per modum adiectionis, etiam videtur noua statuta, allegat Iaco. de Belui. in auth. vt factæ nouæ constitu. Et idẽ Bal. in tractatu schismatis. quem posuit. C. si quis aliquẽ testa. ꝓhi. dicit, ꝙ c. vbi periculum. de elec. lib. 6. & cle. ne romani. eodẽ tit. nolunt iuramẽta, quatenus nõ sunt mutata, obtinere roboris firmitatẽ. vnde illa ꝓprie nõ est cõfirmatio, sed approbatio, quia non indigebant confirmatione, cum essent valida ex seipsis. ca. super quæstionum. de offi. de leg. sic prætoris edictum approbat ius ciuile: non tamen propriè dicitur confirmare. d. l. j. §. commoda. illud enim propriè dicitur cõfirmari, qđ indiget confirmatione, allegat d. l. Aurelius. §. testã. l. tribunus. §. si ff. de test. mili. l. legata inutiliter. ff. de legat. j. l. qua in prouincia. §. j. ff. de ritu nupt. l. adoptio. ff. de adop. capitulo primo. de transac. capitulo primo de confirmatio. vtili vel inutili. l. & quia prælle. l. si quos. C. de decurio. libro decimo. facit e-tiam optima gloss. in ca. quia diuersitatem. de concess. præben. & quod not. idem Bald. in l. ex his verbis. C. de dona. inter vir. & vxor. Modo in proposito nostro, ista statuta societatis speciariorum egebant confirmatione: quia aliter nõ poterant ligare alios: qui non sunt eiusdem professionis & talis confirmatio debuit fieri in forma specifica & solenni, causa cognita, & examinato negotio: & sic per illam confirmationem sunt effecta statuta, & iura municipalia, & sic tam contenta & scripta in libro Campionis prædicti sunt statuta communis Bononien. & dicta statuta speciariorum sunt effecta per illam confirmationem statuta cõis Bononiæ: quia omnia nostra facimus cum auctoritatem nostram impartimur. non ergo erit mirum, si vnum statutum recipiet declarationem ab alio, & sic posterius declarabit primum statutum. Ideo erit nunc instãdum, an dictum statutum Campionis declaret istud statutum societatis speciariorum: & indubitanter videtur dicendũ ꝙ sic. nã primum statutum ipsorum speciariorum & generale, & confusum, & indeterminatũ est: adeo ꝙ non potest haberi certa notitia, qui sint, qui exerceant artem speciariæ, sub illa generalitate verborum: superuenit postea statutum Campionis attribuens & describens & appropriãs multas species vltra expressas in dicto statuto speciariorum ipsis speciarijs: quapropter posterius † statutum: specificum
3 videtur declarare primum statutum. Vnde dixit Gulielm. de Cun. in l. nam & posteriores. ff. de legib. dictat statutum ciuitatis, ꝙ si furtum est de nocte commissum, emendetur per custodes loci: postea est factum aliud statutum, ꝙ si furtum est factum de nocte, & non reperitur fur, ꝙ emendetur per omnes de ciuitate. Gulielm. tenet ibi, quòd vltimum statutum intelligatur secundùm primum, quòd illa generalitas, quòd emendetur per omnes de ciuitate, intelligitur per omnes custodes de ciuitate: non solum per custodes illius viciniæ, vbi furtum factum est, argument. illius legis, nam & posteriores. Vnde ista species apposita in isto secundo & posteriori statuto Campionis specificat & declarat illud genus, & illã generalitatem appositam in primo statuto speciariorum, ꝙ tenentes mortale de cupro, & vendentes piper & c. & ista alia contenta in libr. Campionis intelliguntur in exercente, & in faciente facere artem speciariæ. facit l. alimenta. §. Basilicæ. ff. de ali. & ci. lega. & quod not. gloss. quæ allegatur pro singulari in l. decurionibus. C. de silentiar. libr. 12. & quod not. Dyn. in l. talis scriptura. ff. de legat. j. & in reg. generi. lib. 6. & no. in l. quoties. C. fami. erc. vnde videtur, ꝙ illa generalitas contenta in dicto statuto speciariorum declaratur per species enumeratas & specificatas in dicto statuto contento in libro Campionis. Facit text. nouus & singularis secũdum Bart. in l. vxorẽ. §. Seium. ff. de le. 3. vbi si primo præcessit ꝯtractus, seu actus inter viuos & erat dubium, an esset cõtractus, an vltima voluntas: declaratur ex verbis postea in testamento prolatis: & sic actus generalis & incertus declaratur ex actu sequenti. Ita dicamus in casu nostro, ꝙ illud primum statutũ generale & indeterminatum specificatur & declaratur per statutum sequens specificatiuum. Facit, quod voluit Bal. in cõmento. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. versicu. modo quæro. vtrum vnum statutũ trahat ad se primum statutum: & dicit, ꝙ tribus modis, determinãdo supplendo, & corrigendo. dicit ibi Bal. esse verũ, si vtrũque loquatur specialiter in eodem casu: sed si primum statutum loquatur distinctè, & 2m statutum loquatur indistinctè: tunc non fit correctio, quæ est vitãda. l. j. C. de inoffi. do. c. cum expediat. de elec. libr. sexto,

sexto, cum sim. sed primum statutum trahit ad se vltimum & distinguit ipsum: vt no. in l. nō est nouum. ff. de leg. Item declarat ipsum, vt l. nihil. ff. de coniug. cum ema. lib. & sic dicit ibi Bald. ꝙ quando primum statutum loquitur distinctè & specifice, & vltimum loquitur generaliter, indistincte, & indeterminate: tunc vltimum statutum distinguitur, & declaratur per primum. Ita dicamus econtra, quando primum statutum loquitur generaliter & indistincte: & secundum loquitur distincte & determinate: tunc multo fortius primum statutum declaratur per vltimum. Modo ista doctrina apponit gladiū & securim huic certamini: quia si posterius statutum trahit ad se primum determinādo, ampliando, & corrigēdo, & primum statutum societatis speciariorum est generale, indeterminatum: & est statutum & ius municipale communis Bononien. ergo sequitur, ꝙ hoc vltimum declarat & determinat illud primum statutum speciariorum, quod per approbationem cōmunis Bononię est factum ius municipale ipsius Bononiæ. Cū ergo dicatur in illo primo, vel alias species, vel alia pertinentia ad artem speciarię. illa generalitas declaratur per librum Campionis, ꝙ illi, qui tenent mortale de cupro, &c. & conducunt illas species, & res contentas in dicto Campione, dicuntur exercere artem speciariæ: & sic indubitanter sopita est ista hesitatio, & per consequens si quis tenet mortale de cupro, & conducit & vendit illa, quæ sunt contenta in Campione mercatię Bononię attributa & descripta speciarijs: vt ibi habet, dr̃ exercere artē speciariæ: & illud primū statutū est declaratū ꝑ istud vltimū. Facit d. l. non est nouū. vt priores leges ad posteriores trahantur. cū l. sequenti. & ibi gl. solennis dicit, quòd tribus modis trahunt, vt determinent: vt in l. j. C. q̄n libel. princi. da. q̄ determinatur per d. l. 2. euidenti. & vt suppleantur: vt l. fi. C. de consti. pecu. & vt corrigātur: vt l. generaliter. & ī auth. ingressi. C. de sacrosan. eccle. & sic lex antiqua trahitur ad posteriorem correctiue: ampliatiue, & declaratiue, & illum modū loquendi habuit Bald. in dicta l. omnes populi. a glo. prædicta. Et ita in casu nostro, habuit se declaratiue liber Campionis ad statutum ipsorum speciariorū. Præterea est accuratissimè considerandum circa ipsum statutum speciariorum: quia dictat hoc modo. intelligimus illos exercere artem speciariæ, qui tenet mortale, &c. qui vendunt piper, &c. vel alias species, seu alia pertinentia ad artem speciariæ: seu aliqua ea prædictis, & si recte ponderetur, habilitat ad vendendum piper, cuminum, saccarū, &c. vel alias species, seu alia pertinentia ad artem speciariæ: quia dicit, vendens talia dicatur exercere artem speciariæ, vnde habilitat eos, vt possint vendere alias species, vel alia, dummodo pertineant ad artem speciariæ. Vnde, vt inquit Hyero. in ꝓlogo Bibliæ, quod est medicorum, promittunt medici. tractant fabrilia fabri. iō dicūtur exercere artē speciarię, qui tenent mortale de cupro, &c. & vēdunt piper, &c. vel alias species, vel alia pertinentia ad artem speciariæ, & sic si citranguli spectant ad artem speciariæ, vel lardum, vel oleum, vel sepum, speciarij poterunt illa vendere absque molestia salarolorū. Vnde arguo sic formaliter
4 ad illum † casum adaptatur dispositio statuti, ad quē adaptantur verba statuti. l. quarta. §. toties. ff. de dam. infec. Et ibi dixit Barto. cauetur statuto, quòd soluatur gabella sex denariorum pro libra, & fiat contractus super re inęstimabili, quòd non soluetur gabella: quia verba statuti non adaptantur ad rem inestimabilem, & sic nec adaptabitur dispositio statuti. Et ibi dixit Angel. quòd si cauetur statuto, quòd stetur consilio medicorum, an sit remansura cicatrix, & aliquis est percussus, & notorium est esse remansuram cicatricem, quòd tunc non igitur ad iudicium medicorum, quia verba statuti loquūtur, quando esset dubium, an esset cicatrix remansura, non autem quando esset notorium. facit l. ita autem. & ibi Barto. ff. de admit. tu. & l. quod constitutum. ff. de testa. mili. & ibi Barto. & facit, quod pulchre voluit Bal. in fi. C. de appell. & in l. in copulandis. alias in l. coniunctione. C. de nup. & Dominicus in capit. indemnitatibus. §. sed cum eas. de ele. li. 6. & Raphael. Cuma. & Io. de Imol. in §. toties. præalle. Cū ergo in casu nostro, verba expressa in d. statuto speciariæ, comprehendant omnino illa, quæ descripta sunt in d. lib. Campionis. in rubrica, seu postea, aut partita speciariorū, & etiā alia ibi non descripta comprehendunt, quia dicunt, ꝙ dicantur exercere artem speciariæ, tenentes mortale de cupro, &c. vel alias species, vel alias pertinētia ad artem speciariæ, spectant comprehensa in illo statuto. ergo dispositio eius adaptabitur ad illa talia spectantia ad artem speciariæ, & sic sub illis verbis generalibus comprehenduntur citranguli, lardum, sepū, oleum, & omnia alia spectantia ad artem speciariæ. Et est diligenter aduertendum, vt superius dixi, ꝙ tale statutum per approbationem factam præcedente examinatione & cognitione, dicitur esse statutum, & ius municipale communis Bononiæ. Et si quispiā dixerit, amice, illa verba, vel alias species, copulant species similes præcedētibus, vt l. si fugitiui. C. de ser. fugi. & c. sedes Apostolica. de rescri. & cle. Abbates, eodem tit. & dixit Bal. post. Cy. in l. & si tres. ff. si quis cau. ꝙ statuto Florētino cauebatur, ꝙ pro adulterio imponeretur pęna mille, vel alia arbitrio Potestatis, ꝙ Potestas non poterit arbitrari, nisi similem pœnā. Et facit, quod no. do. Ioan. de Imol. in ca. cum in multis. de rescrip. li. 6. & ibi Dominicus, ꝙ si impetrauit rescriptum in quinque libris, & quibusdam alijs, ꝙ intelligitur de similibus summis. Et facit, quod not. glo. in cap. damnamus. in versiculo, alius. de summa trinitate. & gloss. in c. deinde. 26. di. cum ergo in casu istius statuti dicatur, quòd tenens mortale de cupro, vendens piper, cuminum, zinziber, seu alias species, vel alia, tale statutum disponit de similibus speciebus, sed citranguli, oleum, lardum, sepum, & similia non sunt species similes dictis cumino, piper, &c. ergo sequitur, ꝙ tale statutum non comprehendit prædicta, lardum, & similia. Quinimo plus videtur posset animose attentari primo ingressu huius prouinciæ, ꝙ tale statutum est generale, cōfusum & incertum, quod esse non debet, imo esset captiosum: quia tolleret indultum concessum ipsis salarolis habentibus statuta sua propria, ꝙ nemo possit vendere lardum, & similia, nisi sit de societate eorum, vel eis obediens. vnde si illud statutum speciariorum, dum dicit, vel alias species, vel alia intelligeretur ita generaliter, videretur, quòd esset captiosum, & pararet laqueum, & præiudicium societati salarolorum, qđ esse non debet, vt §. erit autem lex. 4. distin. nec illa approbatio facta per regimina, vel commune Bononię est interpretāda cum præiudicio aliarum societatū, argu. l. cum auus. C. de emanci. liber. capitulo quanuis. de rescrpt. libro 6. cum similibus, & sic videtur necessario dicendum, quòd nullo modo tale statutum, inquantum dicit, vel alias species, comprehendit nisi similes, & istud prima fronte videtur demulcere aures. Sed in veritate nec est dubium, nec est recitatione, nec auditu dignum, nam pōderanda sunt
5 verba ipsius statuti, dum † dicūt, seu alias species, vel alias pertinentia ad artem speciariæ. vnde illa verba, vel alia, seu alias species, non stant in puro, & nāli significato illius dictionis ampliatiuæ, alias seu alia cuius nā propriè est implicare, vt dicunt iura allegata superius in ꝯrium, vnde alterata est ex toto nā sua, &

eius naturale & proprium ſignificatum: quia eo ip-
ſo, ꝙ dictum ſtatutū addit illud verbum, pertinentia
alterat & augmentat ſignificatū illius dictionis, alia,
ſeu alias: vnde multa & fere infinita ſunt, q̄ ſpectant
ad artem ſpeciariæ, vltra ſpecies ſimiles cumino, pi-
peri, zinziberi & ſimilibus. vnde ſtatutū ampliauit il
lam dictionem, alias, ſeu alia, vt importent oēs ſpe-
cies & omnia alia, quæ generaliter ſpectant ad artē
ſpeciariæ. & ideo ſileant contraria præalle. quia pro-
cedūt eo caſu, quo illa dictio alia, ſtat in ſuo proprio
ſignificato implicatiuo ſimilium. Simile dixit gloſſ.
quam allegat do. Ioann. de Imo. pro ſingulari in cle.
j. de re iudi. inquantū text. ibi apponit illa verba, vel
quæuis alia, ꝙ illa verba ampliant ad maiora expreſ-
ſis: vt ibi dixit gloſſ. ſolennis. & re vera eſt text. & glo.
in clementina, ne romani. in verſ. quæuis. de elec. &
facit gloſſ. quæ reputatur ſingu. in cle. j. de iudi. & ſic
illa dictio, quæuis, alterat & ampliat ſignificatum il-
lius dictionis, alia, ad maiora expreſſis. Ita dicamus
in noſtro propoſito, ꝙ illa dictio, pertinentia ad artē
ſpeciariæ, ampliat ſignificatū illius dictionis alia, ad
maiora expreſſis. facit, quod voluit Spe. in titu. de re-
ſcrip. præſentat. cuius dictū referunt omnes ſcriben-
tes in præalle. ca. ſedes Apoſtolica. & ſiquis impetra-
uit reſcriptū ɔ̄ epiſcopum, & quoſdā alios ſuos comi
tes, ꝙ ſub illa dictione, ſeu ſub illis verbis, quoſdam
alios ſuos comites, comprehenduntur clerici, & lai-
ci ſocij ipſius epiſcopi. Ita dicamus in caſu nr̄o, cum
dicitur, alias ſpecies, vel alia pertinentia, intelligitur
ad maiora expreſſis, & ſic poterunt ſpeciarij vendere
omnia illa, quę ſpectant & pertinēt ad artē ſpeciarię.
Et facit, quod voluit Bar. in l. pater filium. §. quinde-
cim. ff. de leg. 3. vbi dicit, ꝙ dictio alij, intelligitur de ex
tra coniunctis, & ſic copulat ſimilia præcedentibus,
& ſic illa iura ſuperius allegata non obſtanti, & per
conſequens comprehenduntur ſpecies diſſimiles, &
alia diſſimilia, dummodo ſpectent ad artem ſpecia-
riæ. Nec eſt verum, qđ dicebatur, ꝙ iſtud ſtatutū eſt
captioſum: quia imo iſtud ſtatutum eſt clarum &
manifeſtū; diſponit expreſsè de pertinētibus ad artē
ſpeciariæ: & ſic nulla captio pōt parari illis ſalarolis:
quia imo tale ſtatutū eſt iuſtū & æquum, & cuicun-
que iuris diſpoſitioni conſonum, ꝙ illi dicantur exer
cere artē ſpeciariæ, qui tenēt mortale de cupro, &c,
& vendunt pertinētia ad artē ſpeciarię quæ autē ſint
illa, quæ pertinent ad artē ſpeciariæ, ſunt penè infini
ta: & non pōt dari certa doctrina: ſed iſtud ſtabit in
arbitrio experti in arte illa, arg. l. j. ff. de vent. inſpi. &
c. propoſuiſti. de proba. cum ſimili. vnde ſi aliquis te-
net mortale, &c. & vēdit pertinētia ad artē ſpeciarię:
ſeqt̄ neceſſario, ꝙ dicitur exercere artē ſpeciariæ: ſer
mones enim noſtri debent adaptari rebus ſenſatis,
intellectu fruētibus: vt dixit Auerroes, & voluit Bal.
in l. j. C. de ſeruis fugi. & text. in l. ſi ita quis. in ver. qđ
nemo ſanus loqueretur. ff. de euic. & ſic ſicut tale ſta
tutum habilitat eos ad vendendum piper, cuminū,
& ſimilia, ita habilitat eos ad vendendum alia perti-
nentia ad artē ſpeciariæ: quia ſi contrarium dicere-
mus, ſequeretur inconueniens, ꝙ pro parte poſſent
exercere artem, & pro parte non, quod nō eſt dicen
dum. Facit in ſimili, quod habetur in l. ſi pariter. & in
l. ſi duobus. ff. de lib. cau. vbi quis non poteſt eſſe pro
parte ſeruus, & ꝓ parte liber. l. ideoque. & l. libertas.
ff. de manu. teſta. & gl. in c. fi. de claud. deſpon. quæ di
cit, ꝙ quis non poteſt eſſe pro parte legitimus, & pro
parte non. Ita dicamus in caſu noſtro, ꝙ ſpeciarij eo
ipſo, ꝙ habilitantur ad exercēdum artem ſpeciarię,
& ad vendendum illa, quæ pertinēt ad artem illam,
ſequitur, ꝙ in totum poterunt vendere pertinentia
ad artem, ne pro parte ſit eis permiſſum, & pro parte
prohibitum, quod eſſe non debet. Facit, qđ in ſimili
dicimus, ſtatuto caueतur, ꝙ filius non poſſit contra-
here, niſi ſit mercatori, ꝙ ſi contrahit in cauſa mercā
tiæ, & per conſequens in cauſis ſpectantibus ad mer
cantiam, poterit & valebit contractus. iſtud dixit Bal.
in l. fi. & ī l. macedoniani. C. ad maced. & ibi Sal. Bal.
in l. ſi ita. §. hoc edicto. ff. nau. cau. & ſtab. & in l. obſer
uare. §. proficiſci. ff. de offici. proconſul. & quod ipſe
voluit in l. 2. C. de cōſti. pecu. & in l. fi. C. vbi de ra. agi.
op. & in rub. C. de exercitor. & quod notant moder-
ni in c. quod quibuſdam. de fideiuſſoribus. de mona-
co, qui habuit licentiam eundi ad ſtudium, ꝙ pote-
rit ſe obligare in omnibus pertinētibus ad ſtudium:
ita dicamus in caſu noſtro, ꝙ eo ipſo ꝙ poſſunt exer-
cere artem ſpeciariæ ſpeciarij, ſecundum illud exer-
citium ipſi poterunt vendere oīa illa, quæ ſpectant
ad artem ſpeciariæ, licet ergo aliqua ſint, quę exercēt
ſalaroli, & ſunt per ſtatuta ſocietatis ſalarolorum ꝓ-
hibita alijs ſocietatibus, quę ſpectant ad artem ſpe-
ciariæ, non tamen propter hoc videntur prohibita
ipſis ſpeciarijs, cum ſint pertinentia ad artem ipſius
ſpeciariæ. Vnde ſocietas ſpeciariorū vtitur iure ſuo:
ideo nomini faciunt iniuriam. c. eccleſia. de elec. cū
ſi. Et ideo ſi eſt eis permiſſum vēdere piper, & ea, quę
pertinent ad artem ſpeciariæ, ſequitur, ꝙ poterunt
vendere omnia quæcunque ſpectantia ad artem il-
lam, poſito ꝙ ſint prohibita per ſtatuta aliarum ſo-
cietatum, quod etiam probo inconuincibiliter hoc
6 modo. vbicunque procedit † ſtatutum generale, vt
eſt in caſu noſtro in ſtatuto ſalarolorum, quo diſpo-
nitur, ꝙ nullus poſſit vendere oleum, lardum, ſepū,
ſimilia, niſi ſit ſcriptus ī dicta ſua ſocietate, vel ſit obe
diens, & poſtea ſequitur aliud ſtatutum ſpeciale, vel
generale, vt eſt in caſu noſtro, quia ſtatuta ſocietatis
ſpeciariorum diſponitur, ꝙ illi dicantur exercere ar-
tem ſpeciariæ, qui vendunt piper, &c. vt eſt ſuperius
dictum, vnum ſtatutū limitatur, & diſtinguitur per
aliud, & vtrunque vendicat ſibi locum in caſu ſuo,
nec vnū corrigitur, aut tollitur per aliud. Hoc voluit
Bar. in l. j. §. & per vim. ff. quod vi aut clam. vbi dicit,
ſtatuto cauetur, ꝙ non poſſit opponi exceptio con-
tra inſtrumētū, niſi ſolutionis, vel ſimulationis, ꝙ ni-
hilominus poterit opponi omnis alia exceptio, quæ
venit ex eodē ſtatuto, quia debet capi ſenſus, vt vnū
ſtatutum intelligatur ſecundū aliud, vt ibi per eum.
Et ideo in accidentia facti conſuluit D. Petr. de An-
cha. vt ipſe refert in c. ſtatutum. §. cū autē. de reſcrip.
li. 6. & in cōmento. c. canonum. de conſti. ſtatuto Tri
uiſino diſponebatur, ꝙ nullus forenſis poſſit acqui-
rere bona immobillia in illo loco, alio ſtatuto caue-
batur, ꝙ maritus lucraretur dotē, vxore prædeceden
te in matrimonio, mō forenſis ɔ̄xit matrimoniū cū
quadā Triuiſina, & in dotē data fuerūt bona immo-
billia, deceſſit mulier ſuperſtite viro forēſi, fuit du-
bitatū, vtrum vir forēſis lucraretur illā dotē ɔ̄ſiſtentē
in rebus immobilibus, & conſuluit D. Pet. ꝙ ſic, quia
vnū ſtatutum intelligebatur ſecundū aliud, nec vnū
tollebat aliud, ſed limitatur per aliud. vnde vir forē-
ſis contrahens cum Triuiſina lucrabitur dotē etiam
conſiſtentem in rebus immobilibus. Ita in caſu no-
ſtro eſt dicendum, licet nemo poſſit vendere oleū, ſe
pū, lardū, & ſimilia, niſi illi de ſocietate ſalarolorū:
nihilominus ſocietas ſpeciariorum poteſt vendere
oēs illas ſpecies, q̄ ſpectāt ad artē ſpeciariæ, & alia ēt
pertinentia ad artē ſpeciariæ, ideo vtrunq; ſtatutū in
telligitur in caſu ſuo, maxime cum vtrunque ſtatutū
ſocietatis ſalarolorum, & ſpeciariorum ſit pariter &
eodem modo cōfirmatū per regimina Bononiæ exa
minatis dictis ſtatutis, & ſic vtrunque ſtatutum eſt
effectum ius municipale ipſius communis Bononiæ,
vt ſuperius fuit dictum, ideo non eſt mirandum. ſi
vnum ſtatutum intelligatur ſecūdum aliud. Et pul-
chre

chre dixit Bald. in l. maximum vitium. C. de lib. præter. statuto cauet, ꝙ pater teneatur relinquere filio quintam partem bonorum suorum, alio statuto cauetur, ꝙ pater teneatur relinquere filio integrã portionem: fuit in contingentia facti dubitatum, vtrum deberet intelligi integra legitima secundum ius cõmune, an vero secundum primum statutum, & refert se consuluisse, debere intelligi secundũ primum statutum. facit, quod voluit Ioan. Andr. in addi. Spe. in tit. de execu. sent. §. postremo. ver. est sciendum. in addi. quæ incipit, in contrarium vide, qđ scripsi. vbi refert Rofred. Beneuentanũ, quæstione 45. & Guid. de Suza. ꝙ si vnum statutum dat certam formã sententiandi, & aliud statutum iubet sententiam intra certum tempus mandari executioni, non obstante aliquo statuto, sententia, in qua constat formã primi statuti non fuisse seruatam, executioni non mandabitur: nec primum statutum dicitur sublatũ, & facit, quod voluit idem Io. And. in addi. Spe. in titu. de sen. §. vt autem. in prin. in addi. quæ incipit, ad hæc & ea quæ præmissa sunt. facit quæstio Nicola. de Mat. quæ incipit, statutum est in ciuitate, ꝙ si contra præceptum factum in confessum possit opponi exceptio nullitatis, & maximè cũ procedit nullitas ex vi alterius statuti. vbi decidit, ꝙ vnum statutum determinatur per aliud, sicut vna lex per aliam terminat. facit, quod voluit Barto. in l. beneficio. ff. ad l. falcid. Cum ergo in casu nostro extat primum statutum salarolorum, quod nullus, qui non sit de eorum societate, vel eis obediens, possit vendere oleum, sepum, & similia: & postea, vel eodem tempore, emanauerit statutum societatis speciariorum, ꝙ posset vendere ea, quæ pertinent ad artem suam, ꝙ quodlibet statutum seruabitur ĩ casu suo, videlicet, ꝙ speciarij possint vendere, quæ spectant ad artem suam: licet sint aliqua spectantia ad artem suam, quæ sunt probibita in dicto statuto salarolorum, & ꝙ nullus alius ab eis possit vendere sal. sepũ, & similia. & sic primum statutum limitabitur & restringetur per secundum, videlicet, nisi illa pertinerent ad artem speciariæ: qa tunc possent vendi per speciarios, & si aliter diceremus, sequeretur inconueniens, ꝙ speciarij non possent exercere, aut vendere ea, quę spectant ad suam artem, quòd est contra mentem cõfirmantis illa sta-
7 tuta. Nec illa confirmatio † facta de statutis salarolorum debet intelligi cum præiudicio societatis speciariæ: quia tunc saperet monopolium, quod esse non debet: vt l. j. C. de monopol. c. significante. de app. p Innoc. Et sic ista stant simul, ꝙ nemo possit vendere oleũ, &c. nisi sit de societate salarolorum, vel eis obediens, & quòd speciarij possint vendere, quæ spectãt ad artem suam, cum statutum illud dicat, quòd qui vendunt ea, quæ spectant ad artem speciariæ, dicuntur exercere artem speciariæ. Et ꝙ hoc sic verissimũ facit: quia in statuto societatis Biselorum cauetur, ꝙ nullus possit vẽdere bombicẽ filatũ, nisi sit de illa societate, vel eis obediens, & tñ speciarij vendũt bombicẽ filatũ, & illud ideo est, quia pertinet ad artẽ speciariæ, & sic poterunt reperiri multa similia, & sic non obstãtibus statutis salarolorũ possunt speciarij vẽdere oĩa illa, quæ spectant ad artẽ speciariæ,
8 & maxime: qa licitũ est † vti prohibito, vt perueniamus ad permissum: vt l. si victũ aut statutũ. ff. de re iudi. cũ si. Ideo si est permissum vendere ea, quæ pertinent ad artem speciarię, speciarij poterunt ad illud accedere, licet per statuta salarolorũ videantur prohibiti. Præterea facit, statutũ ipsorum speciariorum est generale, ꝙ qui tenent mortale de cupro, &c. & vendunt pertinentia ad artẽ speciariæ, dicũtur exercere artẽ speciariæ statutũ ipsorũ salarolorũ est speciale: quia loquitur de vendentibus oleum, sepum,
9 lardũ, & similia: vbicunque alicui † cõpetit generale, & alicui attribuitur specialẽ contentum sub illo generali, nunq̃ videtur attributũ priuatiuè, hoc est priuãdo illum hoc speciali, cui cõpetebat illud generale. iste ẽ tex. optimus in l. j. C. de off. pręfe. vrb. hoc tenet ibi Bar. & licet aliq̃ ĩ l. Titiæ textores. ff. de leg. j. teneant contrarium, & nitantur respondere ad. d. l. tñ non possunt se defendere a tex. ad hoc formali in c. per hoc. de hæreticis. li. 6. vbi ꝯceditur specialis iurisdictio inquirendi ꝯ hæreticos inquisitori, & tñ illa species iurisdictionis non aufertur ab illa generali iurisdictione, quæ competit ordinario loci. vnde attribuitur accumulatiuè, & nõ priuatiuè. & istud tenuit dñs Pet. de Ancha. in c. tibi qui. de rescript. li. 6. & ꝯsilio 153. & facit, qđ notat Bar. in l. semel. ff. de tutel. & hoc tenuit Angel. in l. j. C. vbi & apud quẽ. & istud voluit dñs Benedictus de Plumbino in l. Thais. §. fi. ff. de fidei. liberta. Istud voluit Bal. ĩ l. si in aliquã. ff. de offi. ꝓconsu. vbi dixit, ꝙ si ꝓconsul est visitator generalis, & circuitor totius prouinciæ, ꝙ non tollitur hoc a ꝯsilio generali per aliquã cõmissionẽ specialẽ, alleg. d. l. j. & d. c. ꝑ hoc. & idẽ voluit idẽ Bal. in auth. habita. C. ne fi. ꝓ pa. in ver. demũ oppo. & licet aliter loquũtur in c. studuisti. de offic. lega. & in c. cæterũ. de iudi. & in d. l. Titiæ. tamen dictum eorum confunditur ꝑ dicto capitulo per hoc. & per d. l. si in aliquam. & ẽt potest dici vt verus iuris fons dominus Bald. in l. j. ff. de offi. consul. vbi dixit, ꝙ quoties species iurisdictionis datur, aut attribuitur alicui tanquã superiori, vt est videre in iudice appellationis, tunc vr̃ collata priuatiuè & nõ accumulatiuè, quia aufertur illa species ab illa generali, sed vbicunque non datur tanquam superiori, tunc non aufertur ab illa generali, & sic ꝯfertur accumulatiuè. Ideo dicit, si Papa constituit aliquem specialem visitatorem monacorum, non propter hoc videtur priuare episcopum visitatione monacorum, vnde poterit ipse episcopus visitare. Et facit, quod not. idem Bald. in dicta authentic. habita. per cuius dicto apparet responsio ad l. repetita. C. de epi. & cler. & ad l. consulta diualia. C. de testa. Et peroptime facit ad hoc, quod habetur in l. quoniã Augerio. C. de conue. fi. debit. libro 10. Et sic apparet manifeste, non fuisse derogatum statuto societatis speciariæ, per statutum illorum salarolorum. vnde poterunt libere, & passim speciarii vendere pertinentia ad artem speciariæ. Et si quispiam dixerit, amice, isti salaroli vsi sunt isto statuto suo, quòd etiam speciarij vendentes oleum, sepum, lardum, & similia soluerunt obedientiam ipsis salarolis. & sic cum licentia societatis salarolorum hoc fecerunt, & sic consuetudo tribuit iurisdictionem ipsis salarolis in hoc quo ad ipsos speciarios, ꝙ non possint vendere oleum, & similia prohibita in statuto salarolorum sine licẽtia ipsorum. facit l. viros. C. de diuer. offic. libr. 12. capitulo cum contingat. de foro cõpetenti. cum si. Ad hoc respondeo, & considero primo, quòd ipsum statutũ
10 societatis salarolorum inquantum † præiudicat arti speciariæ, prohibendo ea, quæ pertinent ad artem speciariæ, sapit monopoliũ quo casu nullo modo cõpetit iurisdictio, nisi per totam ciuitatem hoc concedatur. lege prima. C. de monopol. & hoc firmat ibi Bal. idem voluit Barto. in lege finali. ff. de collegi. illici. & facit, quod not. in lege sub prætextu. ff. de var. & extraor. crimi. & in capitulo cum omnes, & in capitulo cum accessissent. de constitutio. vnde censentur talia statuta esse facinorosa, vt dixit text. in dicta lege j. in versi. huius facinora. & sic consuetudo tanquam irrationabilis nõ potest dare iurisdictionem in hoc, vt in capi. fin. de consuet. nam de esse consuetudinis est, ꝙ sit rationabilis, vt in c. consuetudo. j. di. & in c. erit autem lex. 4. di. & in c. j. de consti. li. 6. in ver. dum tamen rationabilia sint, & sic cũ talis actus prohibitionis sapiat monopolium, non potuit induci con-

ſuetudo circa hoc, & ideo non poſſunt dici ſalaroli allegare in hoc conſuetudinem. Et etiam facit: quia non eſt verum, ꝙ in hoc fuerit introducta conſuetudo, quia dicta ſocietas ſalarolorum, & ſocietas ſpeciariorum ſteterunt ſimul mixte per multa tēpora, & a duobus annis citra ſe diuiſerunt, & ſegregauerunt adinuicem, & ſic in tam modico tempore non fuit introducta conſuetudo: vt no. in l. de quibus. ff. de legi. & l. j. & 2. C. quæ ſit long. conſue. & in ca. fi. de conſue. c. conſuetudo. l. di. tum etiam, quia poſito, ꝙ aliqui de dicta ſocietate habuerunt licentiā vendendi oleum, lardum, &c. tamen factum eorum nō potuit præiudicare toti ſocietati, & toti cōgregationi dictorum ſpeciariorum, per no. in c. cū dilectus, de ſimo. & in l. iubemus nullā. C. de ſacroſanc. eccle. c. de lictum perſonæ. de reg. iur. li. 6. vnde cū talis licentia non fuit habita communicato conſilio totius ſocietatis ſpeciariorum, merito talis præſtatio obedientiæ non præiudicat ſocietati. facit, qđ no. gl. in l. j. §. ſicut. ff. qđ cuiuſque vniuerſitatis no. & in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. & qđ habetur in l. ſemper. §. 2. in ver. cōmuni conſilio. ff. qđ vi aut clam. & qđ no. Bar. in l. aut facta. ff. de pœn. & facit, qđ no. Ioan. Andr. in c. felicis. de pœnis li. 6. Et ideo dixit Ioan. de Lignano, in cle. j. de pœnis. quam ibi refert do. Pet. de Ancha.

11 ꝙ tunc † dicitur ciuitas facere aliquid, cū homines communicato conſilio, & habito tractatu hoc faciūt vt corpus, ſecus ſi vt ſinguli, nullo tractatu habito, nec communicato conſilio, alle. d. l. ſemper. & qđ habet in l. nulli. ff. qđ cuiuſque vniuerſitatis no. & per hoc refert ibi ſe conſuluiſſe, ciuitatem Bononiæ non eſſe interdictam propter rebellionem factā a quibuſdam vt ſingulis. facit, qđ no. Bal. & Angel. in l. metū. §. animaduertendū. ff. qđ me. cau. & ſic factū illorum dictæ ſocietatis ſpeciariorum vt ſingulorū non præiudicauit dictæ ſuę ſocietati, & ſic multifariæ, multiſque modis apparet reſponſum, ꝙ poſito ꝙ aliqui de ſpeciarijs habuerint licentiam a ſocietate ſalarolorum: nihilominus non pp hoc poſſunt allegare dicti ſalaroli, ſe habere ius ꝯ ipſos ſpeciarios, vt non vendant omnia ea, quæ pertinent ad artem ſpeciariæ. Pręterea eſt etiam animaduertendum, ꝙ liber Cāpionis prædictus, licet apponat & adſcribat quædam ipſis ſpeciarijs, & ſic videatur declarare ipſum ſtatutum ſpeciariorum: nihilominus non modificat, nec reſtringit illud generale ſtatutum ſpeciariorum; & ſic non obſtante dicta declaratione poterunt ſpeciarij vigore illius ſtatuti vendere oīa, quæ pertinent ad ipſam artem ſpeciariæ. Facit, qđ plene no. Bar. in l. quæſitū. §. ſi quis fundum. ff. de fund. inſtru. & ſic actus inrroductus ad vnum finem non debet contrariū operari. l. legata inutiliter. ff. de leg. j. cū ſi. Et ſi quiſpiam opponat & dicat, amice, ille liber Cāpionis, in quo ſunt aſcripta multa ſpeciarijs, non loquitur de ſocietate ſpeciariorū, & ſic loquitur de ſingulis, & non loquitur de corpore dictæ ſocietatis: ergo non poteſt dici, ꝙ talis liber emanauerit ad declarandum illud ſtatutum ſpeciariorum, cum de illis nō loquatur, vt de corpore & ſocietate: ergo. Quinimo etiam videtur dicendum, quòd ille liber Campionis non emanauerit ad hoc, quòd declaret ſtatutum ſpeciariorum, quia iam feciſſe ſpecificam mentionem de illo ſtatuto ſpeciariorum, & iam nullam mentionē de illo fecit, quinimo euidentiſſime poſſet quilibet arbitrari, ꝙ liber Campionis emanauit ad hūc finē, vt ſciret, qd, & quantū, & de quo debear ſolui gabella rerum, quæ conducuntur ad ciuitatē Bononiæ, & attribuitur artificibus, & mercatoribus, ſecundū ꝙ conſueuerunt conducere res & mercātia ſibi ꝯſuetas ꝯgruentes & ad hūc finem, ꝑpriæ emanauit ille liber Campionis. Ad iſta reſpondeo, quòd eo ipſo, quòd in libro Campionis exprimitur iſtud ver-

12 bum † ſpeciarij, videtur loqui de eis tanquā de vniuerſitate & ſocietate ſpeciariorū, iſte eſt tex. in cap. ſi canonici. de offi. ordi. lib. 6. & hoc tenet ibi Dominicus, & ſic liber Campionis loquitur de illis vt de ſocietate, & per conſequens emanauit ad declarandum ſtatutum ſpeciariorum. Nec eſt opus inſiſtere circa hoc, ſi illud ſtatutum Campionis emanauit ad declarandum ſtatutum dictæ ſocietatis ſpeciariorū: quia iſtud apertiſſimè eſt deciſum per ipſummet ſtatutum: quia eo ipſo, quòd diſponit, ꝙ tenens mortale, &c. & vendens ea, quæ pertinent ad artem ſpeciariæ, videtur comprehendere non ſolum ea. quæ ſunt deſcripta in libro Campionis: ſed generaliter omnia illa, quæ ſpectant ad artem ſpeciariæ. Et ſic non eſt opus diſputare, an liber Campionis declarat dictū

13 ſtatutum generale ſpeciariorum: quia illud † verbū, pertinent, appoſitum in dicto ſtatuto ſpeciariorum, eſt verbum generale, & latiſſimè patet, vt dixit text. in l. verbum illud, pertinere, latiſſimè patet. ff. de ver. bo. ſig. in ver. nam & eis rebus petendis aptum eſt, quę dominii noſtri ſūt, & eis, quas iure aliquo poſſideamus, quamuis nō ſint noſtri dominii: pertinere ad nos ea dicimus, quæ in nulla eorum cauſa ſunt, ſed eſſe poſſunt, & illud, qđ ex aliqua cauſa ad artē ſpeciariæ ſpectare poſſet, comprehenditur ſub verbo, pertinere. Facit l. 2. §. cū ad cauſam. ff. quemadmo. teſta. aper. & l. prętor ait. §. ex hoc edicto. §. pertinere. ff. de eden. Et ſic illud ſtatutum de ſe & ſine aliquo alio adiumento ſibi illato a ſtatuto Campionis comprehendit ea, quæ ex aliqua cauſa ad ſpeciariam ſpectare poſſent. & ſic non ſolùm veniunt ea, quæ ſunt ſpeciariæ artis: ſed quæ eſſe poſſunt, & ſic in veriſſimo timoratæ conſcientiæ iudicio poſſunt ſpeciarij paſſim, & ſine alicuius alterius ſocietatis licentia vendere omnia ea, quæ ſpectant ad artem ſpeciariæ. nam ſpeciarij poſſunt exercere artem ſpeciariæ, & illi intelliguntur exercere illam artem, qui tenent mortale de cupro, &c. & qui vendunt piper, &c. vel alias ſpecies, ſeu alia pertinentia ad artem ſpeciariæ, ſeu aliqua ex prædictis, vt in dicto ſtatuto dicitur. Et ſic nō eſt neceſſe inſiſtere, an illud ſtatutū Campionis emanauerit ad declarandum illud generale ſtatutum ſocietatis ſpeciariorum. Et poſito ſine ꝑiudicio, quòd liber Campionis appoſuerit illa verba ſpeciarii, &c. cauſa ſciendi quātum debere ſolui de mercantiis & rebus mercantilibus, quæ conducūtur ad iſtā ciuitatē Bononiæ: nihilominus emanauit ad declarandum ſtatutū ſpeciariorum: quia ad quid erat opus ꝯnumerare & adſcribere ſpeciariis illa accumulate, quæ contenta ſunt in illo libro Cāpionis, cum iam ſatis erat clarum & liquidum, quantum & quod ſolui deberet de vna quaque re conducta, ſed iſte nouus Campio non videtur emanaſſe ad alium finem, niſi vt declaret illud ſtatutū, & nihilominus non videtur eſſe expediens hoc, quia ſatis eſt expreſſum in dicto ſtatuto ſocietatis ſpeciariorum, ex quo loquitur de ſpeciebus, & alijs pertinentibus ad artē ſpeciariæ. Et ſi bene ponderetur intentio Campionis, videtur attribuiſſe ſpeciariis illa, q̄ veriſimiliter ſpectant ad artem ſpeciarię. Et per iſta videtur ſatiſfactum primæ dubitationi, cum quærebatur. an illæ res deſcriptę in lib. Campionis dicātur eſſe artis ſpeciariæ, ſeu ſpectare ad artē ſpeciariæ: quia per ſupra-

14 dicta videtur quòd ſic: quia verba† ſtatuti relata ad ipſos ſuperios videntur intelligenda ſecundùm qualitatem ſpeciariorum. lege, plenum. §. equitij. ff. de vſu & habi. Et dixit Bald. quod ſi maritus legat vxori ſuæ lectum ſuum, quòd non veniunt culcitræ de ſerico: quia nō conueniunt viduæ. l. finali. §. ſi vxori. ff. de aur. & arg. leg. Facit l. ex militari. ff. de teſta. mil. & ibi

& ibi dixit Bal. ꝙ si conceditur episcopo, ꝙ possit celebrare missam in aliquo loco, videtur concedere, ꝙ celebret pontificaliter. Ita dicamus in proposito nostro, eo ipso ꝙ liber Campionis disponit ꝙ speciarij soluant de oleo, safrano, pipere, sepo, lardo, citranculis, &c. tantum pro gabella, videtur declarare & sentire illa talia pertinere ad artem speciariæ. Quod & clarius etiam patefacio: nam in ista posta Campionis attributa speciarijs continentur multa, quæ speciarij exercent in arte sua speciarię, & illa vendũt: ergo eo ipso, ꝙ statutũ immiscet in illis oleum, sepũ, lardum &c. videtur disponere, ꝙ sint vnius & eiusdẽ dispositionis quoad artem speciariæ: & sic videtur esse quoddam compositum effectum ad artem spe-
15 ciariæ: sic mixtum, quo casu vbicunque † concurrit mixtura qualitatum, quarum vna est naturalis, alia vero accidentalis: tunc iudicatur de illa per respectũ ad qualitatem naturalem, non autem per respectũ ad qualitatem accidentalem. l. fin. C. de dot. prom. l. qui habet. ff. de tut. l. cum pater. ff. de iur. doti. Cum ergo in casu nosto concurrat in istis rebus descriptis ad ipsos speciarios in libr. Campionis diuersa qualitas. s. naturalis & accidẽtalis, naturalis est in pipere, zinzibere, gariophylo, & similibus, quæ naturaliter & essentialiter sũt de arte speciariæ, vt apparet cuilibet in illa arte exercitato: in oleo, vero, sepo, lardo, citranculis concurrit qualitas accidẽtalis: quia per accidens spectare videtur ad artem speciariæ: quia speciarij per accidens illis rebus vtuntur ad artem suã speciariæ. ergo ex quo simul & semel adscripta sunt ĩ lib. Cãpionis ipsis speciarijs, sequit, quòd attendet qualitas naturalis, quæ est in pipere, & simibus, & omnia iudicabuntur spectare ad artem speciariæ naturaliter & formaliter: & sic attendetur qualitas potentior. c. si aquam. de consecra. ec. vel alta. & per consequens sicut speciarij possunt vendere piper: ita pariter possunt vendere oleũ, sepum & similia. Vnde illud statutum Campionis operat hoc: videlicet, ꝙ licet speciarij possint vendere oĩa illa, q̃ essentialr, formalr, & substantialr spectãt ad artẽ speciariẽ, ita pñt vendere illa ibi descripta, q̃ per accidẽs, & non principalr spectãt ad artẽ speciariẽ. & hoc satis aperte colligitur ex illo verbo, pertinere, cuius nãle significatũ est, importare non solum illud, quod realiter & essentialiter spectat ad rem expssam: sed ẽt illud, quod causaliter & per accidens spectat ad illã rẽ expressam: vt probat tex. ĩ preal. l. verbum pertinere. & sic tale statutum nõ disponit aliquid de nouo in ipso li. Cãpionis: sed illud, ꝙ erat statutũ in verbis generalibus ipsius statuti societatis speciariæ, dum dicit, ptinentia, tendunt ad specificã, & specialẽ expressionẽ, & demonstrationem: & sic declarans nihil de nouo inducit. c. j. de sum. tri. li. 6. & ibi dixit Dñicus. datus fuit terminus ad producendũ articulos in cã, ꝙ si infra illũ terminũ fuerũt pducti, poterũt post terminum declarari, cum in lege noui dicatur fieri, al. le. Oldra. consi. 66. Et dixit Bald. in prima const. C. §. quibus. ꝙ licet statutarij non possint addere ad antiqua, nihilominus possunt illa declarare. Et idem Bal. in l. j. §. huius studij. ff. de iusti. & iu. dixit, ꝙ si ĩfra terminum datum ad articulandum quis fecit articulos generales, ꝙ poterit illos post terminum declarare. facit, qđ voluit idem Bald. in l. ex testamento. C. de test. manu. & in rubr. C. de re. perm. & gloss. & ibi Dñicus. 43. di. si quis viduam. Bal. & Angel. in l. hæredes palam. ver. sed si notam. ff. de testa. & sic istud statutum in lib. Campionis nihil de nouo induxit, nisi ꝙ illa generalia verba illius statuti speciariorum declarauit & specificauit. Et cum dicitur, ꝙ emanauit, vt sciant quid & quantũ solui dẽt, de illis rebus conducentibus Bononiã: ego concedo: sed nego, ꝙ etiã non emaneuerit ad declarandum illud statutum societatis speciariorum, ex quo illud statutum erat generale, & verba Campionis adaptantur ad declarationem illius statuti, & vtrunque est statutum municipale, vt superius dictum est; ex quo per confirmationẽ communis Bonon. fuerunt confirmata statuta speciariorum, vt superius dixi. Adeo ꝙ dixit Bald. in capitulo, cuilibet. de reg. iur. lib. 6. ꝙ licet episcopus veniẽs contra proprium suum statutum non teneatur illius proprij statuti pœna: quia per sententiam suam se obligare non potest, vt voluit Arch. in c. vt animarum. de consti. libro 6. Cyn. & alij. in l. digna vox. C. de legi. nihilominus si illud statutum esset confirmatum a Papa cũ istis verbis. auth. nostra. & sic ex cã specifica, tunc Papa faceret illud statutũ suum, & tunc bene ligaretur episcopus pœna illius statuti. ita firmat Bald. in d. regula. cui licet. Ideo in proposito nostro, cum vtrũque statutum dicitur statutum communis Bonon. ideo vnum declaratur p aliud. ex quo omnia extrema sunt ad hoc habilia. Dicat mihi quispiam, ad quid iste liber Campionis attribueret illa scripta & contenta in illo lib. speciarijs, si speciarij essent prohibiti illa talia vẽdere? Fatuum fuisset illa appouere, & eo maxime: quia apposuit inter illa quędam, q̃ ipsi speciarij possunt vendere & exercere libere sine licentia alterius societatis, quo casu vr̃ esse idem in aliis ꝯtentis in illa posta dicti lib. Cãpionis, ne diuerso iure censeãtur. ar. l. eũ qui ædes. ff. de vsuca. ideo liber Cãpionis illa adscripsit speciarijs: quia spectãt ad artẽ & exercitiũ speciariæ, & asserere ꝯrium esset inconueniens: qa oporteret dicere, ꝙ pparte speciarij possent exercere artẽ suam libere, & pro parte non, nisi cum obediẽtia alterius societatis. Facit in ratione sui optimus text. in l. si quis ex argentarijs. §. si initiũ tabularũ. in vers. communis enim omnis rationis est ẽt ppositio diei & cõsulis. ff. de eden. ideo communia videtur speciarijs illa adscripta sibi in lib. Cãpionis sicut enim possunt vẽdere aliqua ex illis libere: ita possunt vẽdere omnia ibi descripta tanq̃ sint effecta cõia & vnius & eiusdẽ rationis: & sic tanq̃ pertinentia ad membrũ artis speciariæ lib. Cãpionis illa attribuit speciarijs illa cõducẽtibus. Et si aliter diceremus, iste lib. Campionis in eo, quod attribuit istã speciarijs, & in eo qđ speciarios nominat ad illa ibi scripta, nihil operaretur, qđ esse non debet. 19. dist. c. si Romanorũ. c. si Papa. de priuil. li. 6. l. si qñ. ff. de leg. i. cũ si. poterat enim facere taxam rerũ cõducendarũ abiq; eo, ꝙ illas res adscriberet speciarijs, seu alijs artificibus, & sic non oportebat scribere illã postã rerum conducendarũ ibi speciarijs, si solam taxam volebat inducere. Et sic sequitur conclusio, ꝙ aut nos consideramus statutũ ipsum speciariorũ, & tunc manifestissimi iuris est, ꝙ generaliter omnia, quæ essentialiter, & substantialiter pertinẽt ad artẽ speciariæ, poterunt speciarij illa vẽdere: qa tenẽdo mortale de cupro, &c. & vẽdendo piper, &c. & alias species, vel alia pertinentia ad artẽ speciariæ, dicũtur exercere artẽ speciariæ, vt probat statutum illud: & ex hoc solo est manifesta victoria ipsorũ speciariorũ. Aut ꝯsideramus ipsum librũ Cãpionis, & tũc multo magis poterit societas speciariorũ tenere, & vẽdere descriptũ sibi in illo li. Cãpionis licet aliqua ex illis sint adscripta salarolis, nec possint p alios vẽdi, nisi de obediẽtia & licẽtia ipsorũ salarolorũ. Et optime facit ad hoc, qđ no. gl. solẽnis. 6. dist. in summa. quę dicit, probari quẽ esse de vniuersitate eo ipso, ꝙ reperitur inter illos de vniuersitate.
16 facit tex. & gl. in c. cũ venerabilis. de excep. & † statutũ, eo ipso ꝙ reperitur descriptũ inter alia statuta, p batur esse statutũ. facit quod voluit Bar. in extrauag. qm̃. ad fi. & tex. in c. Romanorũ. 19. di. & in c. habeo

librū,& in c.placuit.§.Isidorus.16.di.vbi tex.dicit,illos canones seruādos: quia fuerūt positi inter alios canones.facit c.j.de iureiur.li.6. & quod habet in c. quæ contra mortem 100.dist.Ita est dicendū in proposito,ꝙ eo ipso, ꝙ illa, videlicet oleum lardum sepum,& similia sunt descripta in libr.Campionis inter illa, quæ sunt permissa illis speciarijs ad vendendum,& exercendum pro arte sua speciariæ, præsumuntur esse permissa ipsis speciarijs ad vendendū: vti dicimus eo ipso, ꝙ aliquid est insertum in volumine statutorum,præsumitur esse statutum:ita vbicunque aliquid est descriptum inter permissa ipsis speciarijs,præsumitur esse permissum:& in veritate apponunt gladium,& securim huic certamini. Ex quibus ꝯcludo, ipsos speciarios posse vēdere sine licētia alicuius alterius societatis illa, q̄ descripta sūt in libro Cāpionis in posta, seu partita speciariorū, & generaliter etiam omnia alia pertinentia ad artē speciariǽ essentialiter,& accidentaliter. ¶Ad secundam dubitationem cum quæritur, vtrum dicta pacta & taxę dictæ gabellę grossæ, sint vniuersaliter statuta ciuitatis cōis Bononię: & faciant ius vniuersaliter, sicut alia statuta cōis Bonon.& res sub rubr.de speciali sint,& esse intelligantur, prout res ipsorum speciariorum, & ad membrū spectent: an vero sint dumtaxat pacta,& taxæ gabellæ grossæ. Et certè circa istud non esset laborandum:quia non est necessarium pro victoria societatis speciariorum: si illi dicūtur exercere artē speciariæ, qui tenēt mortale de cupro,&c.& veniunt piper,&c.& alia ptinētia ad artē speciariæ,debemus inhærere illi statuto, & aliud vlterius nō quærere,& etiam istud dubium est aperto ore decisum ex dictis in dubio proximè præcedēti.nam si in lib.Campionis dr̄,ꝙ omnia infrascripta & suprascripta pacta sint, & esse intelligantur statuta,& iura municipalia communis Bonon.& pro statutis municipalib⁹ & iuribus dicti cōis dēant obseruari,nullus inficiari poterit, ꝙ huiusmodi pacta nō sunt statuta verissima communis Bonon. vt voluit Bal.in prima constitu. digest.superius allega.si ergo sunt statuta communis Bononiæ, & pro statutis debent obseruari, sequitur, ꝙ omnia iura loquētia de statutis Bononiæ habebunt locum in istis pactis descriptis in Campione, quæ in veritate statuta sunt: cū dicatur,sint,esse intelligantur.Facit, quod voluit Bal.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iu.in prima consti.fforū.& in l.ciues.C.de app.& in l.siue possidetis. C.de proba.& in auth.habita. C.ne fi.pro pa.& in l. ex orōne.ff.de excu.tut.& in l.ea lege.C.de condi.ob cau.& in l.in vrbe.ff.de statu ho.& quod no.Saly.in rub.C.de proba. & in l.ciues.C.de app.& Bart.in l.si maritus.§.legis iul.ff.de adult.& in l.si is qui pro emptore.ff.de vsuca.& quod voluit Bart.in quodā con. incip.punctus talis est,quidam &c. vbi consuluit, ꝙ si aliquis est effectus ciuis per statutum, dicitur proprie & verè ciuis, per tex.in l.j.ff.ad munic.refert, & sequitur D.Pe.de Anch.in repetitione.c.canonum. de constitu. Cum ergo in casu nostro iste liber Campionis disponit,ꝙ illa pacta sint statuta, & intelligātur esse statuta,& ꝓ statutis obseruentur, sequitur, ꝙ producent effectum omnem, quem solent producere statuta ipsius municipij. & sic re vera non sunt pacta,sed sunt statuta ipsius municipij. ergo producunt generalem effectum, & ligamen vniuersale in
17 loco,sicut facit ipsa lex† & statutū cui⁹ effect⁹ dēt esse gn̄alis. & ita dixit text.notabilis in c.erit aūt lex.4. dist.l.j.§.solent.ff.quādo appel. sit.l.prima, ff. de dol. exce. Barto.in l.omnes populi.ff.de iust.& iur.& habetur in l. Antiochensium. ff. de priuil. cre. Moderni in rubr.de constitu.Bald. in l.quisquis.C.quorum appel.non recip.& in l.j.ff. de legi. & ī l.iudicibus.C. de appel.dominus Petr.de Anch.in capitu. propter. de rescript.lib.6. Et sic producit effectum generalē, & sequitur, ꝙ non solum est generalis quoad taxam soluendam:sed etiam quo ad oīa in dicto libro Campionis disposita. & sic cū disponit, ꝙ speciarij soluant certū quid de talibus rebus, & similibus, videtur facere legem generalem,ꝙ speciarij possint illa,quæ conducuntur ab eis, quæ ibi descripta sunt, vēdere passim,& sine licētia, aut obediētia alicuius alterius societatis: & sicut speciarij pn̄t liberè vēdere aliqua ibi descripta: ita possunt vendere oīa alia ibi descripta, ex quo simpliciter eis ille liber Cāpionis permittit conducere: & ex quo reperiūtur inter ꝑmissa & licita ipsis speciarijs vēdere, sic ipsa quoq; licita & permissa esse videntur ipsis speciarijs vendere,vt in proximo dubio præcedenti dictū est, per d.c.Romanorum.19.dist. & alia iura ibi allegata. Et esset absurdū dicere,ꝙ ista essent statuta & iura municipalia in parte, & in parte non, cum hoc non sit expressum in ipso libro Campionis. Licet enim glo. vnica & sing.& ibi Bald. voluerit in l.j. C. de lati.lib. tol.ꝙ lex potest pro parte valere,& pro parte abrogari & tolli,illud est verum, quādo illud exprimitur in statuto,vel in lege,vt probat text. aureus in dicta l.j. ad finem.in vers.sileat edictum. ꝙ ea sequebantur, & si qua alia lex,vel etiam constitutio, quantū in eā partem remaneat.Sed vbicunque hoc non exprimitur, omnis clausula apposita in lege operatur legis virtutem & effectum. Facit d.c. si Romanorū.ī ver. de codicibus suis eradant, vt quid vel membranas occupant.& ibi dicit gloss.ꝙ nullum verbū positum in aliqua scriptura debet vacare, vel superfluè poni. 28.q.j.ca.si enim.cap.solitè.de maio.& obed.vnde illa verba superfluo fuissent apposita, speciarij soluāt tantū pro talibus rebus cōducendis, sufficiebat em̄ dicere,soluatur de tali re tantum, &c. Ideo pulchrè dicebat Bal.in l.contractus.C.de fide instrum. ꝙ verba statutorum debent intelligi propriè: quia ad instar stipulationis statuta fiunt per interrogationem & respōsionem.l.j.ff.de leg.j.& maxime: qa ista sunt pacta redacta in statutum municipij. Et pulchrè dixit Bal.in rubrica.C.de contrah.emp.in nona quæst. ꝙ clausulæ, quas ponimus in contractu,debent aliquid operari, imo etiā minimum verbum est appositum cum ministerio aliquid operādi. Et sic sequit necessario dicendum, ꝙ vltra taxam tale statutum operatur,ꝙ illę res adscriptæ speciarijs,sunt propriæ res ipsorū speciariorū, & ad artem speciariæ spectantes: & ꝑ ista sit satisfactū scdæ dubitationi. ¶Ad aliā dubitationem,cum queritur,vtrum statuta particularia societatum ciuitatis Bonon, sint sublata, & eis sit derogatū per dicta pacta apposita in dicto lib. Cāpionis.Et circa hoc est pręmittendum pro fundamēto huius dubitationis,ꝙ dicta pacta,vt sępius fuit dictum, sunt statuta municipalia cōmunis Bononiæ, vt dictis pactis Campionis dicitur, sint & esse intelligātur statuta,& iura municipalia communis Bononię,& pro statutis & iuribus municipalibus obseruētur,non obstātibus aliquibus alijs statutis, & iuribus municipalibus dicti communis in contrarium facientibus:ex quibus verbis apparet liquido, dicta pacta esse statuta,& derogare alijs statutis,& iuribus municipalibus dicti communis contrarium disponentibus:tunc arguo sic:vbicunq; vnum statutū est prius alio,& posterius continet clausulam derogatoriam, licet nullam faciat mentionem de primo statuto, tamen illud primum statutum tollit, & illi derogat. hoc decidit Bart.in extrauagant.ad reprimēdum. in versi.non obstantibus, quandoq; referuntur ad statuta,quandoque ad priuilegia,quandoque ad leges, quantum ad quæstionem istam attinet, est videre, quando

quando refert se ad statuta, dicit enim ibi Barto. ꝙ si præcedit aliquod statutum habens clausulam derogatoriam, tunc est facienda mentio specialis de primo statuto, arg. l. si quis, in prin. testamenti. ff. de leg. 3. Et si dicatur, ꝙ in principe non procedit, respondet ibi Bar. ideo hoc, quia princeps non ligatur lege tamen non sic est in populo: quia quando in statuto apponitur clausula derogatoria, ideo apponitur, ne instigatu, vel deceptione aliquorum populus ad aliud inducatur, qui timor cadit in vniuersitate, vel populo: cum æqparetur pupillo quæ ratio cessat in principe. Si verò statutum præcedens nō habet clausulam derogatoriam, eodem modo persequens statutum contrarium primum videtur sublatum eadem ratione: quod procedit si sunt omnino contraria. Si vero possunt per aliquam limitationem vel distinctionem iuuari, tunc non tolletur, argu. l. nam & posteriores. ff. de legi. facit, quod habetur in auth. de hæredi. ab intest. §. j. & quod voluit D. Matth. de Mathesi. in suo tractatu extensionis. & Io. de Imo. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. ma. & Bar. in l. omnes populi. ff. de iu. & iu. Idem voluit D. Dominic. de sancto Gemi. in c. 1. de consti. lib. 6. & alleg. ad hoc Io. An. in c. j. de iureiuran. libr. 6. Modò in proposito nostro statutū salarolorum est confirmatum & approbatum per regimina Bononiæ præcedente examinatione, & cognitione ipsorum statutorum: & sic per illam approbationem sunt effecta statuta municipalia, & iura communis Bonon. per plenè adducta in primo dubio: nec illa statuta salarolorum habent clausulam derogatoriam, vt ex eis apparet: sed ista pacta Campionis sunt statuta Bononiæ, vt est dictum, & continent clausulam, non obstantibus aliquibus statutis in contrarium facientibus, sequitur, ꝙ quo ad ipsos speciarios, & quoad res contentas in dicto libro Cāpionis adscriptas ipsis speciarijs, est derogatum statutis salarolorum: quia omnia extrema sunt ad hoc habilia. Primo statutum salarolorum est prius statu-
18 to Campionis, & sic statutum Campionis † est posterius, & nouissima derogant prioribus, quando prioribus sunt contraria: vt cap. 1. de consti. libr. 6. cū ibi no. l. pacta nouissima. C. de pactis. item sunt contraria: quia statutum salarolorum disponit de certis rebus positis in rubr. speciariorum, posita in dicto lib. Campionis. prohibendo eas vendi per alium, quàm per illos, qui sunt de societate salarolorum, vel de eorum obedientia: & rubrica de speciarijs ibi posita connumerat multas res positas in rubr. salarolorū, & illas attribuit speciarijs, & sic statuta sūt hincinde contraria & apponit clausulam derogatoriam, non obstantibus statutis dicti communis in contrarium facientibus: & sic ad oculum demonstratur, ꝙ correctum est illud statutum salarolorum quoad ea, quæ sunt adscripta speciarijs in ipso libro Campionis: & per consequens liberè & impune possunt illa vendere dicti speciarij: quia clarissimū est ex relatis in præcedenti & primo dubio, pactum Campionis loquit̄ dispositiuè, attribuendo illas res speciarijs positas in rub. speciariorum. Et etiam indubitanter non esset opus inuestigare istud: quia quodlibet statutum militat in casu suo: quia statutum speciariorum disponit, ꝙ speciarij possint vendere omnia, quæ pertinēt ad artem speciariæ: & licet statutum salarolorū disponat, ꝙ certæ res non possint vendi per alias societates, intelligitur & limitatur, nisi illa spectarent & pertinerent ad alias artes: quia tunc vtrunque statutum seruaretur in casu suo, & vnum distingueretur & limitaretur per aliud: ita dicamus in casu isto, ꝙ speciarij poterunt vendere omnia illa, quæ spectant ad artem suam, licet aliqua de illis sint generaliter prohibita in statutis salarolorū: ergo multo fortius in casu nostro poterunt isti speciarij vendere talia: quia ad permissionem illorum concurrit dispositio statuti eorum approbati per commune Bono. & dispositio libri Campionis. & sic duo vincula ad idem concurrentia plus operantur, arg. c. 1. de treu. & pa. & auth. itaq;. C. com. de suc. & maximè: quia istud statutum salarolorum est exorbitans a iure, & in casu nostro sapit monopolium, ꝙ speciarij nō possint vendere res, quæ spectant ad artem speciariæ. l. 1. C. de monop. sed inquanrum sunt approbata a communi Bonon. non sapiunt monopolium: sed non sunt approbata contra statuta speciariorum. Et sic vtrunque statutum est seruandum suo casu, & vnū distinguitur per aliud. Et sic multifariè multisq; modis ostensum est, societatem speciariorum posse vendere res contentas in dicta rub. speciariorum, & esse derogatum quoad istos speciarios statuto societatis salarolorum. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Strazarolis ex dispositione statuti suæ societatis, & vigore transactionis cum mercatorum pannorum societate contractæ, licet impune pannos ad retaglium, vt hic loquitur, & omnibus personis vendere. Proinde multa de interpretatione statutorū vtriusque societatis differuntur. Postremo excessum allegantem probare debere.

SVMMARIVM.

Statuta particularia per superiorem potestatem habentem generalem confirmata ligant omnes. nu. 1. & 3.
Verbum, publicè, quid significet. nu. 2.
Verbum positum vltimo loco determinat omnia precedentia. numero 4.
Statutum sic accipi debet, vt aliud non corrigat. nu. 5.
Verba illa statuti, siue sint alterius generis, aut status aut exercitij, quam significationem habeant. nu. 6.
Geminata oratio vinculum & robur fortius habet. nu. 7.
Alleganti aduersarium vsitatum modum excessisse, probatio incumbit. nu. 8.
Probatur hoc ipso, quòd contrarium non probatur. nu. 9.
Negatiuam proponens si probare non possit, sibi imputare debet: coarctata vero probari potest. nu. 10.
Qualitas necessaria ex longo tempore præsumitur. nu. 11.
Dubitatio non dicitur, nisi verè debitum sit. nu. 12.

CONSILIVM LXXXIX.

Contingentia huius facti est talis, stante cōpositione & transactione inter societatē & homines vniuersitatis draperiorum pro arte ciuitatis Bononiensis, quæ vulgo appellatur societas strazarolorum ex parte vna, & inter societatem & homines vniuersitatis mercatorum pannorum lanæ gentilis & retaglij pannorum ciuitatis prædictæ Bononien. ex parte altera, vertitur dubitatio: vtrum dicta societas & homines artis strazariæ prædictæ, possint & valeant liberè, & impune retagliare, & ad retaglium vendere omnem pannum lanæ gentilis, & omnem quantitatem pannorum prædictorum, nō solū hoībus dictæ artis, & societatis strazariæ: & sic solū & dūtaxat possint retagliare & vēdere pānū ad retaglium inter se ipsos, quatenus spectat ad exercitiū ipsius artis strazariæ, & inter ipsos dumtaxat strazarolos: sed generaliter & vniuersaliter, omnibus ꝑsonis

sonis, & quibuscunq; volẽtibus emere ad retaglium, & ad minutũ ab ipsis strazarolis absq; eo, ꝙ habeãt licentiam vel aliquam obedientiã soluant ipsis mercatoribus & societati & vniuersitati mercatorũ pannorum lanæ gẽtilis. Scdò, posito ꝙ possint dicti strazaroli vendere passim, & generaliter ad retaglium, pannos cuicunque personæ emere volenti: an dicantur exercere modum vsitatum. Et cui incũbat onus probandi, ipsos homines societatis strazariæ, excessisse modum vsitatũ an ipsis mercatoribus pannorũ seu societati eorum asserentium ipsos strazarolos, excessisse modum vsitatum, an incumbat onus probandi: ipsis strazarolis, asserentibus & affirmantibus modum vsitatum non fuisse ab eis excessum. Et istis maturè & appensate examinatis & discussis apparebit veritas indubitata p̃sentis hesitationis. Capio primam dubitationem: & quia clara est, paucis vtar. Iõ videtur de iure dicendum, ꝙ tam ex dispositione statuti societatis strazariæ, quã vigore compositionis & transactionis initæ cum societate ipsorum mercatorum panni gentilis, licitum est dictis strazarolis vẽdere pãnum ad retaglium omnibus personis, quod sic ostendo, licet enim statutum societatis, aut certæ professionis non possit ligare, nisi illos, qui sunt eiusdem professionis: vt no. in l. 2. C. de cõstit. pecu. & in l. fina. C. de iur. om. iud. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. nihilominus vbicunq; † talia statuta
1 sunt confirmata per superiorem habentem iurisdictionem vniuersalem in populo, tunc talia statuta vigore illius confirmationis ligant omnes de populo: quia oĩa nostra facimus, cũ auctoritatẽ nostrã impartimur. l. 2. C. de veteri iure enucl. quoties talis ꝯfirmatio emanauit in forma specifica, vt in casu nostro. Primò dicitur in statuto artis strazariæ posito ĩ rub. declaratio membrorum artis strazariæ. Itẽ emere, vẽdere, seu in statione, seu apotheca tenere publice pannos nouos, aut veteres, laboratos & non laboratos, quo casu istud statutum expresse & formaliter disponit, ꝙ strazaroli possint vendere pannos ad retaglium cuilibet volenti emere, quod apparet ex illis verbis emere & vendere, seu in statione, seu apotheca tenere publice pannos nouos, eo enim ipso ꝙ
2 statutũ apponit illud verbũ, publice: nam † idem est dicere publicè, ꝙ populicè. l. j. §. publicũ. ff. de instit. & in l. seruum quoq;. §. publice. ff. de procu. l. nõ erit. §. sed & si quis. ff. de iureiur. l. de pupillo. §. si qs riuos. ff. de op. no. nun. vbi publice, idem est, ꝙ populice: quia ad omnes spectat, & omnium interest: ideo dicimus, publica accusatio, idest, populica. instit. de suspe. tu. §. consequens. insti. de publi. iudi. in prin. ff. eo. tit. super rub. & facit etiam auctoritas maiorum. nã Saly. Bononiensis in cõmẽ. l. ea quidem. C. de accusa. ver. quarto, iuxta hoc quæro, vbi dicit, ꝙ audiuit, ꝙ contrarium consuluit Dy. vbi solenniter explanat & declarat significatum illius verbi, publice. & alle. Vgozonem, & Catholicon dicere, ꝙ istud nomen, publice, deriuatur a publico, & publicum dicitur a populo, & sic publice idem est, ꝙ a populo: vel dicitur a publice, vniuersaliter, vel generaliter, ꝙ ad omnes spectat. Facit l. 3. in ver. publice. in prĩcipio. ff. ad Macedonianum. & c. quia nos. in ver. publice. de appell. & no. Bal. in l. testium. C. de testi. & in l. j. ff. si certum per. & Inno. in c. j. de fide instr. & aliud est, quãdo quis dicatur exercere publice officium. Et sic stat conclusio, ꝙ illud verbum, publice, idem est, ꝙ vniuersaliter, & populariter. ergo eo ipso, ꝙ statutũ præfatum disponit, ꝙ publice possint strazaroli vendere & emere pannos nouos, laboratos, vel non laboratos, sequitur, ꝙ passim & indistincte poterunt omnibus vniuersaliter, & generaliter vẽdere, & p̃ons poterunt vendere ad retaglium cuicunque personæ emere volenti: sed istud statutum est confirmatum p regimina ciuitatis Bononiæ cã cognita, & examinatis prędictis statutis: hoc apparet ex confirmatione facta anno 1377. vbi dicitur, qui domini Anciani habuerunt auctoritatem ad prædicta a populo Bononiensi, visis & examinatis statutis prędictis approbauerunt statuta societatis draperiorum pro arte. & sic talis probatio & ꝯfirmatio emanauit nõ in forma cõmuni, sed in forma specifica: & formali. quo casu facit elegans doctrina domini Bal. in l. ex placi-
3 to. C. de re. permut. vbi dixit, ꝙ † quando superior ꝯfirmat stttutum inferioris cum causa specifica illud examinãdo, & sic causa cognita probat: tunc tale statutum desinit esse statutum inferioris, & est effectũ statutum superioris, & translatum in ius & statutũ principis confirmantis & approbantis. Et subdit, ꝙ si Papa confirmat statuta Spoleti cum causa specifica examinando & cognoscendo de illo statuto, ꝙ non dicitur amplius statutum Spoleti, sed statutum Papale, & transgressor illius dicẽt transgressor statuti Papalis. & facit, quod voluit glo. & Innoc. in capitulo primo, & secundo, de cõfirmatione vtili. Et pulchre dixit Angelus in authẽtico, de defen. ciui. §. decretum. ꝙ si officialis eligitur p vnum, & postea per alium confirmatur, qui committit crimen priuatione dignum, ꝙ priuabitur per confirmantem & non per eligentem. Et bellissime dixit D. Antonius in capitulo quoties. de pactis. referens se consuluisse. Collegia Bononiensia remiserant pœnam cuidam, talis remisso non fuerat legitimè facta, fuit confirmata per dominos Ancianos: dubium fuit, an illa confirmatio suppleret defectum solennitatis omissæ, & cõsuluit ꝙ non: quia illa cõfirmatio non emanauerat examinato negotio & cognito de causa: & sic non fuit interposita causa cognita. Facit, quod voluit Ioannes Andr. & ibi Dominicus in capitulo præsenti. de officio ordin. lib. 6. vbi dicunt, ꝙ si beneficitm est manuale & obedientiarium, & inferior illud confert, & Papa confirmat, ꝙ non poterit confirmatus remoueri ab inferiori, ꝙ de manuali est effectum ꝑpetuum, voluit dominus Petrus de Anchara. in cle. quia regulares. de sup. negl. præla. Innoc. & Ioannes Andr. in capitulo. nisi. de præben. & facit, quod habetur in capitulo, cum singula. de præben. libr. 6. & quod not. Baldus in l. rescripta. C. de precib. impera. offer. & quod no. Barto. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. & quod ibi voluit Bald. & idem Baldus in l. ius ciuil. ff. de iust. & iure. vbi dicit, ꝙ ille, qui confirmat, dat, si confirmatio sit de substantia, & actus possit cadere in confirmantem sub suo nomine, sed si confirmatio non addit aliquid roboris, actus non denominatur a cõfirmatione. l. j. ff. commod. & subdit, ꝙ statuta renouata per modum confirmationis retro ligant. l. Aurelius. §. testamento. ff. de libe. lega, Si autem per modum correctionis ligant vt ex nũc: si autem per modum adiectionis, etiam videntur noua statuta, alleg. Iaco. de Bel. in authentico, vt fac. nouę consti. & idem Baldus in tractatu scismatis: quę posuit in rub. C. si quis aliquem testa. prohib. dixit, ꝙ capitu. vbi periculum. de electio. libro 6. & clemẽ. ne Romani. eo titu. volunt, iura vetera, quatenus non sunt immutata, obtinere roboris firmitatem. Vnde illa propriè non est confirmatio: sed approbatio: qa non indigebant confirmatione, cum essent valida ex se ipsis, cap. super quæstionum. de offic. deleg. sicut ius prętoris approbat ius ciuile, non tamen proprie dicitur confirmare: quia non indiget confirmatione, alleg. d. leg. Aurelius. §. testamẽto. & leg. tribunus. §. fi. ff. de testamẽto mili. & l. legata inutiliter. ff. de le. j. l. qua ĩ prouincia. §. j. ff. de rit. nup. l. adoptio. ff. de adopt. c. j. de transac. c. j. de ꝯfirma. vtil. vel inutili.

inutili.& l.si quos.C.de cur.lib.10.facit optima gloss. in capitu.quia diuersitatem.de conces. præbēda. & quod no.idē Baldus in l.ex his.C.de donat.inter vir. & vxor.Facit ēt, quod singulariter dixit idem Bal.in cap.cui licet.de reg.iur.lib.6.vbi dicit, ꝙ licet episcopus veniens contra proprium statutum non incidat in pęnam contentam in illo statuto: quia per suam sniam se obligare non potest, vt voluit Arch. in cap. Vt animarum.de const.li.6.Cy.& alij in l. digna vox. C. de legi. nihilominus si illud statutū episcopi esset cōfirmatum a Papa cum istis verbis, auctoritate nostra, tūc Papa faceret illud statutum esse suum, & tūc bñ ligaretur episcopus pœna illius statuti ſm Bal. in d.c.cui licet. Modo ī proposito nostro, ista apponūt gladium ad istam quæstionem: q̃a cum statutum societatis draperiorum egebat approbatione & cōfirmatione, quia aliter non poterant ligare alios, q̃ nō erant eiusdem ꝓfessionis, & talis confirmatio fuit facta examinatis & cognitis dictis statutis & sic in forma specifica, ergo sunt effecta ꝑ illam confirmationē statuta communis Bononiæ, ergo ligant tanquā statuta municipalia Bononiensia omnes de populo Bononiensi.& sic sequitur necessario, ꝙ valent, & ligant eos, qui etiam non sunt ꝓfessionis draperiorū pro arte; & per consequens poterūt indistinctè, & generaliter & vniuersaliter vendere pānos ad retagliū cuicunque personæ emere volenti. & sic apparet, ꝙ ex dispositione statuti ipsius societatis strazariç, possunt vendere & retagliare pannos cuicunq; personç. Et si quispiam opponat dicēdo, amice, istud tibi cōcedo iter se ipsos ipsius societatis strazariæ, sed quoad eos, qui non sunt eiusdem professionis erit secus: quia non poterunt vendere pannos nouos ad retaglium. vnde illud statutum strazariæ, dēt intelligi & restringi, vt minus q̃ fieri potest, præiudicet societati mercatorum panni gentilis.l.nec auus.C.de emanc. li.c.quamuis.de rescrip.li.6.cum si.ideo restringetur, vt non vendant ad retagliū extra ipsos draperios artis strazariæ. Et maximè hoc apparet: q̃a in ipsa compositione facta inter societatē strazariæ, & societatē mercatorum panni gentilis, dicitur draperiorū pro arte, quasi velit quoad exercitium artis strazariæ, & inter ipsos strazarolos, seu draperios poterunt retagliare & vendere pannos ad retagliū, vt minus preiudicetur arti ipsorū mercatorum panni, seu lanæ gētilis. Ad hęc respondeo & pro certo nullo modo istud obstat. Primo: quia nō reperitur in aliqua parte statutorum societatis strazaria, ꝙ ipsi possint vendere pannos nouos non laboratos, solū & dūtaxat īter se ipsos & homines illi⁹ societatis: q̃nimo ꝯrium reperitur expressum illo statuto ipsorum draperiorū inquantum in eo dicitur, ꝙ possint emere, vendere & in statione, seu apotheca tenere publicè pannos nouos, aut veteres, laboratos, & non laboratos. nam il-

4 lud verbum publicè, sequens† oīa illa verba, emere, vēdere, tenere in apotheca, determinant ęqualr oīa præcedentia: vt in l. talis scriptura. & ibi Barto. ff. de leg.1.c.inquisitioni.& c.secundo reqris.de appellat. & Ange.in auth.de hæred.& fal.§.hinc nobis. per gl. ibi positam.in vers.ꝑsidium.vbi dicit, ꝙ si consultori proponuntur duæ quæstiones, & ipse respondet vnica solutione, ꝙ refertur ad ambas quæstiones. facit l.j.C.de liber.præteri.l.si idem cum eodem. §.fi.ff.de iur.om.ind.facit.c.vbi periculum.de elect.libr.6.vbi verbum secretè, loquens, comprehendit omnia ꝑcedentia.& gl.in cle.sępe.de verb.sig.in ver.figura, quæ dicit, ꝙ illa verba summariè, de plano, sine strepitu, &c. videntur repetita in verbis commissionis præcedentibus.& sic sequitur in casu nostro, ꝙ poterūt dicti draperij emere publicè, vendere publicè pannos nouos nō laboratos, & per ꝯsequens passim & indistinctè ab omnibus poterunt emere, & passim & indistinctè poterunt omnibus vendere dictos pannos nouos.& sic statutum eorum expresè eis permittit ab omnibus emere, & omnibus vēdere pannos non laboratos. & sic vendere, & retagliare ipsos nouos, nec illa verba, pro arte, sunt apposita in dicto statuto strazariç, & etiam illa verba, pro arte, si bene ponderetur rubr.dictorum statutorum societatis draperiorum, apponunt titulum illius artis, & sic apponitur vbicunque fit mētio de ipsis draperijs. vnde dicitur, hæc sunt statuta & ordinamenta honorandę societatis draperiorum pro arte societatis Bononiæ. & sic non ponuntur illa verba ad aliquam restrictionem faciendam: sed apponunt titulum dictæ societatis, & per consequens nō obstat. Nec illud statutum, ex quo vniuersaliter & generaliter loquitur, est restringendum.l.j.§.generaliter.ff.de leg.præstan.cum sim. quinimo si aliter diceremus, sequeretur, quòd tale statutum corrigeretur, ꝙ non est dicēdum, cum correctio sit odiosa.c.cum expediat.de elect.libr.6.cum si. Nec etiam obstant illa verba, pro arte, apposita in illo instrumento compositionis: quia talia verba nō fuerunt apposita ad derogandum statutis ipsorum draperiorum: vt statim aperiam. Et sic remanet conclusio vera & indubitata, ꝙ ex ipso statuto societatis draperiorum possunt omnes emere, & omnibus vēdere pannos ad retaglium. Et si quispiam opponat & dicat, amice, istud non potest stare: quia statuta societatis mercatorum panni contradicunt, quia statuunt, quòd nullus possit retagliare & vendere pannos ad retagliū, nisi sit de dicta societate, vel ei obe-

5 diens: quia debet capi sensus, vt† vnum statutum non corrigat aliud, & quodlibet statutum seruetur in suo foro, & in sua societate, per elegantem doctrinam Barto. in l.j.§.& per vim.ff. quod vi aut clam.& Io.And.in addi.Spec.in tit.de exec.sent.§.postremo. & in tit.de sentent.§.vt autem.& Bald. in l. maximū vitium.C.de lib.& po.& no.D.Pet.in ca.statutum.§. cum autem.de rescript.li.6.vbi refert se consuluisse apud Teruisium.& idem dixit in commento cap.canonum.de constit.& ibi alleg. consilium Bar.ꝙ incipit a domino Cyno. Ita erit in casu nostro, ꝙ vnum statutum non corrigetur per aliud, sed vtrunque seruabitur in sua societate: cum realiter hoc sit apertissimum, ꝙ vltra statutum prædictum draperiorum, hoc eis licet vigore cōpositionis & trāsactionis factę. hoc ostēdo apertissime, nam in dicta compositione dicitur, ꝙ dictus Bartholomeus syndicus & procuratores societatis mercatorum pannorum ad petitionē ipsius ser Dominici syndici & procuratoris societatis draperiorum pro arte procuratorio nomine ꝑdicto confirmauit, & approbauit omnia, & singula statuta, & ordinamenta societatis prædictæ strazarolorum, siue draperiorum pro arte, & omnes & singulas consuetudines societatis prædictæ, & per homines dictæ societatis draperiorum pro arte, seu strazarolorum habitas & obseruatas hinc retro, tam circa venditionem pannorum lanę gentilis, quàm circa eorum incisionem & retagliationem, non obstante ꝙ dicta venditio pānorum, & incisio retagliatio pannorū ipsorum dici posset esse de arte seu mēbro artis mercatorum pannorum & retagliatorum, & nō obstantibus aliq̃bus statutis, vel ordinamentis societatis mercatorū pannorū in ꝯrium disponētibus, q̃bus voluit dictus syndicus nomine prædicto quantū ad contenta in statutis, & ordinamētis societatis draperiorum pro arte, siue societate strazarolorum, & ad consuetudines dictæ artis, & hominum ipsius societatis, & artis, vigore præsentis transactionis, compositionis, & ꝯcordiæ, ꝙ oēs & singuli de dicta arte, & societate strazariæ, siue draperiorum dictam artē exercentes,

exercentes, seu membrum aliquod ipsius artis, & et obedientes dictæ societati decætero possint, & valeant liberè & impune retagliare, & ad retagliũ vendere omnem pannum lanæ gentilis, & omnem quãtitatem pannorum prædictorum cuicunque personæ, quibus ei videbitur, non obstante ꝙ dicti vendẽtes sic, & retagliantes de pannis prædictis nõ sint de societate prędicta mercatorum pannorum, vel dictæ societati obedientes, &c. vt amplè apparet in dicto instrumento compositionis, ex quibus apertissimè ostenditur, libere ipsius strazarolis vendere, & retagliare pannos, passim omnibus personis emere volentibus. Ita sunt formalia verba dictæ compositionis & transactionis celebrata inter ambas ipsas societates, in quibus verbis apparet, ꝙ dictus syndicus societatis panni approbauit & confirmauit statuta societatis strazariæ, tam circa venditionem pãnorum lanæ gentilis, quàm circa incisionem & retagliationem pannorum lanæ gentilis. Et sic eo casu, quo statutum societatis mercatorum pãni esset cõtra statutum societatis strazariæ, & eo casu ipsi statuto derogare, quod non est verum: nihilominus tale statutum vigore dictæ compositionis remanet firmum. Nec obstat in aliquo statutum societatis mercatorum panni lanæ gentilis. Secundo in dicta compositione dicitur, ꝙ possint vẽdere & retagliare cuicunque personæ eis videbitur: quæ verba sunt pinguia, lata & prægnantia generaliter comprehendentia omnes personas, siue sint de arte, & obedientia
6 strazarię, siue sint † alterius generis, aut status, aut exercitij. facit glo. valde sing. in cle. j. de euict. in versi. personis. & glo. ibi declarat illa verba, & dicit, ꝙ illa verba inferunt, cuiuscunque status, dignitatis, vel præeminentiæ ecclesiasticæ, vel mundanæ, etiam si imperiali, vel regali præfulgeat dignitate. facit in simili glo. in clem. j. de re iudic. & quod habetur in l. a procuratore. C. mandati. & in cap. vt circa. de priuileg. & in cap. solitæ. de maior. & obed. & text. in cle. j. in versic. cuiuscunque. de præben. Et sic cũ in dicta ꝯpositione dicat̃, ꝙ possint vẽdere cuicũq; personę, & omnibꝰ qbus ei videbit̃. ergo sequitur, ꝙ passim, & indistincte poterunt vẽdere cuicunque personæ, & sic est sycophanta dignum dicere, ꝙ non poterũt vendere, nisi inter se, & illis de arte. nam qui omne dicit, nihil excludit, vt in iuribus præalle. & facit, qđ not. Ioannes And. in c. primo, de postulat. prela. lib. 6. in nouella. & quod not. dominus Ioãnes de Imol. in l. penul. ff. de prætor. stipulat. in quantum ibi alleg. d. l. a procuratore. Et sic est sine aliqua ruga, aut dubitatione ista conclusio, ꝙ strazaroli possint retagliare, & vendere pannos nouos ad retaglium quibuscũque personis, siue sint laici, siue sint clerici, siue sint in dignitate cõstituti, aut regalia, vt imperiali dignitate perditi. Facit, quod dixit textus in authentico de hæredi. & falc. §. & hęc omnia in omni persona locum habere volumus. & postea imperator declarat illa verba, quid importent, & dicit, ꝙ important personam militarem, sacerdotalem, imperialem, &c. vt ibi habetur. & sic sequitur, ꝙ poterunt vendere omnibus personis, quibus eis videbitur. facit etiã: quia in dicta compositione dicitur liberè, & impune, &c. quæ verba importãt actũ ita fieri liberè, ꝙ non egẽt licentia alicuius, vt probatur per elegantem glo. in cle. dudum, in versi. liberè. de sepul. & in cap. omnis vtriusque sexus. de pęn. & remiss. & in c. primo, versi. liberè. de reg. lib. 6. & in cap. de illis. de spõ. & in capitulo secundo, de procuratoribus. libro 6. & in capit. de multa. de præben. & in capitulo, licet episcopus. eodem titulo, libro 6. capitulo primo, & in capitulo secundo, de feud. capitulo secũdo. de loca. l. imperialem. §. callidis. in versiculo, liberè. de ꝓhib. alie. feu. p Federicum. & glo. in clemen. fin. in versic. liberè. di ætate & qualitate. quæ dicit, ꝙ vbi apponitur verbũ, liberè, non est necessaria dispensatio. & facit capitulator. de homicid. Vnde sequitur, ꝙ eo casu, quo esset opus licentia ipsorum mercatorum, vt dicti strazaroli possent retagliare, & vendere ad retaglium, quod non est opus in casu nostro, ex quo statutũ societatis strazarię est manifestum, dans potestatẽ eis vendendi publicè omnibus: vt superius ostẽsum, est nihilominus posito sine priudicio, ꝙ esset opus licẽtia aut interpellatione, vel notificatione: tamen propter illa verba liberè, & impune, sublata est omnis licẽtia, aut obediẽtia reqrẽdi per illos strazarolos ab illis mercatoribus pãnorũ lanæ gentilis. Et sic forte societas mercatorum pannorum vellet malignari, & venire contra præfatam compositionem, incideret in pœnam centum ducatorum contentam in dicto instrumento compositionis. Et etiam accedat ad prædicta, quia vltra dictam compositionem factã anno 1375. die 20. mensis Ianuarij. et de anno 1382. die 10. mensis Maij, emanauit alia compositio & trãsactio inter dictas societates ĩ qua dicitur, ꝙ omnes, & singuli homines dictæ societatis draperiorum, & obediẽs dictæ societati, liberè, & impunè possint, & valeãt, & eis & cuilibet liceat retagliare, & ad retaglium vendere omnem pãnum lanæ gentilis, & omnem quantitatem pannorum cuicunque & quibuscunque personis eis videbitur: & sic verba istius secundæ compositionis & trãsactionis etiam sunt clarissima. Et subdunt postea, nec possint compelli ad intrandum societatem ipsorum mercatorum pãnorũ, vel ad aliquã obedientiam ꝑstandam, vel ad aliquid dandum, vel soluendũ, nec aliqua lr molestari realiter, vel ꝑsonalr possint sub pęna quingẽtarum librarum, & sic est illa obligatio, & illa cõpositio, ꝙ possint liberè, & impune vendere ad retaglium pannos cuicunque personæ. geminata † enim oratio for-
7 tius vinculum & robur producit, vt in simili dicimus de obligatione naturali geminata, vt ĩ l. prima. §. debitum. ff. de constitut. pecu. & institu. de actio. §. de constituta. & in l. fina. C. ad legem falcidiam. Simile dicimus de verbis enunciatiuis geminatis, vt inferant dispositionẽ: vt est tex. melior de iure in l. j. C. de plus pet. Simile dicimus ĩ interlocutoria geminata, vt non possit per iudicem reuocari: vt est glo. singul. in clem. cum a repulsione. de appellationibꝰ. Simile dicimus in confessione geminata, & in consensu geminato: vt in l. cum scimus. C. de agri. & censi. lib. 11. l. in contractibus. §. de illo. C. de non num. pecu. & in l. antiquę. C. ad Vell. Simile dicimus in delicto geminato: vt est textus solennis in l. 3. C. de epi. audi. Et in conditione geminata: vt in l. diuus. ff. ad legem Corneliam, de fal. & sic potentius vinculum oritur ex sermone duplicato: vt habetur in textu optimo in cap. & si Christus. de iureiuran. & sic multifariè, multisq; modis apparet de iustitia & iure huius societatis honorandę draperiorum pro arte sua. Nec obstat, cum dicebatur, ꝙ inter istos de societate & obediẽtia draperiorum possunt retagliare pãnos: quia istud est falsum, & expresse contrarium disponitur in ista duplicata & geminata compositione, & etiam in statuto societatis strazariæ, & sic stabimus verbis cõpositionis: quia ad illa adaptabitur dispositio ipsius compositionis: vt l. quod constitutum. & ibi Angelus. ff. de testamẽ. milit. l. 4. §. toties. & ibi Bartolus. & alij. ff. de dam. infec. l. ita autem. ff. de admi. tu. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusat. ca. indemnitatibus. §. sed cũ eas. de elect. lib. 6. ca. ex parte, de concess. præben. & illa verba draperiorum, pro arte, non sunt apposita in dispositione ipsius, aut ipsarum ambarum compositionum, sed est titulus ipsorum draperiorum, quoties

ties fit mentio de ipsa societate draperiorum: vt apparet in rubricis ipsorum statutorum societatis prædictæ, etiam in dictis ambabus compositionibus. Et sic ex istis apparet clarissima conclusio, ꝙ dicti strazaroli possunt tã ex dispositione statutorum suorũ, quàm ex dictis compositionibus vẽdere & retagliare pannos nouos omnibus personis volẽtibus ab eis emere, siue sint laici, siue sint clerici, siue cuiuscunq; status, aut dignitatis. Et ꝑ ista satisfactum est primæ dubitationi huius cõsultationis. ¶Capio nunc secũdam dubitationem: & circa illam est summopere animaduertendum: quia in dicto statuto societatis draperiorum dicitur, quòd possint emere & vẽdere, & in statione, vel apotheca tenere publicè pãnos nouos, &c. quod statutum est amplum & latum, vt cõprehendat omnem quantitatem pannorum nouorum, siue sit magna, siue modica, aut mediocris, ex quo dictum statutum loquitur generaliter. l. j. §. generaliter. ff. de lega. præstan. cum similib. & postea in dicta compositione dicitur, quòd possint vendere omnem quantitatem pannorum secundum modũ hactenus vsitatum fieri per homines societatis prædictæ, dummodo non excedat modum vsitatum, de quo si in dubium vertatur, an excedant modum ꝑdictum, tunc stetur dicto & declarationi quatuor bonorum virorum: & subdit, quòd qui in futurum vẽdent vltra vsitatum modum declarandum, vt supra, teneantur obedire societati ipsorum mercatorũ pãni, quæ verba videntur restringere illud statutum artis strazariæ, generaliter disponens de pannis nouis vendẽdis, vt non possint excedere modum vsitatum in vendendo. Et ista videtur veritas, & licet dicatur in dicta transactione, quò possint vẽdere omnẽ quãtitatem pannorum ad retaglium, tamen restringuntur illa verba, dummodo non excedant modum vsitatum. Est nunc videndum: quia societas draperiorum excipit contra illos mercatores paannorum, ꝙ excesserunt vsitatum modum vendendi, cui incum-
8 bat onus probandi. Et certè † dicendum est, quòd incumbat dictis mercatoribus pannorum, dicẽtibus illos strazarolos excesisse vsitatum modũ. Primo hoc inconuincibiliter sic ostendo: fines vsitati & antiqui præsumuntur extare, nisi immutati probentur. text. est in lege, in finalibus quæstionibus vetera monumenta sequenda sunt, modo si nõ varietate successionum, & arbitrio possessorum, fines additis agris vel detractis, postea permutati probentur. ff. fini. regun. vbi vsitatus modus præsumitur durare, nisi probetur mutatio. Modo in casu nostro ita erit dicẽdũ, quòd præsumetur istos strazarolos vendidisse & seruasse in vendendo & retagliando pannos modum vsitatum per eos, nisi probetur cõtrarium per ipsos mercatores pannorum lanæ gentilis, & facit. lege, secunda, C. fini. regun. vbi dicitur, quòd successionum varietas, & vicinorum noui consensus, determinationis veteris monumenta sæpe permuxant. varietas ergo non præsumitur, nisi probetur: vt in lege, siue possidetis in versiculo, ipsis incumbit facti probationis necessitas. C. de probationibus, vbi allegans factũ tenetur illud probare. Modo in proposito nostro dicere, ꝙ societas strazarolorum, vel ipsi strazaroli excesserunt modum antiquum, est facti, & in facto cõsistit: ergo asserentibus illud factum incumbit onus probandi: nec est ꝓsumendum, quòd vsitatus & antiquus modus fuerit mutatus. Et facit: quia in dicto ĩstrumento compositiouis dicitur, dummodo vsitatum modum non excedant: vnde præsupponunt illos strazarolos habuisse & seruasse certum modum in vendendo pannos ad retaglium. ergo dicẽs eos nõ seruasse vsitatum modum, tenet probare, facit text. in lege, ei incumbit probatio, qui dicit, nõ ei, qui negat. ff. de probationibus. l. actor. C. de probatio. & instit. de legat. §. quòd autem diximus. l. generaliter. ff. de except. cum ergo isti mercatores pannorum lanæ gentilis dicant, strazarolos non seruasse modum vsitatum: & sic excessisse modum vsitatum: sequitur, ꝙ eis dicentibus incumbit onus probãdi. actore enim non probante reus absoluitur, cap. vt nostrum. vt eccles. benefic. capitul. cum dilectus. de succes. ab intesta. l. qui accusare. C. de eden. cum similibus. & sic nõ sufficit ipsos mercatores pannorum dicere & allegare, strazarolos excessisse modum vsitatum, nisi ꝓbẽt. facit gloss. optima in cap. non est. de consuet. lib. 6. & ibi Dominicus dicit, quòd si statutũ disponit, quod stetur allegationi actoris, quòd non sufficit allegare, sed oportet probare: & sic intelligitur, allegationi & probationi actoris. facit gloss. elegans in l. j. in princ. ff. si quad. pau. fecis. dica. & gloss. ibi in versiculo, dicatur, supplet, & probetur. Et facit gloss. notanda in lege magis puto. §. illud. ff. de rebus eorum. & quod ibi not. Baldus. facit l. prima. §. primo. ff. de dol. l. ait prætor. §. nam si quis se vim possum docere. ff. vbi bono. rapt. l. j. ff. de incen. rui. naufrag. l. doce. C. de rei vend. cap. ad decimas. de rest. spol. libro sexto. c. a nobis. de decimis. c. cum super. de concess. præb. gl. in c. super eo. el primo, de appellationibus, Baldus in l. j. ff. commoda. & sic oportet, quòd isti mercatores pannorũ probent illud, quod dicnnt, aliter præfati strazaroli veniunt absoluendi. Et si quispiam dicat, quod imo onus probandi incumbit ipsis strazarolis eos seruasse modum vsitatum. Ad hoc respondeo, negãdo: quia imo dicẽti incumbit onus probandi: vt in dicta l. ei. & posito, non tamen concesso, quòd eis incumberet
9 onus probandi: nihilominus satis videntur † probare eo ipso. quod contrarium non probatur: dixit gl. notabilis in l. frater tuus. C. de testam. milit. gloss. in l. super seruis. C. qui milit. non poss. lib. 12. & gloss. in l. si creditor. C. de pignor. actio. & in l. in testamento. C. de testa. mili. & gloss. in c. proposuisti. vers. non ꝓbat. 81. dist. glo. in cap. super eo. de test. cog. & in capitulo tertio. de præscription. & habetur in capitulo, sicut. el secundo, de iureiur. & in capitulo penult. de exceptionibus. not. in l. si falsos. C. de fals. Et si quispiam dixerit, quòd illa verba, tu non seruasti modũ vsitatum, concipiunt negatiuam, quę non pòt probari: vt l. actor. C. de probationibus. capitu. bonæ memoriæ Maguntino. de elect. capitu. cum ecclesia Sutrina. de causa possess. & proprie. & sic non incumbit onus probandi illam negatiuam mercatoribus pannorum, ex quo probari nõ potest. Ad hæc respõ-
10 deo, ꝙ imputetur eis † quare istam negatiuam proponunt: potest tamen probari per cõfessionem partis. vt in capitulo primo, de confessio. libro sexto. Item ista non est negatiua mera: sed est negatiua coarctata ad certum modum, & ad certam societatẽ, & ad certum tempus, quo casu talis negatiua potest probari: vt est casus in lege finali. C. de rebus creditis & iureiurando. & in l. j. C. de exacto. tribu. libro decimo, & in l. cum de lege. ff. de probationibus. & ꝓbatur in l. bine. ff. de iniusto testam. & ibi Baldus, Bartolus in l. in illa. & in l. hoc iure. ff. de verborum obligationib. & in l. ei qui. C. de appellationibus. & in l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquir. hæredit. & facit l. 2. & ibi Bald. C. de error. aduoc. facit capitu. 2. de cler. non residen. & ibi scribentes. & in dicto capitu. bonæ. & in d. capitulo, cum ecclesia. & Baldus in dicta l. actor. Cum ergo in proposito nostro ista negatiua est coarctata ad certum modũ vsitatum, probando, ꝙ non seruant dicti strazaroli modum vsitatum, videntur probasse illam negatiuã. & sic est eis possibile & facile probare illam negatiuam asserẽtes. ergo illam probent, aliàs succumbent. Facit, quod voluit

luit Bartolus in dicta l. in illa. vbi dixit, quòd vbi ageti opponitur negatiua, tu nõ soluisti collectas, ꝙ huiusmodi negatiuæ probatio incumbit asserenti per elegans dictum Inno. in capitu. super his. de accusa. & in cap. proposuit, de cleri. excom. licet Baldus in l. cum mulier. ff. solut. matrimon. dixerit contrarium, dicens, quòd cum hæc negatiua, tu non soluisti collectas, non sit coarctata loco, nec tempore: igitur per rerum naturam probari non potest. vnde succedit dispositio regulæ communis volentis, neganti onus non incũbere, sed affirmanti: vt in dicta l. actor. Nec obstat dictum Inn. quia loquitur, quãdo quis vult se adiuuare ex sententia, seu cõuentione hominis, quæ stricti iuris est, & non alij proficit, quàm ei, cum quo actũ est. l. si vnus. §. ante omnia. & §. in summa. ff. de pac. & in rub. C. res inter alios act. quæstio autem Bar to. loquitur, vbi quis vult sibi auxiliari ex beneficio statuti, quod quidem beneficium tanquam vniuersale sibi ꝓdest: sed certè verior est doctrina Bartoli: quoniam non est dubium, quòd cum agens fundat intentionem suam in negatiua, illam ipse semper ꝓbare tenetur: vt est casus in dicta l. ĩ illa. & in l. ita stipulatus. versiculo, ꝙ si ab initio. ff. de verborum obligationibus. & in l. si quis consortium. C. de fabricen. libr. vndecimo. ergo eadem ratione, cum prçcisè intentionem suam fundat excipiens in negatiua probare tenetur: vt in iudicijs, maximè circa media ipsorum iudiciorum, inter quæ sunt probationes pares, sicut personæ actoris & rei, vt in capit. in iudicijs. de regulis iuris, lib. 6. & in ca. cum inter. de exceptio. capit. cum ad sedem. de restit. spol. in glos. l. fin. C. de fruct. & lit. expẽ. l. die. in principio, ff. qui satisdar. cog. capit. cum sint partium. de regulis iuris. li. 6. Et si dicatur, hæc negatiua nõ est coarctata loco & tempore: ergo est improbabilis. respondetur, imputet sibi excipiens, sicut pulchrè in simili dicit tex. in canone, plerique boni viri tacent illud, quod probare non possunt. 2. q. 7. Præterea si speciale est, ꝙ exceptio negatiua non numeratæ pecuniæ, in qua præcisè excipiens fundat suam intentionem, non actet excipientem onere probãdi: vt in l. asseueratio. & ĩ l. si ex cautione. C. de non nu. pecu. ergo in alijs est in cõtrariũ ius commune. l. ius singulare. l. quod vero. ff. de legi. Præterea etiam dici potest in casu Innocẽ. illam negatiuam, non soluisti, non esse per rerum naturam improbabilem, per dicta l. 2. C. de erro. aduoc. & dicta l. fina. C. de rebus creditis. & per l. Titiæ textores. ff. de legatis j. & ita etiam tenent moderni scribentes in dicta l. in illa. sequendo opinionem Bar. cõtra Bald. Modo in casu nostro ista apponũt gladium & securim ad quæstionem nostram: quia si excipiens fundans se super negatiua regulariter impropabili tenetur illam probare, ex quo est causa intentionis, quanto fortius tenebitur illam probare actor eo ipso, ꝙ se fundat super negatiua: & sic videtur aperto iure & vero, ipsis mercatoribus pannorũ asserẽtibus, strazarolos excessisse vsitatum modum, incumbere onus probandi, cum sit causa suæ intentionis. Prçterea facit, vbicunque affirmanti incumbit onus ꝓbãdi, puta dico te non habere qualitatem reqsitam ad substantiam actus: puta, ad hoc vt quis possit esse Potestas, requiritur sibi adesse certam qualitatem: pone, ꝙ nego sibi adesse illam qualitatem, certè onus probandi illam qualitatem adesse, incũbit sibi. l. non
11 ignorat. C. qui accus. non poss. sed si ille longo † tẽpore seruisset in illo officio, tunc præsumitur sibi adesse illa qualitas, adeo ꝙ onus probandi contrariũ incumberet neganti. istud fuit singularissimum dictũ Innoc. in dicto c. super his. de acusat. & in c. innotuit. de eo qui fur. ordi. su. circa princ. dixit enim in dicto capitul. innotuit, ꝙ si quis litigauit coram aliquo tãquam iudice delegato, nec opposuit ꝯtra fundamẽtum iurisdictionis illius, ꝙ tunc præsumitur delegatus, & incumbit onus probandi contrarium neganti illum esse delegatum, quod dictum referunt & sequuntur omnes scribentes in capit. cum in iure peritus. de officio delega. & dominus Ioannes de Imo. in l. sciẽdum. ff. de verborum obligationibus. & moderni in dicta l. in illa. Modo in proposito nostro, posito non tamen concesso, ꝙ probare modum vsitatum fuisse seruatum per ipsos strazarolos incumberet ipsis strazarolis: nihilominus ex quo per tot tempora ita antiqua & longa, vt apparere potest ex tempore, quo facta fuit dicta ꝯpositio inter ipsas ambas societates, nec apparet contrariũ, & dicti strazaroli exercuerunt modum, quem nunc tenent & in vendẽdo, & retagliando pannos cuicunque personę, ipsis mercatoribus pannorum tacentibus, scientibus, & non contradicentibus, nec ꝓtestantibus. & clarum est, ꝙ præsumitur eorum scientia, ex quo publicè strazaroli vendiderunt ad retaglium, argum. c. j. de postul. ꝓlat. & c. si apostolicæ. de cle. exco. mini. & c. quod dictis. 15. dist. l. pupillus. §. ꝑscribere. ff. de exerci. cap. fi. qui ma. accusar. poss. sequitur, ꝙ ex illo tempore ita lõgo, & ex illa taciturnitate & patiẽtia eo casu, quo onus probandi incumberet ipsis strazarolis, est trãslatum onus probandi ipsis mercatoribus pannorũ, asserentibus illos excessisse modum vsitatum. quanto ergo fortius in casu nostro, cum dicenti & allegãti incumbat onus probãdi. d. l. ei. & superius fuit ostẽsum. ergo ad ipsos spectabit onus, probandi modum vsitatum fuisse excessum, & taciturnitas cum longo tempore, & esse in quasi possessione sic vendendi, & retagliandi, transfert onus probandi in ipsos mercatores pannorum. facit tex. sing. in casu suo in l. qui ĩ aliena. §. ꝙ si non adierit. ff. de acquir. hæred. & quod pulchrè ibi voluit Angelus & Bald⁹; & quod voluit Inn. in c. illud. de præsum. & in cap. illud. de ꝑscrip. facit tex. elegãtissimus, in l. si filius. C. de petit. hæredit. & quod voluit Bald. & idem Baldus in l. siue possidetis. C. de probationi. & in l. post mortem. ff. de adoptio. & pulchrè voluit Hostien. in ca. licet Heli. de simo. & ibi per omnes scribentes, qui omnes concludunt in locis præallegatis, ꝙ si quis tenuit beneficiũ longo tempore sciente & patiente dięcesano præsumitur canonicæ institutus. Ita dicamus in casu nostro, ꝙ posito, ꝙ onus probãdi incumberet ipsis strazarolis: tamen ex quo longo tempore sunt vsi vendere, ipsis mercatoribus panni tacẽtibus, & retagliare conscientibus, ꝙ præsumendum est, quòd debitũ & vsitatum modum seruauerint. quanto fortius in casu nostro incumbet onus probandi ipsis mercatoribus pannorum, cum in fauorem societatis ꝯcurrat. ergo ipsis dicentibus modum fuisse excessum, incũbit onus probandi: quia strazaroli longo tẽpore vsi sunt retagliare & vendere pannos, ita vt faciũt nũc, nec apparet mercatores pannorum cõtradixisse. Et si quispiam dicat, ꝙ in dicta compositione dicitur, dummodo modum vsitatum non excedãt. de quo si in dubium vertatur, an excedant modum ꝑdictum, an non: stetur dicto & declarationi quatuor bonorum virorum, &c. & sic sufficit, ꝙ de hoc sit † dubitatio, vt stet declarationi illorum virorũ. Ad hęc ego rñdeo, ꝙ non debet ita passim intelligi & effrenatè: quia imo requirit, ꝙ sit verè dubium, & dubitatione dignum, aliàs nõ vendicant sibi locum illa verba. Facit, quod voluit Baldus in l. ancillæ. per illum textũ. C. de furt. vbi est casus, ꝙ vbi est tex. legis, nulla est q̃stio: quia quæstio est dubitabilis propositio. l. quod Labeo. ff. ad Carb. & ideo ibi dixit Baldus, statutum disponit, ꝙ omnis quæstio debeat compromitti, intelligitur de quæstionibus facti, & non de quæstionibus

bus iuris: quia iura sunt certa: sicut dicimus in l. ornamentorum.ff.de auro & argento lega. Et in l.2.C. de legi.dixit idem Bal. ꝙ cum statutum disponit, ꝙ iudex debeat iudicare de consilio sapientis, intelligitur in casu dubio: sed ille, qui dicit se velle habere consilium sapientis, videtur repellẽdus: quia hoc dicit per manifestam calumniam, si casus non est dubius. vnde debet intelligi in casu dubio. & facit, qđ not. Barto. in l.j.C.de relat. & in l.ille aut ille.§. cum in verbis.& in l.non aliter.ff.de legatis 3. & in l. post rem.ff.de transact. & in prima constit. C. & Bald. in lege prima. C. quando prouocar. non est necesse. & in l.fratris.C.de trãsac. & in l.iudex.ff.de his qui sunt sui vel alie.iuris.& in l. si diuersa.C.de transac. dominus Cardinalis,& alij in capitul.exposita.de arbitris. Ang.in l.eleganter.§.si quis post.ff.de condic.indeb. & in l.cum hi.§.sed cum lis.ff.de transactio.& in consilio incipiente, in splendida ciuitate. & in l. j.ff.de transac. & sic in casu nostro oportet ꝙ sit vera dubitatio. non stabitur ergo assertioni illorum mercatorum pannorum, ꝙ de hoc sit dubium, nisi aliquo colore hoc fundetur: & posito, ꝙ de hoc debeat stari dicto illorũ quatuor virorũ: nihilominus onus probãdi incumbit eis illos strazarolos excessisse modum vsitatum: quia licet debeant stare dicto illorum: tamen debet fieri coram eis probatio, & debent iudicare secũdùm allegata & probata.C.de cond.ob tur. cau.c.statutum.§.fi.de rescrip.lib.6. alias recurretur ad arbitrium boni viri, vt voluit Barto.in l.fina. ff.de præto.stip. Et sic licet debeat stari dicto illorum quatuor, non propter hoc remouetur probatio, quæ est fundamentum ipsius sententiæ: vt dixit gl. singularis in c.ecclesia sanctæ Mariæ.de const. & ideo onerandi sunt dicti mercatores pannorum onere probãdi, illos excessisse modum vsitatum, coram dictis quatuor viris eligendis. Et sic concludo in fauorem dictę societatis draperiorum pro arte sua. Facit ad supradicta, quod voluit Bal.in consilio incipiente, in Christi nomine amen, plurima dubia examinanda sunt. vbi dicit, ꝙ ea quæ sunt fundamenta intentionis, debent probari per intentantem.l.actor. C. de probat. & plenè no.per Inn.in c.innotuit.de eo qui furt.ord. susc. & dicit, ꝙ fuit dubitatum: quidam impetrans beneficium asseruit fructus,& prouentus illius, centum florenorum auri quãtitatem non excedere, aduersarius dicebat rescriptum surreptitium, quia ꝓuentus excedebant hanc quantitatem centum florenorum, consuluit ibi Bald. ꝙ onus probandi illum excessum incumbebat aduersario, & sic asserenti excessum dictę quantitatis. Ita videtur dicendum in ꝓposito nostro, ꝙ onus probandi modũ vsitatũ fuisse excessum incũbit ipsis mercatoribus panni asserentibus. Et sic ꝯcludo ĩ fauorẽ dictę societatis strazarię.

EPITOME.

¶ Pater bona emphyteutica pro se & hæredibus suis vtriusque sexus ab eo legitimè descẽdentibus comparata habens testamento suo filios duos hæredes vniuersales instituit, quatuor vero in legitima. Proinde quatuor hi: quia hæredes non sunt, in illis bonis emphyteuticis nullum ius habent: sed ad illos vniuersales hęredes pertinent.

SVMMARIVM.

Emphyteutici contractus natura ex sui serie, & ex conceptione verborum apparet.nu.1.

Filius in legitima institutus, in quota bonorum, non hæreditatis institutus dicitur: & vere non dicitur hæres.nu.2.

Verbum, hæres, duobus modis accipitur. nu.3.

Verba hæc, pro se & hæredibus vtriusq; sexus ex se legitimè descendentibus, comprehendunt qualificatiuè descendentes, si sunt hæredes.nu.4.

Hæredis appellatione venit hæres vniuersalis. nu.5.

Pater in emphyteusi pro se & suis hæredibus acquisita potest vni ex filijs suis gratificare.nu.6.

Pater stipulando pro liberis, de hæredibus cogitasse videtur.numero 7.

Ius quæsitum ex stipulatione patris filijs in contractu emphyteutico potest a patre tolli.nu.8.

Verba contractus propriè & strictè accipiuntur cõtra eum, qui stat pro contractu.nu.9.

CONSILIVM XC.

Videtur prima consideratione dicendum, ꝙ æqualiter filij succedant in istis bonis emphyteuticis, licet institutio de eis facta in testamento sit inęqualis, & hoc deciditur Bartolus in l. vt iurisiurandi.§. si liberi.ff. de operis libertorum. vbi dicit, aliquis accepit emphyteusim pro se, filijs & hæredibus, quo casu requirit, ꝙ sit filius & hęres, & ꝙ sufficit, ꝙ sit institutus in re certa: vnde si testator, qui accepit emphyteusim, instituat filiam fœminam hæredem vniuersalẽ, & filium instituat in certa re, & prohibuit, ꝙ plus de bonis suis petere non possit, ꝙ filius ille admittitur ad petendam partem sibi contingentem in rebus emphyteuticis. vnde remanet dicto filio ius petendi quæsitum vigore stipulationis paternæ, in nullo sibi diminutum per filiam institutam in vniuerso: & dicit, videmus in actione de dote, quæ quæritur filię ex dispositione paterna: ꝙ pater non potest diminuere illud ius filiæ, nisi tantum pater vltra relinquat de suis bonis, inquantum grauat. l.fin.§.si pater. ff.solu. matrim. vnde posito, ꝙ pater dixisset, ꝙ filia illa plus petere non posset in bonis suis: tamen illa verba nõ important, quòd non succedat in emphyteusim, posito quòd pater potuisset priuare filiam, videtur quęsitum in emphyteusim. debuit enim exprimere, quòd ius emphyteuticum solum remaneret apud filium, quod euidentius demõstratur. nam pater potest vni ex filiis suis assignare libertũ: nihilominus si instituit vnũ ex filijs in magna portione, & alium filium in modica, non repellitur institutus in modica, sufficit enim filium esse institutum in parte, quantũcunq; modica, vt conseruetur ei ius paternum. l.si de modica.ff.de bon.liber. Et sic Bart. ibi concludit, filium institutum in certa re, & prohibitum plus petere in hrditate, & bonis paternis, ꝙ nihilominus poterit petere ius in bonis emphyteuticis sibi quæsitũ in illis ex stipulatione paterna. Secundo hoc decidit Baldus in l. ex facto.ff.de hęred. instit. & ponit istam quæstionem in indiuiduo. dicit enim, aliquis accepit emphyteusim pro se & eius hæredibus, ꝙ si instituit filium solum in legitima, veniet ad emphyteusim pro rata, in qua est institutus, & sic dicit, ꝙ succedit in bonis emphyteuticis, sed nõ ęqualr, sed pro rata, in qua est institutus. & domin. Ioã. de Imo. ibi ver. Item attende secundo, inquantum Bald. dixit, alle. Bar. in d.§. si liberi. dicẽtem, ꝙ licet filij sint inæqualiter instituti, succedũt tñ æqualiter in emphyteusi. & dicit in hoc articulo esse opiniones. ipse vero sic distinguit, aut loquimur in emphyteusi, quæ transit in extraneum hæredem, vt est emphyteusis priuati: aut

aut loquimur in emphyteusi, quæ transit solum ad filios, seu ad descendentes, vt est emphyteusis ecclesię, secundum communem opinionem, de qua per gl. in l. etiam, ff. solu. matrim. primo casu non succedit institutus in re particulari dato cohærede vniuersali: quia in dubio videtur intelligendū de hærede vniuersali, vnde si quis accipit pro se, & filijs hæredibus suis, intelligitur de institutis in vniuerso. l. quædam. §. nihil. ff. de eden. l. quoties. §. hęredes. ff. de hære. instit. secundo casu quando est emphyteusis ecclesiæ, dicit procedere dictum Barto. in dicto §. liberi. Et facit ad prædicta. l. cum patronus. §. cum patronus. ff. de oper. lib. vbi patet, ꝙ quando quis stipulatur a liberto operas pro se & hæredibus, quando sunt tales, quæ transeunt solū ad filios: tunc veniunt filij æqualiter, licet sint instituti inæqualiter hæredes. & alleg. ibi Ioan. de Imo. & quod voluit Spec. in tit. testa. §. j. ver. bone. vbi tractat, pone, ꝙ aliquis habens duos filios puta B. & C. & illos īstituit, & grauauit post mortem suam restituere suam partem B. si superuiueret, & si non superuiueret, suis hæredibus, & contingat postea, ꝙ post mortem testatoris moriatur B. relictis duobus filijs masculis institutis vniuersaliter, & vna filia in re certa, & demum decedat C. nunquid debebit illa filia venire ad partem ipsius C. ęqualiter cum filijs masculis, & sic pro tertia parte ad partem ipsius C. qui sine libris decessit, an vero venient solū masculi vniuersaliter instituti. & ibi arguit pro & cōtra, & finalirer concludit, ꝙ fauore vltimę volnntatis large accipietur verbum hæredibus, vt comprehendat etiam filiam institutam in re certa, per l. in testamentis. ff. de regulis iuris. Et idem dicit, si ecclesia concedit rem alicui in emphyteusim pro se & hęredibus suis: secus videtur dicere, si priuata persona concedat rem in emphyteusim pro se, & hæredibus, quia tunc intelligetur verbum, hæredibus, de hæredibus vniuersalibus: & sic non comprehendetur hæres ex re certa. & ratio diuersitatis īter emphyteusim ecclesię, & priuati esse potest, quia emphyteusis ecclesię videtur solum transire ad liberos & descendentes. ideo sub verbo, hæredibus, facilius comprehenditur filia instituta in re certa. & ita etiam residet dominus Ioannes de Imo. in dicta lege, ex facto. & ibi Baldus allegauit illam doctrinam Specu. in prallega. titulo, de testamen. §. primo. versiculo, pone. sed in casu nostro in prima concessione dicitur, inuestiuit ꝑ se & suis hæredibus vtriusque sexus ex eo legitimæ descendentibus: & etiam in secunda concessione dicitur, pro se & suis hæredibus vtriusque sexus ex eis descendentibus: ex quibus verbis apparet expresse, quod talia bona emphyteutica transeunt in filios ipsius patris accipientis, vt hæredes: sed filius institutus in legitima hæres est: quia est titulus honorabilis. & Baldus in dicta lege ex facto, dixit, quòd filius institutus in legitima est hęres quoad commoda: sed non quoad incommoda. ideo mouere poterit actiones contra debitores pro rata, sed non poterit conueniri a creditotibus hæreditarijs. & sic quoad actiones actiuè habebit loco hr̄dis, nō passiue, & per hoc differt ab extraneo instituto in re certa alio vniuersaliter instituto, quia extraneus quoad actiones actiue & passiue habetur loco legatarij: secus in filio instituto in legitima. ergo quoad eorum commoda sunt hæredes, & per consequens sequitur, quòd venient æqualiter ad dicta bona emphyteutica tanquam hęredes vna cum alijs duobus filijs vniuersaliter institutis: & sic hæredes sunt & filij. ergo videt̄, quòd ista consultatio decisa sit per huiusmodi media. Præterea facit, emphyteusis nō est ius hæreditarium; quia potius dicit̄ filius venire ex donatione paterna quā vt hæres. l. filiæ. C. familiæ erciscund. l. omnimodo. §. finali. C. de inoffic. testamen. & quod no. in l. quod dicitur ff. de verborū obligation. & ideo dixit Bald. in authentica, si quas ruinas. C. de sacrosanctis ecclesijs: quòd licet filius iuret non venire ad bona paterna, vel repudiauerit hęreditatem patris: nihilominus poterit admitti ad bona emphyteutica non obstante repudiatione hereditatis: quia illud ius non debet perdere, licet nolit esse hæres patris, argumento. legis fina. ff. de pactis. leg. si post mortem. §. fina. ff. de contratabulas. Et subdit, quòd si ex dispositione statuti filia dotata excluditur a successione paterna, ꝙ nihilominus succedat in emphyteusi vna cum fratribus. Et idē dicit, si filia instituatur in re certa. Idē dicit, si filij sint hæredes instituti dispariter, tn̄ in emphyteusi succedunt æqualiter: quia emphyteusis non est ius hæreditarium. Et ideo dixit idē Baldus in authentica, vnde si parens. C. de inofficioso testamēto. ad finem, ꝙ filius repudiādo hæreditatem patris potest consequi bona emphyteutica ex stipulatione paterna quæsita. quia ad illa venit iure ꝯ̄tus, & non iure hæreditario. Et in lege penultima. C. de hæreditar. actionibus. dixit, quòd per illa verba, plus nō possit petere in hæreditate paterna, ꝙ ꝑꝑ hoc non est exclusus filius a bonis emphyteuticis. & facit, quod voluit dominus Petrus de Anchara. in commento capitu. potuit, de locat. & ibi Ioannes de Imola eum refert, & sequitur versiculo, septimo tangit. vbi idem firmat, ꝙ si filius repudiat hæreditatem patris, quòd nihilomius non perdit bona emphyteutica, alleg. d. l. si patronus. §. si quis. ff. de bon. libe. & allegat Bartolum in dicto §. si liberi. Ita & multo fortius in casu nr̄o erit dicendū, ꝙ cū isti quatuor filij veniunt vt filij & etiā veniunt vt hæredes, quòd æqualiter succedunt in istis bonis emphyteuticis. Vltimo est aduertendum, quòd Bartolus in l. mortis causa cbpitur. ff. de don. causa mor. dixit, quòd quando pater accipit emphyteusim pro se & filijs, quòd mortuo patre filij capiunt illam a primo domino, non a patre. ergo non debet attendi, an sint hæredes patris in modica re, vel in vniuerso: & si aliter diceremus: sequeretur vnum valde inconueniens, quòd cum pater non possit priuare filios suos iure illo emphyteutico eis q̄sito per stipulationem paternam, esset dare viam, vt eos priuaret iure illo eis quæsito, quod esse non debet. lege fraus. ff. de legi. capitu. porro. de priuile. capitulo. quanto. de diuor. cum sim. cum non possit filios priuare illo iure emphyteutico eis quæsito per stipulationem pater, nam hoc voluit Iaco. But. quē refert & sequitur Bald. in l. item videndum. §. nunc videamus. ff. de petit. hæred. & idem Bald. in l. imperialem. in prin. in titu. de proh. alie. feu. per Feder. & quod not. Andr. de Isernia in capitu. j. de succes. feu. vbi dicit, ꝙ non valet aliqua ordinatio facta a defuncto in feudis, quominus filij succedant in feudo, & si defunctus, qui feudū habebat, aliud disposuit in testamento, non valet sua ordinatio quoad feudum, puta si disposuit, ꝙ vnus habeat duas partes & alter vnā. succedunt em̄ æqualiter, & de feudo ad emphyteusim est validum argumentum, vt sentit Bartolus in dicto §. si liberi. & in l. si mihi, & Titio. ff. de verborum obligalionibus. & per consequens videtur dicēdum, ꝙ licet pater instituerit duos filios vniuersales hæredes, & quatuor instituerit hæredes in legitima dūtaxat: tn̄ æqualiter succedunt in illis bonis emphyteuticis, vt sunt bona ecclesiastica, & emphyteusis ecclesiastica. Ista erant, quę iudicio meo reddebant istā cōsultationem dubiam: ideo istis sublatis apparebit veritas huius cōsultationis indubitata. ¶ Et licet ista sint satis colorata & apparentia: nihilominus aduersā

uersa sententia videtur mihi de iure verior, & susten
1 tabilior. Et primo præsuppono, ꝙ qualis sit † natura contractus emphyteutici, apparet ex sui serie, & ex conceptione verborum prolatorum in ipso contractu concessionis. iste est text. solennis in l.j.C. de iure emphy. in versic. in quo cuncta, quæ inter vtrasque partes. & sic qualis sit cõcessio, apparet ex sui tenore.
2 Secundo presuppono † ꝙ filius institutus in legitima non dicitur institutus in quota hæreditatis. hoc tenuit Barto. in l. quoties. C. de hæred. instit. reprehendens Mart. de Sylima. quia legitima est tertia eius, quod quis est habiturus ab intestato deducto ære alieno. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. test. ergo sequitur necessario, ꝙ ista legitima, seu institutio in legitima non est hæreditas. qa nõ ptinet debita & credita: sicut dicimus in eo, cui legatur quota bonorũ: vt l. non amplius. §. fi. de leg. j. l. si quis seruum. §. fin. cũ l. se. de legat. 2. & idem voluit idem Barto. in lege, ex facto. ff. de hæred. instit. & istud sequitur Dom. Bartol. de Salicet. in dicta lege quoties. C. de hæredi. institu. & istud voluit dominus Ioannes de Imol. tam in repetitione, quàm etiam in lectura. lege prima. §. si ex fundo. ff. de hæredib. instit. Et licet Baldus in dicta lege ex facto. dicat, quòd institutus in legitima est hæres quoad commoda, licet non quoad incommoda: tamen idem Baldus in dicta l. quoties. dixit, quòd filius institutus in legitima non dicitur habere quotam hæreditatis, sed quotam bonorum. & sic est in hoc sibi contrarius: ergo tenenda est sua opin. inquãtum est conformis opinioni plurium doctorum. & etiam istud voluit Iohan. de Imol. in dicta l. ex facto. & ibi damnat opinionem Bal. ibi positam. Et sic stat communis opinio scribentium, ꝙ filius institutus in legitima dicitur institutus in quota bonorum, & nõ in quota hæreditatis. & sic vere non dicitur hæres. & istud est tenendum tanquam opinio communis. & per consequens tanquam verius: vt ca. in canonicis. 19. distinct. capitu. de quibus. 20. distin. §. quidam. de pęnitent. distin. j. l. j. ff. de sena. l. athletas. ff. de his qui no. infam. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. Innoc. in cap. ne innitaris. de constit. & Ioannes Andr. in cap. j. de consti. Hosti. in capitul. capellanus. de ferijs. Bald. in l. fina. C. de pęna iudic. & in quæstione, a sententia iudicis. & Angel. in l. cum prolatis. ff. de re iud. Baldus in l. j. ff. de senatoribus. l. j. ff. de vulgari & pupillari. & in l. obserua. §. proficisci. ff. de offic. procons. & in dicta l. athletas. Modò istis præsuppositis in d. primo instrumento concessionis in princ. dicit, inuestituram siue concessionem aliàs factam ipsi ser Michaeli de Paulinis: tunc recipienti pro se & hrdibus suis. & sic commemorat illud instrumentum & concessionem anteriorem factam pro se & suis hæredibus: postea in noua concessione facta in d. primo instrumẽto cõcessionis dicitur, inuestiuit dictũ Modestũ nomine dicti Michaelis & suorũ hęredum vt supra, & in secundo instrumento concessionis dicitur, pro se & suis hæredibus vtriusque sexus ex eo legitimè descendentibus. & etiam in d. secundo instrumento dicitur, pro se, eorumque hæredibus. Ex quibus verbis apparet, ꝙ dictæ cõcessiones fuerũt factæ sub nomine appellatiuo, hæredum, quo casu dico istam quæstionem fore decisam bellissimè per Sal. in l. 2. C. de iure emphyt. in 20. q. vbi apponit gladiũ & securim ad hãc dubitationẽ. Pone inquit, ꝙ quis est inuestitus pro se, filijs & hæredibus suis, an erit necesse, ꝙ filij sint hęredes patris, aliàs non admittantꝰ: & videtur, ꝙ sic, quasi illa verba, & hæredibus, qualificent, demonstrent, & declarent illud verbum filijs: vt sit sensus, ꝙ pro filijs fuit concessa, q sint eius heredes: & non pro his, qui non sint eius hæredes, & isto casu verificetur illa gl. quæ est 2. in cap. j. an agna. vel cogna. in feud. facit l. diuus Adrianus. ff. de re iudi. & l. habebat. ff. de instit. in contrariũ facit copula apposita inter verbum filijs, & hrdibus. cuius natura est ampliare & augere, & diuersa coniungere: vt l. ea tamen adiectio. de legatis 3. not. in rubrica. ff. de iur. & fact. igno. & subdit ibi Saly. quid dicemus, ista quæstio est mihi satis dubia. Et pro euidentia eius pmittit, ꝙ † istud verbum, hrdibus, duplicem potest habe
3 re sensum, vnum vulgi, alium iuris ciuilis: quantum ad sensum vulgi, hęredes sunt filij & descendentes, & ita sumitur in capitu. in præsentia. de probationibus. & in authentica, de non alie. §. emphyteusim. sic etiam sumitur in materia feudali in titulo de alien. feu. cap. & si clientulus. versiculo, & si cliẽtulus. & i l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebellianum. & ibi gl. quoad secũdum, videlicet quoad sensum iuris hęredes sunt, qui alicui in vniuersum ius de iure ciuili succedunt: vt l. hrditas. ff. de verborum significatione. instit. de bon. poss. §. quos autem. Permittit etiam, ꝙ ecclesia non poterat dare in emphyteusim olim vsque in tertiam generationem: vt in authentica, de nõ alie. §. emphyteusim. sed hodie dubitatur, an in perpetuum p tex. in authentico, de alie. & emphy. §. licentiã. & communiter gloss. tenuerunt quòd sic. sed Iacob. de Belui. fatetur in descendentes vltra tertiam generationẽ: sed non in alios. & sic non pro quibuscũque hæredibus. alleg. dicta per se. in authẽtica, perpetua. C. de sacrosanctis ecclesijs. sed priuatus potest in perpetuum recipere pro se & eius hæredibus in infinitum: quia phibitum non reperitur. Modo dicit, si concedens in emphyteusim recipiẽti pro se, filijs & hæredibus, intelligit de hæredibus secundum sensum vulgi: tunc res est clara: vt de descendentibus intelligatur tã in priuato, quàm etiam hodie in ecclesia in infinitum. secundum vero iuris intellectum: tunc differẽtia est fienda inter concedentes. nam si sit ecclesia: tunc qa ecclesia non potest extra descendentes concedere, illud verbum, & hæredibus, interpretatur qualificatiuè, & demonstratiuè, seu restrictiuè: & sic pro filijs, qui sint eiusdem hęredes. nam hęc interpretatio magis deseruit naturæ contractus: & ideo sequenda, argum. l. si stipulatus. ff. de vsur. & de hoc alleg. casum in dicto §. emphyteusim. si autem concedens sit priuatus, tunc interpretatur, vt ponatur ampliatiuè in omnibus hęredibus in infinitum: cum a iure sit permissum sic cõcedere: vel quod verius est stat in dicto themate verbum ampliatiuè. Vnde dicit, attendendum est, quòd interdum datꝰ alicui emphyteusis pro se & filijs, vltra non dicto: & tunc remittit ad dicta p se in dicta lege, secunda. in 17. q. sed de hoc nõ est curandum, quia in isto instrumento concessionis non acceptauit iste emphyteusim pro se & suis filijs. Interdum accipitur pro se & hæredibus suis, & tunc in ecclesia intelligitur pro omnibus descendentibus in infinitum, vt in capitulo, in præsentia. de probat. & in dicto §. licentiam. in priuato vero intelligitur, pro hæredibus etiam extraneis successoribus, vt in cõuentionibus. ff. de verborum fignification. Interdum conceditur pro se filijs, & hęredibus, & tunc intelligitur pro descendentibus vltra filios, siue qui cõcedit sit ecclesia, siue sit priuatus, & hoc operatur pcedens verbum filijs, per quod vltra eos non extendebatur, vt dixi, & verbum hæredibus, ampliat ad cæteros descendentes, vt in capit. in præsentia. & d. l. ex facto. §. fi. & hoc ẽt operatur copula, quæ coniungit similia, & non extranea qñ pt, vt l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino lega. secus est, si adderetꝰ vt successoribus: vt d. l. in cõuentionibus. Subdit postea, sed moueo dubiũ, supposito ꝙ recipiens filium masculum instituit sibi hæredem vniuersalem, & filiam instituit in certa re, an filia veniat ad hanc emphyteusim cum filio, sup-

posito quod illud verbum,& hæredibus, stet qualificatiuè,dicit ꝙ hanc quæstionem tangit Barto.in l.vt iurisiur.§.si liberi.ff.de operis lib.vbi videtur concludere quòd sic: quia saltem est hæres in re certa.Ipse vero dicit se putare contrarium esse verius de iure.& ratio est secũdum eum: quia falsum est,ꝙ institutus in re particulari sit hæres, vt pluribus medijs dicit se demonstrasse in l.quoties.C.de hæred.instit.quinimo ipse Barto.in dicta l.ex facto.de hære.insti. tenet, ꝙ non sit hæres nec legatarius, sed sit tertia species, ergo sequitur,ꝙ in verbis illius contractus, non comprehenditur:& maximè,cum verba, quæ possunt stare propriè, nunquam debent sumi impropriè: vt l.j. §.si is qui nauem.ff.de exercitor.& dicit se hoc confirmare: quia si plures sunt instituti hæredes, quilibet eorum debet venire pro quota hæreditatis: quia illa verba,& hæredibus, sunt nomina apellatiua non ꝓpria: vt l.j.cum ibi no.C.de impub.& alijs sub.sed institutus in re certa nullam habet quotam hæreditatis vniuersaliter ĩstituto adeunte: vt d.l.quoties.C.de hæred.instit.vnde dicit reducendo rem istam ad practicam.non video pro quanta parte isti instituti in re certa cum vniuersaliter instituto possint petere se admitti.ideo concludo, eum nõ vocari ex forma ipsius contractus:ista sunt formalia verba Saly. in dicta l.2. in 20.q.C.de iure emphy. Et est bene considerandũ: quia Saly.ponit exemplum in filia instituta in re certa,& dicit, ꝙ non admittitur: quia nullam quotam hæreditatis habet.& sic expresse idem sentit esse in filio,vel filia institutis in legitima: quia nullam habẽt quotam hæreditatis: sed habent quotam bonorum: vt superius dixi in secundo præsupposito. Modo ista decidunt istam quæstionem in terminis. Ista conces-
4 sio† fuit facta pro se & hæredibus vtriusq; sexus ex eo legitimè descendentibus: vnde comprehenduntur descendentes qualificatiuè,videlicet,si sunt heredes. & habet minus dubitationem hæc: quia Saly.ponit exemplum, quando dixit pro se, filijs & hæredibus: quia inter verbum filijs,& verbum hæredibus, ponĩt illa copulatiua, & & sic est magis dubium: & tamen Saly.ibi concludit,ꝙ debet esse institutus vniuerso,si vult comprehendit in tali concessione. ergo multo minus in casu nostro comprehendetur: cum qualificatiuè fuerit facta concessio pro hæredibus vtriusq; sexus descẽdẽtibus.Cum ergo isti quatuor filij masculi fuerint instituti in legitima,& sic non sunt instituti in quota parte hæreditatis,sed in quota bonorũ, & alij duo masculi sunt instituti in vniuerso.ergo sequitur,ꝙ in tali concessione comprehenduntur illi duo masculi instituti hæredes in vniuerso: & sic apparet,quòd non bene loquuntur Bartol.nec Bald. in dicta lege ex facto.nec etiam. Ioan. de Imo.Secundo moueor ratione formali, ad eum casum adaptatur dispositio contractus, ad quem casum adaptantur verba ipsius contractus.l.4.§. toties. ff. de damno infecto.l.hos accusare.§.omnibus.ff.de accusatio. l. qđ constitutum.ff. de testam.mili. ca.indemnitatibus.§. sed cum eas.de elect.lib.6. sed verba illius concessionis adaptantur ad hæredem vniuersalem: quia † ap-
5 pellatione hæredis venit hæres vniuersalis: vt l. quædam.§.nihil interest.ff.de eded. ergo dispositio illius contractus adaptabitur ad istum casum & per consequens comprehendetur hęres vniuersalis. Vnde Bal. ponit istam quæstionem in terminis in dicta l. quædam.§.nihil interest.dicit enim, quòd si quis accepit emphyteusim pro se & successoribus suis: & instituit filiam in certa re,ꝙ in tali emphyteusi si nõ succedit illa filia: sed in totum succedent fratres, qui sunt vniuersaliter instituti allegat Spe.in ti.de test.§.j.ver.pone.& allegat,quod hr̃.in l.plura.§.fi.ff.de acti.& obli. & sic Bal.formaliter. decidit præsentem ꝯsultatiouẽ in fauorem illorum duorum fratrum institutorum vniuersaliter.Facit etiam,quod voluit idem Bal.in l. liberti.C.de oper.lib.versi.secundum dubiũ est, pater,qui accepit emphyteusim,instituit filium hęredẽ verè propriè.id est vniuersalem: sed filiam ĩstituit impropriè ĩ re certa an filia succedet cum fratre in emphiteusi. & refert Bartol.dicere ꝙ sic, etiam si pater prohibuit filiam plus petere: q̃a ista ꝓhibitio non respicit bona emphiteutica: & si respiceret, pater non posset illam priuare lege contractus, nec grauare eã, ex quo non habet vltra legitimam secundum Barto. Item ꝙ illa plus non posset petere intelligitur de bonis defuncti; allegat Bar.in d.§.si liberi.Bar.not. ibi dicit considerãda verba esse contractus: quia si accepit emphyteusim pro se & filijs simpliciter, non dicendo hæredibus,non est vis, si filia sit instituta, vel non:& ideo quæstio non precedit quando non reperitur,ꝙ sit hæres.Si vero dicit hæredibus, solutio quæstionis est falsa: quia cum verbum hæredibus, intelligatur propriè.d.l.quædam.§.nihil inrerest. versicu.is autem.tunc non continetur hæres in re certa: quia nomen hoc.s.hæredibus,non tam demõstrat,quàm distribuit.& non hñti quotã hr̃ditatis nihil põt proportionabiliter distribuere,vel sortiri, vt l.j. C. de impub.& alijs subst.aut decisio Bar.est falsa,aut quęstio nulla.facit,quod hr̃ in l.cum a matre.C.de rei vendi. ideo mortuis masculis hæredibus vniuersalibus institutis sine liberis: filiæ institutæ in re certa tanq̃ nõ cõsorti non accrescit. Item in eo qđ dicit, ꝙ prohibitio non refertur ad emphiteusim, nõ dicit verũ,qñ emphiteusis est hæreditaria,q̃ põt vni cõcedi per patrẽ: quia ius patrimoniale.& sic Bal. in terminis damnat opi.Bar.& decidit q̃stionem ĩ fauorem istorũ duorũ masculorum.Cum ergo in casu nostro acceperit ista bona emphiteutica ille pater pro se & hr̃dibus ab eo legitimè descendentibus,sequitur, ꝙ ita veniunt descendentes ad ista bona, si sunt hæredes in vniuerso instituti,alias nec succedũt,nec vocãtur.Et est diligẽter põderãdnm,ꝙ in hac ꝯcessione fuerũt vocati isti descendentes vt hæredes & principaliter eos vt hæredes vocauit.& sic silent multa ꝯ̃ria superius formata. & sic Bald.istam quæstionem formal̃r decidit.Facit, qđ voluit idem Bald.in l.itẽ vidẽdũ.§.nũc videamus. ff.de peti.hære.vbi q̃rit,qđ in emphiteusi ecclesiæ,pr̃ accepit emphiteusis, pro se & filijs suis sub nomine appellatiuo successionis: q̃a dixit,filijs & hæredibus, copulatiue. Primo casu nõ est dubiũ,ꝙ filius venit vt filius,& nõ vt hæres,ar.l.2.ff.de interdict.& re.l. tutelas.ff.de capi.dimi.facit,qđ no.in l.auus.ff. de pact. In scđo casu est dubiũ. q̃a secũdũ quosdã nõ diuidit pro hæreditarijs portionibus, sed verisimiliter inter filios licet sint dispariter instituti, ergo non vr̃,ꝙ petatur vt res hæreditaria.ipse vero dicit ꝯ̃rium, & allegat Spec. in titu.de loca.§.nunc aliqua.ver.78.vbi no.Spe.ponit istam quæstionem,ecclesia cõcessit vineã in emphyteusim Titio filijs & nepotibus Titius quosdã ex filijs insolidũ, quosdam vero in legitima, dũtaxat sibi hęredes instituit: petũt de vinea viriliter nõ iure hæreditario,sed ex pacto emphyteutico tanq̃ filij quęro an possint?& videtur ꝙ sic: nã hoc pactũ concepit pr̃ pro filijs. vnde cũ non fuerit facta adiectio parti,cõpetet cuilibet eorum virilis. l.inter eos. ff.de fideius.l.reos.§.cũ in tabulis.ff.de duo. reis. vnde videtur spectare ad filios iure parti nõ iure hæreditario.l.si post mortẽ.ff.de le.j.& q̃a cum hoc pactũ fuerit factũ inter ecclesiã & emphiteutã, solus emphyteuta nõ mutabit formã eius.l.sicut.C. de actio. & ob.cũ si.admitti ergo dẽnt filij vniuersi ñ vt hr̃des
6 sed vt filij;& sic decidit,ꝙ veniũt vt filij, & ẽt† cõcludit, ꝙ pater põt vni illorũ filiorũ gratificare. Modo in proposito nr̃o iste pr̃ nõ accepit istam emphyteusim

sim pro se & filijs sub noie naturæ, sed sub noie appellatiuo successionis: qa dixit pro hæredibus, &c. ergo instituendo duos in vniuerso, & instituendo reliquos in legitima dumtaxat, vr̄ voluisse illis duobus gratificare: & ēt cum veniant hæredes: & istud vr̄ esse actū inter ecclesiā & illū inuestitū, vt veniāt descēdentes, si sunt hr̄des, & sic capiūt hæres, proprie & stricte, qn̄ instituitur in vniuerso. ergo nō potuisset ille pater contra formam, & legem contractus inuitare illos filios institutos in legitima ad illa bona emphyteutica, nisi interuenisset voluntas etiam ipsius ecclesiæ. Et Spec. ponit q. istam in indiuiduo, cum dicit, ꝙ filij instituti in vniuerso, & filij instituti in legitima veniunt ad illam emphyteusim non vt hæredes, sed vt filii, & si secus esset, si venirent hæredes, vt in casu Spe. in quo facta fuit confessio filiis sub appellatiuo nomine vere, quod non fuit in casu nostro: quia veniunt, vt hæredes, & etiam quia Specu. ibi concludit contrarium, videlicet, ꝙ etiam quando pater accepit pro se, & filiis suis, instituēdo vnum ex filiis in vniuerso, & instituēdo alios filios in legitima, vr̄ inuitare illum institutum in vniuerso ad illam emphyteusim, & excludere institutos in legitima ab illa emphyteusi, quia potuit gratificare vni illorum filiorum, & sic d. Spe. recte, & apprime decidit in fauorem istorū duorum filiorum, quāto ergo fortius in casu nostro succedunt in totum in bonis emphyteuticis, cum pater acceperit pro se, & suis hæredibus ab eo descendentibus. Tertio facit, quod voluit Bald. in d. auth. si quas ruinas. vbi dicit, pater accepit emphyteusim ꝓ se, filiis suis & nepotibus, an filii, qui non sunt hæredes patris, quia repudiarunt hæreditatem patris, vel iurauerunt non venire ad hęreditatem paternā, possint venire ad illam emphyteusim, & decidit, ꝙ tunc venit filius, vt hæres, qn̄ sub nomine hæredum ꝯcta est stipulatio, vt l. etiam. ff. sol. ma. sed quando sub nomine appellatiuo filii, tunc non requiritur aliud, nisi ꝙ sit filius, quia sufficit in esse qualitatem, de qua est actum inter ꝯhentes, & hoc probatur secūdum eum in l. quod dr̄, & l. quodcunque. §. j. ff. de verb. obl. l. assignare. ff. de assig. liber. ratio est secundum eum: quia pater potius dr̄ venire ex donatione paterna, quàm vt hæres, quia qn̄ pater contrahit nomine filij, & eo nomine recepit possessionē alicuius rei, ex istis duobus inducitur tacita vocatio in filium: vt l. filiæ. C. de fa. erci. l. omnimodo. §. fi. C. de inoffi. testa. & ideo dicit, ꝙ licet filius repudiet hæreditatem paternam, nō tamen perdit donationem. tex. est in auth. vnde si parens. C. de inoffi. testa. quam allegat Spec. pro casu in specie, de emphy. §. nunc aliqua. vers. 154. vnde dicit, ꝙ filius non debet perdere istud ius, licet nolit hæres patris, arg. ff. de pact. l. fi. & l. post mortem. §. vlti. ff. de contra tabu. Ex quo infert, ꝙ filia dotata, quæ excluditur a successione paterna ex forma statuti. nihilominus succedit in emphyteusi vna cum fratribus. Idem dicit in filia esse, si sit instituta hęres in re certa. Idem dicit, si filij sint instituti dispariter, tamen succedunt æqualiter in emphyteusi: quia illo casu emphyteusis non est ius hęreditarium, allegat etiā pro hoc, quia si quis reciperet emphyteusim pro se, & vxore sua, vel pro se, & fratre, quòd isti admittentur ad emphyteusim, licet non essent hæredes recipientis, ergo idem si fiat mentio de filio, quia non minus videtur patrem velle prouidere filio, quā extraneo, imo plus, arg. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. & sic concludit ibi Bald. ꝙ qn̄ pater accepit emphyteusim pro se, & suis, ꝙ tunc veniunt filii, licet non sint hæredes patris, secus sentit, qn̄ accepit pro se, & filijs, & hæredibus. Et iste est casus noster, quia iste Michael accepit pro se, & suis hæredibus descendentibus, & sic requiritur, ꝙ sint descendētes, & hæredes, & sic sentit Bal. expresse, ꝙ isto casu non poterunt filii venire ad ista bona emphyteutica, si renūtiauerint hæreditatem patris, vel si fuerint prohibiti, plus petere de hæreditate paterna, & sic Bal. ore aperto cōcludit in fauorem huiusmodi consultationis. Et etiā sunt accuratissimè ponderanda verba Barto. in d. l. mortis causa capitur. vbi dicit, ꝙ si pater accepit emphyteusim pro se, & filiis suis, ꝙ mortuo patre filii capiūt a primo domino, & non a patre, & sic Bart. sentit, secus esse, si pater acceperit emphyteusim pro se, & filiis hæredibus: quia tunc capiunt a patre, quia veniunt vt hæredes, quia stat in voluntate patris, an velit eos venire ad illā emphyteusim, qnia instituēdo eos hæredes vniuersales, veniunt ad dictam emphyteusim, aliàs secus. Facit, quod dixit Bald. in d. authent. vnde si parens. C. de inoffi. testa. ad fi. vbi dicit, pater accepit empnyteusim pro se, & vno filio suo, ꝙ ille repudiādo hæreditatem patris potest habere emphyteusim, quia venit iure contractus non iure hæreditario, & in hoc dicit Spe. allegare illam authen. & sic loquitur eo casu, quo pater accepit emphyteusim pro se, & filiis suis, secus si accepit pro se, & hæredibus filiis. Facit, quod no. Bal. in l. si adulta. C. de hær. acti. vbi dicit, pater prohibuit filiā plus petere in hæreditate, & bonis suis, an posset petere ius emphyteuticum? & dicit, ꝙ si tanq̄ hæres sibi competeret ius emphyteuticum: tunc est prohibita, secus si tanquam filia sibi competeret ius emphyteuticum, quia tunc posset illud petere. Facit, quod voluit Ang. in d. l. item videndum §. item veniunt. ff. de pet. hære. vbi dicit, quòd si filius quietat, & liberat aliquem de hæreditate paterna, non dicitur quittasse de feudo, vel emphyteusi. quia illa non sunt hæreditaria, allegat Dy. in l. cum filius. §. hæres. de le. 2. Iaco. de Are. in l. quæsitum. ff. de sepul. viola. idē voluit idem Ange. in d. l. quædā. §. nihil interest. ibi allegat illam quotam Specul. quam superius allegaui. in titu. de emphyt. §. nunc aliqua. versicu. 78. Facit, quod voluit idem Angel. in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & posth. vbi decidit istam quęstionē, vbi dicit, ꝙ nō sufficit, ꝙ filii sint instituti ī re certa, & sic oportet, ꝙ sint instituti in quota hereditatis, quia talis hęres nō est hæres simpliciter, vt in d. l. ex facto. la grande. ff. de hæredi. insti. & in l. quoties. C. eodem. & ibi do. Ioan. de Imola sequitur Ange. commemorat tamen Bartol. tenere contrarium, vt d. §. si liberi. & subdit, ꝙ talis hæres nō est hæres proprie. Quarto facit, quod voluit solennis doctor dominus Petrus de Anchara. in consiliis suis, consilio 220. quod incipit, in Christi nomine, eiusque matris Virginis gloriosæ visis & diligenter ruminatis actis. vbi quidam accepit emphyteusim a quodam monasterio pro se & pro suis liberis ac ꝓ vno successore. Modo ille emphyteuta instituit filias suas in dotibus, & filios masculos instituit hæredes in vniuerso, fuit dubitatum, si dictę filiæ veniāt ad illa bona emphyteutica æqualiter cum illis masculis institutis in vniuerso, & refert ibi dom. Petrus quendā solennē doctorem consuluisse, ꝙ veniant, & ad sic ꝯsulendum mouebatur, qa pr̄ accepit illam emphyteusim pro se, & suis liberis simpliciter, non sub nomine hæredum. ergo illa bona æqualiter ad liberos deferuntur iure ꝯctus ex stipulatione paterna, non iure hæreditario. vnde filii, siue liberi etiā non hæredes vigore ꝯctus ad talia emphyteutica bona admittūtur. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. & ita dicit ibi tenere Bar. tunc enim sub natura l. noīe liberorum fuit stipulatus, nam liquido secundùm eum apparet, ꝙ eis, vt liberis stipulari voluit ēt non hęredibus, ex quo sub nomine herędū illos non vocauit. allegat Bartol. in l. quod dr̄. ff. de verb. oblig. & si vt hæredibus stipulari voluisset, hoc erat sibi facile exprimere in contractu, ar. c. ad audientiā, de decimis,

dinis,& cap.maiores,de baptis.& l.vnicæ.ad fi.C.de caduc.tollen.& l.prima.ff.si mes.fal. mo.dixe.& sic il le doctor tenet pro indubitato,quòd illæ fœminæ veniunt,quia fuerunt sub nomine mero naturali,quia sub nomine liberorum,& non fuerũt vocatæ nomine hæreditario.Sed in casu nostro fuerũt isti descendentes vocati nomine hęreditario,vt est superius dictum.ergo oportet, ꝙ sicut hæredes propriè. Subdit postea ille doctor, & præsupposito, quòd non venirent,nisi vt hæredes,& hæreditario nomine: nihilominus negari non potest, quin fuerint hęredes patris sui ex testamento, licet in dotibus eas instituerit ad quotam, & in concernentibus fauorem filiorum sic institutorum debet reputari vt hæredes: licet alij sint vniuersaliter instituti. allegat notata per doctores in d.l.quoties.C.de hæredi.instit.Et ita consuluit ille doctor,quòd illæ fęminę admittantur æqualiter ad illa bona emphyteutica cũ filijs institutis vniuersaliter dom.Pet.requisitus ad consulendum a iudice causæ, qui debuit pronuntiare,& diffinire,refert ibi illum doctorem sic consulentem aliàs in facto simili consuluisse contrarium, quòd dictæ filiæ non veniãt ad dicta bona emphyteutica,& etiam,quia dictæ filiæ petunt vltra,quam eis relictum est,& sic veniunt contra volũtatem patris,& cum dicebatur,ꝙ admittuntur pro hæredibus,per no.in d.l.quoties fatetur, ꝙ admittuntur ex testamento ita,vt pater disposuit: & non vltra,nisi ad supplementum legitimæ,& dicit esse ineptum dicere,& sentire,quòd ipsę censeantur hæredes ex testamento,& petant vltra,quàm relictũ est eis tanquàm hęredes,& subdit non videri verum, ꝙ testator prouiderit vni ex hæredibus vltra partem hæreditariam,cum habeatur pro extraneo, quo ad illud vltra:vt l.continuus.§.fin.ff.de verborum obligationibus,lege prima,ad fi.ff.de pretoria stipulatione,cum similibus, & sic dominus Petrus concludit, quòd habetur pro extraneo filius vltra illud, in quo est institutus.Cum ergo in casu nostro ille pater fuerit inuestitus pro se,& suis hæredibus legitimè ex eo descendentibus, & instituerit illos quatuor filios in legitima dumtaxat,ergo in eo,quod petunt vltra legitimam,petũt vt extranei,& hñtur pro extraneis,& ipse pater accepit illa bona emphyteutica pro se, & suis descendentibus hęredibus,ergo non possent admitti illi quatuor masculi vltra ea,in quibus sunt instituti,quia in illo vltra,sunt extranei,vt voluit D.Pe. & per consequẽs stipulatio illa fuit concepta pro hæredibus,sequitur, ꝙ nullo modo possent admitti ad talia bona emphyteutica,& sic D.Pe.imponit finem huic quæstioni, & iam fuit decisum secundùm eius consilium. Facit etiam,quia clarum est,ꝙ iure diuino,iure positiuo,& voto parentum si filij debent esse hæredes patris, vt inquit gloriosus Apostolus,& habetur in l.necessarijs.ff.de acq.hær.& in l.j.C.vt se ab

7 her.absti.vnde pater stipulando†pro liberis,propter naturale votum, de quo in l.scripto.ff.vnde liberi,& l.nam & si parentibus.ff.de inoffi.testa.videtur de eis cogitasse,vt de hrdibus,& ita etiã dicit do.Pet.quanto fortius est hoc, quando in stipulatione exprimit, pro filijs,aut descendentibus hæredibus,vt fuit in casu nostro,quia dixit,pro hæredibus descendentibus, merito intelligetur de hęredibus,& sic in proprio significato,& sic multo magis debet operari,ar.c.si Papa,de priui.lib.6.l.si quando.C.de inoffi.testa.Prętere a hoc decidit do.Io. de Imo.in l.quod dicitur.ff.de verb.ob.ver.circa secuudum aduerte,vbi respondendo ad opinionem Ia.de Bel.qui voluit in præalleg.§. emphyteusim,ꝙ emphyteusis ecclesiastica non transit ad filios, nisi sint hæredes per l.ex facto.§.fin.ff.ad Trebe.vt refert ibi Ioannes de Imola, qui respondet ad dictam legem ex facto.§. finali. dicens, quòd ibi fuit facta mentio de hærede,& ideo requiritur, ꝙ filius sit heres.¶Cum ergo in casu nostro ista emphyteusis fuit concessa pro hæredibus vtriusque sexus legitimè descendentibus, ergo sequitur, ꝙ requiritur, ꝙ sit descendens,& ꝙ sit hæres,& etiam in sequentibus Ioan.de Imo.dicit,Bartolum non fuisse perfectè locutum in præalleg.l.vt iusiurandi.§.si liberi. Et sic multifariè,multisque modis ostensum est,istos quatuor filios masculos nõ posse venire ad ista bona emphyteutica,quia solum in illis succedunt illi duo masculi vniuersaliter instituti.Et est communis opinio Speculatoris,Baldi,Angel.Sal.Petri de Ancharano, & emanarunt pro ista parte consilia clarissimorum doctorum,quæ refert domi.Anto.in pręalleg.consilio,& idem etiam tenuit Salycet. in dicta authen.vnde si parens,& remittit se ad dicta per se in dicta lege secunda.C.de iure emphyteutico, & idem etiam tenuit Ioannes de Imola in dicta lege, quod dicitur,licet variauerit in dict.lege ex facto.tamen non obstat dictum eius,vt inferius ostendetur. Ergo secundùm istam partem erit iudicandum, & consulendum,iuxta illud: Iudicium populi nunquam contempseris, capit.ne inniteris prudentiæ tuæ,de constitutio.l.ita vulneratus.ff.ad legem Aqui.cum simil.¶Restat respondere ad contraria superius allegata. Primo allegatur dictum Bar.in d.§.si liberi,vbi dicit,pater accipit emphyteusim pro se,filijs & hæredibus, &c.quo casu primo dico,ꝙ Sal.eum reprehendit,& dicit doctrinam suam esse falsam, & contra eum allegat doctrinam eiusdem Barto.vt superius retuli,& Ioan.de Imol.in d.l.quod dicitur.dicit,Bartolum imperfectè fuisse ibi loquutum,& Bald.in dicta l.liberi.dicit doctrinam Bart.falsam, & sic communiter sua opinio non tenetur. Dico secundo, ꝙ illud dictum Bart.est alienum, & longe diuersum a nostro casu.loquitur enim ibi Barto. quando pater accepit emphyteusim pro se, filijs & hæredibus suis. vnde illud verbum filijs,est prolatũ simpliciter sine qualificatione, quia sub naturali vocabulo,& postea apposuit illã copulatiuam,&,inter filium, & hæredem. Sed casus noster est alienus pater,enim accepit emphyteusim pro hæredibus ex se descendẽtibus,& sic ista stipulatio principaliter sonat in vocabulum,& nomen ciuile, & secundario in omnẽ naturale,& ideo dictum Bar.non militat in casu nostro,nam quando stipulatur pro filijs,videtur stipulatus,vt filijs acquiratur, & sic dictũ Bar.est alienum a casu nostro,& sic ex separatis,& diuersis non infertur.l.Papinianus.ff.de minor.cum si. Præterea consideretur ratio Bart.ibi posita,qua mouetur ad sic dicendum.dicit enim,ꝙ pr̃ non pt̃ tollere filio illud ius sibi q̃situm ex stipulatione paterna: sicut non potest pater tollere ius, quæsitum filiæ ex stipulatione paterna,qa istud simile non est bonum,

8 nec verum,nam†ius quęsitum ex stipulatione paterna in contractu emphyteutico potest, tolli a patre, quod sic ostẽdo,quoties pater accepit emphyteusim pro se & filijs suis,idem est, ac si expressisset nomine filiorum,qui erãt in potestate patris, & erant nati ex legitimo matrimonio,vt habetur Inst.de nupt.paria enim sunt facere aliquid pro Titio,& nomine Titij: per id,quod notatur in l.fideicommissa.§.interdum. ff.de leg.tertio,capitu.cum M.Ferrariensis,de constitutio.vbi de hoc plura ponit dominus Petrus de Ancharan.allegat Bartolum in lege prima.§.nuntiatio. de oper.no.nun.& sic videtur in effectu quædam donatio collata in filios in potestate, per notata in lege filiæ cuius.C.fami.erci.& per consequens videtur potuisse reuocari per id, quod notatur in d.l.filiæ licet si non esset reuocata,confirmaretur morte ipsius patris,vt ibi patet.Et sic si dicimus simplicem donationem censeri factam filijs in potestate, clarum est, ꝙ

potuit

potuit reuocari, & debet seruari dispositio testatoris, vt patet in dict. lege, filiæ. Aut dicimus dictam donationem censeri donationem causa mortis, quod videtur dicendum, potissimè quia illa verba apposita in contractu emphyteutico, pro se, & filijs suis, intelliguntur ordine successiuo per id, quod nota. in lege, Gallus. §. primo. ff. de liberis, & posthumis, & per Bartolum in dicta lege, quod dicitur, & in lege, si mihi, & Titio, de verborum obligationibus, & per consequens videtur censenda esse donatio causa mortis per id, quod notat glossa in lege, finali. C. de pactis, & per id, quod notatur in lege prima, & per totam. ff. de donationibus causa mortis, & quod notat Bartol. in dicta lege, si mihi, & Titio. & tunc clarum est, quòd etiam potuit reuocari, vt lege, qui mortis causa. ff. de donationibus causa mortis, & facit, quod notat Bartolus in lege, qui Romę. §. Flauius. ff. de verbor. obligationibus, vbi apparet, quòd quando contraho cum aliquo, & in contractu appono pactum, quòd alteri tertio acquiritur actio, seu ius, tunc quòd dictum ius, vel actio ita acquiritur irreuocabiliter, si non interuenit pœnitentia, vt ibi probatur, coniuncta lege tertia. ff. de seruis exportandis, & idem Bartolus in lege prima. C. si mancipium ita fuerit alienatum, & in dicta lege tertia, & Salycetus, & Baldus in dicta lege prima, & Salycetus in dicta lege tertia, ita in casu predicto, quando quis accipit emphyteusim pro se, & filijs suis, cum censeatur illud pactum esse appositum fauore filiorum, vt eis queratur ius in dicta re emphyteutica, ergo videtur, quòd ex pœnitentia potuit impediri effectualiter acquisitio istius iuris. ¶ Nec obstat huic rationi illud, quod habetur in lege, seruus, & in lege, filius. C. de pactis. & lege finali. ff. de pact. quia potest responderi, quòd interdum ille, ex cuius pacto alteri quæritur, non est sui iuris, sed alteri subiectus, vt seruus, aut filius, & sic tenetur illa acquirere, & tunc idem, & sic loquitur dicta lex finalis. ff. de pact. nam reus tenetur acquirere liberationem pro suo fideiussore. facit lege, & hęredi. §. final. ff. de pact. & eodem modo tenetur procurator acquirere domino. lege, stipulatio ista. §. si quis insulam, & §. stipuler. de verborum obligation. Interdum autem quis est sui iuris, nec tenetur alteri acquirere, & tunc videtur, quòd ex pœnitentia effectualiter possit impediri acquisitio, vt not. in dicta lege, qui Romæ. §. Flauius, & in dicta lege tertia. Interdum autem ex facto tertij mihi nõ quæritur ius immediate, sed venit quærendum demum secuta ratificatione, & tunc non potest impediri acquisitio, vt lege, si ego. ff. de negoc. gest. Nec obstat, quod habetur in l. ius nostrum. ff. de regul. iuris. vbi illud, quod est nostrum, sine facto nostro nobis tolli non potest, quia responderi potest, quòd interdum alicui est quęsitum ius irreuocabiliter, & tunc non potest sine eius consensu auferri, & sic loquitur dicta lex, id quod nostrum, nisi iusta causa intercederet in auferendo per id, quod habetur in to. tit. de bo. dam. Interdum est alicui ius quæsitum reuocabiliter, & tunc non est absonum tale ius auferri posse sine consensu istius, cui est quæsitum: vt probatur in dicto §. Flauius. coniuncta dicta lege tertia, & quod vtrobique voluit Bart. Facit, quod habetur in lege, sed & si quis. §. interdum coniuncta gloss. ff. de vsufruc. vbi patet, quòd si seruus vsufructuarius aliquid emit, & sibi traditur habita fide de pretio, interim domininium efficitur domini proprietatis, vt ibi dicit gloss. cum postea soluatur venditori pecunia vsufructuarij, qui habet vsumfructũ serui, cẽsetur non fuisse acquisitum dominium proprietario: sed vsufructuario. facit lex, si quis ita. ff. de condiction. institut. coniuncta glossa in lege, cum pater. §. surdo. ff. de legatis secundo, & lege si mortis causa. cum l. sequent. ff. de dona. causa mortis. Quinimo ipsemet Bartol. istud idem sentit in dicto §. si liberi, & facit glo. ibi. vbi dicit, pater est stipulatus a liberto operas dari sibi, & filijs, potest tale ius assignare vni filiorum: si tamen non assignat, competit omnibus operarum petitio. & in hanc partem etiam satis videtur inclinare Bartol. in dicto §. Flauius. licet in dicto §. si liberi. sibi contradicat, & idem etiam sentit Bald. in dicta authentic. si quas ruinas, & facit, quod not. Ang. & Ioan. de Imola in dicto §. Flauius, & Bald. in l. cum a socero. C. de dona. ante nup. aliàs de iure dot. & facit, quod voluit domi. Petr. de Ancha. consilio 132. vbi consuluit, pater accepit emphyteusim ꝑ se filijs suis, & nepotibus a quodam monasterio, consuluit, quòd potest vni filiorum assignare totam emphytesim, & mouetur per not. per Bart. in dicto §. Flauius, & in dicta lege tertia. ff. de seruis expor. & dicit hoc maximè procedere, quia erat quęsitum ius in spe, & in conditione, vt l. dies incertus. ff. de conditio. & demonstra. & secundum istam partem consuluit do. Ioan. de Imol. in quæstione facti, vt ipse amplè refert in commento. cap. potuit. ad fi. de locat. & ibi dicit Bartol. sibi contradixisse in ista quæstione, & sic Bar. fundat se super motiuo & ratione falsa. Et quanto fortius in casu nostro non procedit doctrina Bartol. cum iste emphyteuta principaliter stipulatus est suis hęredibus ab eo descendentibus, & sic vocauit eos, vt hæredes. ergo multo magis, potest assignare vni instituẽdo illum hæredem vniuersalem, vt in casu nostro. Facit etiam, quod voluit Angel. in lege, si tibi decem. §. si pactus. ff. de pactis. vbi dixit, quòd quando pater est stipulatus filio feudum, vel in emphyteusim, semper præsumitur stipulatus, vt filio, & ideo feudum, & emphyteusis transit ad filium, vt filium, licet non sit hæres, dummodo non sit exhæredatus, & si est institutus in re certa fiet diuisio feudi, & emphyteusis in capita filiorum. allegat Speculat. in titulo, de emphyteu. §. nunc aliqua. versiculo 78. & sic Angel. tenet illud, quod tenuit in dicto §. item videndum. superius allegat. quòd tunc filius institutus in re certa vocatur ad emphyteusim ex contractu paterno, quando fuit stipulatus filio vt filio: secus, quando vt hæredi, quia tunc non sufficit etiam, quod sit hæres in re certa, & sic requiritur, quòd sit institutus in quota hæreditatis, & per ista sileat doctrina Bartol. in dicto §. si liberi. Primo, quia est sibi contrarius. secundo: quia communiter reprehenditur: tertio, quia ratio mouens eum ad sic dicendum est falsa, & non vera. ¶ Nec obstat, cum dixit Bal. in dicta lege ex facto, quòd filius institutus in legitima succedit pro quota, in qua est institutus, & non æqualiter, quia etiam circa hoc est considerandum. Primo posito sine præiudicio, quòd Bald. dicat verum, nihilominus isti quatuor filij instituti in legitima non succedunt æqualiter in dictis bonis emphyteuticis cum illis duobus filijs institutis ex vniuerso, secundo Baldus malè loquitur, cum dicit, quòd succedunt in emphyteusi: quia ipsemet Bal. in dicta lege, liberti, & in dicta l. quædam. §. nihil interest. formaliter tenuit contra, & in dicto §. item videndum, & est bene considerandum, quòd Bald. in dicta lege, liberti. per viam maioris inuestigationis, & inquisitionis veritatis examinauit istum passum, & tenuit contra, & sic maturius, & cum maiori deliberatione hoc tenuit ibi, sed in dicta lege, ex facto. in transcursu lectionis illud dixit, sed cum appensatè magis illam quæstionem tractauit, tenuit contra in dicta lege, liberti, vt patet cuilibet intuenti, & placeat domino iudici videre. Tertio Bald. non loquitur in casu nostro: loquitur enim, quando pater accepit emphyteusim pro se, & suis filijs, & hæredibus: sed iste non est casus noster, vt superius est ostensum. Quarto Baldus ibi mouetur ex motiuo communiter damnato, quia dicit, quòd filius institutus in legitima dicitur institutus in quota hæreditatis, quod dictum reprobatur communiter, vt superius dixi. ¶ Nec obstat, quod voluit Ioannes de Imola primo, quia videtur sequi opinionem Bartoli in dicto §. si liberi. quæ opinio est communiter reprobata, vt dixi. secundo, quia idem Ioan. de Imol. in dicto capitul. potuit. refert se consuluisse contra rationem Bartol. in dicto §. si liberi. ex qua mouetur Bartol. ibi ad sic dicendum, & sic eum reprehendit, & etiam in dicta lege, quod dicitur, dixit, quòd Bartol. imperfectè fuit ibi loquutus, & etiam in dicta lege, Gallus. §. etiam si parente,

videtur tenere contra. Item quia non loquitur in casu nostro, quia loquitur, quãdo fuit stipulatus quis emphyteusim pro se, filijs suis, & hæredibus, & iste non est casus noster, vt est dictum superius, & facit etiam, quod ipse voluit ibi, dum dicit, quòd appellatione hæredis venit hæres vniuersaliter institutus. Nec obstat, cum dicit, quòd dictum Bartol. in dicto §. si liberi. procedit in emphyteusi ecclesiæ, quia illud est verum, quãdo illam accepit simpliciter sub nomine appellatiuo naturæ, sed quando sub nomine appellatiuo iuris: quia dixit, pro hæredibus suis legitimè descendentibus: tunc stat regula iuris, vt intelligatur de hæredibus vniuersalibus, quia iam clarum erat, quòd filius erat institutus, authenti. nouissima, & authentica. vnde si parens. C. de inofficioso testamento. vnde illud verbum hæredibus, nihil operaretur, quia eo ipso, quòd dixit pro descendentibus, clarum est, quòd debebant institui saltem in legitima, frustra ergo dictum fuisset instrumento hæredibus, quod non est dicendum, vt lege, si quando. C. de inofficioso testamento. cum similibus, & sic non bene loquitur. Nec obstat, cum allegat dictum Speculato. in titulo de testament. §. primo, versiculo pone: quia nihil facit primo Speculato. arguit pro, & contra, & nihil firmat. secundo, quia loquitur in casu vltimæ voluntatis, quia testator dixit de hæredibus, quo casu veniunt filij masculi instituti in vniuerso, & filia instituta in re certa, & sic non loquitur, quando præcessit contractus, in quo fuit facta mentio de hæredibus. Quo casu aduertat dominus iudicans, quòd verba contractus

9 † intelligũtur propriè, & strictè contra eum, qui stat pro contractu: vt lege, quicquid astringendæ, de verborum obligationibus lege, veteribus. ff. de pactis adeo, quòd licet genus masculinum concipiat fœmininum, vt fuit solennis doctrina Guido. de Suza. quem refert, & sequitur Archidiaco. eius discipulus in capitulo, si quis suadente. decimaseptima questione quarta, & sequitur idem Ioan. de Imola in dicto capitulo potuit, voluit Angelus in lege, tres fratres. ff. de pactis inquantum ibi allegat Raynu. de Forli. tamen, vt etiam dixit Bartol. valde singulariter in lege, liberorum. de verborum significatio. licet in dispositione legis appellatione filij contineatur nepos, tamen in materia contractus appellatione filij non venit, nepos: facit dicta lege, veteribus. ita dicamus in casu nostro, posito sine præiudicio tamen, quòd dictum Speculato. procedat, quòd quando testator facit mentionem de hæredibus comprehendatur hæres vniuersalis, & hæres particularis, non tamen est verum, quando præcessit contractus, in quo est facta mentio de hæredibus, quia tunc fiet interpretatio contra eum, qui stat pro contractu, & intelligetur de hæredibus vniuersalibus, & eo maximè, quia ex dispositione iuris appellatione hæredis venit hæres vniuersalis: vt in dicta lege, quædam. §. nihil. ergo multo fortius quando exprimitur in contractu, & et eo maximè, q̃a in casu isto interuenit cõsensus monasterij dantis, seu concedentis pro se, & hæredibus descendentibus legitimè, & est interpretatum ex dispositione iuris communis pro hæredibus vniuersalibus: ergo non potuisset testator sine consensu monasterij immutare formam concessionis, vt lege, sicut. C. de actio. & obligatio. & voluit Speculato. quem superius allegaui in dicto versiculo 78. & ideo tunc facit illa regula, quòd verba generalia statuentis, aut disponentis non adaptãtur ad impossibilia ipsi statuenti, vt in capitulo a nobis, de sententia excommunicationis, & Baldus in lege, finali. C. de sacrosanctis ecclesijs, & in lege, sacrosancte. C. de episcop. & clericis, & in lege, finali. §. in computatione. C. de iure deliberan. Ioann. Monac. in capitulo, vt animarum, de constitutionibus, libro sexto, & domin. Antoni. in capitulo ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitutio. vnde cum ille Michael, aut eius procurator acceperit illa bona emphyteutica pro se, & suis hæredibus descendentibus: ab eo, certè sequitur, quòd non potuisset disponere, nisi de descendentibus, qui essent hæredes vniuersales, quia illud important illa verba apposita in illo contractu: & sic non potuisset aliter disponere, argumento lege, sicut. C. de actio. & obligatio. lege, nihil tam naturale. ff. de regulis iuris. sequitur, quòd illa verba generalia apposita in illo testamento non comprehendunt illos quatuor fratres institutos in sua legitima in dictis bonis emphyteuticis, vt hæredes, & sic nec ex vi verborum, nec ex mente ipsius testantis includuntur illi tales instituti in legitima. ¶ Nec obstat, cum dicitur, quòd emphyteusis non est ius hæreditarium, & allegatur Baldus in dicta authentica, si quas ruinas, & in dicta authentic. vnde si parens, & in locis alijs, & dominus Petrus in dicto capitulo potuit, quia Bald. & alijs loquuntur eo casu, quo quis accepit emphyteusim sub naturali nomine appellatiuo, quia dixit pro se, & filijs suis, & nepotibus, quo casu emphyteusis non est ius hæreditarium, sed eo casu, quo accipitur sub nomine appellatiuo iuris, quia sub nomine hæreditario: tunc est ius hæreditarium, vt firmat Bald. in locis superius allegatis. Et ita etiam respondeo cum allegatur Bartol. in lege, mortis causa, quia loquitur, quando pater accepit pro se, & suis filijs, & nepotibus, & sic non loquitur, quando pater accepit sub nomine hæreditario, vt fuit in casu nostro. ¶ Nec obstat, cum dicitur, quòd sequeretur absurdum, quòd posset pater prælegare emphyteusim vni filiorum, & tollere alteri. & alleg. Andre. de . ser. & etiam, quod not. Bald. in lege prima. ff. de rerum diui. quia And. & Bald. loquuntur in feudo, vt habetur per omnes scribentes in capitulo primo, in titul. an agnatus, vel cognatus. facit, quod dixit Bald. in capitulo primo, de controuer. inter vas. & dominum. vbi dicit, quàm dispositio illius. capitulo non habet locum in emphyteuta, & in capitulo primo in titulo, qualiter dominus feu. propric. priue. dixit, quòd dispositio illius. capitul. non habet locum in emphyteuta, & in l. hac edictali. §. ad hæc, de pace iura. firman. dixit, quòd dispositio illius tex. loquens in feudo non habet locum in emphyteusi, & ideo Ioann. Andre. domin. Anton. & communiter omnes scribentes in capitulo primo, de feudis, in decretalibus dicunt, illum tex. loquentem in feudo non habere locum in emphyteusi, & sic apparet, quòd licet docto. arguant de feudo ad emphyteusim: tamen regulariter non valet talis argumentatio, facit, quòd not. glossa in capitulo constitutionem, de regula. libr. sexto, ergo non est verum in casu nostro, quòd non possit prælegare emphyteusim vni, illo modo. ¶ Nec in casu nostro procedunt illa contraria ex eo, quia qualis sit inuestitura, & concessio, & cuius naturæ, pendet ex contractu, sed in isto contractu dicitur, quòd accepit pro se, & hæredibus suis a se descendentibus, &c. ideo ille capiet emphyteusim, qui est institutus vniuersaliter, nec pater dicitur prælegare, quia videtur inuitatus ille, qui est institutus vniuersaliter, vt superius est dictum. Et ex prædictis apparet conclusio vera, & indubitata, q̃ illi quatuor filij instituti in legitima nullo modo succedũt in istis bonis emphyteuticis, sed solũ, & dumtaxat illi duo filij instituti hæredes vniuersaliter. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Cum apud iudicem, quispiam petiisset a Dominico quodam præsente sex milliaria rubæ, quæ sibi superioribus diebus vẽdidisset, & ille respondisset, verum est, quòd ego promiseram sibi dare rubam, sed ipse non venit tempore, quo promiserat. debebat enim venire die lunæ proximè sequenti ad ponderãdam, ideo ego nolui amplius stare ad suam petitionem, & feci aliud de meis factis. Ex his, cum testibus patefacta essent, & probata, & ex ipsis vnus de pretio deposuisset: venditionem, & emptionem fuisse constat, nec propterea dissolutam fuisse, q̃ ad diem promissum non venisset emptor. Cæterùm

cum

cum is emptor ab instituta prima petitione ante litem contestatam destitisset, atque iccirco impensas priusquam rursum audiretur refundere debuisset: quia tamen id ab aduersario obiectum illo deinde agente non fuisset, sententia valuit, & iudicium.

SVMMARIVM.

Pretium licet non appareat, iuris tamen præsumptione iustũ interuenisse præsumitur. nu. 1.
Responsio interpretanda est contra respondentem. nu. 2.
Præsumptionum plurium coniunctio inducit plenam probationem. nu. 3.
Testis suspectus, cuius dictum cum alijs idoneis conuenit, sustentatur. nu. 4.
Actor ipse reum in iudicio interrogare potest, & perinde est, atque si a iudice interrogetur. nu. 5.
Responsio refertur ad interrogationem præcedentem, & si habeat pronomen, ille, eandem rem, & qualitatem demonstrat. numero 6. & 7.
Amicus non repellitur a testimonio. nu. 8.
Testis si post dictum testimonium dicat, se producentem obtinere velle, non ob id dictum suum infringit. nu. 9.
Impensæ cum refundi deberent, si id petitum non est, valet nihilominus iudicium. nu. 10.
Emptio & venditio ad mensuram, pondus, vel numerum, cum fauorem emptoris respicit, conditionalis est, cum odium, pura, nu. 11. & 12.
Conditio tacita non impedit agi actione ex empto. nu. 12.
Terminus non est peremptorius, nisi exprimatur in contractu. numero 14.
Contumax in respõdendo petitioni in termino in ea se deinde fundare non potest. nu. 15.

CONSILIVM XCI.

LIcet aliter nõ potuerim testificationes videre, nisi quatenus expsse sunt in reddito consilio, videtur tamen, quòd sufficiẽter fuerit probatus ille contractus emptionis, & venditionis. Et si dicatur, quòd testes deponentes contractum emptionis non probant eum initum fuisse, non probantes pretij quantitatem, debent enim probare ipsum contractum emptionis hac forma, primo contractum ipsum cõmuni consensu initum esse. secundo rem emptam fuisse traditam. tertio certum pretium fuisse solutum, aut habitam de eo fidem, & consequenter clarè probare singula ipsius emptionis substantialia, videlicet. Rubam vẽditam pretium solutum, ac eius traditionem sequutam, quæ omnia necessaria sunt ad substantiãdum, perficiendumque venditionis contractum. Institutio. de emptio. & venditiio. §. pretium. lege secunda. §. primo. ff. eo. l. pacta conuenta, eodem titulo. Secundum patet ex l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emptio. Institut. de re. diuis. §. per traditionem, & §. venditæ, & hæc forma in ipsa emptione probanda est tradita per Speculat. in titu. de teste. §. nunc tractandum, versiculo, quid ergo si quis. circa igitur contractus substantiam tanquam in vno ex substantialibus deficiens: consequẽs est, vt eius depositiones corruant. hoc arguitur ex sententia glossatoris. ff. de his, qui no. infam. l. Lucius, in versiculo debeant. volentis testi in nihilo credendum fore, non plenè omnem substãtiam negotij deponenti. Cum ergo isti testes nõn probẽt omnia substantialia ipsius contractus emptionis, sequitur, ꝙ nullo modo probant, & maximè, quia in responsione facta per illum Domi. dicitur io gli haueua promesso de dargle la ruba, quæ verba inferunt, & important pactum de vendendo, & certum est, quòd pactum de vendendo, non arguit venditionem, vt firmat Angel. in consil. 181. quod incipit in Dei nomine, & suæ matris virginis gloriosæ, ex forma & serie dictorum. ¶ Sed ista nullo modo obstant, & allego in terminis, & in indiuiduo elegantissimum consilium solennis doctoris domin. Ludouic. Roma. quod est in ordine 89. quod incipit, in Christi nomine amen: visis ac percontatis actis in præsenti causa in tertio dubio illius consultationis: vbi dubitatum fuit in contingentia facti, quidam probauerat per testes venditionem, seu emptionem, nec testes deposuerant de pretio, fuit dubitatum, an ex hoc esset probata emptio. & cõsuluit, quòd sic, & dicit istam dubitationẽ a nemine scribentium tactam comperisse, nisi a solo Baldo in lege prima. C. de rebus alien. non alienand. dicentem emptionem fore probatam, quia licet de pretio † non appareat,
1 iustum pretium iuris præsumptione intelligitur, seu præsumitur interuenisse, argument. eius, quod not. gloss. in l. si ex causa. §. nunc videndum, & in l. Emilius. ff. de minor. vnde illud iustum pretium declarabitur arbitrio boni viri considerato quantum vendi possit homini scienti ipsius rei conditionem, vt est glo. in l. mortis causa capitur. ff. de don. cau. mor. no. in l. pretia rerum. ff. ad l. falc. & in l. si seruus. ff. de condict. fur. & in lege secunda. C. de rest. in. ven. & in capitulo cum dilecti, de emptio. & venditio. ergo multo fortius depositiones istorum testium probãt istam emptionem: cum in petitione, & interrogatione facta coram domino Potestate præcesserit specificatio quantitatis pretij, & ex isto capite isti testes optimè, & sufficienter probant emptionem, quo ad ipsum pretium, & sic per ista non obstat, quod in contrarium superius allegaui. ¶ Nec etiam obstat, cum dicebatur, quòd per illa verba Io gli promissi, &c. infertur pactum de vendendo: quia si rectè ponderantur illa verba, non important pactũ de vendendo, quia ex quo præcessit petitio illius Ioannis coram Potestate, dicendo ego peto a dicto Dominico sex millia libra. rubæ, quas mihi vendidit, debebat esse responsio conformis, videlicet, ego promisi sibi vendere, sed respondendo, quòd ego promiseram dare sibi rubam, videtur, ꝙ talis responsio sit interpretanda contra ipsum Dominicum respondentem, argument. capit. contra eum, de regulis iuris, libro sexto. l. veteribus. ff. de pactis. l. quicquid astringendę. ff. de verborum obligationibus. vnde debet intelligi, & interpretari, idest promisit tradere, quia iam præsupponit venditionem, quia dicit, ma el non è venuto alo tempo, quo ipse promisit venire. vnde illud verbum, quòd ille Ioannes emptor non venit eo tempore, quo promisit infert venditionem iam factam, illa verba, promisi dargli, intelligentur primo tradere. facit, quod notat glossa in lege finali. C. de dot. promissi. & in lege illud. C. de sacrosanctis ecclesijs, & in lege finali. ff. de rerum diuis. & in lege, si rem æstimatam. ff. de iure dot. & in lege, si stipulatus sum Damam. ff. de verborum obligationibus, & in lege, si mihi bibliothecam. ff. de contrahend. emption. in lege, pater Seuerinam. ff. de conditionibus, & demonstrationibus. & in capitulo primo, de donat. & maximè stantibus dictis testium, de quibus vt infra dicetur, faciẽda est ista interpretatio, quia re-
2 sponsio † est interpretanda contra respondentem, vt in simili dicimus de probatione, ꝙ est interpretanda contra probantem, vt in capitulo in præsentia, de probatio. & idem dicimus in statuto, quod est interpretãdum contra condentem, capitulo cum dilectus, de consuetu. cum similibus. ita erit in proposito nostro dicendum. vnde fuit libera potestas illi Dominico respondere, quòd fecit promissionem de vendendo, sed hoc non dixit in sua responsione, ergo videtur esse conformis petitioni, quod vendidit, sed promisit tradere, si ille veniret certa die, &c. Et etiam facit, quod voluit Angelus, in dicto consilio, vbi dixit, quòd illi, cui est facta promissio de vendẽdo, acquiritur ius personę, seu actio in personam, quia contra talem promissorem agitur ad interesse, alleg. legẽ, si sterilis. §. si tibi fundum. ff. de act. emptio. & l. qui fun-

dum.ff.de contrahen.emptio. Præterea probatur, & fortius, dictam emptionem fuisse celebratam hoc modo.
3 ¶ Præmitto prius pro euidentia, quòd coniunctio † plurium præsumptionem inducit plenam probationẽ, glo. est in capitul. accedens, el secundo, vt lite non contestat. & in capitul. cum causam, de probatio. & l. tertia. §. eiusdem. ff. de testi. & in l. secunda. ff. de excusa. tut. Bald. in l. 3. C. ad l. iul. maiest. & in l. sciant. C. de probat. Barto. in l. j. §. item Cornelio. ff. de quæst. domi. Abbas in capitu. tertio loco, de probatio. Ioann. de Imol. in capitulo veniens, el j. de testi. & do. Petr. de Anchara. consi. 265. Et pulchrè dixit Bald. in cap. j. in princ. de controuersi. inuestitu. in vsi. feud. quòd si testes non essent adeo singulares, quòd non præterea discordarent in vnum rei finem, sed venirẽt in eundem finem per diuersa media, seu per diuersas coniecturas sibi inuicem patrocinantes, puta vnus testificatur de veritate, alter de confessione: quia vnus adminiculatur alteri bene defertur iuramentum, allegat. capit. cum dilectus, de successio. ab intestat. quę doctrina formaliter etiam decidit istam cõsultationem, quia si probatur per testes de confessione istius Dominici, & per alios testes de ipso contractu, fiet coniunctio, & coadunatio probationum, & resultabit integra probatio. ¶ Nec obstat, dictum Bald. in lege, si ex cautione. C. de non numerat. pecun. vbi dicit, quòd si probaui per vnicum testem numerationem, & per alium testem confessionem, quòd non resultat plena probatio, nec coniunctio. Ratio est, quia nullum illorum extremorum est sufficiẽter probatum: quia non est probatum per duos testes, vt est gloss. singularis, in lege, inter omnes. C. famil. ercis cun. & Innocent. in capitu. sicut, de simo. & ibi domi. Abbas, Ange. in lege non est verisimile. ff. quod metus causa. Innocen. in cap. literas, de præsump. & Bartol. in lege fina. ff. de quæstio. & facit, quod notat Bartol. in l. admonendi. ff. de iureiuran. versicul. item quæro, quid si instrumentum publicum, & etiam, quod not. Bal. in l. testium. C. de testi. & quod probat tex. in d. cap. final. de succes. ab intest. vbi coniunguntur probationes diuersi generis, ad probationem vnius indiuidui. & nota. Ang. in l. 2. C. quæ sit long. consuetu. & etiam præmitto, quod pulchrè dixit Angel. in suis consilijs, consilio primo, vbi consuluit, ꝙ licet vnus † testis esset suspectus, si tamen dictum eius esset conforme dicto aliorum, ꝙ sustentaretur propter habilitatem aliorum: & ideo consuluit, quòd licet quidam testis esset domesticus producentis, & opponeretur contra eum: tamen si cum dicto suo concordant testes non suspecti, quòd valet dictum illius. allegat optimum, & singularem text. in l. si quis ex argẽtarijs. §. cogentur. ff. de edendo, & ita consuluit ibi Angel. Et idem Ang. in dicto §. cogentur. dixit, quòd licet dicto testis vilis, & deplorati non sit credendum, tamen si factum probatur per alios testes, credetur illi tali, & bene facit, quod voluit Bald. in l. imperator. ff. de statu homi. vbi dixit, quòd si de vno instrumento sunt rogati duo notarij, & vnus est vilis, & infamis, & alter est idoneus & bonę opinionis, quod nihilominus instrumentum non vitiatur. Facit, quod not. idem Baldus in lege, præscriptione. C. si contra ius, vel vtil. pu. in versiculo quinto quæro, vbi allegat Innocent. in capitulo super eo, el primo, de appellationi. Modo istis sic præmissis capio dicta testium relata in prælato consilio primo. Petrus Barusi dicit, quod Ioannes de Bononia dixit coram vicepotestate. ego peto a Dominico hic pręsente sex migliaria rubæ, quæ mihi vendidit diebus superioribus, & tunc dictus Dominicus dixit, verum est, quod ego promiseram sibi dare rubam dicto Ioanni, sed ipse non venit eo tempore, quo venire promisit. ideo ego nolui stare amplius ad suam petitionẽ, & feci aliud de factis meis, quo casu ipse Ioannes exprimit quantitatem rubæ venditæ, licet non exprimat pretium, nihilominus non propter hoc vitiatur emptio ꝑ superius dicta, & ex quo iste testis deponit de confessione ipsius Dominici, quam audiuit fieri ab ipso Dominico in iudicio: talis confessio interpretabitur contra ipsum Dominicum confitentem, vt est superius dictum, & sic illa verba non inducunt promissionem, de vendendo, vt est superius dictum. Sed Vbertus Laurentij testis productus per ipsum Ioannem dicit, se audiuisse, quando coram vicepotestate dictus Ioannes dixit, ego peto a Dominico sex miliaria rubę, quę mihi vendidit soludis. 20. pro centenario, & offero sibi dare ipsum pretium, & dictus Dominicus ad interrogationem domini vicepotestatis respondit, domine ita est, quod ego vendidi, sibi illam rubam, sed ipse non venit in tempore promisso, &c. Quo casu si quispiam dicat, ꝙ cum esset pars in iudicio debuit a iudice interrogari, & non ab actore, vt quidam dicere voluerunt in capitulo quoniam contra, de probatio. & facit. lege Offilius. ff. de legatis tertio, & text. cum gloss. in lege, proximè. ff. de his quæ in testament. delen. & lege, vbicunque. ff. de interrogat. actio. quia istud non est verum: imo in iudicio † potest actor interrogare reum, vt respondeat, vt est textus formalis, & ibi gloss. hoc dicit in indiuiduo, in capitulo prout, in verbo actore instante respondit, vbi in iudicio fuit interrogatus reus ab actore, & respondit, de dolo, & contuma. & ibi gloss. in versiculo actore. dicit, quòd perinde est, ac si a iudice interrogaretur, allegat. lege, si sine. §. primo. ff. de interrogat. actio. facit ibi text. in versiculo, sed etiam ab aduersario. Facit simile, quod voluit Bal. in lege, cessante. C. quomodo, & quando iudex. vbi dixit, ꝙ si iudice præsente nuncius citat, habetur, ac si ipse iudex citasset, & sic in tali citatione habet locum dispositio illius. lege, cessante. argumento. lege, si procurator præsentis. ff. de verborum obligationibus. Facit ad hoc glossa singula. in capitulo iudicantem. 30. quæstio. vlti. quam ad hoc allegauit domi. Ioann. de Imola in dicta l. proximè, quod actor possit interrogare reum in iudicio, & ita dicit, quod etiam practicaretur. Ideo posito, quod reus non teneatur respondere ad interrogationem partis: nihilominus si respondet, valet responsio, vt voluit Inno. in dicto capitulo prout, & notant ibi omnes scribentes, & ibi domi. Abb. & in cap. j. de lite conte. & ad hoc ponderant doctores ibi in d. capitul. prout. d. l. si sine. §. j. & sic non obstat, si dicatur, ꝙ ista interrogatio non debuit fieri apertè, ergo non præiudicauit responsio ipsius Dominici. Modo iste testis formaliter probat istam emptionem factam fuisse, & habet minus dubitationem, quòd iam expressit quantitatem & pretium & rem. vnde cum dictus Dominicus confessus fuerit in iudicio vendidisse
6 illam † rubam, respondendo petitioni ipsius Ioannis: talis responsio refertur ad interrogationem pręcedentem hoc bellissimè decidit text. in l. si defensor. §. qui interrogatus, in versiculo hic enim magis puto eum ad interrogatum respondisse. ff. de interrogat. action. vbi confessio sine causa facta in iudicio valet. facit lege, sicut. C. de repu. hæredita. & quod habetur in lege, eum pro quo. ff. de in ius vocan. & in lege, manumissio per lictores. ff. de manumi. vind. & in lege, si qui vxori. §. si seruum fugitiuum. ff. de furtis, & in lege, siue apud acta. C. de transactio. vnde vsus est illo pronomine demonstratiuo, illa ruba, quod
7 demonstrat † eandem rem, & eandem qualitatem. l. ille, aut ille. ff. de leg. 3. & apud Lucanum. Ille erit ille nocens, qui me tibi fecerit hostem, & quod not. in l. 1. ff. de oper. no. nũ. & sic videtur cum eadem qualitate retulisse suam responsionem ad interrogationem præcedentem, vt lege, in rem. circa princ. ff. de rei vendi. Et ideo dicebat Oldradus in dicto §. qui interrogatus, vt ibi refert Bal. quod talis est intelligentia inde terminata responsione, qualis præcessit interrogatio. Et ibi dicebat Iacob. de Aret. ꝙ talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant. lege finali. §. cui dulcia. ff. de vino lega. Facit: quia illa, quæ sunt in termino, ad quem fit relatio, intelliguntur specificata in termino referente, vt lege, hæc sententia. C. de sentent. quæ sine cert. quantita. & iam iste Dominicus confessus est dicendo, domine ita ego vẽdidi dicto Ioanni dictam rubam. Et si dicatur, quod huic testi non est adhibenda

fides

fides tanquam suspecto, quia cum ipso producente comedit, & bibit, & dixit super interrogatorijs, quòd vellet
8 ipsum Io. obtinere, quia istud non obstat, licet † aliquis sit amicus, non tamen repellitur propter hoc a testimonio. gloss. est notabilis in authent. de monacis. §. cogitandum. & gloss. tertia quæstione quinta in summa. & in capitulo testium. quarta quęstione, tertia. Bal. in l. data opera. C. qui accus. non possunt, & ideo dixit Angel. in dicto §. cogitandum, quòd ratione amicitiæ testis non repellitur a testimonio, sed aliquantulũ detrahitur de fide sua. & ita dicit debere intelligi. l. tertia, & l. idoneus testis. ff. de testi. nam amicitia regulariter est charitatiua, quę non impedit testimonium ferendum, de quo in Specul. de teste, in princip. nam secundùm legem diuinam debemus diligere proximum sicut nosmet, vt scriptum est in euãgelio, & de pœnitent. distinctio. secunda proximos. ideo scriptum est, quòd natura induxit quandam conciliationem inter nos iuxta illud philosophicum relatum a Cicerone in primo officiorum, nõ nobis solis nati sumus, ortusque nostri partem patria vendicat, partem amici. Et ideo dixit gloss. in capitulo quoties, de testi. quòd amicitia charitatiua non impedit testimonium ferendum. Facit l. sciendum. ff. de vsur. Et ideo dixit Bal. in lege, eos. C. de testi. quòd amicus est idoneus testis, & iudex debet arbitrari, quòd sit idoneus, nisi alia ratio sit, quàm sola amicitia, vt lege, sciendum, & allegat Aristotelem dicentem: amicus amico vult bona. ergo non vult falsum testificari pro eo: quia hoc esset mihi malum nõ bonum: tamen secundùm Boetium, infeliciores sunt, qui mala concupita peragunt, hoc ergo inquit ibi Baldus nomen amicitiæ non est expulsiuum testimonij. allegat. dicta l. sciendum. Facit, quod voluit idem Bald. in lege, si quis testibus. C. de testi. vbi dicit, aut ex tali amicitia resultat aliquod prohibens, vt est amicitia viri, & vxoris, & tunc repellitur a testimonio, aut insurgit, aliqua qualitas non prohibens, & tunc non repellitur in totum, sed debilitatur aliqualiter fides testis. allegat Petrum, & ideo Bald. ibi concludit, quòd amicitia non repellit a testimonio, nisi per accidens, quando per amicitiam huiusmodi resultat odiositas alterius. nam amicitia est virtus, odiositas est vitium, & istud vitium repellit testem non virtus, vt dicta lege, sciendum. Ex quo infero vnum, quod est nouum in hac hæsitatione, quòd ad repellẽdum testem a testimonio propter amicitiam nõ sufficit allegare amicitiam in genere, sed est necessariũ deuenire ad speciem amicitiæ, & eius qualitatem, vt videtur text. in dicta lege, sciendum, vt videlicet, sit talis, quòd inducat odium in aduersarium, argumento istius dicti Bald. & capitul. præsentium, de testi. libro sexto, & eius, quod not. Bald. in authent. si dicatur. C. de testi. & ita intelligitur dictum Bald. in lege tertia, in princip. ff. de testi. vbi dicit, quòd amicitia debet esse magna, vt inhabilitet dictum testis, & ideo dixit Bald. in dicto capitulo quoties, de testi. amicus Plato magis amica veritas, vt voluit Aristoteles primo Ethicorum, & sic amicitia tanquam non sit res mala non repellit a testimonio. iõ pulchrè dicebat Cicero inde amicitia, ego autem in tantum vos hortari possum, vt amicitiam omnibus anteponatis rebus. Et si dicatur, quòd repellitur ex alio, quia dixit velle producentem obtinere, quo casu succedit elegans doctrina Innocent. in capitul. inquisitionis, de accusatio. quam refert, & sequitur Bartol. in lege decem, de verborum obligationibus. vbi dicit, quòd si testis productus deponit super articulo, & postea interrogatus, qualis sit, infringit dictum suum, si dicat, se esse seruum, & Bald. in authentic. si dicatur. C. de testi. dixit, quòd est dare casum, in quo testis infringat dictum suum in præiudicium producentis, puta si dicat, ꝙ est capitalis inimicus producentis: ita in proposito nostro si testis dicat, quòd vellet producentem obtinere in causa, infringit dictum eius. Ad hoc respondeo primo,
9 quòd † postquam testis deponit, non potest infringere dictum per obliquum, vnde non potest dicere in præiudicium producentis se dixisse falsum, vt probatur in lege si quis in graui. §. primo. ff. ad silla. & hoc tenet ibi Bartol. & facit capit. sicut, de testi. & voluit Bald. in dicta authentic. si dicatur, & Salycet. in lege, qui falsa, vel varia. ff. de testi. ita dicamus in casu nostro, quòd non poterit infringere dictum eius dicendo, quòd vellet producentem obtinere in causa, vel secundo tollitur ex alio, quòd illa verba, velle Ioan. producentem obtinere, non inducunt suspicionem, quia illa verba in bonam partem accipienda sunt, vt not. singular. Innocent. in capitulo dudum, de electiõ. vbi dixit, quòd si probatur, episcopum dare ecclesiastica sub annuo censu, intelligitur temporalia, & non spiritualia, vt euitetur vitium simoniæ, & si probetur episcopũ irascibilem, intelligitur in bonam partem contra vitiosos. Facit, quod not. Bartolus in lege, non solum. §. sed vt probari. ff. de oper. nou. nunciatio. & Bartol. & Cyn. in lege, matrem. C. de probatio. & domi. Abbas post alios in capitulo auditis, de præscript. vnde illa verba, quod vellet obtinere, intelliguntur, si iustitia hoc patiatur, potest etiam, & tertio tolli, quod omnis suspicio, si qua orta esset ex illis verbis, vel ex illa amicitia, tollitur, & purgatur ex depositione aliorũ testium, & confessione illius Dominici per id, quod voluit Angelus in pręallegat. consilio primo, & superius dictum fuit. Quinimo, & posito, non tamen concesso, quod illa verba denotent affectionem, non tamen est adeo violenta, vt repellat ipsum testem a testificãdo, quia si sic diceremus, sequeretur, quod amicus non posse testificari pro amico, nec frater pro fratre, quia clarum est, ꝙ amicus vellet, ꝙ amicus obtineret, & frater vellet, quod frater obtineret, & tamen admittuntur ad testificandũ, vnde non sequitur, vellet, ꝙ Titius obtineret in causa: ergo sequitur, quòd vellet, quòd per nefas & iniustitiam obtineret. istud non sequitur, & sic possunt illi tales testificari, vt in capitulo literas, de præsumptio. lege, parentes. C. de testi. ¶ Nec obstat, dictum Bald. in dicta authentic. si dicatur, quia loquitur eo casu, quo dicit, sum capitalis inimicus, quo casu ius præsumit propter odium, quòd falsum diceret propter capitales inimicitias, vt not. in lege, licet. ff. de arbitr. & in lege secunda. ff. de adim. le. sed iste non est casus noster: ita etiam respondetur ad dictum Bart. cum dixit, quia sum seruus, quòd tendit ad infringendam conditionem ipsius testis directa via, sed nõ sic est in illis verbis, vellem obtinere, &c. Præterea Antonius testis, qui est tertius testis, dicit se audiuisse a dicto Ioann. de Bononia, quòd emerat dictam rubam a dicto Dominico, & ꝙ pro dicto pretio soluendo habuit in Bononia a dicto Ioan. totum pretium prædictum. Est & alius testis Ioan. Perenceli, qui dicit audiuisse Dominicum prædictum in iudicio dicentem, ipse debebat venire die lunæ præterito ad ponderandam ipsam rubam, & ad ponderandum denarios meos, quo casu talia verba formaliter probant ipsum Dominicum confessum fuisse se vendidisse dictam rubam pro prædicto pretio: vnde præsupponunt illa verba prolata a Dominico venditionem factam, ex quo dicit, quòd pecunia ex illa ruba erat sua, quia illud est nostrum, quod de iuregentium, vel ciuili ad nos spectat, vt lege, in rem. ff. de rei vendi. & quod not. gloss. in capitulo primo, de postulatio. prælato. Est & vltimus testis Petrus Bartholomæi, qui deponit se vidisse ser Ludouicum deponere certam quantitatem pecuniæ pro pretio certæ quantitatis rubæ, & sic pro implemento præfati contractus pro parte ipsius Ioannis de Bononia, vt lege, Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. Modo coniungendo omnia superius dicta, clarum est, quòd resultat plena probatio istius emptionis celebratæ per ea, quæ superius dicta fuerunt, & maximè, quia in sua confessione, quam fecit dictus Dominicus coram vicepotestate, de qua est testificatus primus testis, dum dixit, verum est, ꝙ ego promiseram dare sibi rubam, sed ipse non venit tẽpore conuento, quo casu talis confessio non inducit pactum de vendendo, vt est superius dictum, & potest rescindi, & pro

parte

parte acceptari,& pro parte non,vt voluit latissimè Bal. in lege prima.C.de confess.& in lege,si quidem.C.de exceptio.& in lege secunda.C.de donat. ante nupt.& in lege prima.§.editiones.ff.de edend.& in lege,si quidem.C. de transactio.domi.Cardinal.in capitu.bonæ,de postula. prælato.& in capitulo cum venissent, de testi.de institut. & in capitulo cum olim,de censi.& Archidiaco. in capitulo primo,de confe.libro sexto,Bartol.in l.Aurelius.§. idem quæsijt.ff.de lib.legat.Speculat.in titul.de positio.§. finali,versicul.pe.Præterea etiam facit, quòd in causa appellationis Ioan.de Blanchinis,& Ioan.Cechi plenè probant de cõfessione dicti Dominici super ipso contractu venditionis,seu super ipsa venditione facta purè, & simpliciter, igitur coniuncta dicta confessione cum testibus & confessione facta coram vicepotestate probant sufficienter, ipsam venditionem, per ea, quæ superius dicta sunt.Et sic ex supradictis apparet manifestè probatio emptionis dictæ rubæ pro pretio supradicto.¶ Capio nunc secundam dubitationem, videlicet,posito sine præiudicio, quòd totum id, quod dicit dictus Dominidus, esset verum,videlicet,quòd vendidit dictam rubam, & quòd dictus Ioann. debebat ire ad ponderandum die lunæ sequenti, an non obstante hoc præfatus Ioann.de Bononia bene egerit, & probationes fecerit saltem rite,& rectè, & an probationes suæ concludãt eius intentionem, & petitionem, & sic probasse dicatur. Et si opponitur, quòd dictus Ioannes recessit a prima petitione non refectis expensis, ideo posito, quòd hoc facere poterit ante litem contesta.vt not.in lege,edita.C.de edendo. tamen non potuit facere, nisi refectis expensis, vt not. in lege, sancimus.C.de iudic. Ad quod respondetur, vt in præfato
10 consilio, quòd hoc non fuit † oppositum per ipsum Dominicum.ergo sibi imputetur, & allegã.Bartol.in lege,de pupillo.§.qui opus.ff.de oper.nou.nunciatio.& est optima responsio,sed ego alleg.gloss.singular.quę in indiuiduo hoc decidit in capitulo finali,de rescript.in glos. final.quæ dicit, dummodo hoc petitum fuerit, & alleg. glossa illam dicta lex, sancimus, & sic intellectum mirabilem ad illam legẽ,si per partem petitum fuerit & illam gloss.alleg. pro mirabili ibi domi. Abb.& in capitulo venerabilis,de iudic.facit in simili,quod voluit gloss.singular.in capitulo vxor fęlicis.decimaseptima quęstione tertia,& etiam,quod voluit glo.in clement.sæpe,de verborum significatio. & ita gloss. ibi dat intellectum ad illam l. sancimus, quem intellectum non dant communiter, nec declarant doctores in dicta l.sancimus, sed gloss.illa ita intellexit illum text.& cum gloss.illa transeunt communiter omnes: vt in dicto capi.fina.& in d.cap.venerabilis,& facit,quod not.glo.quę reputatur singula.in capitulo primo,de iudic.libro sexto.licet sit similis, in l.quamuis.C.de adulter.quę dicunt,ꝙ si in causa criminali interuenit procurator,nec fuit oppositum:tenet iudicium,licet non debuerit interuenire,& illas glos.sequitur Ioan. de Ligna.& refert, & sequitur Bald.& Angel.in l.penult. §.ad crimen.ff.de public.iudic.& Archi.in capitul.qui generaliter,de procurator,libro 6.Domini de Rot.conclusione.150. Dominicus in d.capitu.primo.facit capitu.statuimus.3. quæstione 5. vbi criminosus nullatenus debet admitti ad accusandum, tamen si fuit admissus, nec fuit oppositum, valet processus,vt probatur in l.hos accusare.§.primo.ff.de accusat.& in lege prima.§.accusatorem, & ibi Barto.ff.ad turpil.facit glo.singular.in l.reum criminis.C.de procurator.vbi reus criminis nõ potest assumere alienam defensionem,tamen si assumpsit, & non fuit oppositum,valet iudicium,vt ibi est glossa singular.facit gloss.in lege, filiusfamil.§. veterani.ff.de procurator.vbi si miles interuenit in iudicio,vt procurator alterius, nec fuit oppositum, tenuit iudicium,ita dicamus in casu nostro. ¶ Et sic non obstat,cui dicitur,quòd debuit reficere expensas,antequam audiretur in iudicio, quia procedit, si fuit oppositum, aliàs iudicium valet, & tenet per supradicta, quæ imponunt finem huic obiectioni.

11 ¶ Et cum opponitur, quòd † illa verba sex millia librarum,faciunt vẽditionem conditionalem per legẽ,quod sæpe.§.in his.ff.de contrahend.emptio.ergo cum sit conditionalis, impedit natiuitatem obligationis. Stat difficultas in hoc, videlicet, vtrum ille §.in his. probet illam venditionem sic celebratam esse conditionalem, aut puram. Et circa hoc est aduertendum, quòd ille textus vtitur illa dictione,quasi,in versicu.Sabinus,& Cassius,tunc perfici emptionem existimãt,cum adnumerata,admensa appensaue sint, quia venditio videtur, quasi sub hac conditione fieri, quo casu illa dictio, quasi, est nota improprietatis:vt est gloss.in lege,in facto.ff.de conditionibus,& demonstrationibus,& in lege, prima.ff.de transactio.& ibi Angel.& in capitulo ad nostram, el secundo, de iureiuran.& glos.in lege, in personam.§.si pecuniam. ff. de pact. & text.in capitulo cum dilecta, de confirmat. vtil.vel inutil.capitulo cum inter canonicos, de electio. & capitulo secundo,de priuileg.libro sexto,& sic impropriè facit conditionem: ergo non est verè conditionalis talis venditio,& gloss.in dicto §.in his,inversiculo perfecta venditio.dicit quantum ad periculum,allegat legem secundam.C.de pericul.& commo.rei vendit.Et Bartol. in dicto §.in his.dicit, in his, quæ venduntur: vt species, est periculum emptoris incontinenti: in his autem,quæ venduntur ad pondus,numerum,& mensuram,est periculum emptoris,cum distinctione, quæ ibi habetur. Et ibi Bald.dicit,in his,quę consistunt in numero,pondere, & mensura aliquando statim venditio perficitur, quoad hoc:vt periculum sit emptoris, & hoc quando venduntur,vt species: aliquando ita demum perficiuntur,si fuerit secuta ponderatio, mensuratio, & numeratio, & sic loquitur ibi text. in fauorem ipsius emptoris,puta quando emit ad mensuram,vel ad pondus,vel ad numerum: tunc est conditionalis,vt non aliter teneatur emptor de periculo rei emptæ, nisi fuerit sequuta mensuratio, vel ponderatio, & sic in totalem fauorem ipsius emptoris est introductum, vt sit conditionalis,vt clarè probat ille text. & sentit expressè Bartol. & Bald. ibi sequitur ergo, quòd quatenus tangit fauorem ipsius ementis, dicitur conditionalis:quatenus verò tangit odium, dicitur pura,& propter hoc textus ibi in duobus locis vtitur illa dictione improprietatis,quasi.ergo sequitur, quòd quatenus tenderet in odium, & præiudicium ipsius emptoris, non dicitur conditionalis. capitu.quoniam ob gratiam, de regulis iuris, libro sexto.lege, quod fauore.C.de legi. lege, si plures apochis.C.de fide instrumentorum. cum similibus. Ergo in casu nostro non censebitur conditionalis talis emptio, & per consequens aptè,& congruenter fuit libellatum,& petitum ex parte dicti Ioãnis agentis, & iste videtur verissimus intellectus illius §. Et ideo text. optimus in lege prima.§. sed & custodiam ad diem mensuræ venditor præstare debet: priusquam enim admetiatur vinum prope est,quasi nondum venierit, postmensuram factam venditoris desinit esse periculum, & ante mẽsuram factam periculo liberatur:si non ad mensuram vendiderit,sed forte amphoras, vel etiam singula dolia. ff. de pericul. & commo. rei vendi. vbi videtur casus formalis, quòd venditio dicitur nondum facta,quando est facta ad mensuram, quoad periculum ipsius emptoris.ergo sequitur,quòd interim dicitur facta, & celebrata venditio quoad omnia alia:& per consequens potest agi actione exempto, & alleg.text.in indiuiduo in fauorem ipsius Ioan.agentis in lege, si in venditione.§.primo.in versicu.fundi nomine emptor agere non potest, cum prius,quàm mensura fieret,inundatione aquarum, aut casmate, alioue quolibet casu pars fundi interierit. ff.de pericul. & commo.rei vendicat. vbi est casus, quòd etiam res immobilis potest vendi ad numerum, vel ad mensuram,& emptor potest agere actione ex empto,nisi fundus inundatus fuerit,aut aliquo alio casu interierit: ergo sequitur, quòd si non apparet,quòd casmate perierit,& sic casu fortuito,semp poterit emptor agere actione

ne ex empto. & sic vr ibi casus formalis imponens gladium & securim ad istam q. & sic potuit iste emptor agere actione ex empto. ¶ Et si quispiam subtilis inuestigator dicat, amice, si ante mensurationem aliquid accrescat fundo vendito, illud tale accrescit & cedit in fauorem ipsius venditoris. ergo interim talis venditio dicitur conditionalis etiam ad aliud, quam ad periculum ipsius rei. hoc probatur in l. Iulianus. §. si Titius, ff. de acti. empt. & ibi dixit Barto. se intelligere ad mensuram fieri, quando constituitur pretium pro numero mensurę: secus si dicerem vendo tibi tale prædium pro mille, & dico, ꝙ sint centũ iugera: tunc enim non dicitur vendi ad mensuram, & tunc indistinctè tenetur venditor, licet alluuione ille fundus decreuerit. l. secunda. ff. de action. empti. sed quando venditor vendit ad mensuram, dicitur venditio conditionalis, merito incrementum quòd accedit rei ante mensurationem, prodest vẽditori vt ibi. & alle. d. l. sępe. §. ĩ his. & sic Bar. sentit. expresse, ꝙ est ꝯditionalis. Ad hoc respondeo, ꝙ illa sunt correlatiua, ꝙ si ante mensurationem periculum est venditoris, & nõ est emptoris: ita est necesse dicere, ꝙ vtilitas & incrementum accedens rei ante mẽsurationem ipsius, sit illius, ad quem spectat periculum: vnde stant simul † & vniformiter, ꝙ si est conditionalis quoad periculũ ipsius venditoris. ita & quoad commodum ipsius venditoris interim: vnde non dicitur propter hoc venditio conditionalis quoad aliud q̃ quoad periculum ipsius vẽditoris: licet quoad commodum interim dicatur conditionalis: quia cõmodum erit emptoris: quia illa stant simul, & cõformiter & necessario sequuntur & concomitantur, est ꝯditionalis quoad periculũ: ergo & quoad commodum: quia naturale est, ꝙ ad quem transeũt onera, comitentur eum cõmoda ex illis oneribus ꝓuenientia. l. ab oĩbus. de le. j. cum si. Et sic apparet, ꝙ in fauorẽ ipsius emptoris introductum est, ꝙ interim sit cõditionalis talis vẽditio: ergo sibi præiudicare nõ debet. Præterea facit gl. in d. §. ĩn his. quæ dicit, ꝙ sit sub tacita conditione ponderandi, sed clarũ est, ꝙ in emptione inest quædã tacita ꝯditio, si pretiũ rei emptæ offerat, vt est casus in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. sed legem habemus, ꝙ licet pretiũ adhuc nõ sit solutum, competit actio ex empto, vt est tex. formalis in l. si pater. ver. & si te ex empto ad inducendũ eum in possessionem. C. de actio. empt. vbi iudex ex suo officio si perceperit pretium non esse solutum, põt ex suo officio mandare emptori agenti vt soluat ꝑtiũ, licet ad hoc nõ sit actũ. & est rõ, q̃a est quid annexũ actioni. facit l. cũ eorũ. C. de sen. ita dixit Bal. ĩ d. l. si pr̃. & in l. filię. C. de colla. & ĩ d. l. Iulianus. §. offerri. facit. c. ꝯstitut⁹. de relig. do. & ꝙ ibi no. D. Ant. Ita dicamus in casu nostro, posito sine præiudicio, ꝙ esset talis venditio conditionalis, tamen est tacita † cõditio, quę non impedit agi actione ex empto. & istud imponit silentiũ aduersario, & est in ista hæsitatione subtile. Et ẽt est ponderandum, ꝙ quoties ꝯditio non apponitur obligationi, sed executioni obligationis iam natæ, tunc non facit cõditionem, sed potius mẽtionẽ. ita pulchrè dixit Bal. in l. 2. C. d̃ pac. inter empt. & ven. sed ita est in casu nostro, posito sine præiudicio, ꝙ illa esset conditio, licet in veritate appareat optima & vera decisio ex supradictis, tñ est apposita executioni oblgationis, & non est apposita obligationi & per consequẽs non inducit ꝯditionẽ. Et per ista non ob. d. l. quod sæpe. §. in his. & similes. Nec ẽt ob. cum dicitur, quòd dictus Ioan. debuit venire die lunæ, cum ergo non venerit in termino, fuit ille Dominicus liberatus ab ea cõuẽtione, & fuit recessum a cõtractu, vt l. si prædio. ff. de in diem adic. l. qui fundum. ff. de cõtra. emp. l. sicut. §. pe. ff. quibus mo. pig.

12

13

vel hypo. sol. l. statu. lib. §. j. ff. de le. 2. & quod not. ibi Bald. dicens, ꝙ omnis terminus intelligitur esse peremptorius. l. mancipiorum. ff. de op. le. l. si. ff. de ser. & dixit Bal. in d. §. j. vbi est casus, ꝙ terminus assignatus a testatore est peremptorius. idem dixit ibi Bal. si assignetur a cõtrahente, & alleg. d. l. qui fundum. Quia ad hoc respondeo, ꝙ dictum Bald. est intelligendum secundum l. quam alleg. ipse enim alleg. d. l. qui fundum. quæ dicit, ꝙ quidam fundum vẽdidit hac lege, vt emptor in triginta diebus ꝓximis fundũ mẽsuraret, & demũ renuntiaret, & si añ eam diem nõ renũtiasset, vt fides venditoris soluta esset, vnde illa clausula in fine apposita, vt fides venditoris soluta esset, determinat omnia ꝑcedentia, vt in c. inquisitioni. & c. secundo requiris. de ap. l. talis scriptura. de leg. j. cũ si. & sic ibi tam in mensurando, quàm in renũtiãdo mensuratum, fuit apposita clausula, vt fides venditoris soluta esset, & sic probat, ꝙ ita est perẽptorius terminus appositus a contrahente, si exprimatur in cõtractu, & ita intelligitur dictum Bal. in d. §. j. & per cõsequens si non exprimatur, ꝙ fides venditoris sit soluta, non est soluta, vt ibi est tex. in terminis, sed in casu nostro hoc non fuit expressum. ergo sequitur, ꝙ non fuit soluta talis venditio. Et est diligenter ponderandum in casu nostro, quia illa conditio de veniendo die lunæ ad ponderandum, fuit apposita executioni ipsius contractus & non natiuitati obligationis, vt est dictum. ideo non potest soluere obligationem iã naturam, & maximè cum nõ fuerit dictum, ꝙ res sit inepta, Nec ob. d. l. sicut. §. penult. q̃a ibi concessa licẽtia vendendi ad tempus, & talis licentia non porrigitur vltra illud tempus, quia limitata causa limitatũ parit effectum. l. in agris. ff. de acquir. re. do. ideo non extenditur vltra illud tempus, sed iste non est casus noster. Nec obstat, dum dicitur, ꝙ ĩ prima petitione do. Ioannes dixit ꝙ iam sunt dies 20. quibus emit a dicto Dominico ipsam rubam cum pacto, quòd ad certam diem ordinauerunt in simili põderare dictã rubam, qua ponderata Io. promisit soluere dicto Dominico pretium dictæ rubę, & ꝙ die conuento inter eos non erat in terra Massę, sed Bono. ordinauit Antonio Bechario, quòd dictus Antonius pro dicto Ioan. ponderari faceret & solueret pretium dictæ rubę dicto Dominico, & ꝙ dictus Antonius pro dicto Ioan. interpellauit dictum Dñicum, ꝙ ponderaret dictam rubam, & pretium reciperet, quod Dñicus minimè facere voluit, quia respondetur in dicto consilio, ꝙ dictus Dominicus nõ potest se fundare super

14 dicta petitione, quia fuit contumax † in termino dato ad respondendum dictæ petitioni. Et ad hoc allego elegantem & singularem doctri. Bartol. in l. sepulchri. ff. de sepulc. viol. vbi dicit se pluries consuluisse. aliquis Perusinus commisit delictum in ducatu, ꝓceditur ibi ꝯ eũ, & contumax est. deinde accusatͬ hic de illo delicto, ipse vult opponere exceptionem litis pendentis, aut præuentionis, dicit, ꝙ nõ potest, quia fuit contumax in illo iudicio, vnde non potest vti illa instãtia & illis actis factis coram illo iudice, ex quo est contumax. & dicit, ꝙ non poterit vti remedio illius legis, vbi cæptũ. ff. de iudicijs. Facit etiam, quod pulchrè voluit do. Abbas in c. ex tenore. de rescript. vbi dicit aliquis impetrauit rescriptum contra eum coram vno iudice, & fecit illum citari coram eo; q̃ reus fuit contumax in illo iudicio, seu coram illo iudice, postea actor impetrat rescriptum contra eundẽ reum coram alio iudice, qui facit eum citari, coram eo comparet reus, & opponit de primo rescripto impetrato. coram iudice primo, an poterit excipere de illo primo rescripto, & decidit, ꝙ nõ, ex quo ĩ primo rescripto fuit ꝯtumax. & ex toto euertũt obiectionẽ partis. Cum ergo in casu nr̃o fuerit ille Dñicus contumax

tumax ad respõdendum in termino dictæ petitioni: ergo sequitur, ꝙ non potest adiuuari ex illa petitione, maximè coram alio iudice, vel coram eodẽ mutata illa prima petitione per ipsum Ioannem actorem. Cum ergo istud iudicium fuerit fundatum super secunda petitione, in qua non sunt apposita illa verba cum pacto ponderandi rubam prædictam intra certum terminum: ergo, &c. Præterea illa petitio ex quo est conexa cum illo, videlicet, quòd Antoni⁹ faceret põderari dictã rubã ꝑ dicto Ioãne, dict⁹ Dominic⁹ fuit interpellat⁹ a dicto Antonio, vt põderari faceret dictam rubã, noluit, sequit̃, ꝙ ĩ totũ debet acceptari, aut in totũ refutari, ar. l. siquidẽ. C. de excep. cũ si. Nec ob. d. l. si prædio. quia loquit̃ in pacto addictionis in diem, de quo pacto glossa ponit formã & modum in l. quoties. ff. de in diem addic. quæ forma nõ fuit apposita in hac venditione. ideo nõ meretur allegari contra istam q. d. l. si prædio. Et ex supradictis concludo in fauorem dicti Io. & dico primam sententiam confirmari debere.

EPITOME.

¶Mater quædam testamentaria tutrix pupilli sui tutelam duobus eam prouinciam iudicis auctoritate in solidum suscipientibus gerendam mandauit. Et cum nullum ipsa inuentarium fecisset, nec tutelã sibi decerni curauisset, nihilominus administratũ est, atque perperã, proinde iure post finitam tutelam curator minoris vt ea reddat administrationis rationem & reliqua restituat agit. Sunt autem eius rei nomine tacitè bona eius pupillo obligata. Potest etiam idem curator cõtra procuratores istos agere, aut quòd dolo, aut negligenter & malè gessent. Nec ob. id mius cum eo, qui nihil gessit, sed alterum gerere & pecuniam omnem pupillarem penes eum esse, cum præsens etiam adesset, permisit, agere potest: imo etiam sine discussione alterius. Atque ei libros rationum negotiationis & trafici exhibere tenentur. Nec quòd hi libri sequestrati sint, nec exhiberi possint, cũ id sua culpa cõtingerit a reddenda ratione liberantur. Cæterum, cum statuto cautum fuerit, vt si pater fecerit, vel permiserit filium suum negotiari, vel artem exercere: illo non soluendo existẽte pater eius soluere cogatur, qui & hic etiam casus noster, cum mandatum negotiandi susceptum est, continetur, licet illo statuto prohibeat omnẽ interpretationem, pater eius, qui non gessit, vel hæres patris, illius nomine, quem sciuit eam administrandi curam suscipere, nec contradixit, obligatus est, atq; tenetur. Nec vero is, cum iurauerit, & maior etiam 20. annis contractus tempore fuerit, quin etiam, cum apud iudicem eius auctoritate eam curam susceperit, in quibus casibus statuto illo promissum est, vt aut. sacramenta puberum. C. si aduer. vendit. locum tantum habeat, in integrum restitutionem obtinere potest.

SVMMARIVM.

Mater tutrix ex testamento si administrat, licet inuentarium nõ fecerit, & tutelam confirmari non petierit: tamen tutrix est; sed quoad onera tantum. nu. 1.

Matris tutricis bona sunt obligata ob malam administrationẽ. nu. 2.

Tutor, qui tutelam alij gerẽdam commisit, ipse gerere videtur. nu. 3.

Negligentia mandatarij mandantem non excusat. nu. 4.

Procuratores, qui a tutore tutelam gerendam acceperũt, ob malam administrationem tenentur, & conueniri possunt. nu. 5.

Actores a matre, licet quo ad onera tantum tutrice constituti, tenentur & obligansur in fauorem pupilli. nu. 6.

Actor, qui gessit, si soluendo non est, tenetur, qui non gessit obligatus insolidum cum illo, nec est ordini discussionis locus. nu. 7. & 8.

Mandans gerere, vel patiens alium gerere: cum ipse facere debuerit, sine illius discussione recta conueniri potest. numero 8.

Actores duo si insolidum administrationem ab initio susceperuut, non autem conuenerunt, vt alter gereret qui non gessit, discussione non vtitur. nu. 9.

Actores duo se volontariè obligantes sunt insolidum obligati vt duo rei, vnde non habent beneficium ordinis. numero 10. & 11.

Excussio non fit eius, qui non est soluendo. nu. 12.

Actores constituti ad administrandum videntur mandatum habere conficiendarum rationum; proinde illas exhibere tenentur. nu. 13.

Culpa sua, vel dolo, qui libros rationum exhibere non potest, ad reddendam rationem nihilominus tenetur. nu. 14. & 15.

Statutum, quo cauetur, vt pater, qui fecerit, vel permiserit filiũ negotiari, illo non existente soluendo, soluere cogatur, cõprehendit etiam mandatum de negotiando. n. 16. 17. 18. 19. 20.

Statutum prohibens interpretationem fieri, de friuola intelligitur. nu. 21.

Interpretatio necessaria prohiberi non potest. nu. 22.

Statutum interpretationem fieri prohibens, nihilominus extenditur, vt ratio eius patitur. nu. 23. & 24.

Statutum conceptum in personam comprehendit eam. vbicunq; actus fiat. nu. 25.

Maior 20. annis, vel qui secundum statutum pro maiore intelligitur, iurans non restituitur. nu. 26.

Minor iurans non est necessario certiorandus de beneficio in integrum restitutionis. nu. 27.

CONSILIVM XCII.

CAplo Primam hæsitationem, in qua quæritur vtrum Nãnis curator prędictus possit agere contra dictam matrem, vt sibi reddat rationem administrationis & reliqua restituat: & videtur ꝙ sic, hoc modo. Ma-
1 ter†constituta tutrix in testamento patris, si administrat tutelam, licet illam confirmari non petat, nec inuentarium faciat, est tutrix, & ideo non erit insistendum, an ista sit tutela putatiua, an teneatur tutrix: assumptum probat tex. in l. 2. §. si mater. in versi. quid si pater. ibi, nec tutelam administrat. coniuncta gloss. ibi, quæ est fin. ff. ad Tertul. & doctrina Do. Bal. in l. matres. C. ad Tertul. & in l. precibus. C. de impub. & alijs substi. ibi enim dicitur, ꝙ si pater ꝯstituit matrem tutricem, & ipsa administrat tutelam, est tutrix. & gl. dicit, ꝙ si non petijt sibi decerni tutelam, & tamen illam administrauit: ꝙ nihilominus non succedit pupillo. Et Bal. in d. l. precibus. & in d. l. matres. dicit, ꝙ si mater constituta tutrix non petijt illã sibi confirmari, & vtiliter & diligenter administrauit tutelam: & tamen non seruauit solennia iuris, tamen tutrix est, vt probat ibi tex. a contrario sensu, dum dicit, nec administrauit. ergo secus si administrauit: sic est dare casum verum & indubitatum, quòd hoc casu mater est tutrix quo ad onera: sed quo ad vtilia ñ est tutrix. cum ergo non confecit inuentarium, nec petijt sibi tutelam coofirmari, sequitur, quòd tenetur assignare diligentem rationem vt tutrix: quia

stultitia

stultitia sua non debet sibi prodesse. Ideo dixit gl. in l. codicillis. §. si. de lega. 2. audi stultū testatorem, qui noluit seruare solennitatem iuris, non tamen sibi ꝓdest stultitia sua. ideo non debet sibi prodesse stultitia sua in conficiendo inuentarium: qa mater tenetur conficere inuentarium, si est tutrix filiorū; vt voluit Spe. in ti. de tutor. §. nunc dicendum. in versi. hodie vero. alle. qđ hr̄ in auth. vt ma. credi. & debi. §. si. & no. per oēs. in l. tutor qui repertoriū. ff. de adm. tu. Nec est absurdum, ꝙ isto casu quo ad onera & dāna sit tutrix, & quo ad cōmoda non: qa tex. est in simili in l. in actione. §. item qui societatem. ff. pro soc. vbi quis remanet socius quo ad damna, & non quo ad vtilia. Facit, quod voluit Bar. in l. j. C. de dignita. libr. 12. & in l. j. C. de filiofami. libr. 10. vbi dicit, ꝙ si propter delictum nobilis desinit esse nobilis ex dispositione statuti, ꝙ intelligitur quo ad honores & commoda, sed quo ad incōmoda & damna remanet nobilis. Ita dicendum est in casu isto, ꝙ quo ad commoda desinit eē tutrix: sed quo ad incōmoda est tutrix.

2 Ex quo īfero, ꝙ bona† ipsius matris tutricis sunt obligata ipsi Nanni pro mala administratione. textus est formalis in authentic. sicut hæreditas. in versicu. periculo omnibus imminente, qui ad tutelam vocātur, & substantijs eorum in omnibus tacite subiacētibus pro huius gubernatione. C. de legi. tutel. & ibi Bald. dicit not. bona non gerentis, ita tacite eē obligata, sicut bona gerentis. & ita etiam sequitur ibi Salicet. Vnde probatur ibi, quòd etiam si non gessisset ista mater, bona sua essent obligata tacite: multo ergo fortius quādo gessit in casu nostro. Facit optimus text. in l. properandum. §. fina. in ver. omnem autem iacturam, quæ ex hac causa oritur, ad tutores, vel curatores, & fideiussores eorum, hæredesq; & omnes & res eorum, quorum in hac causa legitimè interest, redūdare. C. de iudic. vbi text. loquitur de tutoribus, curatoribus, actoribus, & procuratoribus minorū, & dicit, ꝙ res tutorum, & curatorū sunt tacitè obligatæ pupillo, vel minori: & solennē gl. in c. similiter. 16. q. j. quæ dicit, ꝙ omnes res clerici sunt obligatæ ecclesiæ suæ, sicut res tutoris pupillo. & illā gl. voluit allegare Bald. in l. si quis presbyter. C. de epi. & cleri. inquantum ibi dixit, quòd quædam gl. decreti vult, ꝙ bona cuiuscunq; rectoris sunt tacite obligata ecclesiæ. voluit enim alleg. glo. in d. ca. similiter. & facit gl. in capitulo ex literis. de pignor. Cum ergo in casu

3 nostro, eo ipso† quòd ipsa tutrix mandauit negotia geri per alium, per se ipsam videtur gessisse, vt l. ita autem gessisse. ff. de admi. tu. cum si. Et ideo dixit tex. & ibi Barto. in l. tres tutores. §. non solum. ff. de administ. tu. ꝙ siue quis gerat per se, siue mandet alteri tutelam gerendam, siue committat contutori suo, ipse gerere videtur, nec potest defendi tanquam non gerens, ergo sequitur, ꝙ bona sua sunt obligata pro mala administratione tutelę. Et si dixerit quispiam, amice, ista domina est excusata, licet ille constitutus ab ea pessimè & dolosè administrauerit, si cōmuni opinione reputabatur idoneus ad administrandum: vt not. gl. fin. secundum D. An. in ca. cum apostolica. de his quæ fiunt a præla. vbi dicit, ꝙ si ecclesia infeudat, & communis opinio erat, quòd esset commodū ecclesiæ, licet ex postfacto contrarium eueniat: tamen infeudatio tenet. & per hoc dicit saluari gl. quę communiter reprobatur. 12. q. secunda, in summa. Facit lex, si a bonæ fidei. ff. de rei rei vendi. & quod ibi dixit Ang. qui dixit illum tex. facere multū pro tutoribus, & curatoribus, qui deposuerunt pecunias minorum apud campsorem, ad quem communiter recurrebatur, vt non teneantur pupillis propter fugam, & cessationem dicti campsoris. facit lex, ꝑ gnus. C. de pig. actio & casus notabilis in lege, si res pupillaris. ff. de admi. tut. & dicit ibi esse casum quæstionis, quæ fuit de facto hic Bononiæ in persona domini Gulphi de Picato, tunc Potestatis Bononiæ, cui fuit assignatus curialiter custodiendus quidam nobilis magnus miles de mandato Ancianorum, qui eum curialiter tenebat: quia credebat eum esse integræ opinionis & fidei, prout communiter ęstimabatur, fugā arripuit, vt non teneatur quasi male custodiret: quod dicit esse not. dignum. facit lex, argentum. ff. cōmoda. & lex, si vt certo. eo. tit. l. non solum. ff. de noxal. dicit tamē, ꝙ vidit eum stare in magno periculo propter illam fugam: & ideo dixit tex. in d. l. si res pupillaris. in ver. vel argentarius, cui tutor pecuniam dedit, cum fuisset celeberrimus, solidum reddere non possit, nihil eo nomine tutor præstare cogitur. Ita dicamus in casu nostro, vt ista mulier sit excusata & per consequēs non tenetur ex mala administratione illorum factorum. Ad hoc respondeo, ꝙ Bar. in l. si procuratorem.

4 §. si tutores. ff. mand. vbi est casus, ꝙ negligentia† mādatarij non excusat tutorem, & ibi Barto. refert se ad dicta per eum in l. j. §. si procurator. ff. si quis ius di. non optemp. vbi dicit, ꝙ quando aliquis tenetur aliquid facere & alij mandat, si mandatarius non facit, non excusatur mandans de quo plene secundum eū habetur in l. cum filius. de verb. ob. Et per hoc dicit, ꝙ si dominus est citatus, qui misit procuratorem, & procurator non comparet, ꝙ non dicitur contumax procurator, sed dominus. Ita dicam⁹ in casu nostro, ꝙ oīs mala administratio facta per ꝓcuratores, & factores in rebus illius pupilli Nānis, videat facta ꝑ illā tutricem: considerato qa dicta tutrix vr̄ fuisse in dolo: qa in puncto dr̄, ꝙ dicta tutrix asseruit se esse tutricē dicti Nānis, & tutelā esse cōfirmatā: & se fecisse inuentariū, nec apparet istud esse verū. iō dolose se habuit, & male elegit illos factores & procuratores ad traficū cābij, & ad mercandū, & ad faciendā societatē noīe hr̄dū cū pleno & gñali mādato: nec apparet, aut constat, ꝙ illi factores fuerint tales, ꝙ cōiter in ciuitate Senēsi hoīes currerēt ad ipsos factores, vt eos ꝯstituerent in suos factores. Et posito sine ꝑiudicio, ꝙ ita esset, tū illa tutrix nō habuit cōmissionē ab ipso testatore, ꝙ illos cōstitueret actores & factores & ꝓcuratores ēt ad ꝯhendū societatē cū alijs noīe ipsi⁹ pupilli: iuxta casum. l. q negotiationē. ff. de adm. tut. vbi tex. dicit testator cauit, vt negotium eodem mō exercereē, quo se viuo exercebat: ꝑ quē tex. dicit Bal. in l. cū oportet. in prin. C. de bo. q li. ꝙ cū pupillo nō ꝓsumit ꝯcta societas, nisi pr̄ in suo testō mādasset societatē exerceri, vel cōtinuari: vn̄ nō apparet, ꝙ societas fuerit mādata ꝑ ipsum testatorē ꝯtinuari, & posito ꝙ mādasset ꝯtinuari, non tn̄ apparet, ꝙ fuerit mādatū a testatore, ꝙ dicti procuratores essent illi, qui hērent illū traficum, quo casu nullo mō est excusata illa tutrix: & maximè qa cū pleno libero, & gñali mādato illos ꝯstituit. Nec ob. dictū Ange. qa loquit, qn̄ deponitur pecunia pupilli penes cāpsorem, quo casu excusatur tutor, si cōi opinione reputabatur fidelis & idoneus: & cōiter hoīes deponebant suas pecunias apud eū: qa talis actus cōiter consueuit fieri, vt quis deponat pecunias apud cāpsorē: & experientia docet. Sed non est sic in casu nostro in constituēdo factores & procuratores in rebus pupilli ad mercandū & traficandū, & ineūdas societates cū pleno, & libero & gñali mandato: quo casu vr̄ fuisse in culpa. facit l. 3. C. de peric. tu. ergo sibi imputet. Facit ēt glo. in l. si res pupillaris. quæ dicit, ꝙ eo casu, quo excusaretur tutor, nihilominus teneretur cedere actiones suas ꝯ illū factorem, aut cāpsorē: vt l. item videndum. ff. de pet. hære. Et etiam habet minus dubium hoc: qa in isto primo dubio quęrit, an dictus Nannis possit agere ꝯ ipsum curatorem administratorem, vt

vt sibi reddat rõnem administrationis, & reliqua restituat: quo casu nulli dubium est, ꝙ tenetur reddere rationem administrationis. Et ideo concludo dictã tutricẽ obligatã eẽ, & bona sua tacitè obligata ꝓ mala administratione, & reliqua restituere. Et si dicitur ꝙ nõ fuit in mala electione, aut in culpa constituere illos factores: Rñdeo, ꝙ imo fuit in culpa, per illam doctrinam Bar. in d. §. si tutores. Et etiam quia hic non dubitatur de alio, an. s. teneatur reddere rationem administrationis & reliqua restituere. ¶ Circa

5 ca secundum, cũ quæritur, an † dictus curator possit agere ꝯ dictos Ioannẽ & Marti. ꝓcuratores? Dico, ꝙ sic: & moueor ex hoc, quod voluit D. Pet. de Ancha. in c. j. de procu. li. 6. vbi dicit, ꝙ qñ procurator substituit alium procuratorem, & ille substitutus negligẽter, vel dolosè se hẽt, tũc substituẽs vñillũ substituere suo periculo: & iõ sibi cõpetit actio ꝯ illũ substitutũ in eo, qđ dolosè, aut negligẽter administrauit, & hoc sentit Inno. in c. j. vt lit. non conte. & Io. Andr. in ca. j. de ꝓcur. lib. 6. in nouella, inquantum dicit, ꝙ procurator constitutus ad negotia potest alium substituere, & ille alium: & sic in infinitum, & vnus alteri tenebitur: sed lis tm̃ ęstimabitur, q̃tum interest dñi principalis illum constituentis. l. si quis mandato Titij. ff. de nego. gest. & hoc voluit Bal. in l. qđ quis. C. de procur. alle. l. cum in plures. §. seruum meum. ff. loca. D. Pe. in d. c. j. dicit se allegare simile de tutore ꝯstituente coadiutorem: quia illum videtur constituere suo periculo, & ille tenetur tutori constituenti, si quid dolosè, vel negligenter egerit. & sic competit actio ibi tutori ꝯ illum coadiutorem constitutum ab eo, alle. l. solet. ad fi. ff. de tutel. & ibi Bartol. inquantum illa loquat̃ in coadiutore constituto, dicit idem in actore: & remittit ad plenè ꝑ se dicta in l. actor. ff. rẽ ra. habe. Et sic ex ꝓdictis stat ꝯcl'o verissima, ꝙ tutrix põt agere contra illos procuratores seu factores, seu actores, ĩ eo, quod dolosè aut malè administrarũt. Et per ꝯñs idem poterit facere iste curator. vnde dicebat Ang. in l. 2. ff. de cura. bo. dan. ꝙ cnrator datus bonis æquiparatur tutori: sed ista tuttix agere potest cõtra illos procuratores etiam post finitam tutelam, ex quo agitur de suo periculo, cum illos constituisse videatur suo periculo, & allegat etiam Dom. Pet. ibi l. si procuratorem. §. si tutores. ff. manda. & etiam sequitur Domi. Dominicus illam doctrinam Io. And. in d. ca. j. & refert Zengelinnm ibi ita tenere. & facit tex. insti. de cura. §. fi. in vers. actorem periculo ipsius tutoris. & sic cum ista tutrix iudice auctore cõstitue rit illos actores, seu procuratores, sequitur, ꝙ agere poterit: & per consequens huic curatori competit actio mãdati contra procuratores, seu actores, administrantes. Et ex istis concludo ipsum curatorẽ posse agere cõtra ipsos administratores: nec expedit insistere, an ipse curator possit conuenire illos administratores, vt reddant rationem administrationis pupillo, ex quo periculum principaliter spectat ad illã tutricem propter suum interesse. ¶ Circa tertiam dubitationem, vtrum dictus curator possit agere & conuenire ipsum Ioannem ibsolidum considerato, ꝙ dictus Ioan. non gessit, nec ad manus suas aliquid peruenit, sed solum ipse Martinus administrauit & pecunias & bona ipsius pupilli habuit. Circa hoc considerato, ꝙ dicta mater, vt dixi in primo dubio, erat tutrix, saltem qno ad onera & incommoda. & cõstituit illos Ioannem & Martinum procuratores, & actores, & factores in administratione bonorum ipsius pupilli, quo casu quo ad preiudicium suum valuit illa constitutio, ex quo tutrix erat: & quia in fauorem ipsius pupilli fuit introductũ, ꝙ tutrix ꝯficiat inuentariũ & similia. facit tex. in l. legitimos. ff. de legi. tut. & in l. fi. §. oẽm. C. de admini. tut. & ibi per Bartol. qui dicit, ꝙ ille tex. addit solennitatem, ꝙ omnẽ defensionem subibit tutor pro pupillo, aliàs tutela potest cassari, vt ibi omnia ista sunt introducta in fauorem ipsius pupilli: & sic solennitas. l. tutor qui repertorinm. ff. de admini. tutor. etiam concernit vtilitatem pupilli. non ergo debent retorqueri in odium eius: licet ergo ista mater relicta tutrix non seruauerit solennilatem legum in assumenda tutela: tamen quo ad vtilitatẽ ipsius pupilli tutrix est. ideo potuit illos constituere in procuratores, & factores, & actores ipsius pupilli, ad vtilitatẽ ipsius pupilli, quia vbi agitur de vtilitate ipsius pupilli: non curamus de solennitate iuris: vt voluit gloss. singula. & ibi Angelus in l. 2. ff. de acceptilat. & facit l. non ideo minus. C. de procuratori. & quod voluit idem Angel. in consilijs suis, consilio vltimo. Et Bald. in l. cum hi. in §. eam. ff. de ttansact. vbi dixit, valere venditionem prædij minoris, quãdo continet manifestam vtilitatem ipsius minoris, alleg. gloss. d. l. 2. facit, quod habetur in l. fina. ff. de iure dot. & in l. contra iuris. ff. de pactis. vbi in principio dixit Bal. ꝙ ecclesia potest fecere contractum sibi fauorabilem sine solennitate legali, vel canonicali. Et glo. mirabilis secundùm Bal. in l. quęcũque. C. de bo. quæ liberis. dicit, ꝙ licet pater non possit alienare proprietatem delatam filio suo: tñ põt, si versatur in hoc vtilitas filii sui. Et sic stat ista conclusio firma, ꝙ ex quo agitur de vtilitate ipsorum pupillornm, ista mater relicta tutrix licet administrauerit tutelã non adhibendo iuris solennitatem: tamen tutrix est quo ad ipsius pupilli vtilitatem. Et si dicatur, ꝙ mater, quæ non est tutrix non potest cõstituere actorem, & decretum interpositũ super illo actore est ipso iure nullum: quia caret fundamẽto: quia cum actoria descendas a tutela, vel cura: vt instit. de cura. §. fina. vbi nulla est tutela vel cura, ibi nulla est actoria. & sic exceptio, quę infringit tutelam, infringit actoriam: vt leg. qui in aliena. §. quanquam. ff. de negot. gest. Ad illum text. facile respondetur ad id, quod dixit Bald. in l. contra iuris. in princip. vbi dicit. ꝙ marer vt mater legitima administratione nõ fungitur: & ad hoc alleg. dictum §. quanquam. & l. si filiæ. ff. de solu. & ideo in casu d. §. quanquã. mater gerebat negotia pupilli fiducia pietatis, nõ tanq̃ tutrix, nec etiam erat relicta tutrix in testamẽto, sed custos & pedagoga filij: secundum Bald. ibi. & ibi per illum text. dixit idem Bal. ꝙ si pater in testõ dicit, relinquo filiũ meũ matri suæ, ꝙ vr̃ relinquere in custodia matris, & non in tutela. & facit, quod no. idem Bal. in finalibus verbis in ca. ex parte, lo vltimo. de ap. Sed in

6 casu nostro. ista mater † constituit illos actores & ꝓcuratores, & factores rerum pupilli, tanq̃ tutrix testamentaria: & iam fuerat relicta tutrix in testamento ipsius Bonacursij patris dicti pupilli. ergo sequitur, ꝙ talis constitutio actoriæ & factoriæ, facta de illis Ioãne & Martino tenuit in fauorem ipsius pupilli. ergo seqtur, ꝙ obligati sunt ex doctrina Bar. in l. eandem. in 6. q. ff. de duobus reis. & qđ no. in l. creditor. §. duobus. ff. man. & per eundem in l. ex duobus. ff. de duo. re. & per Salyc. in l. j. C. de duo. re. Nec oportet insistere circa. l. tutores. §. curatores. ff. de admi. tu. quia ibi tutores, vel curatores testamento dati fuerunt inutiliter. hic vero tutrix fuit vtiliter data testamẽto, & ẽt vtiliter dati & constituti fuerũt isti actores, seu procuratores. & sic ex istis elicitur ꝯclusio verissima, & obligati sunt ambo isti Io. & Marti. Sed dubitatio est nõ mediocris, ille Io. non administrauit, sed ille Martinus: an prius sit excutiendus ille Martinus & in subsidium ille Ioan. & videtur ꝙ sic: & ad hoc allego text. in l. diui. ff. de admin. tuto. in versicul. prout quisque gessit tutelam, vbi est text. formalis, quòd singuli tutores debent cõueniri, prout gesserũt: sed iste Ioãnes

nihil

nihil gessit. ergo sequitur, ꝙ in nullo est exigendus: cũ nihil administrauerit. facit text. in d.l. tutores. §. cura tores. in versiculo negotia gesserunt, vice mutua periculum præstare coguntur. vbi tunc tenentur in solidum tutores, quando administrauerunt ambo, sed si vnus dumtaxat, ille tenetur: sed iste Ioannes tu telam non gessit: ergo in nullo tenetur. ff. de tutel. & ra. distra. in l.j.§. de rationibus. in ver. sed omnes, qui iuris tutores sunt, & tutelam gerunt, pœna em̃ suos debet sequi auctores. l. sancimus. C. de pęnis. cum si. sed actores constituti a tutoribus æquiparantur ipsis tutoribus, vt decidit Angel. in l. secunda. ff. de cur. bo. dam. & Bartol. in dicta l. eandem. in 6. quæstione, glo. in l. creditor. §. duobus. pręalleg. & in l.j.§. si plures. ff. de exercitor. ergo sequitur, ꝙ superiora iura, quæ a nemine allegata sunt, vendicant sibi locum in ipsis actoribus, quia vbicunque aliqua æquiparata sunt a iure, ius exorbitans loquens de vno habet locum in reliquo, vt est text. in capitulo si postquam. §. fina. de elec. libro sexto. capitulo quam sit. & capitulo q̃ quis. de electi. eo. lib. l. si quis seruo. C. de fur. l. quod vero. in gloss. ff. de legi. Facit etiã ad prædicta opti. text. in l. Lucius. §. cum testamento. in ver. tutorẽ pro ea parte conueniri oportere, pro qua administrauit: ergo. ff. de admini. tut. si vero. nihil administrauit, non tenebitur: sed bene tenebitur ille, qui administrauit. Facit, quod voluit Bar. in l. tutores. §. curatores, p̃alle. vbi alle. contra illum text. in l. diui. eo tit. & & respondet. ꝙ d. §. curatores. loquitur in eis, qui gesserunt, tanquam curatores, vel tutores. & sic ex necessitate, vel ex necessitatis suspitione, quia isti tales tenentur insolidum, secus dicit in his, quæ gesserunt ex voluntate. Modo in casu nostro iste Ioã. non gessit, & si gessisset ex voluntate gessisset, cum actoria non sit publicum munus, sed est officium voluntarium, ex quo non reperitur iure cautum, ꝙ actor cõstitutus iudicis auctoritate cogatur assumere actoriã nam est similis procuratori, vt in c. petitio. de procuratori. licet in multis differant, vt est gloss. in l. neque. C. de procurator. & in l.j. ff. quod cuiusque vni. no. si. cur ergo officium procuratoris est voluntarium, vt l. filiusfa. §. inuitus. ff. de ꝓcurator. ita & officiũ actoris. Et licet Bal. in l. qui hẽt. §.j. ff. de tutel. referat Cy. ibi sentire in addi. ꝙ curator cõpellitur acceptare, nisi hẽat legitimã excusationẽ, qa lex dicit, ꝙ pt̃ se excusare, ergo frustra recurreretur ad excusationẽ, si non cogitur inuitus acceptare. l. scire oportet. §. ꝯñs. ff. de excu. tu. ergo ita dicemus in actore. Ad hoc r̃ndeo, ꝙ ibi tex. loquitur in curatore dando liti, qñ est lis inter tutorem & pupillum, & sic non loquitur in casu nostro. Item quia Ia. de Are. ibi dicit, ꝙ curator liti non põt dari, nisi præsens & acceptans, & sic non cogitur inuitus. Et Bar. ibi dicit, ꝙ volens constituitur, sed ex causa potest cogi. alle. simile de curatore. dato bonis allegat legem secundã. §. item quęritur. ff. de curatore bonis dando. ergo ita dicemus in actore constituto a tutore iudicis auctoritate. Et si quispiam dixerit quod Bartolus æquiparat curatorem datum bonis & curatorem datum liti, non autem æquiparat actorem datum iudicis auctoritate, & curatorem datum bonis, & sic non potest argui de vno ad reliquum, allegando illam doctrinam Bart. tñ non sequitur: ergo est officium necessarium, quia si officium curatoris dati ad litem non est necessarium, sed voluntariũ vt dixit Bar. & Iaco. de Are. ergo idẽ dicemus in actore dato ad administrandũ iudicis auctoritate, & etiã quia tutor non necessitatur facere actorem illum. facit, quia posset facere procuratorem, & sic cum non faciat ex necessitate, sequitur, ꝙ officium est voluntarium, vt l. decreto. ff. de admini. tutel. Et sic sequitur ex istis, ꝙ iste Io. actor. in nullo tenetur, cum ex volũtate, non ex necessitate ad istam actoriam inuitaret. Et sic Bar. facit illam differentiam, an exerceat actũ voluntariè, an ex necessitate officij. Secundo posito, quod nihilominus teneatur de malè gestis per illum Martinum, licet ipse non gesserit, tamen videtur, ꝙ primo sit excutiendus ille Martiuns gerens, q̃ ipse Io. & ad hoc alle. glo. in l.j.§. nunc tractemus. ff. de tutel. & rationibus distra. quæ dicit, ꝙ non fuit oppositũ ꝙ prius conueniretur ille, qui gessit. alle. l. tutores. §. in eum. ff. de admi. tut. vel opposuit, sed ille nõ erat soluẽdo, & sic decidit ibi gl. ꝙ primo est excutiendus gerens, & postea non gerens, si opponatur, nisi constaret, ꝙ gerens non esset soluendo, & sic in casu nostro si constat, ꝙ ille Martinus gerens non est soluendo, est indubitatum, ꝙ conuenietur ille Io. non gerens. & ideo text. in d. §. in eum. dicit. in eũ q tutelam gerere voluit, post cęteros, qui gesserunt, actionẽ vtilẽ dari placuit, & sic probat ibi tex. formaliter, ꝙ habeat locũ beneficium ordinis. hoc voluit gl. in d. l. creditor. §. si duobus. facit gl. in l.j. C. de transa. facit l. 2. C. si tu. non ges. vbi contutor tenetur ꝓ ꝯtutore, pro gestis ĩ subsidiũ, & hoc tenet Bar. in d. l.j. C. de transa. facit simile, qđ habetur in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum, cũ l. sequenti. ff. cõmoda. vbi licet plures teneãtur insolidum, tamen ille, ad quem res non peruenit, semper potest opponere, ꝙ prius ꝯueniatur ille, ad quẽ res peruenit. & dixit Gul. de Cu. per l. Iulianus. §. idẽ si duos filios. ff. ad Macedo. arguens per illum tex. ꝙ si plures rei debendi constituantur, videtur actum, ꝙ si in veritate pecunia peruenit ad vnũ, ꝙ alii sunt loco fideiussorum habendi, & fideiussorũ beneficio gaudent. facit gloss. in auth. de fideiuss. §.j. in glo. quæ incipit, not. differentiam. & facit tex. in l. hinc quęritur. §. potest autẽ esse. ff. de pecu. & ibi Iac. But. dixit, ꝙ ille prius est conueniendus, ad quẽ principaliter spectat negotium: & ibi scribentes dicunt illud, qđ voluit Gul. de Cu. ita dicamus ĩ casu nr̃o, vt videatur actum, ꝙ prius conueniatur ille, qui gessit, & postea deueniatur ad Ioãnẽ, qui non gessit. Et ista erant, quæ in veritate reddebant hanc consultationem dubiam ¶ Sed licet sint colorata, tñ nõ attingunt casum nr̃m: ideo ipsis nõ obstantibus ꝯtriũ puto de iure verius, ꝙ possit dictus Io. ꝯueniri nõ in subsidium sed principaliter, nõ excusso illo Martino. Et circa hoc facio vnã distinctionẽ, aut nullus tutorũ, aut actorũ gessit, aut oẽs gesserũt. capio, istud vltimũ mẽbrũ: qa attingit casum nr̃m. alia prima mẽbra, q̃ non tangunt rẽ nr̃m omitto. & expedio primo illud,
7 qđ est clarissimũ, ꝙ si † non est soluẽdo ille, q gessit, vel male ꝯstat, ꝙ tũc nõ est recurrendũ ad ordinẽ excussionis, hoc decidit tex. in d. l. 2. C. si tu. nõ ges. vbi q se nõ immiscuerunt, ex persona eorũ, q gesserunt, & idonei sunt, non onerant. & ꝓbant gl. superius allegat. & istud voluit primus consulens allegando. d. l. 2. & p̃sumendo istũ Martinũ nõ esse soluendo. ideo habebitur recursus ad illum Io. facit, qđ no. Bar. in simili in l. fin. §.j. ff. si cer. pet. & in l. decem. ff. de verb. obli. & qđ no. gl. in l. 2. qui satisdare cog. & tunc q̃stio non est dubia. Secundo dico fore casum sing. & optimũ, decidentẽ istã q̃stionẽ in l. Lucius. §. cum testamento. ff. de admi. tuto. vbi probatur, ꝙ ita demũ potest conueniri tutor ꝓ eo, q nõ gessit, sed gessit alius contutor, si illum alium, qui gessit suspectum fecit, sed si adhibuit debitam diligentiã ille, qui non gessit, tunc nullo modo põt conueniri, vt ꝓbat ibi text. formaliter. & facit. d. l.j. C. si tutor nõ ges. Cũ ergo in casu nostro iste Ioannes videret istũ collegam suum male gerere, & administrare, qa iam, vt dr̃ in primo consi. Io. prædictus habitauit Valentię cũ ipso Martino per biennium, vnde sciuit, vel scire debuit, quia ad eum spectabat inuestigare administrationem, quæ

quæ fiebat per illum Martinum. ar.ca. innotuit, de eie.l.quod te.ff.si cer.pe.vt etiam firmat primus con sulens.ergo sequitur, ꝙ tenetur pro eo, quod nō gessit, vt est tex.valde elegans in d.§.cū testamento. Et ēt
8 facit: quia cū ambo fuerant † constituti insolidū ad administrandum, eo ipso ꝙ permisit socium & collegam administrare, vr̄ sibi mandasse administrationem. maxime cum habitauerunt simul per duos annos.ar.l.Caius.ff.de pigno.acti.& l.fideiussor.§.pater Seij.ff.de fideius.cū si.sequitur, ꝙ non habet locū beneficium ordinis. & istud iudicio verissimo imponit gladium ad radicem huius dubitationis, propter qđ cessant omnia contraria superius allegata. Cum ergo glo.in l.neque.C.de procurator. quæ ad hoc non est allegata p aliquem, æquiparet istos actores ipsis tutoribus:& etiam aliæ superius allegatæ: sequitur, ꝙ dispositio dicti §.cum testamento. vendicet sibi locum in istis actoribus,& per consequens non habet locum beneficium ordinis, nec exceptio, ꝙ non administrauit.vnde sibi imputet, quare malam administrationem illius Martini non accusauit, cum supra eius humeros ista cuderetur faba. Cū ergo fuerit in culpa non accusando illius malam administrationē tenebitur insolidū, quia ad officium eius spectabat inuestigare administrationē illius. ergo perinde est, ac si sciuisset, vt probat tex.in d.c.innotuit.Facit, qđ voluit Bar.in d.l. eandem.in 6.q.vbi dicit, ꝙ qn̄ officium est publicum auctoritate, sed priuatum vtilitate, quilibet tenetur insolidum; & sunt duo rei debendi non per omnia, vt d.l.j.§. nunc tractemus.& quod dicit, in tutoribus idem dicit in actoribus constitutis ab eis, ar.l.ex facto. in fi.ff.de neg.ge. Et licet p ista verba Bar.videatur sentire, ꝙ in duobus actoribus ꝯstitutis a tutore sit idem, qđ in ipsis tutoribus, ꝙ sit locus beneficio ordinis, tn̄ in l. duobus. §.j.in ver.sexto q̄ro.pone ꝙ ad vnū ex correis peruenit tota quātitas, an possit petere alter, ꝙ ille prius excutiatur. Respondet, ꝙ si hoc fuit actum a principio cum creditore, ꝙ ad vnū dumtaxat perueniret pecunia, & alius esset fideiussor: tunc pars hoc posset petere, vt in authē.de fideiusso. §.j. si vero hoc non fuit actū cū creditore, sed tm̄ inter eos, tunc prima facie factum reorū non præiudicat creditori, vt in auth. de exhiben. reis.§.si vero minus idonei.finaliter dicit, ꝙ si alter ex correis ostendit, pecuniam ad alium peruenisse, seu negotiū ad aliū pertinere, iō petit alium primo discuti ipsius periculo, ꝙ actor cogitur hoc facere, alle.d.l.vnde q̄ritur.ff.cōmo.vbi dr̄, ꝙ tutor, qui gerit, prius conueniendus est, q̄ qui non gerit, quia ad eum principaliter spectat.& dicit, d.l.2.§.fi.ff.de cur. bo.dā. limitandam scđm istā determinationē, nisi alius ad quē principaliter nō spectat, petat aliū ꝯueniri suo periculo, ar.d.l.vnde q̄rit. Et facit, qđ dixit Ang.in l. reos.ff.de duobus reis. ꝙ si vnus reorū ꝯuentus dicit ad correū totā pecuniā peruenisse,& ideo petit illū prius ꝯueniri suo periculo, & sumptu. ꝙ audiēdus est p d.l.vnde q̄rit.& dicit esse satis æquū, nō tn̄ ex eadē parte iuris tribuentis beneficiū duobus reis, sed ex quadā ęq̄tate inducta per extensionem iuris, & per hoc posset tolli, qđ in ꝯtriū posset dici, ꝙ si sunt correi, ergo non hēt locū beneficiū ordinis: & si hoc hēt locū in correis, vr̄, ꝙ multofortius hēt locū ī tutoribus.facit, qđ voluit D.Bar.de Sal.in d.auth.hoc ita.C.de duo.reis. in 10.q.vbi, pone, inq̄t, ꝙ ad vnū ex correis peruenit tota q̄titas, an alter pōt petere, ꝙ ille prius excutiat. alle.Bar. q̄ si ꝯuētus erat se obligatur⁹ vt fideiussor, sed creditor voluit, ꝙ principaliter se obligaret, sciēs ad aliū totā pecuniā peruenturā,& tūc pōt peti, vt in auth.p̄sente. C.đ fideius.vt poti⁹ veritas, q̄ color inspiciat, si vero tm̄ īter eos actū fuit, tūc eorū factū nō p̄iudicat creditori, vt ī auth.de duo.rei.§. si vero min⁹ idonei.vbi tex.no.dicit, nisi ille petat alterū cōueniri suis sumptibus & periculo, nā tūc actor cogitur facere, alle.d.l.vnde quæritur.alle. etiam, quia tutor gerens prius ē ꝯueniendus, q̄ nō gerens, quia ad gerendū principaliter negotium interuenit. & ista valde faciunt, vt ꝯcludamus, ꝙ sit locus beneficio ordinis, vt prius excutiatur gerens, & post ea non gerens, in subsidiū. Ad ista ego rn̄deo. Primo, ꝙ Bar.& Saly.loquūtur eo casu, quo duo rei a principio hoc egerūt, vt ad vnū pecunia ꝑueniat, quo casu hēt locum re-
9 gula.l.vnde q̄ritur. Sed in casu nr̄o isti actores † non egerūt hoc a principio, ꝙ ille Martin⁹ dūtaxat administraret, ergo sequitur, ꝙ nō hēt locū dictū Bar.imo insolidum acceptarūt administrationē, vel scđo pōt rn̄deri, ꝙ in casu nr̄o ille Io. vr̄ mādasse illi Martino, vt gereret administrationē, ex quo stando insimul, passus est illum Martinum agere & gubernare, vel tertio potest responderi, ꝙ dictum Barto.procedit in tutore, quia inuitus cogitur assumere officiū tutelæ, & ad hoc alleg.solen. glo.in l. vt fideiussor.ff. de fideiussori. quæ ponit differentiam inter fideiussorem & tutorem, dicens ꝙ potius succurritur tutori, q̄ fideiussori: quia necessitatus est ad onus tutelæ, sed fideiussor voluntariæ accedit ad fideiubendum. Et ideo dixit Salice.in l.j.C.de transactio. ꝙ lex magis subuenit his qui obligantur ex necessitate, q̄ his, qui se obligant ex voluntate, alle.no. in l. procurator qui.ff. de procuratoribus.facit, quod no.in l.fi. C.de iudic. & in c.ab arbitris.de officio delega. li.6. de eo qui cogitur ex forma statuti compromittere, quia pōt appellari, & habetur in c.cū speciali.de app.& qđ no.in c.ceterū.de iudic.& in c.j.§.p̄terea.de prohi.alie.feu. per Federi.& Bar.in auth.& consequenter.C. de senten.& interlo. om. iudi.Bal.in l.diem profere.§.stari. ff.de arbit.Bar.in l.j.ad fi.ff.a qui.app.non licet.& facit glo.quam allegauit primus consulens, in d.l.2.C. de diuid.tute. Et qđ ibi voluit Salice.& ꝙ sit facienda differentia inter voluntarium & necessarium administratorē, tenuit in terminis Barto. in dicto §. curatores.quem superius allegaui, inquantum voluit, ꝙ gerens ex necessitate tenetur insolidum, secus si gerunt ex voluntate, quia tenentur pro parte, qua gerunt.& sic Barto. ibi facit differentiam inter gerentē ex necessitate, & gerentem ex voluntate.& sic Barto. approbat istam differentiam. Et si dicatur, ergo isti actores non tenentur insolidum. vt sentit Bar.ex quo voluntariè acceptarunt istam actoriam. Ad hoc respondeo, quòd Bartol.non loquitur, quando insolidum constituti fuerunt, sed in casu nostro fuerunt constituti insolidum. Nec obst.si dicatur, ꝙ pro tutoribus gerunt voluntariè, & tamen obligantur, sicut ipsi tutores.l. prima.C. de eo qui pro tuto.l.prima.ff. eod. quia illo casu videntur se vt tutores gerere, & imaginem tutoris gerūt. Et ideo Bart.vbi supra dixit, idē si ex suspicione necessitatis gerunt: vnde protutor obligat̄ vt verus tutor: quia imaginē tutoris vr̄ gerere, & subrogatur loco eius, non mirum si obligat̄ vt tutor.c.præcipimus.90. d.c. ecclesia. vt lit. pen.l.j. ff.si quis test.li.esse ius. Et cū dicitur, ꝙ isti actores æq̄parantur tutoribus, & succedūt in locū eius. Ad hoc respondeo, ꝙ regulariter non ęquipatantur: quia in multis differunt: vt in l. properandum.§. fi.est casus formalis, quòd differunt actores & procuratores, & tutores & curatores minorum, si subtiliter ponderetur, tunc facit regula tradita per gl. & scribentes in c. constitutionē.de regula.li.6.vbi quoties duo regulariter non sunt a iure æquiparata: licet in aliq̄bus æq̄parentur, ius disponens de vno, nō verificatur in reliquo, nisi in casibus ęquiparatis. ita dicamus in casu nostro, quòd licet ponantur loco tutorū, tamen nō propter hoc assumunt primordialem naturā tutorum,

torum, iuxta nota. in l. certi cõdictio. ff. si certum petatur. l. j. C. de rei vxo. Et ideo dixit Io. de Imo. ĩ dicta l. eandem. inquantum Bart. ibi dixit, ꝙ si sunt plures institores, quo casu videtur eis data administratio insolidum, erunt duo rei, sed non per omnia. per l. j. §. si plures. ff. de exercito. cum sua glo. quia imo secũdũ eum videtur, ꝙ etiam per omnia possint dici duo rei ex quo ex voluntate obligant: sicut ipse Bar. dicit de pluribus mercatoribus proponentibus vnum factorem, qui dicit tales mercatores teneri insolidum, & esse omnino sicut duo rei debendi: vt ipse Bartol. ibi tangit in 7. q. Nec ob. gl. in d. §. si plures. quæ ęquiparat prædictos tutoribus: quia verum est, ꝙ ęquiparantur quo ad hoc, vt videat concessa administratio insolidum: sed non quo ad alia. Et sic sentit expressè
10 Io. de Imo. ibi, ꝙ † quando volũtariè se obligãt, sunt insolidum obligati vt duo rei: & per consequens nõ est dare beneficium ordinis. Et sic vera est cõclusio, ꝙ dicti actores non hẽnt beneficium ordinis, & vera est conclusio ꝙ secus erit in tutoribus, qui ex necessitate gerunt. Nec ob. cũ Bart. limitauit d. l. 2. §. si tres. de cura. bon. dan. quia ipse Bartol. ibi dicit, in hac l. probatur, ꝙ quilibet potest cõueniri insolidum, nec est inter eos ordo. & sic fatetur illam l. probare non esse ordinem inter eos. Subdit postea, hoc intelligo verum, vbi ille, q non gessit, sit paratus, ꝙ gerẽs prius ꝯueniatur suo periculo: tex. dicit esse in simili in d. l. vnde quæritur. prout ibi est in litera, defendit. & sic si bene ponderetur Bar. ibi nõ æquiparat tutores, & actores pupillorum, qa in tutoribus est clarissimum de bñficio ordinis, per iura superius allegata, vnde allegasset Bart. iura facientia & probantia hoc in tutoribus, si voluisset æquiparare actores tutoribus, sed hoc non fecit, sed allegauit d. l. vnde q̃ritur. quæ lex non facit ad casum nostrum, cum isti voluntariè acceptauerint insolidum illã actoriã, & vnus fuerit passus alterum administrare & dolosè, eo magis cũ sciuisset illũ malè administrare, vt superius est dictũ. & licet Angel. in d. §. si tres. sequatur dictum Bartol. ibi, ꝙ si curator fuit datus voluntariè & suo periculo, & sumptu petat coueniri illum, qui primo gessit, ꝙ auditur, alle. d. l. vnde quæritur. tamen respondeo vt supra. Et si bene põderetur ille text. nullo mõ patitur illã restrictionẽ Bart. & Ang. qa tex. ibi dicit, posse eum, cum quo vult experiri, vnde si cogeretur excutere prius gerentem, tunc nõ posset experiri, cũ quo vellet. Nec obstat l. vnde quæritur. quia ibi non exprimitur posse cõuenire, quẽ vellet, vt dr̃ in d. §. si tres. & subdit postea spectãdum. n. qd redactũ est, nõ qd ad curatorẽ vnũ peruenerit. & sic text. ille considerat & concipit verba in rem, & non in personam, quo casu nihil aliud consideratur, an aliquid sit factum, nec cõsideratur quis fecerit, vt l. aut qui aliter. §. hæc verba. & ibi Bar. ff. quod vi aut clã. & ideo hoc casu sufficit rem malè fuisse administratã, nec expedit ꝑ quẽ illorũ actorũ, & sic dictum Ang. & Bart. est ꝯ illum tex. Et ẽt facit gl. ibi, in versi. inuitus factus. q̃ ĩponit gladiũ huic hæsitationi. dicit em̃ in vers. ꝯueniẽdus. nisi in subsidiũ, altero nõ existente soluẽdo, alle. l. j. & 2. C. si tutor nõ ges. & sic ponit in terminis differẽtiã, ꝙ ꝯcurator datus bonis põt opponere bñficiũ ordinis, qñ dat̃ inuitus, sicut põt opponere tutor, q inuitus assumit̃ ad onus tutelæ, & sic in terminis vr̃ ponere illã differentiã, an sit voluntarius, an sit necessarius. Quinimo plus posset attentari, quòd posito quòd tutor volũtariè assumeretur ad tutelã, quia ipsemet illam tutelam procurauit, & sic inuitus ad illam non fuit assumptus, ꝙ etiam in tutoribus haberet locum dispositio illius §. si tres. propter rationem ibi positam, ꝙ nõ inuitus & qd redactum sit, est spectandũ, & ad hoc moueor ex fin. no. Gul. de Cu. & Ang. eum referentis in l. admonendi. ff. de iureiuran. vbi dixit, ꝙ licet quis sit absolutus per iuramentũ delatũ in defectũ ꝓbationis, & possit retractari, qa falso fuit iuratũ, nihilominus qñ aduersari⁹ consensit eius delationi, & sic volẽte aduersario fuit delatũ, tũc non põt retractari, imputet sibi, quare se ingessit illi delationi. facit l. & q data opera. ff. ex q. cau. ma. & qđ in simili no. Bar. ĩ l. si seruus. §. qđ aũt. ff. de fur. vbi dicit, ꝙ ambasiatori dãna reficiuntur, vt ibi ꝑ eũ secus si illã ambasiatã ꝓcurauit, licet ad illã potuisset assumi inuitus. Et qđ no. D. Ant. & Ioan. de Imo. in c. significante. de pigno. Et sic posito non tamen concesso, ꝙ isti actores inuiti potuissent cõpelli
11 ad assumendã actoriã, nihilominus si volũtariè † se ingessissent ad illã assumẽdã, nihilomin⁹ nõ hẽret locum in eis beneficium ordinis. Et ideo cum superius dicebatur, ꝙ actores æquiparantur tutoribus, est verum quo ad quid. vnde non est omnimoda æquiparatio, nisi quatenus tendat ad fauorem ipsius pupilli. Ita potest dici ĩ casu nostro, quatenus agitur de fauore pupilli, æquiparãtur tutori, quatenus vertitur in præiuditium pupilli non æquiparantur tutori. Et si dicatur, ꝙ isto casu fuit necessariũ tutrici assumere actores ad traficum & mercantias: qa ipsa hoc honeste facere non potuisset. & sic inuiti fuerunt assumpti illi actores. Ad hoc respondeo per glo. valde elegantem in c. relatum, de præbẽ. vbi licet cogatur ordinarius conferre, non tamen arctatur magis vni, quàm alteri. ideo quando confert vni, dicitur donare: ita non erat arctata magis assumere istos, q̃ alios, ideo volunrariè dicuntur assumpti ad istam actoriã. Nec obstant iura superius in contrarium allegata: quia loquuntur in tutoribus, qui ex necessitate assumuntur, & non voluntariè, vt superius fuit dictum. item quia loquuntur eo casu, quo tutor accusauit contutorem de sua mala administratione, quod nõ fecit ille Io. conactoris: vt superius est ostensum. Et ꝑ ista concludo, illum Ioannem teneri, & obligatum esse, nec posse petere beneficium ordinis. & sic est satisfactum huic hæsitationi. Præterea facit mirabilis, & singularis tex. in l. cum in plures. §. vestimenta. ff. loca. vbi est casus, ꝙ quoties vnus conuenitur ex facto alterius, ille debet prius conueniri sumptibus cõuenti, nisi sit multum difficile. & hoc relinquitur arbitrio iudicis. Bar. ibi dicit, habemus plures casus de iure antiquo, in quibus prius peruenitur ad principalem, quàm ad eum, qui tenetur accessoriè, vt in pluribus tutoribus, administratoribus, & similibus, qui casus omnes habent rationes suas separatas, & alle. d. l. vnde quæritur. sed ista doctrina probatur in d. §. vestimenta. & dicit se alibi hoc non dixisse. & sic probat ibi tex. in ver. si hoc tibi impossibile esse pro-
12 spexeris, ꝙ † si ille Martinus est difficilis ad conueniẽdum: quia lapsus facultatibus: sine beneficio ordinis conuenietur ille Ioannes: si verò est soluendo, adhuc respõde ad illum tex. ꝙ loquitur in fure odio furis: vt prius conueniatur fur, q̃ fullo, sed iste nõ est casus noster, ergo. ¶Capio quartum dubium, cum quæritur, vtrum libri & scripturæ pertinentes ad dictum traficum, & ad dictam administrationem sint edendæ per dictos Ioannem & Martinum præfato curatori. Et circa hoc non est nimis insistendum. Et primò est sciendum, ꝙ tutor & quilibet administrator tenet̃ conficere librum rationum: vt est tex. in l. ita fuerit. ver. in reliquis. ff. de manu. testa. & ibi per illum tex. dixit Ang. ꝙ quilibet administrator tenet̃ conficere librum rationum, & librum finito officio tenetur reddere, & restituere domino, alle. l. j. §. officio. ff. de tut. & ratio. distra. non ergo potest apud se volumina originalia retinere, licet possit sibi copiã extrahere. l. argentarius, in princi. & in §. edere. ff. de

edendo. Facit glo. in d. §. officio. quæ dicit, ꝙ quoties cum aliquo contraho, vt gerat negotia mea, vel vt sit socius meꝰ, vel vt sit tutor, vt ibi: & gerat negotia mea, & faciat librum rationum: vt l. quædã. in prin. ff. de eden. Et ibi dixit Iac. de Aret. vt ibi refert Bald. quòd si tu petis rationem à tutore, vel procuratore, ipse tenetur reddere rõnem, & librum rationis aliàs iuratur in lite contra eũ. & ibi dicit Nicol. de Neap. illam gloss. esse ad hoc sing. & secundum illam glo. consuluisse D. Rainerium de Forli. in ciuitate Florẽ. & sic contra eum iuretur in litem: vt lege, tutor qui repertorium. ff. de admi. tut. ergo eo ipso dicitur esse in dolo, ar. leg. in actoribus. ff. de in lit. iur. Facit, quod no. gloss. in lege, si dolus. ff. man. facit tex. in l. cum seruus. ff. de condi. & demon. vbi qui tenetur reddere rationes, tenetur etiam exhibere libros parti, & ibi Bar. sentit, quòd etiam tenetur eos tradere per illum tex. d. l. si ita. & sic facit secundum Ioannẽ de Imol. ibi, ꝙ tutor, vel annuus administrator, qui tenetur reddere rationes, tenetur etiam exhibere libros, & etiam reddere: quòd dicit esse valde no. loquitur tamen ille tex. & etiam tex. in d. lege, si ita. in seruo: & sic non probant illa iura, quòd teneantur tradere libros: posset enim interesse, fore potius penes ipsum administratorem: vt de iure suo possit docere. & sic sufficere videtur, quòd exhibeat & copiã faciat: hoc forte posset tolerari, si de ꝓpria pecunia illos libros rationum confecisset. facit l. j. §. pe. ff. de eden. si autem de pecunia domini, procedat dictum Bar. & Ang. Cum ergo in proposito nostro isti Ioan.
13 & Martinus fuerint † constituti actores ad administrandum, traficandum, &c. ergo videtur eis mandatum, quòd conficiant rationes: ergo tenetur libros rationum exhibere dicto curatori. facit l. fi. §. inter cetera. ff. de lib. leg. & quòd ibi voluit Bar. Facit etiã, quod voluit Host. in summa. de obli. ad rati. vbi dat doctrinam generalem, quòd qualitercunque quis administrauerit, vel administrat, etiam si sit negotiorum gestor tenetur reddere rationem, & reliqua restituere, quę penes ipsum sunt de administratione, quam gessit, vel esse possunt, si dolo vel culpa sua impediuit: etiam si indebitum receperit. Facit etiã, quod voluit Io. An. in addi. Spe. in ti. de instru. edi. §. nunc dicendum. in magna addi. quę incipit. quia de argentario & numulario hic loquitur auctor: ibi, circa quod distinguendum. vbi dat exemplum in tutore, curatore, procuratore, negotiorũ gestore, socio, & in quolibet alio, qui ex officio res alterius administrat: quòd tenentur per se, vel alios ex consequentia sui officij scribere, q̃ recipiunt, & q̃ gerunt, alleg. d. §. officio. & d. l. quædam. & sic tenetur domino iure quo sunt astricti ad exercendum officium: & per consequens idem dicemus in actore constituto ad gerenda negotia pupilli ab ipsa tutrice: vt in casu nostro. Et per ista sit satisfactum quartæ hæsitationi.

¶ Capio quintã, in qua quæritur, an culpa ipsiꝰ Martini acciderit sequestrum librorum, & sic talis impotentia sit adscribenda culpæ, & dolo suo: & consultum est ꝙ sic, ꝙ culpa ipsius acciderit, ꝙ debitores contracti per dictum Martinum contemplatione dicti trafici non sunt soluendo, incumbit onus probandi ipsi Martino, quòd a principio illi debitores fuerunt idonei, & sufficiẽtes. & allegat. l. antepenul. ad fin. ff. de condi. & demon. & glos. in l. 2. C. arbi. tutel. tex. enim dicit, nomina paternorum debitorum si idonea fuerint initio susceptæ tutelæ. & glos. ibi dicit: quia probari oportet a pupillo: & sic nõ dicit gl. ꝙ tutori incumbat onus ꝓbãdi illos fuisse idoneos tpe assumptę tutelę: non tñ loquitur ibi glo. de debitoribus cõstitutis ab ipso tutore: vt est casus noster. Vnde si loquimur de debitis contractis a patre tutoris, incumbit onus probandi pupillo illos debitores fuisse idoneos tempore assumptæ tutelę: & isto casu loquitur gloss. illa. Sed si fuerunt contracti per ipsos tutores, cui incumbat onus probandi illos fuisse soluendo tempore debiti contracti. nõ dicit illa glo. sed tex. in d. l. antepenul. ad fi. hoc dicit: sed re vera loquitur in seruo, qui tenetur probare debitores, nõ vtique fuisse soluendo tpe mortis dñi sui: sed eo tẽpore, quo his credita pecunia fuit, eius ꝯditionis fuisse, vt diligens paterfamilias his crediturus fuerit, aliter seruus nõ pt consequi libertatem sibi relictam sub conditione rationum reddendarũ: neq; aliter liber esse poterat, nisi ꝯditioni ill pareret: vt ibi dicit text. & sic nõ loquitur ille tex. in alio libero homine quo casu sufficeret, ꝙ debitores tẽpore exactionis essent idonei & sufficiẽtes: licet tempore ꝯcti debiti essent minus idonei. Sed ꝙ incumbit onus ꝓbãdi ipsis actoribus, illos debitores, cum quibus ipsi contraxerũt, seu ille Martinus contraxit tempore debiti cõtracti. allego casum formalem in l. prima. §. si magistratꝰ. ĩ ver. ꝓbatio aũt nõ pupillo ĩcũbit fideiussores soluẽdos nõ fuisse cũ acciperent: sed magratibꝰ, vt doceãt eos idoneos fuisse. ff. de mag. conuen. vbi est casus, ꝙ fideiussores tutorum si postea reperiantur non soluendo, debet probari per magistrum, qui ipsos recepit, ꝙ tempore receptionis factę per ipsum magistratum erat soluendo, & nõ per ipsum pupillum: ex eo quia de præsenti præsumitur in pręteritum. & facit, quod late ibi scribit Bald. Ita dicamus in proposito nostro, ꝙ incumbit ipsi Martino onus probandi ipsos debitores fuisse idoneos, & soluendo tempore, quo contraxit cum eis, aliàs pręsumitur esse in culpa, credendo debitoribus minus idoneis; & per consequens illa sequestratio accidit culpa sui: ideo sibi imputet. Facit tex. in l. miles qui. §. arem adulterij, & quod voluit Dyn. & Barto. ff. de adul. vbi dicunt, ꝙ si testator legauit centum certæ ecclesiæ, si ibi ipse sepeliatur: & postea cõtingat illum suis demeritis excõicari, adeo quòd non possit sepeliri in ecclesia, ꝙ sibi imputet, si ecclesia eum non possit sepelire in loco, ad quem destinauerat: quia culpa sua id accidit, & voluit Bald. in l. j. ad fi. C. de his quæ pœnę no. Ita
14 dicamus in † proposito nostro, mala & sinistra administratio ipsius Martini dedit causã huic sequestro: ideo ista culpa sibi potius quàm pupillo nocebit. facit, qđ pulchre voluit Inno. ĩ c. quãuis, de reg. iur. vbi dicit, quòd pastor tenetur de custodia. l. qui mercedem. ff. loca. 23. q. 4. capitu. tres personas. & si neget dolo suo, vel negligentia perijsse, ipsi incumbit probatio, ar. l. si quis ex argentarijs. §. vlti. ff. de edẽ. Idẽ dicit in custode carcerum. l. fi. ff. de custo. & exhi. reo. Modo in ꝓposito iste Martinus habuit vltra sex milia ducatorum ab ipsa hæreditate ad traficandum & mercandum. debuit diligenter illud facere: modo si nihil apparet amplius de illis denarijs, nec de illo trafico, præsumitur culpa sua id accidisse, nisi aliter se excuset, probando non fuisse in culpa: & per ꝯsequens præsumendum est, quòd culpa sua emanauerit illud sequestrum: & culpa sua non potest reddere rationem administrationis, & libros rationũ: vt dicitur in reddito consilio: & sic culpa suos debet detinere auctores. l. sancimus. C. de pęn. capitulo cognoscentes. de consti. j. q. 4. §. etiam peccator. Restat nunc videre, ex quo ille Io. non administrauit, vtrũ culpa illius Martini sibi noceat: adeo, ꝙ si conueniatur a curatore dictæ hæreditatis, teneatur curare cũ effectu, quòd illi libri exhibeantur: & iudicio meo super hoc non videtur dubitãdum, quòd teneatur. & ad hoc allego tex. in dicta l. Lucius. §. cũ testamento. ff. de admini. tuto. quem allegaui superius in tertio dubio: vbi habetur, ꝙ si tutor non accusauit culpam

pam alterius contutoris, nec fecit eum suspectum, ipse tenetur de mala administratione ipsius contutoris: quia regulariter tenetur tutor de dolo & mala administratione alterius contutoris: vt in l.j.§. nunc tractemus.ff.de tu.& ratio.distra.& voluit Bar.in d.l. eandē.§.j.de duo.re.in 6.q. Ergo si tenebatur accusare culpā alterius cōtutoris vt ibi, ad se excusandum: ergo sequitur necessario, quòd tenebatur inquirere. Iuxta illud, qđ alibi dicitur, ꝙ custos villæ teneat denuntiare maleficia, quæ fiunt in villa: qa tenet inuestigare si fiant maleficia & illa denuntiare. Facit, qđ dixit Ange.in l.si ideo.ff.de his qui. vt indig. vbi qui non est in culpa, non debet esse in pœna.l. cum fratrem.eo.ti.l.semper.§.si in sepulchro.ff. quòd vi aut clam. Et ideo dixit Ang.in de l.si ideo.quòd practica erit, quòd syndicus faciat congregari totam vniuersitatem suam: & ab eo exploret, quantum potest, & facere scripturam publicam: & ire ad iudicem maleficiorum: & narrare sibi delictum commissum, & se explorasse, & instrumentum explorationis dimittere apud acta curię: & sic non poterit sibi imputari negligentia.leg. diuus.ff.de custo.reo.& sic apparet, quòd vbi quis tenetur facere aliquid, debet inquirere, facit. dicto capitulo quanuis.de reg.iur.extra.vbi habetur, quòd non est excusatio, si lupus oues comedit, & pastor nescit. Idem si allegat se nescire, & loquitur ille text. de prelato, qui dicit se ignorare de vita subditorum; quia cū teneatur ex officio inquirere de vita subditorū: vt in capitulo j. de offi.ordin. & in l.congruit. ff.de offi. præsi.non præsumitur illorum delicta ignorasse. Et si dicat, tolerabilis est ignorantia in facto alieno: licet secus in facto proprio: vt in capitulo ab excommunicato. de rescrip.l. fi.ff. pro suo. Ad hoc respōdeo, illud est verum, nisi factū alienum esset tale, quòd quis teneretur illud indicare ex suo officio: quia tunc præsumitur scientia: & alleganti ignorantia incumbit onus probandi. & ad hoc allegatur optimus tex. in capitulo innotuit.con iuncta glo.sua, de ele. Cum ergo iste Ioannes se obligauerit ad illā administrationem gerendam spōte, vnà cum dicto Martino: sequitur, quòd debuit inuestigare & inquirere, qualiter ille Martinus administrabat, ex quo ipse Io. sponte consenserat illi oneri actorię, assumendo: per consequens in eo presumitur scientia: & sic sequitur, quòd ipse tenetur exhibere dictos libros rationum, & rationem administrationis reddere: & sicut † ille Martinus non excu-
15 satur a reddenda ratione illi curatori propter illud sequestrum: ita non excusatur ille Io. Et per ista sit satisfactum quinto quæsito. ¶Capio sextam dubitationem, an Franciscus pater dicti Io. vel heres dicti Francisci sint obligati ex ipso mandato suscepto per ipsum Ioannem. & circa hanc dubitationem elegāter consultum extitit per ambos dominos consulentes. ideo nimis non est insistendum. Et tota difficul-
16 tas† pendet ex statuto, dum dicit, si pater fecerit, vel permiserit filium suum negotiari, vel artem exercere filio non existenti soluendo, cogatur pater soluere & satisfacere id, ad quòd prædicti forent obligati pro facto mercantię, seu negotiationis, vel artis: & videtur stante themate præsupposito, quòd pater Io. non teneatur hoc modo, ad eum casum non adaptatur dispositio statuti: ad quem casum non adaptantur verba ipsius statuti.l.4.§. toties. & ibi Bar.ff. de dam.infec.l.ita aūt.ff.de admi.tu. & ibi per Bar.l. quod constitutū. & ibi Bar.ff.de testa.mil.l.hos accusare.§.oībus.ff.de accu.c.indemnitatibus.§.sed cum eas.de ele.li.6. Sed verba istius statuti disponētia de negotiatione, vel arte, nō adaptant ad mandatū susceptū de negotiādo: sicut dicimus, aliud esse pactū de vēdēdo, & aliud esse venditionem facere: vt voluit Ang.consil.186. & voluit Ia.Bu.in l.j.C. de pac. pig. qui ad hoc alle. l. in bonæ fidei. ver.si tamen.ff. de eo quod cer. lo. Et ī d.l.j. dixit plus Ia.Bu. statuto caueتur, quòd de venditione soluatur gabella, & cognoscāt officiales de gabella: quia non est venditio, sed conuentio de vendendo, quòd nō debeat solui, vt d.l.in bonæ fidei. sicut dicimus aliud est gerere: aliud est mandatū ad gerendum.l.j. cum simili.ff.de admi.tu. Cum ergo istud statutum vtatur illo verbo negotiari. ergo sequitur, quòd nō cōprehendit mādatū de negotiādo, & sic sum⁹ extra casum statuti.
17 Sed his nō obstātib⁹ ꝑriū puto† esse veri⁹ de iure, ꝙ ille Frācisc⁹ sit obligat⁹. Et ad hoc pōdero optimū & elegātē text.in l.ab hostib⁹.§.sed qđ simpl'r.ff.ex qui. cau. maio. vbi ꝓbat, ꝙ vbicūq; statutū, vel lex statuit aliqd de absentibus, vl' al'r impeditis, ītelligit cū ista adiectione, posteaue. Et eadē rōne dicit ibi Bart. dicendū, ꝙ leges, q̄ dicūt, absentē intelligi ab eo die qua incepit abesse: vt l.abesse.cū l.se.eo.ti. debēt intelligi antea: nō infra illud modicū tp̄s, quo se præparat ad eūdū ꝑ illū text.arg.l.si pecuniā. ff. de cōdi. ob cau. Et ita ēt dicimus intelligendum, quod habetur per gl.in l.diuus. ff. de in integ.restit. & in l.si per prætorem.§.quoties.ff.ex quib.cau.maio. ꝙ ille, qui est læsus in vno die, infra vnum diem debet petere restitutionem: quia ēt debet intelligi post modicū tp̄s, qđ sibi dat ad preparandū se: antea enim non dr̄ negligens. casus est in d.§. sed qđ simpliciter. & loqtur ille tex. de restitutione ꝯ regulas iuris cōis. & sic
18 sicut † qs est priuilegiatus in aliquo actu: ita est priuilegiatus in his, q̄ sunt ꝑparatoria ad ipsum actum. Ita oportet necessario dicere in casu nostro: & multo fortius, qa istud statutū iudicio meo nō emanauit principaliter ī fauorē mercatorū, seu mercātiū, nec emanauit in odiū ipsorū patrū: sed potius principaliter emanauit in fauorē ipsorū filiorūfa. vt habilius possent se exercere ī aliqua negotiatione: aut trafico: qa cū essent ī patria potestate cōstituti, & homines se retraherēt a mercādo cū ipsis, statutū ita disposuit, vt filijfa. possent se exercere negotiādo & traficādo, & sic cēset fauorabile, qa attēdit fauor, cuius respectu principal'r illud statutū emanauit. Facit gl.in c.si ꝓpter.de rescriptis.li.6. & in c. sciāt cūcti.de elec.li.6. & in l.venia.C.de ī ius vocā. & in l.sed si hac. ff.eod.facit, qđ habet in l. q exceptionē.ff.de cōdi.indebit. ergo seqt̄, ꝙ principaliter in fauorē filiorūfa. emanauit illud statutū, & obligat patrē permittētē filiū suū negotiari. ergo seqt̄, ꝙ pariformiter oligat in his, q̄ ꝑparāt ipsos filios ad negotiādū. Nec curo intrare materiā cōnexorū, sed sufficit ꝙ ex iuris cēsura, si aliqs est priuilegiatus in aliq o actu cēset priuilegiatus in his, q̄ preparāt illū actū, vt dictū est. Ita dicamus ipsos patres obligatos, qn̄ filij suscipiūt mādatū de negotiādo, qa tale mādatū est quoddā præparatoriū ad ipsum negotiū, sicut ergo filius videt habilitatus, & quodāmodo priuilegiatus in ipso negotiari, ita videt priuilegiatus in preparatorio dispone te ipm negotiari. Et vt experiētia oīs hodierna die docet, hoīes apti ad negotiādū prius recipiūt mādatū ad ipsam negotiationē faciēdā, & maximè filijfa. q ꝓ maiori parte cōstituūtur a mercatoribus ad retinēdū cōputū bursæ seu capsæ, & ad similia apta ad ipsum negotiari. Et ideo sicut absens est priuilegiat⁹ tp̄e absentię, vt dictū est, ita est priuilegiatus tēpore parato ad ipam absētiā. Facit, qđ dixit Ang. ī l.tribunus. ff. de testa. mili. vbi voluit, quòd sicut Potestas est priuilegiatus durāte officio, ita est priuilegiatus durāte syndicatu, & etiā syndicatu finito est priuilegiatus intra illud tēpus ꝓ sarcinolis cōponēdis, qa illa sunt præparamēta ad recessum, alle. d. l. ab hostibus.§.sed qđ simpliciter. Facit pulchra decisio domi norum

norum de Rota, cõclusione 189. vbi cõcludũt, Papa cõmisit examinatoribus, vt recipiant testes & instrumenta, quæ vtraq; pars dixerit perducenda: an poterũt recipere confessiones partiũ factas corã talibus: & cõcludũt ꝙ sic: qa tũc recipiẽdo cõfessiones, videtur facere quasi iuxta mãdatũ. Ita dicamus in ꝓposito, vt pr̃ dicat̃ obligatus ex susceptione talis mãdati: quia est iuxta negotiationem; & tñ delegatio est stricti iuris, vt delegato vno articulo nõ veniat alius: vt dixit gloss. in cap. peruenit. 8. q. j. & 27. q. j. capit. si homo. ergo ita dicamus in tali statuto. Facit elegans doctri. Bald. in l. & si ita. §. ex hoc edicto. ff. nau. cau. & staba. vbi videtur istam dubitationem decidere in indiuiduo. dicit ẽm illum tex. facere ad quæstionem, statuto cauetur, ꝙ filiusfa. nõ possit se obligare, nisi sit artifex, ꝙ tũc valet obligatio, qñ ꝯhit occasione artis, secus si non concernit artẽ. l. fi. C. ad Mace. nã cũ illa verba recipiãt quandã qualitatẽ, oportet, ꝙ illa qualitas respiciat factũ principale, aliàs nihil operatur. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxali. Idẽ ibi dicit, ꝙ camerarij, seu præpositi artium nõ habent cognitionem de eo, quod non pertinet ad artem, & sic concludit ibi Bald. ꝙ sufficit contrahere occasione artis. & per consequens in his, quæ sunt preparamenta ad artem, sed in casu nostro istud mandatum susceptũ ad negotiandum & traficandum est occasione negotiationis, ergo sicut pater est obligatus ex negotiatione, ita ex his, quæ sunt occasio & causa ipsius negotiationis. & per consequens statutum prædictum cõprehendit susceptionem mandati de negotiando. & indubitanter Bald. apponit gladium huic hæsitationi. Et ibi etiam dixit idem Bal. ꝙ nauta & stabularius tenetur de recepto, quando recepit iuxta officium, seu artem suam. Modo in proposito licet mandatũ de negotiando, non sit negotiatio, tñ est iuxta nego-

19 tiationẽ. Præterea † paria sunt negotiari, vel aliquid facere contẽplatione negotiationis, tex. est formalis in l. fi. in ver. ob negotiũ. C. vbi de rõ. agi op. & ibi dixit Bald. ꝙ syndici patris non pñt syndicari per ptãtẽ de his, q̃ nõ gesserũt ĩ officio nec officij ꝯtẽplatione, qa in talibus nõ sortiũt ibi forũ, alle. Gul. de Cu. in l. nulli. C. quorũ appel. nõ recip. cum ergo in casu nr̃o istud mãdatũ susceptũ ab isto Io. de negotiãdo, emanauerit respectu & ꝯtẽplatione ipsius negotiationis, ergo sequit̃, ꝙ ita obligatur pater ex isto mãdato susceptio per filiũ, sicut ex negotiatione. Facit ẽt, qđ vo-

20 luit Bal. ĩ l. j. C. si rect. prouinci. vbi dixit, ꝙ qñ † permittit aliqđ principale, vr̃ cõmissum seu permissum eius antecedẽs. l. 2. de iur. om. iudi. & subdit ibi Bald. ꝙ est permissum prioribus, ꝙ possint statuere sup reddenda iustitia in ciuitate, ꝙ poterunt eligere potestatẽ, vt illa reddat. Item poterunt statuere terminum ad causas dirimendas. Item pñt deputare executorem, & adijcere pœnas. & sic Bal. sentit, ꝙ pñt apponere manus ad antecedẽs, quod se non habet necessario ad ꝯñs, & põt rector reddere iustitiã, licet si nõ apponat̃ certus terminus, ĩtra quẽ terminũ illã iustitiã reddat. & sic tollit̃ illud ꝯtrium, qđ dr̃, qa tũc ꝓcederet istud, ꝙ pater teneret̃ de mãdato suscepto, de negotiãdo. qñ aliter nõ posset accedere fili⁹ ad ipsam negotiationẽ, nisi p susceptionẽ mãdati, sed certũ est, ꝙ aliter põt negotiari, q̃ p susceptionẽ mãdati, nihilomin⁹ statutũ cõprehẽdit istũ casum, qa facili⁹ deueniť ad ꝓmissum, licet nõ sit de necessitate. Præterea facit, qa in d. statuto dr̃, ꝓfatæ mercãtiæ, seu negotiationis, ad qđ apte appellari põt illud, qđ retulit D. Pe. de Ancha. in rubrica, c. canonũ. de ꝯsti. ꝓpe finẽ. in ver. circa istã extẽsionẽ, alibi q̃rit Bal. statuto cauet̃, ꝙ in causis vertẽtibus super instr̃is guarentigię ꝓcedat̃ summariæ, vtrũ idẽ sit, si agat̃ hypothecaria, q̃ ad securitate debiti interuenit, tenet ꝙ sic, alle. qđ no. in l. j. C. cõia dele. & qđ no. in cle. dispẽdiosam. de iudi. & qđ no. Bar. in l. solẽt. ff. de alimẽ. & ci. lega. Idẽ dicit ibi Do. Pe. eo casu, quo p statutũ instr̃m hẽt executionẽ paratã, qa oĩa illa, q̃ trahũt originẽ ab obligatione, de qua in instrumento, habebunt eandem naturã licet sint incerta, vt interesse, vel aliquid aliud incertũ. nam ex officio iudicis executiue liquidari petatur, vt not. Bartol. in l. prima. de leg. 2. Item si vltra centum libras non possit probari obligatio p testes, vt est statutum hic Bononiæ: tamen si obligatio descendit ex instr̃o publico poterit liquidari per testes cuiusq; qualitatis: & ita tenuit disputãdo Ia. Bu. nec illa potest dici in his exemplis extensio ad diuersum casum: sed intentio & declaratio præambuli ꝯctus probati per instr̃m. Ita in casu nostro erit dicẽdum, ꝙ tale statutũ loquens de negotiatione cõprehendet mandatum susceptum de negotiando, tanq̃ sit quoddam prçambulũ ipsius negotiationis. Et sic apparet ex istis, ꝙ ad positionem ꝯsequẽtis seqr̃ positio añcedentis: vt l. illud. ff. de acqr. hęre. ẽt posito, ꝙ ꝯñs non requirat de necessitate antecedens: sed quandã cõmoditatem, vel faciliorem exitũ. Et ideo dixit ibi Ang. ꝙ si Papa concedit alicui ꝑbendam, vr̃ etiã concessisse canonicatũ, de quo hr̃ in c. cũ M. Ferrariẽsis. de consti. & sic nedum permissio ꝯsequenti, vr̃ ꝑmissum añcedens necessarium ad ꝯñs: sed etiam antecedens inducens facilius ꝯñs ad esse, vt voluerunt superius Dñi de Rota, & Bal. in d. l. j. Nec est curãdum de doctrina Bar. in d. l. in quæstionibus. ff. ad l. iul. maie. & Bal. in authenti. si dicatur. C. de testi. vbi voluit, ꝙ si statutum disponit, ꝙ super adulterio recipiantur testes non obstante infamia, ꝙ nihilominus testes infames non probabunt matrimonium vigore illius statuti: quia non admittunt ad probandum adminicula: quia respõderi potest ad illud dictum, ꝙ sit mirabile, ꝙ admittantur testes inhabiles ad probandũ substantiam delicti, & non admittantur ad probandum adminicula ipsius delicti: quia videtur dicẽdũ contrarium: quia si lex, aut statutum habilitat eos ad id, quod est grauius & maius: multo fortius videtur habilitare ad id, quod est minus. Et ideo Salyce. in d. authen. si dicatur. damnat hoc dictum: quia cũ adulterium non sit, nisi mulier nupta fuerit, vel etiã probatio matrimonij præmissa, alle. legẽ secundã. ff. de iur. om. iudi. & d. l. illud. Nec ob. d. ca. per tuas. per quod mouetur Bart. qa de adulterio & adminiculis ad probandum loquitur. Præterea matrimoniũ est de substantia adulterij, sed non de adminiculis, & ẽt illud dictum Barto. & Bald. damnauit Angel. in l. famosi. ff. ad l. iul. maie. & sic dictum Bart. non obstat. Nec etiam d. c. per tuas. si bene ponderetur, probat dictum Bart. & ideo in casu istius statuti, cũ istud statutum emanauit in fauorem filiorumfa. vt possint reperire secum ꝯhentes, & etiam in fauorem ꝯhẽtiũ cum ipsis filijsfa. vt securius possint cũ eis ꝯhere, vr̃, ꝙ tale statutum nõ solum ꝯprehẽdat negotiationẽ, q̃ filijsfa. facerent suo noĩe proprio: sed etiam facerẽt noĩe alieno, quo casu est de necessitate, tũc, vt comprehendatur mãdatum susceptũ de ꝯhẽdo, facit tex. quem allegant consulentes in l. quicunq;. §. nõ tñ. in vers. sed ita si eius rei gratia, cui præpositus est, ꝯtractum est. ff. de instit. Cum ergo gratia negotiationis iste Io. suscepit illud mandatum de negotiando: seqtur, ꝙ comprehenditur in statuto tanq̃ añcedenti ꝓpinquo ad ipsum ꝯñs: & sic ad ipsam negotiationẽ. Et si quispiam dixerit, ꝙ statutum Senense disponit, ꝙ nulla interpretatio fiat, vel admitti debeat super aliquo capitulo statuti communis Senẽsis: sed sicut verba iacent simpliciter & vulgariter absque interpretatione intelligantur. Modo est vidẽdum vtrũ ex interpretatione procedat hoc, quòd sub verbo negotiari,

gotiari, comprehendatur mandatum de negotiãdo. Et ad hoc accedat doctri. Bart. in l. omnes populi. ad
21 fi. ff. de iust. & iure. statuto † cauetur, inquit, ꝙ statuta non recipiant aliquam interpretationem, glossationem, vel extraneũ intellectum, dubitat, q̃ interpretatio per hęc verba videatur prohibita, dicit ibi Bar. ꝙ dictum statutum modicum aut nihil operabitur, qa solum friuola per hæc verba vr̃ remitti. l. j. §. j. C. de vete. iur. enucle. allegat, qđ dicimus de clausula appellatione remota, vt intelligat̃ de friuola, vt voluit idem Bar. in l. j. §. j. ff. quod vi aut clam. & in l. vnica. §. interdum. ff. a quibus app. non li. Bal. etiam ibi hoc tangit, & dicit, ꝙ statutũ, quo cauet̃, ꝙ statuta ñ possint interpretari, vel glossari, debet ęquè intelligi de gl. hominis, non de gl. legis: vt l. q̃uis. C. de adulte. Idem dicit, & si statutũ dicit, ꝙ statuta sint præcisa, id est præcisè obseruet̃ur. nam verbum precisum recipit interpretationẽ laudabilem. l. cum stipulatus sum Damã. ff. de verbo. ob. Et dicit, ꝙ in statutis debemus sequi literalem & planum intellectum ad vnguem, si in eo pōt saluari rō motiua statuti: sed si nō potest saluari: tunc dicit secus. Est autem intellectus literalis sonus verborum extraneo non indigens interprete: vt in cle. exijt, qui seminat. de verbo. signi. Alibi etiã dicit Bal. de statuto, quo cauetur, ꝙ statuta non recipiant extraneum, vel subauditũ intellectũ, vtrum ꝑ hæc verba cessabit arg. a contrario sensu. qa intellectus a contrario sensu est subauditus & tacitus, & verbis omissus: sicut in hoc exemplo dicit pr̃, exhæredo filium meum, si non redierit ad patriam, nunquid videtur eũ instituere, si redeat ad patriã, vr̃ ꝙ sic per arg. a ꝯrio sensu: quia dēt capi in dispositione fauorabili. l. si quis locuples. ff. de ma. te. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. l. apud antiquos. C. de fur. cōtrarium tenet, & dicit, ꝙ ex dispositionibus priuatiuis non resultat habitus. l. ex facto. ff. de hæredi. inst. Item ex dispositionibus negatiuis non resultat affirmatio. l. Titia. §. fi. ff. de manu. te. & refert & seqt̃ Do. Pet. de Ancha. in commento. ca. canonum. ad fi. de consti. Ita beatus Franciscus prohibuit regulam datam suis fratribus glossari, quæ verba exponit Papa in illa extrauag. exijt, qui seminat. dicit enim hoc debere intelligi, ꝙ sit prolata, & sic ruditer exponat̃ ad literam, ꝙ super ipsa glossę non fiant, nisi ꝑ quas forte verborum sensus, seu constructio quasi grãmaticalis ad literam intelligibilius exponatur. nec intellectus ipsius in aliquo extorqueatur ad aliud, quam ipsa litera sonat: vt in d. c. exijt qui seminat. §. & qui sub colore. quę verba sunt aurea & vtilia pro isto statuto. Ita dixit Bal. in authen. si qua mulier. ad fi. C. de sacrosan. eccle. facit, quod no. idem Bal. in l. si quis filium. C. de libe. prete. in finalibus verbis. vbi dixit, statutum disponit remouendo omnem interpretationem, quòd intelligitur de interpretatione extrinseca. non autem de interpretatione intriseca. l. in his. de ꝯditionibus & demonstratio. facit, quod voluit D. Io. de Imo. in cap. Raynutius. de testa. vbi reprehẽdit Bal. in l. ꝓcibus. C. de impube. vbi dixit, ꝙ in qbusdam locis sunt statuta, ꝙ testamẽta seruent̃ ad literã sine vlla interpretatione, vel extraneo intellectu: & tunc in vulgari expressa non continetur tacita pupillaris: quia iste est extraneus a verbis intellectus: quia eum reprehendit ibi Io. de Imo. allegãs illam doctrinã. Bar. in d. l. oẽs populi. quia tale statutũ vr̃ tollere interpretationẽ friuolam. & ita ẽt pōt r̃nderi ad dictum Bal. in l. 2. C. de pr̃ib. q̃ fi. distra. dũ dixit, ꝙ si statutum disponit, ꝙ statuta dẽant seruari ad lr̃am, ꝙ tũc non fit extensio: quia litera dr̃, quę oculis vr̃: nō q̃ solo intellectu ꝑcipitur: vt l. j. in prin. ff. de his quæ in test. del. quia ista ratione ipsemet Bal. tenuit ꝯ. in l. ad ꝓbationẽ. C. de ꝓba. vbi dicit, statuto cauet̃, ꝙ instrumẽta mandent̃ executioni: & iã instrm̃ dr̃, ꝙ legi pōt: vt in d. l. j. in prin. ꝙ nihilominus tacita stipulatio mandabitur executioni, ꝙ credit verius, & ita refert se ꝯsuluisse, & allegat qđ hr̃ in l. iurisgẽtiũ. §. ꝙ ferè. ff. de pac. & idem voluit in l. j. in prin. C. de rei vx. actio. & in d. l. iurisgentium. §. ꝙ fere. Facit, qđ volut idẽ Bal. in l. vbi adhuc. C. de iure do. vbi dixit, ꝙ quãdo ex expresso aliquo in instrumento necessario infertur aliquod tacitum, ꝙ statutum loquens de expresso habet locum in tacito. Et facit pro hoc solennis tex. qui ad hoc non allegatur ab aliquo, in l. cum auus. in ver. plus dictum, quam scriptum. ff. de condit. & demonstra. & quod no. gloss. & Do. Dominicus. j. di. cap. humanum. & doc. in l. j. ff. de his quæ in te. dele. Facit, quod voluit Bald. in l. j. C. de fideicom. vbi quæsiuit, an appellatione probationis instrumẽtalis veniat ꝓsumptio. l. cum de in rẽ verso. ff. đ vsur. facit, quod no. Do. Anto. in c. fraternitatis. de testi. & in proę. decreta. Et sic satis dicitur aliquid ad literã fieri, si fiat ad sensum resultantem ex ipsa litera. Facit, quod voluit idem Bal. in l. cõmissoriæ. C. de pact. inter emp. & ven. vbi dixit, ꝙ iudici imposita est necessitas seruandi formam statuti, prout iacet, ad literam, vt l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercitor. ꝙ ipse dicit debere intelligi saluo ĩtellectu, qa litera occidit, spiritus autem eius intellectum viuificat. Facit etiã, qđ no. idem Bal. in l. Gallus. §. quid si is. ff. de libe. & posth. vbi dicit, ꝙ hoc nomen interpretatio, est æquocum in iure. Interdum sumitur pro correctione, interdũ pro declaratione, interdum pro suppletione, ꝙ dicit esse vtile scire propter statuta, allegat glo. ordinariam. in l. j. ff. de orig. iur. & refert disputasse Ray. de Forliuio, & illa disputatio incipit, præsupposito ꝙ lex. & Iac. de Bel. & postea Barto. eorum disputationem, & rationes posuit in d. l. oẽs populi. & sic opi. Bar. superius allegata fuit illorum patrũ. Præterea facit rō incõuincibilis hoc mō. Interpretatio est necessaria & quodammodo de iure nãli, id est gẽtiũ, hoc ꝓbat text. formalis in l. 2. §. his legibus. ff. de origi. iur. Et iō dixit ibi Bal. ꝙ nulla † ꝯstitutio pōt pro-
22 hibere interpretationem, qa si est necessaria ĩterpretatio, ergo eius ꝯ̃ria dispositio est impossibilis, & impossibile statutum non valet, m̃ eum, ibi. iō oportet dicere, ꝙ tale statutum dẽret intelligi de interpretatione extrinseca, vana, & fustratoria. Facit etiam, qđ voluit D. Pe. de Anch. in d. repeti. c. ca. canonum. in vlti. q. vbi refert disputationem Ia. But. & Ray. de
23 Forli. vbi dicit, ꝙ si statutum dicat, ꝙ † verba sua intelligãtur m̃ modum vulgarẽ, & sine interpretatione aliqua, & ad literam, ꝙ nihilominns sit extẽsio ad casum, ad quem adaptatur rō ipsius statuti. nam rō extendit mentem statuentis ad illum casum, in quo eadem ratio reperitur. l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de ver. sig. c. si postq̃. §. fi. de elec. li. 6. in nouella. Modo in casu nostro apparet expresè, ꝙ posito ꝙ ista esset interpretatio, tamen est intrinseca & ex mente ipsorum statuentium, & etiã ex verbis colligitur, quia cum istud statutũ emanauerit in fauourem filiorumfa. vt ipsi possint reperire mercãtes & negotiantes secum, & ẽt in fauorẽ mercãtiũ, & ꝯhẽtiũ cũ ipsis filijsfa. & obliget tale statutum patrẽ ꝑmittentẽ filiũ negotiari, & obligari pro factis negotiationis, seqt̃, ꝙ ꝯprehendit ipsum mandatũ negotiandi, quia est factũ spectãs ad negotiationẽ, & ꝑparatoriũ ipsius negotiationis, & eius cõtẽplatione factum, vñ illa verba, ꝓ facto negotiationis, cõprehẽdũt istud mãdatũ de negotiãdo. & ꝑ ꝯñs etiam ex verbis ipsius statuti comprehendit istud mandatum. Et etiam ad hoc concurrit mens ipsius statuti, quia ita voluit ꝓuidere filiosa. & negotiãti secũ, siue negotietur nomine suo proprio, siue negotiet̃ nomine

ne alieno, quia pariformiter voluit statutũ & mens statuentis cõplecti vtrũq; casum. Et si dicatur, ꝙ Bal. in d.l.quicunq;.dicat, ꝙ si aliquis contrahit in eo, in quo est præpositus, & in alio, sine quo illud explicari non potest, valet cõtractus. Ita dicit ibi Bal. in suis recollectis: licet in lectura ita non dicat. Ad hoc respõdeo, ꝙ Bal. ibi nõ negat, quin valeat cõtractus, ẽt super eo, qđ est antecedẽs illius præparatoriũ, vt est ĩ casu nostro: & superius dictũ fuit. Et bene facit, qđ voluit idẽ Bal. in l. procuratores. §. si pp mercẽ. vbi dicit illũ text. esse arg. ꝙ si merzariꝰ reliquit alicui suas merzarias, ꝙ veniant instrã, q̃ sunt in apotheca apta ad exercendã illã artẽ: qa ẽt intelligit̃ de illis vasis, q̃ non sunt necessaria ad illã artẽ: licet sint cõmoda ad aliã artẽ. ff. de tributo. Et si dicatur, ꝙ ꝯ prædicta fortissimè obstat l. oratio. ff. de spõsa. in ver. ne suppleatur, ꝙ orationi deest: vbi est casus, ꝙ prohibito cõsequenti vr̃ prohibitũ ãns per suppletionem. Et plus dixit Bal. in l.j. C. si rector prouin. ꝙ extensio de principali ad antecedẽs est per interpretationẽ extẽsiuã, cũ verba statuti deficiãt, alleg. d.l. oratio. interpretatio aũt extẽsiua non est aliud, nisi interpretatio suppletiua, vbi verba deficiunt: sed non deficit rõ. Et ex hoc dicit determinari duas qõnes, vt ibi per eũ. & sic Bal. aperto ore sentit, ꝙ cõsequens se habet ad antecedens, nõ permittẽs expresse interpretationem extẽsiuã: & sic per suppletiuã interpretationẽ: sed istud statutũ excludit suppletionẽ & interpretationẽ: ergo sequitur, ꝙ si nõ est expresse permissum antecedens, non põt suppleri ad permissionem consequentis, si ꝯñs non se habet necessario ad ipsum antecedẽs. Et sic Bal. vr̃ destruere oĩa fundamenta superius facta. Ad hoc rñdeo, & præsuppono illud, qđ voluit D. Pe. de Anc. consi. 97. incipiente. In Christi noĩe amen, ꝯ dictã donationẽ põt obijci. vbi vigebat statutũ dispo nẽs, statuta debere intelligi ruditer, & ad literã prout iacent absq; interpretatione, vel subauditione, quid operetur illud statutũ. & allegat Bar. in d.l. oẽs populi. qui dixit, modicũ operari: ipse dicit, ꝙ probabilius vr̃ dicẽdũ, ꝙ tale statutũ operetur illũ effectũ, quem operatur clausula, appellatione remota, q̃ inseritur in literis apostolicis, q̃ producit istũ effectũ, videlicet ꝙ intelligitur remota in casibus, in quibus nõ inuenitur appellatio a iure concessa: vt in c. pastoralis. de appel. & sic intelligitur interpretatio cõcessa in casu ẽt istius statuti, qñ a iure talis interpretatio est cõcessa. Ita ergo dicamus in casu istius statuti, ꝙ vbi verba
24 deficiunt, sed nõ†deficit rõ, datur interpretatio suppletiua, vt permisso consequente, ex interpretatione suppletiua, intelligitur permissum antecedens: sicut dicimus, ꝙ prohibito consequenti videtur prohibitũ antecedens per interpretationẽ suppletiuã: vt est casus in d.l. orõ. licet ergo istud statutũ dicat, statuta esse simpliciter intelligẽda, prout iacent, vulgariter, sine vlla interpretatione: nihilominus recipit interpretationẽ a iure: vt dicit D. Pet. & per ꝯñs seqtur, ꝙ talis interpretatio est admittenda. & ita limitetur d. Bal. Et faciũt, q̃ superius fuerũt dicta de pparatorijs, & pparatis. Cũ ergo ex iuris cẽsura permisso ꝯñti suppleatur ãns: sequit̃, ꝙ tale statutũ nõ excludit talem interpretationẽ, eoq; magis cũ sit intrinseca talis interpretatio. Et sic cũ doctores cõiter istã partẽ sequãtur, ꝙ tale statutum recipiat istã interpretationẽ suppletiuã a iure: qa est intrinseca, ergo sequitur, ꝙ ista pars erit seqũeda iudicãdo, & consulendo. c. in canonicis. 19. di. c. de quibus. 20. di. §. quidã. de pœn. di. j. l. j. ff. de senato. l. athletas. ff. de his qui no. infa. c. ne innitaris prudẽtiæ tuæ. de cõsti. Iõ pulchrè dicebat Bald. in ti. de pace Constã. §. Inĩæ. ꝙ oĩs intellectus, qui nõ cõsonat auribus vulgi, dr̃ extraneus: iõ sequenda est cõis opi. & vt verior. Nec est verũ cũ dixit Bald. ꝙ est interpretario extẽsiua: qa imo est suppletiua, & sic a iure suppleta pp idẽtitatẽ rõnis, quo casu nõ dr̃ fieri extensio. l. his solis. C. de reuo. dona. Nec ẽt Bald. ibi negat, ꝙ nõ sit interpretatio extrinseca, quo casu est permissa stãte statuto præfato: vt voluit idẽ Bal. in d. l. si quis filiũ. & in locis superius allegatis. Et ẽt facit: qa iã ex verbis ipsius statuti colligit̃, ꝙ veniat mandatũ đ negotiãdo, ex quo ĩ eo dr̃, pro facto negotiationis, quasi velit dicere pro spectãtibus ad ipsam negotiationem, & sic expresse statutũ cõprehendit nõ solũ negotiationẽ: sed factũ negotiationis & per ꝯñs mãdatũ de negotiãdo: iõ satis dr̃ negotiari, si accepit mandatũ ad negotiãdũ, & potuit & debuit negotiari, & nõ fecit. Iõ tenebitur pr̃ illius Ioannis: licet ille Io. fuerit negligens & nõ negotiatus fuerit & iam habuit mãdatũ: qa (vt superius dixi) permittendo illum Martinũ negotiari, vr̃ mandasse, ꝙ ille negotiaretur, quo casu videt̃ ipse negotiari: vt in l. ita autẽ. §. gessisse. ff. de admi. tut. Nec ob. cũ dicebat̃ ꝙ ad eũ casum nõ adaptatur dispositio legis, ad quẽ non adaptatur verba legis. vt l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. quia respõdeo primo, ꝙ verba istius statuti comprehendunt mandatum de negotiando, vt superius est dictum. secundo posito ꝙ verba non adaptant̃: tñ ratio & mẽs ipsius statuti adaptatur, ex quo statutum voluit, patrẽ permittentẽ filium negotiari obligari, & pro facto negotiationis: qa comprehendit ãns: vt fuit superius expressum. Et ex istis cõcludo, patrẽ ipsius Ioan. teneri & obligatum esse vigore præfati statuti. Et ita concludo. Et si dicatur, ꝙ statutum non disponit, ꝙ filiusfa. si negotiatur nomine alterius, obligetur pater. Ad hoc dico, ꝙ imo facilior & habilior censetur esse persona filijsfa. noĩe alterius, ꝙ suo noĩe proprio: vt est casus solennis in c. qui generaliter. 2. responso. de procur. libro 6. vbi non potest esse in iudicio noĩe suo: vt in l. fin. §. necessitate. C de bonis quæ libe. & tñ noĩe alterius põt. & ideo si statutũ obligat patrem ꝯsentientẽ negotiationi filij, qñ illam facit noĩe suo proprio: ergo multo magis si negotietur, siue ꝓprio noĩe, siue alieno, dr̃ negotiari. & ideo pater est obligatus: qa quocũq; modo agitur de fauore ne gotiantis & contrahentis cũ ipso filiofa. Et ẽt ipsi statuentes si expresse interrogati fuissent de isto casu, idem statuisse rñderent, ꝙ qñ filiusfa. negotiatur nomine alieno: posito ꝙ statutum illud exprimeret patrẽ obligari, qñ filius negotiat̃ pro se & noĩe suo, idẽ censent̃ statuisse, qñ negotiaretur noĩe alieno, ar. gl. quæ reputat̃ singularis in l. tale pactum. §. final. ff. de pac. similis est in cle. j. de rescrip. & in c. 2. de confess. libr. 6. & in c. vno. de re. permu. li. 6. & in ca. diacono. 27. di. & facit glo. in auth. cassa. C. de sacrosan. eccl. & gl. in l. j. C. de rap. virgi. & tex. in l. scire oportet. §. sed & si maximè. ff. de excu. tu. Quãto ergo fortius in casu nr̃o idem erit, si filiusfa. negotietur noĩe suo & ꝓ se: & nõ noĩe alterius. cũ istud statutũ obliget pr̃em ꝓ facto negotiationis ipsius filij: qa quocũq; mõ dr̃ filius negotiari. Et ẽt est accuratè põderandũ: qa ista obligatio pr̃is disposita ex tali statuto originatur ex cõsensu ipsius patris, dũ dicit, si pater permiserit, &c. & clarũ est, ꝙ ista obligatio conformiter se hẽt, siue filius negotietur ꝓ se, siue pro alio: qa qũocunq; dr̃ pro se & ad sui vtilitatẽ negotiari. Facit etiã, ꝙ vbicũque duo sic se habent, ꝙ lato sumpto vocabulo vnũ venit appellatione alterius, & eadem ratio est in vtroq;: tunc ius exorbitans loquens de vno habet locum in reliquo: vt colligitur ex gl. in cle. j. de rescrip. & in cle. auditor. e. ti. & in cle. j. de elec. quę gl. ad hoc simul iunctæ sunt mirabiles: sed hoc verbum, negotiatio lato sumpto vocabulo cõprehendit ita negotiari pro se: sicut nomine alterius. & est eadem ratio in vtroq;: qa sicut ꝓuidetur filiofa. vt inueniat contrahentes

trahentes

trahentes secū,& negotiantes, negotiando nomine suo proprio : ita prouidetur, si negotietur nomine alterius : quia quocunque modo prouidetur facto & vtilitati filijfa. vt se exercitet : ergo multo fortius cōprehēdet vtrūq; cū sit fauor : ergo ampliādus : & eodem modo statutū præsumit patrē cōsentire filio negotiāti : siue cōtrahat noīe suo, siue alieno. facit etiam,qđ voluit Bar.in l.legatis.ff.de leg. 3.vbi dixit, ꝙ ille dicitur mercator,seu negotiator, qui facit negotiationem questuariam, ex qua aliquid sibi quæratur, & qđ voluit idem Bar. in prima cōsti.ffor ū.& do.Pe.de Ancha. & ibi Dñicus in c.j.de vi.& ho.cle. lib.6.& do.Abbas in c.j. ad fi.sed ista negotiatio,quā fecit filius nomine alieno, est quæstuaria:quia ex ea aliquid acquirit:ergo sequitur,quòd comprehendit in tali statuto : & sic pater iste videtur obligatus pro dicto Ioanne filio suo.Non ob.cum dicebatur,ꝙ tale statutum non porrigit vires suas in filiofa.negotiāte extra territoriū Senense. Circa hoc aduertēdū:qa si dictus Io. recepit istud mādatū de negotiando a dicto Salerno, seu a dicto Ioāne de Bichis in ciuitate aut territorio Senensi, oritur actio mādati in illo loco.ſm dispositionē statuti illi' loci, vt plenè p Bar. in d.l.cunctos populos. & in l. si vt ꝓponitur ff.de fideiuſ.& tūc obligatur pater ipsius Ioānis per ea,quę superius dicta sunt. Sed si dicamus, quòd dictus Ioānes mandauit dicto Ioanni existenti in ciuitate Neapoli, vt negotiaretur pro ipso mandante : tunc stat dubitatio, vtrum in tali mandato obligetur pater ipsius Ioan.& dictum fuit supra quòd nō per doctrinam Bar. Bal. & Sali. Ad hoc est accuratè considerādum, quòd istud statutū est fauorabile : vt superius fuit ostensum,quo casu statutum prædictum dicit,si pater fecerit, vel permiserit filium suum negotiari: & sic verba concepta in personam patris, & etiam filij : tunc firmissima est conclusio dictorū doctorū, ꝙ tale statutum ligat subditum etiam extra territorium statuentium. vnde dixit Bald. in l. cunctos populos.in versi. Sed hic quæro, vtrum istud statutum habilitatis habeat locum in subdito absente, cōtrahente,vel aliter agente extra territorium: ponit exēplum, statutum disponit, quòd filiusfa.possit testari,iste filiusfa.extra territorium testatur,an valeat testamentum, videtur ꝙ sic : qa ius habilitationis respicit personā,& habet ipsam habilitare vbiq; locorum.ergo saltē respectu eorum,quæ sunt extra territorium, valet vbicunque ipse fuerit testatus.sicut.n. statutum potest distinguere personam vbique locorum : vt l.si.ff. de decre. ab ordi.fa. Ita multo magis potest habilitare, maximè cum hoc sit fauorabile: quia ista potestas inest personæ, & est actus hominis priuati, in quo non consideramus territorium, nisi ratio legis ponderet territorium,allegat l.fina.C.de testa.ita ibi residet Bal. Modò in casu nostro iste est actus priuati hominis:nec curatur territorium,& est
25 actus fauorabilis, & verba†statuti sunt concepta in personam : sequitur, quòd tale statutū cōprehendit patrē,vbicūq; filius negotiet.& maximè qa pater est in territorio. & etiam ille Ioannes de Bichis contrahens cum illo Ioāne Antonij. Facit etiam,quod voluit Bar.in l.cunctos populos.in 6.q. ver.aut statutū est prohibitorium. vbi dicit, quòd aut statutum est prohibitorium in personā : & tūc aut continet prohibitionem fauorabilem : puta ne minores decipiantur in confectione testamentorū, videlicet ꝙ minor 20. annis non possit facere testamentum:vel disponit statutū, quòd vir non possit legare vxori, vel econtra, & hoc est factum, ne mutuo amore se adinuicē spoliēt,vel decipiāt, tūc talis ꝓhibitio cōphēdit etiā ciuem illius ciuitatis,vbicunq; existētē.allegat simile in eo, qui interdicit bonis generaliter: nā illa interdictio, quæ est fauorabilis, ne sua bona pereant,extendit suum effectum,vbicunque sunt bona:vt ibi, & l.is cui bonis.ff. de verbo.oblig.aut continet prohibitionem odiosam : & tunc non porrigitur extra territorium statuētium: vt l.ex ea.ff. de postu.Et ideo dicit,quòd statutum disponens,quod filia fæmina non succedat,cum sit ꝓhibitoriū & odiosum: vt l.maximū virium.C. de libe. præte. ad bona alibi sita non porrigitur. & de ista prohibitione rationabili,& irrationabili habetur in c.si sententia.§. si.de sen.excom.lib.6.& sic conclusio est Bar.& aliorum, qui cōiter sequuntur istam doctrinam. & voluit Io.Calde in suis consilijs.in tit.de consti. cōsilio 17. & qđ not. D. Abb. in capitu. qđ clericis. de foro compe.vbi dixit,quòd vbicunque statutum emanauit in fauorem subditorum, tunc comprehendit ciuem suum vbicunque existentem. Ita ergo est dicēdum, cum in statuto isto Senensi non distinguatur locus: vt l.palā.§. nec adijcitur.ff.de ritu nup. Et per ista tollitur illud dictum Bar in d.l.cunctos populos. vbi dicit,aut statutum disponis expressè de eo,quod ciuis facit extra territorium: & tūc poterit puniri,& procedit l.2.C.de euic.aut limitatiuè loquitur de eo quod fit in territorio, & non extenditur ad ea, quæ fiunt extra:vt l. si vero.§.de viro cum sim.so.ma.aut simpliciter loquitur:& tunc aut quo ad modum ꝓcedendi:& tunc attenditur locus iudicij: vt l.j. C. de custo.reo.aut quo ad pęnā.& tūc attēditur ius commune, & non statutum originis ipsius, qui deliquit extra suum territorium:quia Barto. loquitur in materia pœnali & odiosa quo casu pœnæ sunt molliendæ:vt in c.pęnæ.de pęni.dis.j.l. si præses.cum si.ff. de pęnis.sed in casu fauorabili,vt est casus noster, est secus:vt ipse Bar.voluit in loco pręalle. ergo sequitur, ꝙ cum istud statutum emanauerit principaliter in fauorem ipsorum filiorumfa.& in fauorem contrahentium secum, ꝙ vbicunq; filiusfami.negotiatus fuerit de permissu patris? tunc vendicat sibi locum dispositio statuti Senēsis.Nec etiam obstat, dictum Barto.in præalle.tractatu represaliarum; quia loquitur in casu odioso & pœnali, vt filij teneantur pro patribus rumpentibus & fallētibus,quod statutum est principaliter odiosum, & in odiū ipsorū patrum principaliter emanauit,& etiam in odium ipsorum filiorū : quia sæpe patres ad gemitū vxorū, & filiorū multa expendūt & distrahunt,sicut in simili dicimus in vxore primipili. Et latè disputat Domi. Anton. & moderni de isto statuto, ꝙ filij teneantur ad debita ipsius in c.pe.de consue.& D. Pet. de Ancha. in d.capi.canonum. in repetitione.in 11.quæstione principali.& Io.de Imo.& alii in cap.ex literis.de pigno.& Bal.in l.dotis.C.de iure dotiū.vbi dixit,valere statutū, ꝙ filij mercatorū teneantur ad debita pr̄is, ēt si nō sint hr̄des.& ita ēt ꝓcedat dictū Bal.& Sal.in d.l.fili'.& in d.l.j.& iste nō est casus nr̄:qa(vt dixi)tale statutū emanauit principaliter in fauorē. iō attendet fauor & non odiū. Facit ēt,& ad hoc est summè aīaduertēdu,ex eo:qa casus Bar.& Bal.& Sali.nō militat in casu nr̄o. Et ostendo rōnē euidētissimam diuersitatis: quia casus statuti Senensis est, ꝙ quando pater permittit sic filium negotiari,& non protestatur,nec contradicit,vt disponit statutum: tunc dicitur,quòd obligatur pro negotiatione ipsorum filiorum. vnde illa obligatio antequam ꝯhatur per patrem,stat in sua mera & libera voluntate : vnde potest impedire natiuitatem illius obligationis, contradicendo & protestando. Ideo sibi imputet:quia statutum obligat illum patrem voluntarium & spontaneum, quo casu statutum vtitur iurisdictione voluntaria : sed in casu Bartoli & aliorum nō est sic:quia velit,nolit filius,ipse tenetur ad debita

ta patris fallentis aut rumpentis: ideo non est mirū, si illo casu succurritur filio, si pater rumpit extra territorium statuti, facit in arg.c. ab arbitris. de offi.delega.libro 6.& l.cum specialis.C.de iudi.& quod voluit ibi Bartol. & idem Bartol. in l.j.§. interdum.ff.a qui.app.non li.& Bal.in l.diem proferre.§.stari.ff.de arbit. & in l.si dictum.§.si compromisero.ff.de euict. & facit ad hoc optimus text.in l.2.§. si tres.verbo inuitus.ff.de cura.bo.dan.& glos.in l.vt fideiussor.ff.de fideiusso.& Salice.vbi alleg.illam gloss.in l.j.C.de trāsac.& gloss.in l.2.C.de diuid.tu. vnde nimirum si grauatus in vno releuatur in reliquo. vt l. eum qui.ff.de iureiu. & sic casus Barto. est distans & differens a casu nostro.ideo non potest inferri ad quæstionem nostram.l.Papinianus exuli.ff.de mino. cum si.Et sic videtur aperto ore dicendum, tale statutum comprehendere ipsum filiumfami. vbicunque negotiantē, si permissus paternus affuerit. & eoque magis in casu nostro cum fuerit initiatum mandatum de negotiando in ciuitate. Præterea asseritur in puncto mihi formato, ꝙ statutum prædictum disponit, ꝙ authen.
26 sacramenta puberum.† non vendicat, nec habet locum, nisi in maioribus 20.annis. & intelligaẗ maior 20.annis, si ꝯtus celebratus fuerit corā dn̄o Potestate, vel domino consule, qui prius habita informatione pronuntiet in dicto facto & contractu, talem iurātem esse maiorem 20.annis. & tempore istius cōtractus iste minor erat maior 20.annis, & in isto contractu interuenerat solennitas statuti: ergo sequitur, ꝙ in tali contractu habebit locum dispositio dictæ authen.sacramenta puberum. quo casu Dy. in contingentia facti consuluit, ꝙ minor licet iurauerit seruare contractum, nihilominus potest petere restitutionem in integrum, si nō fuit certioratus de beneficio restitutionis in integrū, aliàs iuramentum ei nō præiudicat, vt no.per Cyn.in l.2.C.de rescin. vendi. quia iuramentum non extenditur ad id, quod verisimiliter ignorat, seu ad non verisimiliter cogitat, vt l.fi.C. de nō nume.pecu.l.fi.in prin.ff.de muni.l. si ex falsis. C.de transactio.l.adigere.§.fi.ff.de iure patro.sed minor ignorat restitutionem istā sibi competere: ergo verba generalia ꝗe nō ꝯueniendo ad ipsam non trahūtur, & ꝗa generalis renūtiatio nō trahitur ad ius, ꝙ quis ignorat sibi competere, vt l.legitima.ff.de peti.hęredi.l.mater.C. de inoffi.test. ꝙ autē minor præsumatur ignorare hoc, probatur ex ętate minori, & ꝓbatur in simili de muliere, q̄ renūtiauit Velleiano, vt ei non præiudicet, si de beneficio nō fuit certiorata, vt no.per Cy.in l.j.ff.ad Velle.& no.gl.in l.sciendū. ff.de ver.ob.& glo.in auth.q̄uo opor.episcopos.§.igiẗ ordinandus.in gl.& sic ex istis & ex auctoritate Dy.sequiẗ, ꝙ posito ꝙ iurasset iste minor, tñ posset petere restitutionē in integrum. Nihilominus in ꝯrium videtur veritas, videlicet, ꝙ non possit petere restitutionē in integrum eo casu, quo vendicat sibi locū dispō auth.sacramēta puberum, vnde Bar.supremę auctoritatis doctor in d.auth. sacramēta. dixit ꝙ quicquid dixerit Dy.seruatur ꝯrium cōiter, & subdit se consuluisse ꝯ Dy.& sic cum cōis consuetudo seruet ꝯrium. videlicet, ꝙ non possit restitui in integrum propter virtutē iuramenti: ergo sequitur, ꝙ non poterit petere se restitui in integrū: ꝗa minime mutāda sūt, q̄ certā interpretationem habuerūt.l.minimè.ff. de legi. & sic Bar.ꝯsuluit, & tenet in lectura, ꝙ†non sit necessario certiorare minorē de bn̄ficio restitutionis in integrū, sed solū de facto ꝯuentionis, & sup eo iuret: cū iuramētū ꝑstitū sup facto extēdaẗ ad oē ius, q̄d descēdit ex illo facto.l. si duo patroni.§.si quis iurauerit.ff. de iureiur.Et pro sua opinione dicit esse casum in l.j.C. si aduer.ven. vbi iuramētum generale de nō ꝯtraueniendo includit beneficiū restitutionis in integrum.Facit etiam pro dicto Barto.quia auctoritas sacramenti reddit ipsum minorem maiorē. ergo ætas ipsa non potest allegari, per no.in d.auth. sacramēta puberum.facit etiam pro d.Barto. quia auctoritas sacramenti reddit ipsum minorē maiorem. ergo ætas ipsa non potest allegari, per not.in d.aut.sacramenta puberū.Facit etiam pro d.Bar.tex.valde singularis in c.ex rescripto, de iureiuran. vbi ponit gladium tex. ille huic certamini, ibi mulier fideiussit & iurauit nō venire contra, & expresse non renunciauit beneficio velleiani, tamen propter iuramentū non inuatur beneficio illo. & certū est, ꝙ ad hoc vt mulier videatur renuntiasse beneficiū velleiani, requiritur expressa certioratio, vt est superius dictum: & tamen iuramētum operatur virtutē clausulæ specificatæ. facit l.cū pater.§.filius matrem.ff.de le.2.vbi iuramētum operatur effectum clausulæ specificatę. ergo sequitur, ꝙ in casu nostro, cum iste sit maior 20.annis habebit locum in eo iurante dispō. d.auth.sacramenta puberū & per consequens erit exclusus a beneficio restitutionis in integrum petendæ vigore illius iuramenti. & istā opi.Bar.sequitur Saly. in d. auth. sacramenta puberum.facit etiam pro d.Bar. tex.in d.auth.sacramēta.vbi nihil dicitur de certioratione: & tamen secundum intellectum glo.& doctorum propter iuramentum præstitum super contractu de non contrauenieñdo excluditur a remedio restitutionis in integrum. facit etiam, quia quis per renuntiationem generalē excluditur ab eo, de quo in genere cogitauit, vel prę sumitur cogitasse, vt no.in l.sub pretextu specierum. C.de transa. & l.qui iure.ff.de testa.mil. Et hanc partem, ꝙ non requiratur certificatio in minore, quoad excludendū eū a beneficio restitutionis in integrū, si iurat non venire ꝯ, tenuit Archi. in c.2. de pac.li.6.referens Hosti.ita tenere, & in practica non fit ista certioratio in minore, & sic videtur, ꝙ consuetudo approbet opinionem Bar.& facit, quod no. idem Bart. in l.2.C.de rescin.ven.& ideo D.Io. de Imo.in cōmēto.c.cum contingat. de iureiur.in verbo.& ideo videtur, ꝙ etiam tenet, quòd per tale iuramentū simpliciter prętitum excludatur a beneficio restitutionis in integrum, & dicit, ꝙ practica seruat opinionē Barto. Archi. & Hosti.& difficile esset in practica obtinere contrarium eius, quod voluit Bar.& prædicti doctores.Et sic sequitur, posito, ꝙ iste minor non fuerit certioratus de beneficio restitutionis in integrū: nihilominus nō pōt petere se restitui in integrū.Idē tenuit Io.An.in d.c.2.đ pac.lib.6. & idē tenuit Collectarius in c.j. de pac. Idē tenet Do. Abb. in c.pe. de empt.& ven.& mouetur, quia iura in nulla parte requirunt certiorationem, & satis est, ꝙ minor in genere voluerit a se abdicare omnem facultatem veniendi contra.Idem voluit Bart. in d.l.sciendū. referens multos canonistas sequutos eandē partem, & idem voluit in d.l.si duo patroni.§.idem Iulianus. per illū tex.& per tex.in l.si duobus.§.si quis iurauerit.eo.ti.& Pau.de Ca.in d.§.idē Iulianus.refert se tenuisse magno tēpore ꝯ opinionē Bar.sed postea dicit se vidisse Io.An.in d.c. qunauis. de pac.li.6. & ꝯsuluit s̄m opi.Bar.& alleg.d.auth. sacramenta: & ego allego illud consiliū Bar.q̄d incipit, viso facto.& est 72.& istud sequiẗ Bal. in l.j.C.de iureiur.referens Archi. & Io.An.ita tenere in d.c.quanuis.& dicit, ꝙ in contingentia facti ita consuluit, & venerandum collegium Mediolanense ita fuit sequutū, & cū hac opinione transiuit Ang.& Rapha. Fulgo.in d.§. idē Iulianus. & idem sequitur ibi Lu.Ro.& in l.sciendū.præalleg.& idē dicit esse casum in d. c. ex rescripto, superius allegato. Et dominus Bal.in d.c.ex rescripto.in vltimo notabili, dicit ꝙ vbi apponitur iuramētū, nō est necesse, ꝙ mulier renūtiet velleiano, ꝗa vbi iuraẗ, nō est de apicibus iuris disputandum:

disputandum: sed de sola æquitate iuramenti, & ideo dicit in minore iurante, quòd non sit necesse eum certiorari de beneficio restitutionis in integrum, quia tãquam ætatis perfectæ a dicto beneficio propter iuramentũ excluditur. licet Dyn. consuluerit contrarium, & sic Bald. reprehendit præfatum consilium Dyn. licet idem Bal. in th. auth. sacramenta, & in dicta l. secunda, de rescin. vend. fuerit in tertia opi. quam tertiam opinionem reprehendit do. Saly. in dicta auth. sacramenta, & etiam illam reprehendit Lud. Ro. in d. l. 2. & Io. de Imo. in d. l. sciendũ. allegando iura, quæ contra Barto. allegauit Saly. licet de Salyce. nullam fecerit mentionem. Et si allegetur, quòd domi. Cardina. Floren. & domi. Anto. in d. cap. pe. de emptio. & venditio. sequatur opi. Dyn. & Bald. in d. §. idem Iulianus, & Cyn. in dicta l. sciendum. tamen respondeo primo, quòd opi. contraria est communior, & eam tenuerunt illustriores in iure ciuili, & pontificio, videlicet Archidia. Hostien. Ioan. Andr. Barto. Bald. Ang. Salycet. Ioan. de Imol. Rapha. Pau. de Cast. Abb. siculus Collectarius, Ludouic. Roma. venerandum collegium Mediolanense & Bald. etiam consulendo, & legendo, & pro eorum opinione est text. in d. l. j. & in dicto ca. ex rescripto, & sic plures sunt numero, pondere & mensura viri omni iure integri tenentes istam partem, & sic est communis opi. ergo secundum eam erit iudicandum. capi. in canonicis. 19. distinctio. cap. de quibus. 20. distin. §. quidam, de pœnit. distinct. j. l. prima. ff. de senat. l. athletas. ff. de his qui not. infam. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & illam approbat, & obseruat consuetudo. esset certè similis sycophantæ volens iudicare contra communem illustrium doctorum opinionem & contra cõem practicam, & obseruantiam. Et per ꝯñs concludendum est ex istis dictis, & relatis superius, ꝙ iste nullo modo poterit petere beneficium restitutionis in integrum. Et ita concludo.

F I N I S.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk.

Omnes sunt quaterniones, præter Kk Ternionem.


NISI QVI LEGI
TIME CERTAVERIT


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm